Dictio tunc,reſtringit diſpoſitionem.in reſpon.18.nu.32.fo. 27. & in reſpon.104.nu.4.uol.2. 115
Dictio item,eſt repetitiua.in reſpon.18.nu.36.uol.2. 27
Dictio quomodocunque, eſt eius naturæ ut includat illud ꝙ impropriẽ tale eſt etiam in materia ſtricta.in reſpon.21.nu.77.uol.2. 31
Dictio ſic,eſt limitatiua,& declaratiua diſpoſitionis.in reſpon.21.nu. 80.uol.2.eod.
Dictio ſi,importat cõditionẽ.in reſp.26.n.21.fo.35.& in reſp.43.n. 32.fo.53.& in reſ.50.n.10.fo.59.& in reſp.94.n.5.uol.2. 101

Dictio

Dictio ſecundum,ſtat limitatiue,& reſtrictiue.in reſpon.26.num.24. volumi.2. 35
Dictio aliàs,importat conditionem.in reſp.14.nu.1.uol.2. 23
Dictio aliàs,quandoque non ſignificat conditionem,ſed tempus.ibidē. nume.4.
Dictio etiam,exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.in reſpon.29.nu.68.uol.2. 39
Dictio etiam,aliquando ſtat diſpoſitiue.in reſpon.29.nu.70.uol.2.eo.
Dictio una,ponit æqualiter,& principaliter.in reſp.37.n.5.uol.2. 46
Dictio &,ſtat augmentatiue.in reſp.40.nu.40.uol.2. 49
Dictio circa,patitur & permittit,quod teſtis uno tempore factum aſſerebat alio tempore factum fuiſſe,etiam diſtanti per menſem,& ultra.in reſpon.43.nu.24.uol.2. 52
Dictio in,denotat intrinſecitatem.in reſp.52.nu.29.uol.2. 61
Dictio uel,inter æqualia poni ſolet.in reſpon.52.nu.58.uol.2. 62
Dictio ipſe,habet in ſe taxationem.in reſpon. 52.nu.58.uol.2.eo.
Dictio omnes,includit omnia.in reſpon.65.nu. 3.fo.74. & in reſpon. 5.nu.59.uol.2. 10
Dictio & ſi omnes,ad minus tria requirit,& includit fœminam,quando adſunt tantum duo maſculi.in reſpon.65.nu.4.uol.2. 74
Dictio omnes,licèt requirat tres,tamen ſufficit unum adeſſe in potentia:ut puta ſi duo ſunt inſtituti,& poſthumus naſciturus. in reſpon. 65.nu.13.uol.2.eo.
Dictio penitus,ſignat omni caſu & indiſtinctè. in reſpon. 65.nu. 23. fo.75.& in reſpon.86.nu.3.uol.2. 5
Dictio prout,ſtat declaratiue & reſtrictiue.in reſpon.81.nu.13.folio. 89.& in reſpon.94.nu.51.uol.2. 105
Dictio nomen,conuenit ita nomini proprio ſicut appellatiuo.in reſp.5. nu.60.uol.2. 10
Dictio quicunque,operatur ut in contractibus in quibus fit ſtricta interpretatio,appellatione hæredis ueniant fideicommiſſarij & legatarij.in reſpon.5.nu.74.uol.2. 11
Dictio niſi,quando negatiue ſeu prohibitiue poſtponitur affirmat ſeu permittit,quando affirmatiue negat.in caſu illo excepto. in reſpon. 126.nu.19.uol.2. 142
Dictio ita,ſignat conditionem.in reſpon.126.nu.31.uol.2. 143
Dictio taxatiua,etiam in exorbitantibus.caſum ſimilem non excludit. in reſpon.115.nu.20.uol.2. 129
Dictio niſi,eſt exceptiua.in reſpon.135.nu.2.uol.2. 148
Dictio ſolum,eſt prohibitiua & excluſiua non expreſſorum. in reſpon. 137.nu.18.uol.2. 150
Dictio ſæpius,in duabus uicibus uerificatur.in reſpon.150.numero 8. uolumi.2. 160
Dictio ſeu,ponitur inter diuerſa & ſtat ampliatiue ad rem diuerſam. in reſpon.153.nu.42.uol.2. 164
Dictio uos,inſerta delegationi quando denotet perſonalitatem. in reſp. 153.nu.22.& 57.uol.2.eo.
Dictio omnimodo,denotat omni caſu.in reſpon.160. numero 10.uolumine 2. 172
Dictio uel,eſt alternatiua & habet in ſe implicationem.in reſpō.160. nu.45.uol.2. 173
Dictio quæcunque,operatur ut in diſpoſitione comprehenditur id quod aliàs non comprehendebatur.in reſpon.163.nu.19.uol.2. 176
Dictio alia,ſignat caſum ſimilem, tamen ſi adeſt dictio quæcunque ſignat caſum maiorem expreſſis.ibid.nu.20.
Dictio præterea,continuat ad præcedentia, & ponitur pro itē.in reſp. 163.nu.39.uol.2. 177
¶ Dictiones taxatiuæ & excluſiuæ ſatis operantur ſi unum caſum excludant.in reſpon.106.nu.36.uol.2. 117
Dictiones hæ,una,& cum demonſtrant proferentem uelle, ut ſimul illud expediatur.in reſpon.93.nu.1.uol.2. 105
Dictiones quælibet,& qualitercunque,de proprietate in minimo uerificantur.in reſpon.73.nu.10.uol.2. 82
¶ Dies interpellat pro homine,& conſtituit in mora.in reſpon.14.nu. 11.uol.2. 24
Dies mortis incertus,habetur pro conditione.in reſpon.124.numero 3. uolumi.2. 140
Dies decem continui dantur ad appellandum.in reſpon. 137. nu. 10. uolumi.2. 150
¶ Dignitas & nobilitas familiæ per maſculos conſeruatur, & econtra per fœminas deſtruitur.in reſpon.5.nu.16.uol.2. 9
Dignitatem prius adeptus præfertur alteri qui poſteriori loco eandem dignitatem fuit conſecutus. in reſpon. 116.numero 6.uolumine 2. 139
¶ Dilatio data in fauorem unius cenſetur etiam data alteri.in reſpon. 77.nu.22.uol.2. 87
Dilatione una pendente,alia diuerſo tempore dari non poteſt.in reſpō. 78.nu.3.uol.2.eo.
¶ Diſpenſatio contra regulam,ſtrictiſſime uenit intelligenda.in reſpō. 45.nu.9.uol.2. 55
Diſpenſatio facta ex falſa cauſa non ualet. in reſpon. 1. numero 43. uolumi.2. 3
Diſpenſatio niſi ex rationabili cauſa fieri non poteſt.ibid.nu.44.
Diſpenſatio facta ex pluribus cauſis,an ceſſat una cauſa ceſſante.in reſpon.1.nu.45.uol.2. 3
¶ Diſponens tranſſubſtantiatur ubi expreſſe diſpoſitioni uerba non cōueniunt.in reſpon.29.nu.15.uol.2. 37
Diſponens non præſumitur elegiſſe uiam ſuæ uoluntatis impugnatiuā. in reſpon.91.nu.9.uol.2. 102
¶ Diſponentis animus ex ſolēnitatibus in actu adhibitis colligitur ad cognoſcendum quem actum uoluerit celebrare.in reſpon.7.num.7. uolumi.2. 13
Diſponentis intentio principalis ex prima, & principali eius diſpoſitione colligitur.in reſpon.120.nu.38.uol.2. 136
Diſponentis animus ex conſuetudine loci declaratur. in reſpon. 120. nu.24.uol.2. 136
¶ Diſpoſitio loquens in caſu uero habet locum in caſu ficto ad conſeruationem iuris communis. in reſpon. 158. numero 14. uolumine ſecundo. 170
Diſpoſitio l.licèt.C.de pac.non procedit in pacto declaratorio præcedentium diſpoſitionum.in reſpon.133.nu.9.uol.2. 147
Diſpoſitio l.illud.de euic.habet locum in uenditione cuiuſcunque rei. in reſpon.135.nu.4.uol.2. 148
Diſpoſitio illa dicitur ſpecialior quæ eſt magis fauorabilis. in reſpon. 138.nu.16.uol.2. 151
Diſpoſitio generaliter loquens generaliter debet intelligi. ibidem. nume.25.
Diſpoſitio intelligitur ultra naturam actus,ut uerba nō ſint ſuperflua. in reſpon.139.nu.21.uol.2. 152
Diſpoſitio loquens in uno caſu non habet locum in alio cui eius uerba in totum non conueniunt,& ſi in parte conueniant in reſpon.156. nu.7.uol.2. 167
Diſpoſitio an potius debeat declarari ab alia ſui parte quàm a iure cōmuni.ibid.nu.41.
Diſpoſitio teſtatoris non ſolum habet locum in caſu quem uerba nō cōprehendunt,ſed etiam in caſu cui uerba repugnant, quando hoc dictat mens,& ratio teſtatoris.ibid.nu.43.
Diſpoſitio.§.ex imperfecto.an & quando habeat locum ſi unus ex filijs fuerit præteritus.in reſp.156.n.49.50.51.& 52.uol.2. 168
Diſpoſitio quæ eſt in ſui principio generalis,propter ſequentia quæ generalitati non conueniunt,non reſtringitur.in reſpon.160.num.23. uolumi.2. 172
Diſpoſitio ibi habet locum ubi eius ratio conuenit.in reſpon.15.num. 6.uol.2. 24
Diſpoſitio quantumcunque pœnalis,& odioſa loquens in uno caſu habet locum in alio,ſi alias poſſet reddi eluſoria.in reſpon.15.num.8. fo.24.& in reſpon.21.nu.45.uol.2. 31
Diſpoſitio l.cum acutiſsimi.C. de fideicom. non habet locum in tranſuerſalibus.in reſp.18.nu.18.fo.27.& in reſp.5.nu.88.uol.2. 11
Diſpoſitio quælibet interpretatur ut ſufficiēter prouideat,& caſui magis neceſſario.in reſp.19.nu.14.uol.2. 28
Diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu non extenditur ad alium in quo etiam ueriſimile eſt teſtatorem ſi de eo fuiſſet interrogatus idem diſpoſuiſſet,quando teſtator pluribus caſibus,prouidit,& fecit longā diſpoſitionem.in reſpon.19.nu.22.uol.2.eo.
Item quando diſpoſitio fuit facta ſub uoluntaria conditione. in reſp. 19.nu.23.uol.2.eo.
Diſpoſitio teſtatoris lex eſſe dicitur.in reſpon.21.nu.18.uol.2. 30
Diſpoſitio.§.quindecim l.pater filium.de leg.3.non habet locum quando expreſſum adeſt fideicommiſſum.in reſp.21.nu.50.uol.2. 31
Diſpoſitio teſtatoris non intelligitur ſolum de prima uice, quando ita intelligendo non eſſet illius uoluntati ſatisfactum.in reſpon.21.nu. 51.uol.2.eo.
Diſpoſitio cum poſſit ualere,& præſumatur eam effectum habituram non dicitur eluſoria,licèt ex aliqua conditione ſuperueniente poſſit reduci ad nihilum.in reſpon.28.nu.12.uol.2. 36
Diſpoſitio facilius inducitur reſpectu expreſſi quàm taciti.in reſpon. 32.nu.7.uol.2. 42

Diſpoſitio

Diſpoſitio tacita quæ oritur ab expreſſa non plus operari poteſt quam operetur expreſſa.ibid.nu.8.

Diſpoſitio loquens de filijs non procedit in nepotibus,quando ratio quę militabat in filijs ceſſat in nepotibus.in reſpon.31.nume.7.uolumi. ſecundo. 41

Diſpoſitio loquens de alienatione inter uiuos, non uendicat ſibi locum in alienatione ſacta per ultimam uoluntatem. in reſpon.31.nu.9. uol.2.eo.

Diſpoſitio teſtatoris loquens de hærede maſculo comprehendit tantum deſcendentes.ibid.nu.17.

Diſpoſitio teſtatoris interpretari debet,ut teſtator non uideatur fuiſſe uarius.ibid.nu.3.

Diſpoſitio teſtatoris de domo ſimpliciter loquens in nobiliori uerificatur.in reſp.35.nu.11.uol.2. 44

Diſpoſitio copulatiua ſi in parte eſt falſa in totum dicitur falſa.in reſp. 37.nu.16.uol.2. 46

Diſpoſitionis pars dubia ab alia certa recipit declarationem. in reſp. 19.nu.16.uol.2. 28

Diſpoſitio conditionalis defecta conditione nihil operatur.in reſp.40. nu.46.uol.2. 49

Diſpoſitio cap.1.& 2.de adulterijs,ſibi locum nõ uendicat,niſi prius conſtet uirum mulierem ſeduxiſſe & ſtupraſſe illam quam uirginẽ fuiſſe.in reſp.43.nu.31.uol.2. 53

Diſpoſitio quælibet & dictum, ſemper intelligitur concurrente habilitate omni reſpectu.in reſp.45.nu.15.uol.2. 55

Diſpoſitio authen.res quæ.C.commu. de leg. licet habeat locum in dote reſtituenda,nihilominus tantum procedit in deſcendentibus .in reſpon.133.nu.1.uol.2. 147

Diſpoſitio alternatiua loquens altero alternatiuorum exiſtente uerificatur.in reſp.49.nu.29.uol.2. 58

Diſpoſitio.§.fina.l.fina.de legat.2. loquitur in fideicommiſſo uniuerſali;& non habet locum in legato particulari.in reſpon.65.nu.16. uolumi.2. 75

Diſpoſitio excludens fœminas extantibus maſculis ratione conſeruandę agnationis cenſetur inducta.in reſp.67.nu.8.uol.2. 77

Diſpoſitio quælibet recipit interpretationem a conſuetudine. in reſpõ. 67.nu.17.uol.2.eo.

Diſpoſitio quæ ex ſe clara eſt nullum relinquit locum coniecturis.in reſpon.67.nu.10.uol.2. eo.

Diſpoſitio.§.cum inter.l.cum pater.de legatis.2.non procedit quando probibitioni fuerunt inſerta hæc uerba, quod aliquo modo non uult eam fieri.in reſp.68.nu.6.uol.2. 78

Diſpoſitio teſtatoris uolentis bona ſua in familia conſeruari impedit inſtitutionem hæredis ab inteſtato ſucceſſuri per quem familia non cõſeruaretur.in reſp.68.nu.11.uol.2.eo.

Diſpoſitio quælibet recipit interpretationem a conſuetudine. in reſpõ. 67.nu.26.uol.2.eo.

Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis. in reſpon.160.nu. 41.uol.3. 173

Diſpoſitio exorbitans,& odioſa loquẽs in defuncto in hærede uendicat ſibi locum.in reſp.70.nu.13.uol.2. 79

Diſpoſitio.l.ſi quando.C.unde ui,habet etiam locum in furto. in reſpõ. 61.nu.16.uol.2. 70

Diſpoſitio.l.cum acutiſsimi.C. de fideicommiſſ. habet locum etiam ſi pater filios inſtitutos inuicem ſubſtituerit.in reſp.54.nume.8.uolu. ſecundo. 63

In diſpoſitione excluſiua ſeu priuatiua, id quod non eſt expreſſum non inducit priuationem.in reſp.54.nu.9.uol.2.eo.

Diſpoſitio tacita regulatur & declaratur ab expreſſa.in reſpon.53. nu.12.uol.2. 62

Diſpoſitio hominis non reſtringitur de habilitate. in reſpõ.73.nu.16. uolumi.2. 82

Diſpoſitio pœnalis benigne interpretari debet.in reſpõ.75.nume.27. uolumi.2. 85

Diſpoſitio loquens per uerba uniuerſalia & geminata omnia comprehendit quæ aliâs non uenirent & etiam caſum improprium. in reſpon.74.nu.19.& 20.uol.2. 83

Diſpoſitio omnis iudicatur reſpectu temporis in quo cõficitur effectus in reſpon.78.nu.6.uol.2. 87

Diſpoſitio in dubio præſumitur potius modalis quam conditionalis. in reſpon.81.nu.77.fo.91.& in reſpon.108.nu.4.uol.2. 118

Diſpoſitio.l.cum auus.de condi.& demonſt.& l.cum acutiſsimi.de fideicommiſ. non procedit quando filij hæredes inſtituti, & grauati fuerunt expreſſe ſubſtituti. in reſpon.89.nu.4.fo.99.& in reſpon. 9.nu.26.uol.2. 17

Diſpoſitio.d.l.cum auus. procedit quando conditio ſi ſine liberis non fuit expreſſa,ſed ſubauditur,ſeu præſumitur, uel fingitur.in reſpon. 89.nu.10.uol.2.eo.

Diſpoſitio quælibet,ut ualeat ſemper interpretari debet.in reſpõ.92. nu.8.uol.2. 102

Diſpoſitio inducta in odium delinquentis, non habet locum niſi delictũ ſit uere probatum.in reſp.92.nu.25.uol.2.eo.

Diſpoſitio non refertur ad caſum impoſsibilem.in reſpon. 94.nu.24. uolumi.2. 104

Diſpoſitio facta uno caſu habet locũ in alio de quo nulla ratio dictat quin ſi teſtator fuiſſet interrogatus idem non diſpoſuiſſet. in reſpon. 101.nu.8.fo.110.& in reſpon.106.nu.18.fo.117.& in reſpon. 88.nu.18.fo.98.& in reſp.120.nu.17.uol.2. 135

Diſpoſitio taxatiue loquens, extenditur ad ſimilem caſum in materia fauorabili.in reſpon.106.nu.35.uol.2. 117

Diſpoſitio iudicatur fauorabilis ex principali intentione. in reſp.106. nu.27.uol.2.eo.

Diſpoſitio loquens in numero plurali,uno non contentatur. in reſpon. 109.nu.29.uol.2. 121

Diſpoſitio ſequens,diuerſa a prima,non declarat præcedentem.in reſp. 109.nu.60,uol.2.eo.

Diſpoſitio ex natura uerborum clara, non indiget alia declaratione. ibid.nume.62.

Diſpoſitio nulla tam generalis ac prægnans reperiri poteſt, quæ trahatur ad ea de quibus non eſt ueriſimile diſponentem cogitaſſe.in reſp. 111.nu.26.uol.2. 124

Diſpoſitio.l.cum auus.de condi. & demon.quæ eſt fundata in præſumpta mente teſtantis ceſſat quando aliqua præſumptio adeſt in contrarium.ibid.nu.45.

Diſpoſitio cap. in præſentia. de probationib. & legum diſponentium, monaſterium ſuccedere loco filij, & facere deficere conditionem;ſi deceſſerit ſine filijs,non habet locum in ſubſtitutione facta ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus. ibid.nu.50.

Diſpoſitio exorbitans ad caſum in quem non fuit facta, non debet extendi.in reſpon. 121.nu.58.uol.2. 125

Diſpoſitio quæ aliâs ſolet ſignificare conſilium, propter affectionem quæ inſurgit ex rebus quæ longo tempore fuerunt antiquorum, ſignificat præceptum ac fideicommiſſum,ut huiuſcemodi res non exeant de familia.in reſpon.5.nu.20.uol.2. 10

Diſpoſitio loquens de hærede, uendicat ſibi quoque locum in fideicommiſſario.in reſpon.5.nu.73.uol.2. 11

Diſpoſitio.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.habet etiam locum in legatis & fideicommiſsis particularibus.in reſpon.9.nu.5.uol.2. 16

Diſpoſitio. d.l.cum acutiſsimi. non habet locum quando pater ſubſtituit filio quem ſciebat habere liberos.in reſpon.9.nu.27.uol.2. 17

Diſpoſitio facta ſub conditione, ante euentum conditionis, nihil ponit in eſſe.in reſpon.3.nu.22.uol.2. 6

Diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu, nõ extenditur ad alium de quo teſtatorem ſenſiſſe non eſt uerisimile. in reſpon. 120.numero 19. uolumi.2. 135

Diſpoſitio ex pluribus rationibus introducta,non ceſſat, licet una ratio ceſſet.in reſpon.120.nu.47.uol.2. 137

Diſpoſitio.§.aliud quoque capitulum.in auth.ut eum de appella.cogn. extendi non debet.in reſpon.115.nu.15.uol.2. 128

Diſpoſitio loquens de doctoribus conditionaliter, non comprehendit licentiatos.in reſpon.116.nu.24.uol.2. 130

Diſpoſitio facta in uno caſu neceſſario, etiam conditionaliter prolato uerificatur in alio caſu æquipollenti, etiam non expreſſo. in reſpon. 124.nu.18.uol.2 140

Diſpoſitum in uno æquiparatorum uendicat ſibi locum in alio. in reſp. 90.nu.24.uol.2. 100

¶ Diues uel pauper aliquis iudicatur ſecundum bona quæ habet de præſenti,nec ea quæ acquiri poſſunt habentur in conſideratione. in reſp.91.nu.10.uol.2. 101

¶ Doctor debet intelligi ſecundum legem quam allegat.in reſpon.20. nu.9.fo.29.& in reſpon.63.nu.41.uol.2. 72

Doctor intelligitur etiam ultra diſpoſitionem legis quam allegat, prout rationis generalitas dictat, quando non ſolum ſe fundat in lege, ſed in ratione generali.in reſpon.21.nu.10.uol.2. 32

Doctor allegans conſuetudinem,inducit ſaltem præſumptionem.in reſpon.111.nu.53.uol.2. 125

Doctoratus eſt dignitas.in reſp.116.nu.7.uol.2. 129

Doctores qui uolunt per clauſulam ad habendum &c. & per diuiſionem cum pleniſſimis clauſulis cenſeri renunciatum &c. non loquuntur quando adeſt clauſula derogatoria uoluntatis, & inęqualitas renunciationis quo ad uſumfructum. in reſpon. 29. nume. 35. uolu. ſecundo. 38

Doctores iuniores ex quo uiderunt ſcripta antiquorum, ſunt perſpicaciores. in reſp. 88. nu. 3. uol. 2. 98

Doctori limitanti & diſtinguenti inhærendum eſt tanquam magis ueritati appropinquanti. in reſp. 32. nu. 21. uol. 2. 42

Doctori nō creditur niſi quatenus per leges dictum ſuum probat. in reſpon. 94. nu. 45. fo. 105. & in reſp. 1. nu. 17. uol. 2. 2

Doctori alleganti conſuetudinem creditur. in reſpon. 111. numero 52. 125

Doctoribus modernioribus aſſerētibus eſſe communem opinionem, magis credendum eſt quàm antiquioribus. in reſpon. 88. nume. 2. uolu. ſecundo. 98

Doctoris authoritas ex multis rationibus decidentis non facit ad caſum cui unica tantum ex illis conuenire poteſt. in reſpon. 123. nu. 10. uol. 2. 139

Doctorum maiorem partem pro ſe habens non minus obtinere debet, quàm ſi omnes haberet. in reſp. 64. nu. 34. uol. 2. 73

¶ Dolus non præſumitur. in reſp. 24. nu. 7. fo. 33. & in reſpon. 99. nu. 1. fo. 109. & in reſp. 140. nu. 15. uol. 2. 153

Dolus præſumptus eſt ignorare quod omnes intelligunt. in reſpon. 25. nu. 19. uol. 2. 34

Dolus & ſi ex indicijs probetur, indicia tamen plene probari debent. in reſpon. 30. nu. 10. uol. 2. 40

Dolus euitatur non ſolum propter iuſtam cauſam, ſed etiam propter iniuſtam dummodo aliquem colorem habeat, maxime ad euitandū pœnam. in reſp. 37. nu. 21. uol. 2. 46

Dolus neque iniuria, in uolentem & conſentientem non inferuntur. in reſpon. 39. nu. 13. uol. 2. 48

Dolus alicuius arguitur quando non fecit ea ad quæ uirtute officij tenebatur. in reſpon. 61. nu. 14. uol. 2. 72

Dolo facit qui petit id quod ſtatim alteri reſtituturus eſt. in reſp. 111. nu. 39. uol. 2. 121

¶ Dolum alicubi ineſſe, & ex indicijs probari poteſt. in reſpō. 25. nu. 20. uol. 2. 34

Dolum interueniſſe requiritur ut pax per aliquem rupta dicatur. in reſpon. 47. nu. 22. uol. 2. 56

Dolum & culpam in aliquibus caſibus ſatis probatur, quando contrarium non probatur. in reſp. 99. nu. 4. uol. 2. 109

¶ Domeſticus præſumitur ſcire contenta in domo. in reſpon. 25. nu. 8. uolumi. 2. 34

Domeſticus non admittitur in teſtem immo non facit indicium nec prę ſumptionem. in reſp. 38. nu. 40. uol. 2. 36

¶ Domeſtici dicuntur qui concurrunt ad unum panem, & uinum. in reſpon. 38. nu. 41. uol. 2. 45

Domeſtici in his in teſtes admittuntur. quæ ueriſimiliter per domeſticos melius ſciri poſſunt. in reſpon. 41. nu. 12. uol. 2. 50

Domeſtici teſtes admittuntur quando ſunt bonæ opinionis. in reſpon. 41. nu. 13. uol. 2. eo.

¶ Dominium rerum quæ grauatæ erant fideicommiſſo ipſo iure tranſit in fideicommiſſarium ſi earum fiat alienatio & demum eueniat caſus reſtitutionis. in reſpon. 21. nu. 8. fo. 30. & in reſpō. 106. nu. 51. uolumi. 2. 117

Dominium & poſſeſsio ſunt facti, ſaltem in acquirendo. in reſpon. 40. nu. 22. uol. 2. 40

Dominium rei penes ſe non fuiſſe neceſſario probat, qui aſſerit rem conduxiſſe & pro illa affictus ſoluiſſe. in reſpon. 40. nume. 21. uolumi. 2. eodem.

Dominium rei detentatę amittitur per relaxationem. in reſpō. 40. nu. 44. uol. 2. eo.

Dominium quando principaliter non eſt deductum ſatis probatum dicitur ſi poſſeſsio probetur. in reſp. 41. nu. 23. uol. 2. 50

Dominium non transfertur in legato uel fideicommiſſo uniuerſali. in reſpon. 65. nu. 20. uol. 2. 75

Dominium transfertur in legato particulari. ibid. nu. 21.

Dominium quomodo probetur in actione hypothecaria. in reſpō. 119. nu. 11. & 12. uol. 1. 133

Dominium an principaliter deducatur in actione hypothecaria. in reſpon. 119. nu. 13. uol. 2. 133

Dominium utile transfertur per locationem ad longum tempus. in reſpon. 142. nu. 3. uol. 2. 154

Dominium ſola conuentione abſque traditione transferri non poteſt. in reſpon. 149. nu. 19. uol. 2. 159

Dominium pecunię amittitur per immiſtionem. ibid. nu. 17.

¶ Dominus ſecundum multos doctores poſſeſsione non priuatur in terminis. l. fi. C. de acqui. poſſeſ. in reſpon. 42. nu. 25. uol. 2. 51

Dominus qui longo tempore canonem recepit a nouo emptore, præſumitur fuiſſe requiſitus tempore uenditionis a uenditore & conſenſum præſtitiſſe. in reſpon. 121. nu. 11. uol. 2. 138

Dominus non poteſt uaſallos inuitos in alium alienare. in reſpon. 147. nu. 5. uol. 2. 157

Dominus qui promiſit cum iuramento ſe ratum habiturum quicquid geſtum fuerit per ſuum procuratorem eſt obligatus rata habere geſta per illum, & ſi in mandatis non fuerint ſpecialiter expreſſa. in reſpon. 159. nu. 21. uol. 2. 171

Dominus tenetur ex contractu procuratoris, etiam ſi exceſſerit fines mandati, quando ſciuit illum contrahere eo modo, & non contradixit. ibid. nu. 22.

Domini temporales poſſunt prohibere ne ſubditi duella committant. in reſpon. 115. nu. 7. uol. 2. 128

Domino non creditur de culpa commiſſa per uaſallum. in reſpon. 147. nu. 4. uol. 2. 157

¶ Domus uarijs modis in iure conſideratur. in reſpon. 67. numer. 10. uolumi. 2. 77

Domus in dubio capitur pro portantibus eadem arma & nominatis ſub uno nomine appellatiuo. in reſpon. 67. nu. 11. uol. 2. eo.

¶ Donatio inter patrem & filium, licèt non ualeat morte tamen confirmatur. in reſpon. 63. nu. 22. fo. 72. & in reſpon. 85. nu. 13. uolu. ſecundo. 95

Donatio inter patrem & filium iuramēto confirmatur ſecundum communem opi. in reſpon. 63. nu. 23. uol. 2. 72

Donatio facta inter patrem & filium propter benemerita, quamuis merita non probentˡ, nihilominus ualere debet, quando abſque aſſertione meritorū, ex alio capite ualebat. in reſp. 63. nu. 25. uol. 2. eo.

Donatio propter benemerita, facta inter patrem & filium non firmatur iuramento appoſito ſuper benemeritis, & ita loquuntur doctores: ſecus ſi iuramentum fuerit principaliter appoſitum ſuper donatione. ibid. nu. 26.

Donatio regulariter non præſumitur. in reſp. 86. nu. 11. fo. 96. & in reſpon. 7. nu. 1. uol. 2. 13

Donatio præſumitur ratione ſanguinis. in reſpon. 86. nume. 12. uolu. ſecundo. 96

Donatio præſumitur propter benemerita & ſeruitia præcedentia. ibi. nume. 14.

Donatio præſumitur ratione paruę quantitatis. in reſpō. 86. num. 15. fo. 96. & in reſpon. 140. nu. 20. uolumi. 2. 55

Donatio facta a debitore ex contractu ſuo creditori, in dubio non præſumitur facta animo compenſandi, ſed creditor utrunque petere poteſt. in reſp. 86. nu. 16. uol. 2. 96

Donatio inter patrem & filium iuramento confirmata conferri debet. ibid. nu. 25.

Donatio inter auum paternum & nepotem exiſtentem in poteſtate, nō ualet. in reſpon. 7. nu. 2. uol. 2. 13

Donatio facta ſibimetipſi eſt inutilis. in reſpon. 7. nu. 3. uol. 2. eo.

Donatio inducitur per aſſignationem bonorum factam a patre filio exiſtenti in poteſtate, quando filius poſt aſsignationem diu illa bona tā quam ſua ad libitum ſuum adminiſtrauit. in reſpon. 7. numero 23. uolumi. 2. 14

Donatio propter benemerita, non eſt propria donatio. in reſp. 7. nu. 31. uolumi. 2. eo.

Donatio propter benemerita facta per patrem filio uel auum nepoti exiſtenti in poteſtate, non ualet, ſi de benemeritis conſtet ſolum per paternam uel auitam aſſertionem. in reſpon. 7. nume. 32. uolumi. 2. eodem.

Donatio præſumitur quando adſunt præſumptiones ſuadentes donationem. ibid. nu. 38.

Donatio inofficioſa facta filio emancipato, operatur ut emancipatus onere fideicommiſsi grauari poſſit. in reſpon. 7. nume. 44. uolumine ſecundo. 15

Donatio ultra quingentos aureos non præſumitur inſinuata ex diuturnitate temporis. in reſp. 142. nu. 2. uol. 2. 154

Donationi perfectæ conditio uel grauamen adijci non poteſt. in reſpō. 7. nu. 42. uol. 2. 15

¶ Donum illud eſt quod ex mera liberalitate procedit. in reſpon. 13. nu. 31. uol. 2. 23

¶ Dos ſuccedit loco legitimæ,& dicitur cõgrue dotata,quæ habuit dotem ſecundum ualorem legitimæ.in reſpon.132.nume.12.uolumi. ſecundo. 147
Dos etiam dicitur antequam uxor ſit cognita,uel traducta ad domum mariti.in reſpon.131.nu.2.uol.2. 146
Dos conſiſtens in quantitate,incontinenti reſtitui debet.in reſpon.129.nu.5.uol.2. 145
Dos pro oneribus matrimonij conſtituitur.in reſp.112.nu.15.uolumi. ſecundo. 126
¶ Dotes materuę non ſunt reſtituendæ,quamuis hæres non confecerit inuentarium.in reſpon.160.nu.51.uol.2. 175
¶ Doti aliquod priuilegium non conceditur niſi quatenus reperitur expreſſum.in reſp.113.nu.4.uol.2. 127
Dotis conſtitutio tam in teſtamento quam inter uiuos fieri poteſt.in reſpon.32.nu.16.uol.2. 42
¶ Dubium cauſatur quando hincinde ſunt doctorum opiniones. in reſpon.1.nu.2.uol.1. 1
Dubium dicitur illud quod uario & contrario modo intelligitur. in reſpon.77.nu.15.uol.2. 86
Item illud quod æqualiter ad utranque partem ſe habere poteſt.in reſpon.7.nu.39.fo.14.& in reſp.1.nu.1.uol.2. 1
¶ Duellum omni iure eſt prohibitum. in reſpon. 4. nume. 1.fo.7.& in reſpon.52.numero 1.fo.6.& in reſpon.115.numero 18.uolumi. ſecundo. 129
Duellum eſt permiſſum,quando ueritas aliter haberi non poteſt.in reſpon.4.nu.2.uol.2. 7
Duellum æquiparatur torturæ.in reſp.4.nu.10.uol.2.eo.
Duellum fit ad probationem.ibid.nu.15.
Duellum dicitur duarum partium bellum.ibid.nu.16.
Duellum ibi non permittitur, ubi iniuriæ fuerunt mutua compenſatione ſublatę.in reſp.4.nu.22.fo.7.& in reſp.5.nu.24.uol.2. 6
Duellum ratione exceſſus iniurię non permittitur,niſi ſit magnus, & manifeſtus.in reſp.4.nu.23.uol.2. 7
Duellum niſi inter pares eſſe non poteſt.in reſpon.4.nume.24.uolum. ſecundo. 8
Duellum,ab illuſtribus perſonis, per procuratorem,ſeu campionem fieri poteſt.in reſp.4.nu.41.uol.2.eo.
Duellum de iure recuſari poteſt.in reſp.3.nu.2.uol.2. 6
Duellum eſt permiſſum ex conſuetudine generali.in reſp.3. num.4.fo. 6.& in reſp.115.nu.1.uol.2. 128
Duellum permittentes peccant.in reſp.3.nu.6.uol.2. 6
Duellum petens efficitur infamis. in reſpon. 3. numero 15. uolumine 2.eodem.
Duellum nulla aſſignata cauſa,magni uiri,& Imperatores recuſarũt. ibid.nu.15.
Duellum non permittitur,niſi ex magna cauſa cum authoritate ſuperioris.ibid.nu.18.
Duellum non ſolum a principe loci,ſed etiam a prælato,prohiberi põt. in reſp.3.nu.26.fo.6.& in reſp.115.nu.7.uol.2. 128
Duello non eſt locus,quando princeps expetentium pugnam,illud prohibuit in reſp.3.nu.25.uol.2. 6
¶ Duo uincula magis ſtringunt quam unum.in reſp.11. nu.38.fo.20. & in reſp.11.nu.11.fo.30.& in reſp.22.nu.8.fo.32.& in reſpon. 5.nu.66.uol.2. 10
Duo ubi ſunt propter unum,ibi unum tantum.in reſpon.23.num. 14. uolumi.2. 33
Duo inſolidum poſsidere non poſſunt.in reſpon. 42.numero 2. uolumi. ſecundo. 51
¶ Duorum exorbitantium concurſus,preſertim in ſententijs, non admittitur.in reſp.109.nu.32.uol.2. 121

ECCLESIÆ quod habeatur loco filij, & excludat ſubſtitutum eſt caſus exorbitans a regulis iuris.in reſpon.111.nu.57.uol.2. 125
Eccleſia diuiſionem petere nõ poteſt. in reſpon. 66.nu. 30.uol.2. 76
Eccleſia habens rem communem cum altera eccleſia poteſt petere diuiſionem.ibid.nu.31.
Eccleſia de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegijs.in reſpon.116.nu.4.uol.2. 129
Eccleſia an poſsit concedere alieni emphyteuſim, pro ſe & hæredibus extraneis.in reſpon.127.nu.2.& ſeq.uol.2. 144
¶ Economi non habent poteſtatem permutandi.in reſpõ.123.nu.21. uolumi..2 140
¶ Effectus multi licèt conſiderari poſſent, tamen ſufficit adeſſe effectũ quem conſiderauit ipſe diſponens in reſpon.21.nume.71.uolumine ſecundo. 31
Effectus attendi debet.in reſpon.52.nu.45.uol.2. 62
Effectus ſemel perfectus non ceſſat,quamuis cauſa ceſſet.in reſpõ. 63. nu.37.uol.2. 72
¶ Electio eſt creditoris.in reſpon.65.nu.36.uol.2. 75
Electio quoties ſpectat ad plures, tunc conuocatio debet fieri ex parte & nomine duarum partium.in reſpon.107.nu.14.uol.2. 118
Electio armorum ſpectat ad prouocantem.in reſpõ. 3.nume.31.uolu. ſecundo. 71
¶ Emologatio nihil aliud eſt quàm approbatio.in reſpon. 133.nu.3. uolumi.2. 147
¶ Empta per filium ex propria pecunia ſunt ipſius filij nec fratribus conferri debent.in reſpon.104.nu.9.uol.2. 115
¶ Emptor promittens certum quid annuatim donec ſoluatur precium rei emptę, quamuis non fuerit dictum pro centenario, ad rationem pretij non ſoluti,nihilominus uſuram committit. in reſpon.11. nu. 30.uol.2. 19
Emptor conditionem,& qualitatem ac iura uẽdentis ſcire debet,aliàs ſibi imputatur.in reſp.42.nu.18.uol.2. 51
Emptor antequam feratur ſententia,poteſt agere de euictione,quando uenditor promiſit de euictione mota lite.in reſpon. 135.numer. 8. uolumi.2. 149
Emptori competit exceptio ad retinendum precium, quando res eſt in limine euictionis.ibid.nu.6.
¶ Emphyteuſis eccleſiaſtica licèt non tranſeat ad extraneum hæredem,tamen ſi conceſsio fuerit facta pro quibuſcunque hæredibus ad extraneum tranſibit.in reſpon. 21.nu.78.fo.31. & in reſpon. 128.nu.1.& 5.uol.2. 144
Emphyteuſis acquiſitio facta pro ſe & liberis maſculis, reſtringitur ad deſcendentes ex maſculis tantum.in reſpon.120.nume.16.uol. ſecundo. 135
Emphyteuſis eccleſiaſtica poteſt ad hæredes extraneos peruenire, quãdo hoc actum fuit in conceſsione, & in ea interuenerunt ſolennitates a iure requiſitę.in reſpon.128.nu.6.uol.2. 144
Emphyteuſis eccleſiaſtica tranſit ad hæredes extraneos quando penſio fructibus reſpondet.in reſpon.128.nu.8.uol.2.eo.
Emphyteuſis eccleſiaſtica uel feudum non tranſit ad hæredes extraneos, tamen ſi adeſt dictio quibuſcunque, tranſit ad extraneos. in reſpon.162.nu.21.uol.2. 176
¶ Emphyteuta qui probauit ſe tribus proximis annis continuis, canonem ſoluiſſe, omnibus alijs annis præteritis ſoluiſſe præſumitur. in reſpon. 121.nu.9.uol.2. 138
Emphyteuta uendens rem emphyteuticam tenetur denunciare domino,aliàs cadit a iure ſuo.ibid.nu.10.
Emphyteuta non tenetur ad penſionem, quando adfuit talis ſterilitas, ut fructus non ſufficiant ad penſionem.in reſpon.128.nu. 12.uolu. ſecundo. 144
Emphyteuta qui ſoluit debitum canonem, & tenuit rem tanquam uaſallus,præſumitur habere inueſtituram,licèt inſtrumentum non probetur.in reſpon.142.nu.18.uol.2. 154
Emphyteuta poteſt uendere emphyteuſim, cum hac clauſula accedente conſenſu domini,& non aliter nec alio modo.in reſpon. 147.nu. 15.uol.2. 158
Limita in loco munitiſsimo,& qui de facili recuperari non poſſet.ibid. nume.16.
¶ Emphyteutæ non fit remiſsio mercedis,propter ſterilitatem.in reſp. 128.nu.9.uol.2. 144
Fallit quando penſio annuis fructibus reſpondet.in reſpõ.128.nu.10. uol.2.eo.
¶ Epiſcopus electus ad epiſcopatum nondum conſecratus,ea quę pertinent ad epiſcopum exercere non poteſt.in reſpon.116.nume.17. uolumi.2. 130
¶ Epiſtola probat contra ſcribentem.in reſpon.42. nume.28.uolumi. ſecundo. 51
¶ Aequiparatio intelligitur in caſibus regularibus niſi ſit dictio in omnibus, uel per omnia. in reſpon. 10. numero 32. uolumine ſecundo. 18
¶ Error ſcriptoris potius præſumitur quàm dolus.in reſpon. 61. nu. 1.uol.2. 69
Error Socij.in reſp.66.nu.21.uol.2. 76
Error coniunctionis & affinitatis non eſt probabilis.in reſp.n.6.nu. 19.uol.2. 11

Error Pauli de Caſtr. in reſp. 120. nu. 42. uol. 2. 139

Error in filiatione uitiat diſpoſitionem. in reſp. 158. nu. 1. uol. 2. 169

¶ *Etas infantilis ſeptennio terminatur. in reſpon. 125. nume. 1. uolu. ſecundo.* 141

Etymologia ſignat proprietatem niſi ſit authoritas in contrarium. in reſp. 102. nu. 16. uol. 2. 112

Etymologia non attenditur quando diffinitio uel authoritas adeſt in contrarium. in reſpon. 131. nu. 8. uol. 2. 146

¶ *Euidenter id apparere dicitur quod per legitimas coniecturas demonſtratur. in reſp. 111. nu. 42. uol. 2.* 124

¶ *Exceptio compenſationis poſt ſententiam & in executione ſententiæ opponi poteſt. in reſp. 13. nu. 50. uol. 2.* 23

Exceptio compenſationis debitum tollit ipſo iure. in reſpon. 13. nu. 51. uol. 2. eod.

Exceptio de iure tertij non admittitur quando pendet ab eius uoluntate, niſi ipſe declararet. in reſp. 14. nu. 14. uol. 2. eo.

Exceptio præſupponit regulam eſſe in contrarium. in reſpon. 46. nu. 4. uolumi. 2. 55

Exceptio ſiue oppoſitio ad unum tantum facta, operatur ut illa ad quę quis non oppoſuit uideatur approbaſſe. in reſpon. 63. nume. 1. uolu. ſecundo. 71

Exceptio de iure tertij, in tempore non facta nec probata, amplius opponi non poteſt. in reſp. 63. nu. 4. uol. 2. eo.

Exceptio ineptitudinis libelli quandocunque opponi poteſt. in reſp. 79. nu. 2. uol. 2. 88

Exceptio nullitatis contra tres ſententias admittitur, quando nullitas eſt euidens & notoria. in reſp. 80. nu. 10. uol. 2. 89

Item quando adeſt euidens iniquitas. ibid. nu. 11.

Exceptio nullitatis cōtra tres ſententias conformes opponi poteſt quādo fuerunt latę ab incompetentibus iudicibus. in reſp. 85. nu. 7. uol. ſecundo. 95

Exceptio mandati ſemper opponi poteſt, & reddit omnes ſententias nullas. ibid. nu. 13.

Exceptio furoris non debet poſſe nocere teſtamento, quando teſtator rectè teſtatus eſt inſtituendo filios, & diſponendo ut quilibet prudētiſſimus feciſſet. in reſpon. 90. nu. 30. uol. 2. 100

Exceptio dolo facis uel dominij poteſt opponi, ſi offeratur probatio incontinenti. ibid. nu. 39.

Exceptio filiationis, opponi poteſt ad iuſtificationem præteritionis. in reſp. 90. nu. 11. uol. 2. 100

Exceptio caſus non comprehenſi ſub regula ampliat regulam in reſpō. 107. nu. 6. fo. 118. & in reſp. 88. nu. 15. uol. 2. 98

Exceptio nullitatis in appellatione deducta impedit executionem, ſi aliquo caſu apparuerit ſententiam fore nullam. in reſpon. 109. nu. 21. uol. 2. 120

Exceptio debet eſſe de regula. in reſp. 88. nu. 15. uol. 2. 98

Exceptio non numeratę pecuniæ, excluditur propter geminationem obligationis. in reſp. 118. nu. 13. uol. 2. 131

Exceptio firmat regulam ut indiſtinctæ habeat locum præterquam in caſibus exceptuatis. in reſp. 135. nu. 5. uol. 2. 148

Exceptio non excludit caſus ſimiles, uel incluſos per alias leges. in reſpon. 135. nu. 12. uol. 2. eo.

Exceptio quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, an poſſit opponi in cauſa appellationis. in reſpon. 150. nu. 32. uol. 2. 160

Exceptio dilatoria non poteſt opponi, niſi ante litem conteſtatam. in reſpon. 156. nu. 10. uol. 2. 167

Exceptio facta procuratori generaliter facta, tollitur per actus contrarios factos ab excipiente ſine proteſtatione. in reſpon. 156. nu. 11. uol. 2. eo.

Exceptio incompetentiæ procuratoris, facta propter ſolennitates quæ requiruntur ad fauorem minoris non adhibitas, non nocet pupillo nec inualidat proceſſum, niſi ſententia eſſet lata contra minorem. in reſp. 156. nu. 17. uol. 2. 167

Exceptio ſtatuti, firmat regulam illius, in caſibus non exceptuatis. in reſp. 155. nu. 6. uol. 2. 166

Et non excludit alios caſus incluſos a iure communi in reſpō. 155. nu. 25. uol. 2. eo.

Et non ampliat regulam ut extendatur ad ea quæ aliàs ſub regula ſtatuti non includuntur. ibid. nu. 26.

Exceptiones & duplicationes ſunt reorum. in reſpō. 81. nume. 57. uol. ſecundo. 91

¶ *Excipere ſufficit de ſimili titulo probando per teſtes, ad impediendum miſsionem in poſſeſsionem. in reſpon. 90. nume. 38. uolumine ſecund.* 100

¶ *Excommunicatum aliquem fuiſſe ante electionem ſufficit probare: quia etiam præſumetur illum fuiſſe excommunicatum tempore electionis. in reſp. 42. nu. 5. uol. 2.* 51

¶ *Excuſsio tunc non habet locum quando notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo. in reſpon. 63. nu. 43. uol. 2.* 72

Excuſsio principalis nō requiritur quando proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij. ibid. nu. 45.

Excuſsio principalis regulariter præcedere debet antequam poſsit agi contra tertios pignorum poſſeſſores. in reſp. 110. nu. 1. uol. 2. 122

Excuſsionis beneficium, negando, fideiuſſor amittit. in reſpon. 63. num. 44. uol. 2. 72

¶ *Executio nulla eſt, quæ fit intra tempus quod datur iudicatis. in reſpon. 16. nu. 4. uol. 2.* 25

Executio facta intra tempus quod datur ad appellandum eſt nulla. in reſp. 16. nu. 6. fo. 25. & in reſpon. 109. nu. 9. uol. 2. 120

Executio trium ſententiarum impeditur quando adeſt expreſſus iuris error, uel nullitas eſt notoria. in reſpon. 72. nu. 1. uol. 2. 81

Item quando adeſt euidens iniquitas. ibid. nu. 2.

Executio ſententiæ facta parte non citata eſt nulla. in reſpon. 76. nu. 2. uolumi. 2. 85

Executio laudi non debet retardari, quando læſio non prouenit ex dolo uel culpa arbitratoris. in reſp. 93. nu. 23. uol. 2. 103

Executio poteſt conſiderari continere exceſſum, omnibus modis quibus plus dicitur. in reſpon. 109. nu. 20. uol. 2. 120

Executio an a tertio qui intereſſe prætendit impediri poſſit. in reſpon. 109. nu. 35. & 36. uol. 2. 121

Executione quod ultimum eſt dicitur primum in intentione. in reſpon. 52. nu. 46. uol. 2. 62

Executionis natura eſt, ut non admittantur probationes ad illam impediendam niſi incontinenti, & ille quæ ſunt notoriæ & euidentes. in reſp. 12. nu. 5. uol. 2. 20

¶ *Expenſę in diuiſione per diuiſores calculatę, & computatę uerisimiliter cenſentur, quando de eis coram diuiſoribus agebatur. in reſpon. 27. nu. 19. uol. 2.* 36

Expenſæ debent taxari præſtito prius iuramento. in reſpon. 72. nu. 5. uol. 2. 81

Expenſę debentur ratione contumacię. ibid. nu. 14.

Expenſę continentur appellatione damni. in reſpon. 72. nume. 12. uol. ſecundo. 82

Expenſę uoluptarię, dicuntur illę quæ nullam afferunt utilitatem. in reſpon. 131. nu. 15. uol. 2. 146

¶ *Expenſas aliquem alteri feciſſe cum ſit actus ſucceſsiuus, a teſtibus de aliquo tempore tantum deponentibus, probari non poteſt. in reſp. 27. nu. 3. uol. 2.* 35

Expenſarum condemnatio non admittitur in cauſa criminali, criminaliter intentata. in reſpon. 72. nu. 14. fo. 82. & in reſpon. 80. nu. 4. uolumi. 2. 88

Expenſarum condemnatio ubi petita non fuit fieri non poteſt. in reſpō. 80. nu. 6. uol. 2. eo.

Expenſarum condemnatio an in cauſis criminalibus locum habeat alta eſt quæſtio. ibid. nu. 2.

¶ *Experientia eſt rerum magiſtra. in reſpon. 96. numero 3. fo. 108. & in reſpon. 106. numero 23. fo. 117. & in reſpon. 66. nume. 35. uolumi. 2.* 76

¶ *Expreſſum non conſiſtit in interpretatione iuris, ſed tacitum. in reſpon. 64. nu. 27. uol. 2.* 73

Expreſſum quod non eſt in diſpoſitione, non inducit priuationem, in materia excluſiua ſeu priuatiua. in reſpon. 54. nu. 9. uol. 2. 73

Expreſſum id dicitur quod oculis corporeis legi poteſt. in reſpon. 77. nu. 4. uol. 2. 86

Expreſſum id dicitur quod diſpoſitionis ratione comprehenditur. in reſpon. 101. nu. 7. fo. 110. & in reſpon. 111. nu. 22. uol. 2. 124

Expreſſum eſt potentius tacito. in reſpon. 17. nu. 9. fo. 26. & in reſpō. 101. nu. 25. uol. 2. 111

Expreſſum generaliter tantum operatur quantum ſi ſpecialiter fuiſſet expreſſum. in reſpon. 18 nu. 13. uol. 2. 26

Expreſſum facit ceſſare tacitum, quando ita concurrunt quod tacitum nihil operaretur. in reſp. 22. nu. 14. uol. 2. 32

Expreſſum & tacitum, conſiderantur tribus modis. in reſpon. 7. num. 28. uol. 2. 14

Expreſſum per relationem ad aliud, proprie dicitur eſſe expreſſum. in reſpon. 137. nu. 12. uol. 2. 150

Expreſsi & taciti idem eſt iudicium. in reſpon. 139. nume. 3. uolumi. ſecundo. 151

¶ *Expreſsio*

¶Expreſſio eius quod tacite ineſt ſuperflua non iudicatur.in reſpõ.21.nu.27.fo.30.& in reſpon.82.nu.21.fo.92.& in reſpon. 131.nu.12.uol.2. 146
Expreſsio illius quod tacite ineſt in dubio præſumitur facta prout tacite ineſt.in reſp.21.nu.28.fo.30.& in reſp.109.nu.55.uol.2. 121
Expreſſio meritorum ad augmentum,inſerta donationi,non debet poſſe operari donationis diminutionem.in reſpon.63.numero 27.uolum. ſecundo. 72
Expreſsio eius quod tacite ineſt nocere non debet.in reſpõ.109.nu.54. uolumi.2. 121
¶Extenſio fit ad ſimiles caſus,& in quibus ſimilis uel maior ratio militat.in reſp.11.nu.17.uol.2. 19
Extenſio etiam in materia priuatiua aut excluſiua fit,ex ſimilitudine uel maioritate rationis.in reſp.54.nu.42.uol.2. 64
Extenſio de caſu ad caſum debet fieri cum omnibus ſuis qualitatibus. in reſpon.56.nu.9.uol.2. 65
Extenſio in pœnalibus & correctorijs fit ubi militat eadem uel fortior ratio.in reſp.75.nu.11.fo.85.& in reſp.91.nu.17.uol.2. 101
Extenſio quæ fit ubi militat eadem ratio,non dicitur extenſio,ſed intenſio & comprehenſio.in reſp.91.nu.18.uol.2. 101
Extenſio de caſu ad caſum fit ex ueriſimili mente teſtatoris. in reſpon. 5.nu.9.uol.2. 9
Extenſio de perſona ad perſonam non fit,licet militet ueriſimilis mens teſtatoris.ibid.nu.10.
Fallit quando perſona ad quam fit extenſio non eſt penitus omiſſa a teſtatore,ſed in ea reperitur qualitas,expreſſa in perſona nominata. in reſpon.5.nu.46.uol.2. 10
Extêditur & reformatur,ac reuiuiſcit,aliquid facilius,quam quod de nouo inducatur.in reſp.5.nu.42.uol.2.eo.
Extenſio fit de perſona ad perſonam,quæ late ſumpto uocabulo ſub diſpoſitione comprehenditur. ibid.nu.44.
Extenſio de perſona ad perſonam fauore piæ cauſæ fieri poteſt. ibid. nume.47.
Extenſio in correctorijs eſt prohibita. in reſpon.115.numero 16.uol. ſecundo. 128
Etiam ſi ſit eadẽ ratio,quando ſunt pœnalia.in reſp.154. nu.27. 165
Extenſio in correctorijs ex maioritate rationis fit, quando reditur ad ius commune.in reſp.163.nu.34.uol.2. 155
¶Extimum uti publicum debet facere notorium,ſicut publica fama. in reſpon.65.nu.31.uol.2. 75
¶Extremum a quo debet eſſe habile in eſſentia. in reſpon. 75. nu. 2. uolumi.2. 84

FACIENS aliquid ad quod tenetur de neceſsitate, nõ dicitur ad fauorem facere,& fauorem adhibere. in reſpon.90.nu.27.uol.2. 100
¶Facta non præſumuntur niſi probetur.in reſpõ.52.nu.48.fo.62.& in reſpon.69.nu.22.uol.2. 79
Facta coniuncti,coniunctus præſumitur ſcire. in reſpon. 51.nume. 4. uolumi.2. 60
Facta multa tenent,quæ non ita de facili fieri conceduntur. in reſpon. 70.nume.17. 80
Facta immediate,præſumuntur facta ex cauſa & contemplatione præcedentium.in reſpon.81.nu.7.uol.2. 89
Facta non arguunt mentem diſponentis, niſi quatenus neceſſario inſerunt.in reſpon.102.nu.50.uol.2. 113
Facta inter fratres,matrem & filium, & huiuſcemodi perſonas præſumuntur facta potius iure familiaritatis,quam renunciationis, & remiſsionis.in reſpon.102.nu.51.uol.2. 113
Facta illicita,tolerari non debent. in reſpon. 3. numero 8. uolumine ſecundo. 6
Facto proprio nemo contrauenire poteſt.in reſpon. 105.nu. 1. uolu. ſecundo. 115
¶Factum inutiliter non prodeſt facienti,cum non dicatur factum. in reſpon.12.nu.29.uol.2. 21
Factum quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.in reſp. 12. nu.28.uol.2.eo.
Factum ſimul id dicitur,quod fit immediate & incontinenti. in reſpõ. 13.nu.58.uol.2. 23
Attenditur quod principaliter fit. in reſpon.17. numero 1. uolumine ſecundo. 25
Factum hominis unius diei, non dicitur idem cum facto alterius diei. in reſpon.23.nu.3.uol.2. 33
Factum unius temporis a facto alterius temporis differt. in reſpon. 41.nu.5.uol.2. 50
Factum licet præſumatur nomine proprio geſtum, tamen quando ex confeſsione probatur factum,non præſumitur nomine proprio.in reſpon.52.nu.32.uol.2. 61
Factum quid fuerit non inſpicitur, ſed propter quod fuerit factum. in reſpõ.63.nu.20.fo.72.& in reſpon.76.nu.18.uol.2. 86
Factum probans ſine qualitate nihil feciſſe uidetur.in reſpon. 69.nu. 14.fo.79.& in reſpon.150.nu.4.uol.2. 160
Factum agentis,ipſo melius nemo ſcire poteſt.in reſpon.81.nume.64. uolumi.2. 91
Factum uel dictum cum certa qualitate, non eſt illud ſine illa qualitate,ſed quid penitus diuerſum.in reſp.127.nu.2.uol.2. 144
Quod procedit quando qualitas eſt ſubſtantialis,cuius adeſſe, uel abeſſe,tranſubſtantiat factum.in reſp.127.nu.11.uol.2.eo.
¶Falcidię appellatione uenit Trebellianica.in reſpõ. 160.nume. 16. uolumi.2. 172
¶Falſam monetam expendens,ſiue retinens apud ſe,non punitur,quãdo dicit & oſtendit a quo habuit.in reſpon. 151. numero 20. uolu. ſecundo. 162
Item nõ punitur pœna falſi quando retinet & expendit pro ludo,pro eo quod ualent.in reſpon.151.nu.25.uol.2.eo.
¶Falſarius ille præſumitur,apud quem falſa reſcripta reperiuntur. in reſp.151.nu.4.uol.2. 161
Item ille apud quem reperiuntur formæ conficiendi monetam.in reſpõ. 151.nu.7.uol.2.eo.
Falſarius ille non dicitur,qui errans credit ſe dicere ueritatem, & iurat.ibid.nu.10.
¶Falſis teſtibus utens dicitur falſarius,cauſam amittit & puniri debet.in reſpon.34.nu.16.uol.2. 44
Falſitas præſumitur in poſitionibus adeſſe,quando interuenit in eis manus alterius quam notarij.in reſpon.34.nu.10.uol.2.eo.
Falſitas præſumitur commiſſa potius ab eo cuius intererat committi, & qui habuit facultatem committendi,quam ab alio.in reſpõ. 34. nu.11.uol.2.eo.
Falſitas præſumitur in perſona malę famæ, ſicut non præſumitur in perſonis bonæ famæ.ibid.nu.13.
Falſitas quæ non tangit dictum ſeu negotium principale non facit dicta teſtium reprobari.in reſpõ.43.nu.25.uol.2. 52
Falſitas ludentium in lupanari,per lenones & infames probari poteſt. in reſpon.58.nu.3.uol.2. 66
Falſitas non probatur,niſi teſtes dicant doloſe & ſcienter fuiſſe factũ in reſpon.74.nu.52.uol.2. 84
Falſitatis imago eſt remotum a ueriſimili. in reſpon. 59. nume. 23. uolumi.2. 68
Falſitatis ſuſpicio pro falſitate habetur.in reſpon. 31. nu. 14.fo. 44. & in reſpon.151.nu.8.fo.161.limita ut ibi.nu.26.& 27.& 28. & uide in uerbo,ſuſpicio.
¶Falſum regulariter probatur per teſtes.in reſpon.90. numero 43. uolumi.2. 100
Falſum eſt immutatio ueritatis ex certa ſcientia facta, quæ non committitur ſine dolo.in reſp.151.nu.9.uol.2. 161
¶Fama mala,quando habuit originem ab inimicis,& non fidedignis, contra inquiſitum nihil operatur.in reſp.45.nu.1.uol.2. 54
Fama mala,ut noceat inquiſito,requiritur quod adfuerit ante incarcerationem.in reſp.45.nu.2.uol.2.eo.
Fama mala purgatur per probationem bonæ famæ. in reſpon.45.nu. 3.uol.2.eo.
Fama ut contra aliquẽ probet,debet eſſe uehemens,& pleniſſime probata.in reſp.45.nu.12.uol.2. 55
Fama & fuga in criminalibus plenam faciunt probationem.in reſpon. 48.nu.8.uol.2. 57
Fama & fuga etſi ſui natura ad plenam probationem actus non ſufficerent:eo tunc tamen ſufficere debent, quando alię non poterant haberi probationes.ibid.nu.9.
Fama publica facit ſemiplenam probationem.in reſp.50.nu.8.fo.59. & in reſpon.58.nu.3.fo.67.& in reſp.81.nu.35.fo.90.& in reſpon.114.nu.17.uol.2. 128
Fama non probat,quando non fuit legitime probata & articulata. in reſpon.50.nu.13.fo.59.& in reſpon.81.nu.71.uol.2. 91
Fama bona optime probata præfertur malę famæ,etiam recte probatę.in reſpon.50.nu.14.uol.2. 59
Fama publica in criminalibus nõ coniungitur cum alia ſemiplena probatione.in reſp.50.nu.18.uol.2.eo.
Fama publica in his quæ ſunt difficilis probationis,ſufficit ad faciendã

plenam probationem.in reſpon.94.nu.17.uol.2. 104

Fama bona de aliquo probata purgat omnem ſuſpicionem & indicium in contrarium.in reſpon.27.nu.23.fo.36.& in reſpon.50. nu.16. uolumi.2. 59

fama bona tollit omnem ſuſpicionem & indicia contra aliquem exiſtentia:maxime quando eſt uir grauis, & honeſtę profeſsionis. in reſp. 60.nu.5.uol.2. 69

fama uehemens indicium facit ad torturam. in reſpon. 57. numer. 1. uolumi.2. 65

fama aliquibus adminiculis cum ea concurrentibus ſecundum omnes abſque difficultate indicium facit ad torturam.in reſpon. 57.nu.8. uol.2.eod.

fama bona inquiſiti legitime probata omnia indicia contra eum exiſtẽtia tolluntur.in reſpon.57.nu.23.fo. 66.& in reſpon. 59. nu. 36. fo.68.& in reſp.74.nu.15.uol.2. 83

fama capturam & inquiſitionem præcedere debet, nec ſufficit ſi ſubſequatur.in reſp.57.nu.25.uol.2. 66

fama a ſuſpectis & maleuolis perſonis originem trahens nullius eſt momenti.in reſp.57.nu.26.uol.2.eo.

fama non inducit plenam probationem.in reſp. 95.nu. 13.uol.2.107

fama in his quæ ſui natura clare probari nequeunt facit plenam probationem.in reſpon.95.nume. 14.fo.107.& in reſpon.98.num.4. uolum.2. 108

fama in filiatione & in confinibus antiquis, & in factis antiquiſsimis excedentibus memoriam hominum probat.in reſpon.95.nume.15. uolumi.2. 107

fama publica alijs adminiculis adiuta probat filiationem. in reſp.146. nu.5.uol.2. 157

¶ Famulus in cauſa patroni non eſt idoneus teſtis.in reſpon. 27.num. 8.uolu.2. 35

¶ Ferijs quæ non ſunt in honorem Dei tacite renunciari poteſt.in reſp. 41.nu.4.uol.2. 50

feriæ ſunt conceſſę ea ratione,ne homines ab operibus neceſſarijs retrahantur.in reſp.137.nu.5.uol.2. 149

¶ Feudatarius qui nimis grauat ſubditos & eis aufert eorum immunitates,feudo priuari poteſt. in reſpon. 147. numero 10. uolumine ſecundo. 158

feudatarius poteſt alienare feudum cum clauſula, accedente conſenſu domini,& non aliter nec alio modo.in reſp.147.nu. 15.uol.2.158

fallit quando uenderet locum munitiſsimum infeudatum, qui abſque difficultate recuperari non poſſet.in reſp.147.nu.16. 158

¶ Fictio non retrotrahitur ad ea quæ ſunt impoſsibilia de iure . in reſpon.114.nu.5.uol.2. 127

fallit in conuentione quæ fit propter pacem.ibid.nu.6.

fictio fictionis non datur.in reſp.113.nu.6.uol.2. 127

fictio non datur niſi magna ſuadente æquitate.in reſp. 116.nume. 30. uolumi.2. 130

fictio ibi ceſſat ubi ueritas locum habere poteſt.in reſp.116.nume. 31. uolumi.2.eo.

fictum illud dicitur quod eſt factum & aſſumptum contra ueritatem. in reſp. 11.nu.27.uol.2. 20

¶ Fideicommiſſa regulariter fiunt ſub mortis conditione. in reſp. 21. nu.43.uol.2. 31

fideicommiſſarius & legatarius non ſunt legitimi contradictores quando hæres uult detrahere quartam.in reſp.149.nu.5.uol.2. 159

fideicommiſſarius,improprie dicitur hæres.in reſpon. 5.nume. 72.uolumine.2. 11

fideicommiſſarius ſibi iniunctam conditionem adimpleuiſſe probare tenetur.ibid.nu.77.

fideicommiſsi reſeruatio reſtringitur per facultatem alienandi conceſſam.in reſpon.29.nu.18.uol.2. 38

¶ Fideicommiſſo cenſetur renunciatum per hæc uerba,renunciat iuribus ſibi competentibus,& quæ habet,uel habere ſperat ,quando ex alia cauſa ius renuncianti non competebat.in reſpon. 126.nu.40. uolumi.2. 130

fideicommiſſo renunciatum uidetur,ſi eſt renunciatum iuribus præſentibus & futuris.in reſp.29.nu.7.uol.2. 37

fideicommiſſo per diuiſionem non intelligitur renunciatum, & ſi ſint clauſulæ & renunciationes generaliſsimę, quando inter diuidentes non eſt paret æqualis cauſa remittendi fideicommiſſum. in reſp. 29. nu.32.uol.2. 38

fideicommiſſo per diuiſionem non intelligitur renunciatum,quando uni eſt data poteſtas alienandi,& conſtat ex qua ratione,& nõ alteri. ibid.nu.33.

fideicommiſſo renunciatum uideri per diuiſionem bonorũ quo ad uſum fructum iure cautum non reperitur.in reſp.29.nu.34.uol.2. 38

fideicommiſſo per ſimplicem diuiſionem renunciatum non intelligitur, ſecundum communem opinionem.in reſp.29.nu.29.uol.2.eo.

¶ Fideicommiſſum diminuitur & reſtringitur,ut uerba aliquid operẽtur.in reſp.126.nu.26.uol.2. 143

Rebus alienis maior debetur diligentia quàm proprijs. in reſpon. 100. nu. 6. uol. 2. 109
¶ Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. in reſpon. 12. nume. 20. uolumi. 2. 21
Reſtitutio facta hæredi qui propter non confectionem inuentarij amiſerat trebellianicam, intelligitur ſi hæres inuentarium confecerit. in reſp. 12. nu. 24. uol. 2. eo.
Reſtitutio ex capite ignorantiæ & abſentiæ, datur aduerſus præſcriptionem. 40. anno. non ſolum eccleſiæ, ſed etiam laicis. in reſpon. 143. nu. 1. uol. 2. 155
Immo & aduerſus præſcriptionem tanti temporis cuius initij memoria non extat. in reſp. 143. nu. 2. uol. 2. eo.
Quadriennium quod datur ad petendum reſtitutionem, non currit niſi ſcienti, etiam ſi ſtaret per centum annos. in reſpon. 143. nume. 5. uol. 5. eo.
¶ Reſtrictio eſt uiolatio. in reſpon. 46. nu. 26. uol. 2. 56
Reſtrictio non admittitur, ſtante proprietate uerbi. in reſpon. 88. nu. 8. uolu. 2. 98
Reſtrictio uerborum eſt impropriare. in reſpon. 163. nume. 17. uolumi. ſecundo. 115
¶ Reuocatio negationis dicitur facta incontinenti quando eſt facta re integra. in reſp. 37. nu. 24. uol. 2. 46
Reuocatio ad priſtinam naturam eſt facilis. ibid. nu. 25.
¶ Reus regulariter non tenetur edere actori. in reſpon. 20. nume. 11. uolumi. 2. 29
Reus tenetur edere actori fauore ultimæ uoluntatis. in reſpon. 20. nu. 12. uol. 2. eo.
Reus officio iudicis tenetur edere actori, quando in retentione argueretur peccatum. ibid. nu. 13.
Reus fraude uſus officio iudicis tenetur edere actori. in reſp. 20. nu. 15. uolumi. 2. 29
Reus tenetur edere actori fauore liberorum. ibid. nu. 17.
Reus tenetur edere actori in cauſa matrimonij. in reſpon. 20. num. 18. uolumi. 29
Reus tenetur edere actori in cauſa dotis. in reſp. 20. nu. 19. uol. 2. eod.

Reus

Digitized by Google

Reus tenetur edere actori in cauſa miſerabilium perſonarum. ibidem nume. 20.

Reus conuentus ut condemnari poſſit, opus eſt quod fuerit conuictus aut confeſſus.in reſp. 59.nu.14.uol.2. 67

Reus confitens in expenſis condemnari non debet.in reſpon. 72.nu. 8. uolumi.2. 81

Reus abſolui debet, quando contra ipſum nihil fuit probatum.in reſpō. 91.nu.1.uol.2. 101

Reus in ſua exceptione actoris uice fungitur.in reſpon.5.num.80. uol. ſecundo. 15

Reus confitens delictum ſine qualitate requiſita puniri non poteſt.in reſpon.127.nu.3.fo.144.& in reſp.151.nu.19.uol.2. 162

Reus in crimine falſi, an & quando ex ſola ſuſpicione condemnari poſſit.in reſp.151.nu.8.26.27.& 28.uol.2. 161.& 162

¶ Rubrica declarat nigrum in quibus terminis loquatur.in reſpō.39. nu.12.uol.2. 48

SACERDOTES dij appellantur, & reges dicunt. in reſp.71.nu.5.uol.2. 80

Sacerdotio nulla ſecularis dignitas adequatur.in reſp. 71.nu.4.uol.2.eo.

¶ Saluus conductus emanatus a principe omnino effectum conſequi debet, ne quis ſub illius literis decipiatur.in reſp.92.nu.11.uolumi. ſecundo. 102

Saluus conductus ut obſeruetur ad principis ſpectat honorem. ibidem nume.12.

Saluus conductus latiſsime interpretari debet: in reſpon. 92.nu. 13. uolumi.2. 102

Saluus conductus conceſſus ad ueniendum, extenditur etiam ad redeũdum, quamuis in eo de reditu mentio non fuerit facta. in reſp. 92. nu.14.uol.2.eo.

Saluus conductus datus ad ueniendum, cenſetur etiam datus ad mittẽdum.ibid.nu.15.

¶ Salui conductus interpretantur latiſsime ultra naturam uerborum ſubaudiendo etiam ea quæ uerbis expreſsis repugnare uidentur. in reſp.92.nu.16.uol.2. 102

¶ Saluum conductum concedens ad beneplacitum ſuum cum diſdicta quinque dierum, præſupponit ſe uelle actum ualidum facere.in reſp. 92.nu.17.uol.2.eo.

¶ Scandalum ubi imminet Papę non eſt obediendum.in reſp.1.nu.39. uolumi.2. 3

ſcandalum ut euitetur generaliter receditur a regulis iuris, ibidem numero.40.

¶ Scientia præſumitur in his quæ quis ſcire & inueſtigare tenetur. in in reſp.12.nu.39.uol.2. 21

Scientia hæredis in rebus alienis præſumitur quando de ipſis illum inueſtigaſſe conſtat.ibid.nu.40.

ſcientia litis & ſententiæ interueniente ac impediente ſententiæ executionem tertius amplius non admittitur.in reſpon.42.nume.26.uolumine.2. 51

Scientia per coniecturas probari poteſt.in reſpon. 65.nu.24.uolumine ſecundo. 75

Scientia teſtamenti probatur, ſi probetur hæredem penes ſe ab initio habuiſſe teſtamentum.in reſpon.65.nume.uigeſimooctauo uolumi. 2.eodem.

ſcientia teſtamenti probatur per deſcriptionem in eſtimo, & ſolutionẽ ab hærede factam cum quittationibus.in reſpon.65.nume. 29.uol. 2.eodem.

ſcientia teſtamenti probatur per publicam famam. in reſpon. 65. nu. 32.uol.2.eo.

¶ Scripta in memoriali uel cedula, non probant contra ſcribentem.in reſp.123.nu.11.uol.2. 139

¶ Scriptura priuata facit fidem contra ſcribentem.in reſp.13.nu.39. fo.23.& in reſp.123.nu.2.uol.2. 139

ſcriptura priuata, largo modo inſtrumentum dici poteſt. in reſpon.74. nu.42.uol.2. 84

ſcriptura nulla, nemini nocere debet.in reſpon.74.nume.37.uolumine ſecundo eod.

ſcriptura priuata inter eaſdem perſonas, fidem facit. in reſpō.123.nu. 5.uolu.2. 139

ſcriptura facit fidem contra confitentem ei fidem adhiberi. in reſpon. 123.nu.6.uol.2.eo.

ſcriptura referens ſe ad aliam, nõ probat niſi producatur illa ad quam ſe refert.ibid.nu.17.

¶ Scripturæ poſitæ in archiuo publico probant. in reſpon. 15.nu.12. fo.24.& in reſp.123.nu.3.uol.2. 139

ſcripturæ priuatæ cui aliàs fides adhibetur, tunc non creditur quando non continet ueriſimilia.in reſp.93.nu.19.uol.2. 103

ſcripturæ priuatæ non creditur, quando caret die & tempore, nec eſt trino teſte ſignata.in reſpon.93.nu.20.uol.2.eo.

¶ Secreta pandens non dicitur fideliter ſeruire, immo tanquam infidelis feudo priuari poteſt.in reſp. 81.nu. 40.fo.90.& in reſpon. 82. nu.34.uol.2. 93

ſecreta pandens iniuriarum actione conueniri poteſt. in reſpon.71.nu. 41.uol.2. 90

¶ Seniores iunioribus præferri debent.in reſpon.4.nume.33.uolumi. ſecundo. 8

ſenioribus eſt attributa poteſtas corrigendi iuniores.in reſpon.4.nume. 34.uol.2.eo.

¶ Sententia ſequentis mentem teſtatoris eſt præferenda ſententiæ ſequentis figuram uerborum.in reſpon.111.nume.decimoquinto uo. ſecundo. 124

ſententia ita uerbis anteponenda eſt, ſicut anima corpori.in reſp.111. nu.14.uol.2.eo.

ſententia continens taxationem expenſarum factam, nullo præſtito iuramento eſt nulla.in reſp.80.nu.7.uol.2. 88

ſententia lata parte non citata eſt nulla.in reſpon.85.nume.4.uolum. ſecundo. 95

ſententia lata contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam eſt nulla.in reſp.85.nu.6.uol.2. 95

ſententia lata pendente appellatione non meretur executionem. ibid. nume.12.

ſententia lata in iudicio criminali debet fidem facere in ciuili.in reſpō. 95.nu.24.uol.2. 107

ſententia abſolutoria non nocet reſpectu nouarum probationum, quando non fuit lata ſuper toto facto.in reſpon.95.numero 25. uolumi. 2.eodem.

ſententia ſuper deſertione cauſæ, licèt ſit interlocutoria, ab ea tamen appellari poteſt.in reſp.107.nu.2.uol.2. 118

ſententia illa dicitur diffinitiua, quæ principali negotio finem imponit. in reſp.109.nu.7.uol.2. 120

ſententia lata a iudice, quia tale quid eſt, ſi illud tale non eſt, eſt nulla. ibid.nu.22.

ſententia quæ continet eſſe inductum fideicommiſſum, ſi caſum non contineat per quem inducitur, eſt nulla.in reſpon.109.nume. 24.uolu. ſecundo. 121

ſententia in qua iudex cum poſſet, non declarauit quãtitatem pecuniæ petitæ, ſed ſe retulit ad quantitatem de qua apparebat in aliquo inſtrumento, non ualet.in reſp.109.nu.25.uol.2.eo.

ſententia continens expreſſum errorem eſt nulla.in reſpō. 109.nu.26. uolumi.2.eo.

ſententia lata contra regulam iuris, dicitur continere manifeſtum iuris errorem.in reſp.116.nu.10.uol.2. 129

ſententia quæ nulla eſt, ſententia dici non poteſt.in reſp. 13.nume. 36. uolumi.2. 22

ſententia differt ab ipſius executione, & ex eis diuerſæ oriuntur actiones.in reſp.23.nu.13.uol.2. 33

ſententia eſt ſtrictiſsimi iuris.in reſp.26.nu.8.uol.2.fo.35.& in reſp. 109.nu.30.uol.2. 121

ſententia quę tranſiuit in rem iudicatam facit ius irreuocabile.in reſp. 16.nu.11.fo.35.& in reſp.36.nu.7.uol.2. 46

ſententia decem diebus elapſis tranſit in rem iudicatam. in reſpon. 13. nu.1.uol.2. 22

ſententia iudicis a quo, lata pendente appellatione eſt nulla, & tanquã de facto, & uti attentatum debet reuocari.in reſpon.26.nume. 11. uolumi.2. 35

ſententia interlocutoria lata pendente appellatione etiam inſerta cauſa eſt nulla.ibid.nu.12.

ſententia continens falſam cauſam eſt nulla.in reſp.26. nu.15.fo. 35. & in reſp.77.nu.1.uol.2. 86

ſententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.in reſp.26.nu.25. uolumi.2. 35

ſententia lata non ſeruato ordine iuris uel ſtatuti, eſt nulla.ibid.nu.27.

ſententia diffinitiua proprietatis lata in petitorio, decretum quoque appellatur.in reſp.40.nu.13.uol.2. 49

ſententia libello conformis eſſe debet.in reſp.40.nu.15.fo.eo. & in reſpon.86.nu.31.fo.96.& in reſp.118.nu.17.fo.132.& in reſpō. 150.nu.37.uol.2. 161

Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam pro ueritate habetur. in reſpon.40.nu.24.uol.2. 49

Sententia lata in petitorio probat condemnatum non eſſe dominum. ibid.nu.25.

Sententia probat uictorem, ipſa mediante acquiſiſſe dominium ſaltem per uiam exceptionis uel replicationis.in reſpon.40.nu.26.uolum. ſecundo. 49

ſententia ex actis & per teſtes iuſtificata probat.in reſpon. 40.nume. 42.uol.2.eo.

Sententia lata contra caſum legis, dicitur continere manifeſtum iuris errorem.in reſp.72.nu.3.uol.2. 81

ſententia confirmans aliam nullam a qua fuit appellatum, quamuis non ſuper nullitate diſcuſſum attenditur,& ex ea agitur non conſiderata nullitate confirmatę.in reſp.72.nu.6.uol.2.eo.

Quod procedit quando nullitas quæ aderat in prima, ceſſat in confirmante,aliàs ſecus.ibid.nu.7.

ſententia ſicut eſt nulla quando eſt contra expreſſum ius commune,ita etiam eſt nulla quando eſt contra rationem legum loquentium etiã in alijs terminis.ibid.nu.9.

ſententia non dicitur contra legem,quando eſt per argumenta, uel ſimilitudinem caſus.ibid.nu.10.

ſententia prima dicitur continere manifeſtam iniquitatem,quando continet contrarium eius quod poſtea idemmet iudex aſſeruit, & pronunciauit in ſecunda.ibid.nu.17.

ſententia lata contra regulam iuris non ualet.in reſpon. 77.nume.2. uolumi.2. 86

ſententia lata pendente dilatione eſt ipſo iure nulla, nec de cõſenſu partium ratificari poteſt.ibid.nu.8.

ſententia lata contra communem opinionem non eſt ipſo iure nulla. ibidem nu.14.

ſententia lata ſuper inepto libello nullius eſt momenti.in reſpõ.79.nu. 3.uolumi.2. 88

ſententiæ tres conformes non merentur executionem ubicumque in eis adeſt aliquis defectus notorius.in reſp.85.nu.2.uol.2. 95

ſententiæ uerba proprie interpretari debent.in reſpon.109. nume.30. uolumi.2. 121

¶ Sequeſtrum ubi adeſt,pars non poteſt ſe in re intromittere.in reſpon. 36.nu.2.uol.2. 45

¶ Sermo generalis non comprehendit illud quod in ſpecie quis non eſſet ueriſimiliter conceſſurus. in reſpon. 29. numero 22. uolumine ſecundo. 38

Sermo neceſſario ad unum refertur,quando ad aliud referri non poteſt in reſp.62.nu.13.uol.2. 70

ſermo concedentis generalis non cenſetur prolatus reſpectu illius cum quo loquitur concedens,ſed reſpectu aliorum. in reſpon. 92. n. 23. uolumi.2. 102

ſermo pluralis uerificatur in uno,quando priuatiue ponitur.in reſpon. 126.nu.28.uol.2. 143

ſermo quilibet in caſu licito & permiſſo intelligi debet.in reſpõ. 115. nu.21.uol.2. 129

ſermo generalis nõ includit illud quod quis in ſpecie concedere non poſſet.in reſp.128.nu.4.uol.2. 144

ſermo generalis quando non poteſt referri niſi ad unum, perinde eſt ac ſi illud ſpecialiter eſſet expreſſum.in reſp.139.nu.4.uol.2. 151

¶ Simulatio quando licita ſit,& non uitiet contractum.in reſpõ.119. nu.33.& 34.uol.2. 134

ſimulatio non præſumitur.in reſp.157.nu.13.uol.2. 169

¶ Societas in perpetuum contrahi non poteſt.in reſp.66.nu.8.uolum. ſecundo. 76

ſocietas non poteſt ita contrahi,ut tranſeat ad hæredes.ibid.nu.9.

ſocietas poteſt contrahi ad uitam, & ne ullo tempore dum ſocij uixerint ab ea recedatur.in reſp.66.nu.15.uol.2. 76

ſocietas non continuatur in hæredes, ſed ſociorum morte finitur. ibid. nume.23.

¶ Socius ille dici non debet qui nullum damnum ſentit.in reſp.82.nu. 27.uolumi.2. 93

Socius criminis in quibuſdam caſibus ſpecialiter enumeratis de ſocio interrogari poteſt.in reſp.59.nu.17.uol.2. 67

ſocius criminis non facit ſufficiens indicium ad torturam.in reſpon. 57. nu.4.uol.2. 65

Fallit in caſibus in quibus interrogari poteſt.in reſp.57.nu.5.uolumi. 2.eodem.

ſocius criminis non facit indicium,nec aliquod operatur, niſi depoſuerit in tortura.in reſp.57.nu.29.uol.2. 66

ſocius & non famulus ille eſt cenſendus,qui ponit operas,& lucrorum partem conſequitur.in reſpon. 82. nume. uigeſimoſexto uolumine ſecundo. 93

ſocij habentes magnam familiaritatem inuicem ferentes teſtimonium, non probant.in reſp.27.nu. 10.uol.2. 35

ſocij criminis inter ſe non ſunt idonei teſtes.in reſpon.59.numer. 16. uolumi.2. 67

ſocij criminis depoſitio ſolum operatur,ut inquiſitio formari poſſit.ibi. nu.18.

¶ Solennitas extrinſeca non præſumitur.in reſpon. 82.nu.24.fo.93. & in reſp.142.ubi ampliatur.nu.1.uol.2. 154

Quod maxime procedit quando ſine ea actus ualere potuit. in reſpon. 142.nu.14.uol.2.eo.

ſolennitas aliqua non requiritur in renouatione inueſtituræ facta de re ſolita locari.ibid.nu.23.

ſolennitates omnes requiſitæ in conceſſione in emphyteuſim,& alienatione rerum eccleſiæ,& pij loci propter diuturnitatem tẽporis præſumuntur interueniſſe. in reſpon.142.numer.15.16.& 19.uolumine.2. 154

ſolennitates requiſitę in alienatione rei eccleſiæ non requiruntur in cõceſſione in emphyteuſim facta de re ſolita concedi.ibid.nu.22.

¶ Solicitatores in cauſa domini teſtes eſſe non poſſunt. in reſpõ.2.nu. 28.uolumi.2. 4

Quod procedit etiam ſi ſtipendia non conſequantur.in reſpõ.2.nu.30. uolumi.2. 7

¶ Solutio ſemper præſumitur potius facta ex cauſa neceſſaria quàm cauſa creandi nouum debitum.in reſp.24.nu.10.uol.2. 33

ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. in reſp. 24.nu.3. uolumi.2.eod.

¶ Solutum uirtute uſurarij contractus,uti omni iure indebitum repeti poteſt.in reſp.11.nu.10.uol.2. 19

¶ Soror de iure communi patruis præfertur in reſpon. 7. nume. 47. uolumi.2. 15

¶ Sors non eſt aliquid mali,ſed in humana dubietate diuinam indicãs uoluntatem in reſp.4.nu.4.uol.2. 7

¶ Specialium non admittitur concurſus.in reſpon.28.nu.7.fo.36.& in reſpon.121.numer. 24.fo. 138. & in reſpon. 143. nume. 20. uolumi.2. 155

¶ ſpeciale illud non dicitur quod contemplatione alicuius rei particularis uel perſonæ non eſt inductum.in reſpon.121.nume.22.uolumine.2. 138

ſpeciale quid dicatur.in reſp.138.nu.15.& 16.uol.2. 151

¶ Specialitates duæ quemadmodum non admittũtur,ita nec duæ impropriationes.in reſp.108.nu.17.uol. 2. 119

¶ Species tantum operatur quo ad ſpeciem, quantum uerba generalia quo ad genus.in reſp.91.nu.21.uol.2. 101

¶ Spoliatio ſatis probatur ex eo quod antiquior poſſeſſio probatur. in reſp.70.nu.22.uol.2. 80

¶ Spoliatus is dicitur a quo non ſeruato iuris ordine fuit oblata poſſeſſio.in reſp.76.nu.3.uol.2. 85

ſpoliato licèt aliàs non poſſit opponi exceptio dominij,ſed ante omnia ueniat reſtituendus:hoc tamen fallit quando ageretur de reſtitutione munitiſſimi loci,qui de facili recuperari non poſſet.in reſp. 147. nu.13.& 14.uol.2. 158

¶ Spolium non ſufficienter probatur probando recentiorem poſſeſſionem, niſi ex cauſa ſpolij dicatur, ſecundum unam opinionem quam author non diſcutit.in reſp.70.nu.26. uol.2. 80

¶ Spurij non poſſunt dici nobiles propter eorum patres, cum non ſint de agnatione,nec poſſunt gerere eorum arma.in reſpon.29.nu.54. uolumi.2. 39

ſpurij ſunt turpes perſonæ & infames,ſaltem infamia facti.in reſpõ.6. nu.3.uol.2. 12

¶ Statutum laicorum ligat clericos, quando fuit factum antequam eſſent effecti clerici.quod declara ut per authorem.in reſp. 162. nu. 11.uol.2. 154

Statutum dictans clericum declinantem iuriſdictionem poteſtatis loci eſſe debere extra eius protectionem,& ius ei reddi non debere, non ualet.ibid.nu.3.

ſtatutum ualet, quod priuat monialem a ſucceſſione. ibidem numero.2.

ſtatutum laicorum in præiudicio clericorum ualet in quærendis. ibid. nume.9.

ſtatutum laicorum poteſt beneficia ſua expreſſe negare clericis. ibid. nume.10.

Statutum ſi non poteſt intelligi ſecundum ius commune, ſaltem intelligitur, ut minus lædat ius commune quàm ſit poſsibile, etiam cum proprietate. in reſp. 163. nu. 5. uol. 2. 175
ſtatutum quod poteſt operari unum & duo contra ius commune, intelligitur ut unum tantum operetur. ibid. nu. 6.
Statutum debet intelligi, ut aliquid operetur ultra ius commune. ibidem nu. 7.
Statutum loci ante ius ſpectandum eſt. ibid. nu. 13.
Statutum poteſt diminuere legitimam in quantitate & in tempore. in reſp. 160. nu. 40. uol. 2. 173
Statutum contra ius commune debet reſtringi, etiam ſi ex hoc reddatur ſuperfluum in pluribus capitulis, dummodo in uno aliquid operetur. in reſp. 158. nu. 22. uol. 2. 170
ſtatutum Bonon. cogens agnatos et cognatos uſque ad ſextum gradum ad compromittendum, declaratur & multipliciter limitatur. in reſpon. 155. nu. 1. & per totum uol. 2. 166
ſtatutum prædictum eſt contra ius commune, ſeu exorbitat a iure communi. ibid. nu. 10.
Tamen principaliter eſt fauorabile. ibid. nu. 13.
Et non habet locum ubi agitur de re liquida. in reſp. 155. nu. 14. uolu. 2. fo. 166. quod late declara ut ibi. 166
Item non habet locum poſt publicatas atteſtationes. in reſp. 155. nu. 16. uol. 2. eo.
Item non habet locum ubi agitur de rebus, quæ abſolute alienari non poſſunt. ibid. nu. 21.
ſtatutum loquens de habitatore non habet locum in muliere habitatrice. ibid. nu. 3. 166
ſtatutum contra ius commune loquens de filiofamilias non habet locũ in filiafamilias. ibid. nu. 4.
Statutum contra ius commune ut habeat locum, omnia uerba in eo poſita uerificari debeat. ibid. nu. 11.
ſtatutum loci iudex habet ſeruare in his quæ concernunt modum procedendi. in reſp. 163. nu. 15. uol. 2. 176
ſtatutum an magis debeat intelligi ſecundum ius commune quam ciuile uide egregie authorem. ibid. nu. 37. 177
ſtatutum puniens ſyndicos non denunciantes maleficia commiſſa, non comprehendit delicta quæ ignorantur. in reſpon. 151. nume. 13. uolumine 2. 162
Statutum puniens fabricantem falſam monetam non habet locum in fabricãte monetam reprobatam, & quæ non eſt in uſu. in reſp. 151. nu. 24. uol. 2. eo.
ſtatutum non habet locum, ubi non probatur qualitas ab eo requiſita. in reſp. 151. nu. 18. uol. 2. eo.
ſtatutum in ſua ciuitate habetur pro lege, & cuicunque legi communi præfertur. ibid. nu. 2.
ſtatutum Bononienſe diſponens, quod ſi mulier ſimpliciter nupſerit, cẽſeatur omnia bona ſua in dotem tradidiſſe, non habet locum in minore. in reſp. 132. nu. 11. uol. 2. 147
ſtatutum Bononienſe ſub rub. de cauſa nullita. declaratur. in reſp. 137. nu. 9. uol. 2. 150
ſtatutum Bonon. ſub rub. de capi. declaratur. in reſpõ. 138. nume. 24. uolumi. 2. 151
ſtatutum continens actus iam conceſſi extenſionem, non recipit reſtrictionem de habilitate. in reſpon. 138. nume. uigeſimoſexto uolumi. 2. eodem.
ſtatutum loquens in ſcribente, habet locum in ſubſcribente. ibidem nume. 28.
Statutum diſponens ſuper compromiſſo an comprehendat naturales. in reſpon. 145. nume. 9. 10. & 12. & per totum ſecundum dubium. uolumi. 2. 156
ſtatutum ex præfatione declaratur, & ſecundum illam intelligitur. in reſp. 101. nu. 51. uol. 2. 112
ſtatutum odioſum & correctorium loquens in caſu ſimplici, non habet locum in miſto. ibid. nu. 55.
ſtatutum inducens præſcriptionem non habet locum quando conſtat ſolutionem non eſſe factam. in reſp. 101. nu. 57. uol. 2. 112
ſtatutum Bononienſe ſub rub. de donationi. annullans donationem factam non ſeruata quadam ſolennitate, non habet locum in tacitis donationibus, & alijs quæ improprie donationes habentur. in reſp. 7. nu. 27. uol. 2. 14
ſtatutum ſi adſit quod minor non poſsit legare niſi pro anima, minor matri inopi legare non impeditur. in reſp. 9. nu. 11. uol. 2. 17
ſtatutum loci mariti deferens lucrum marito alicuius partis dotis obſeruandum eſt in reſtitutione dotis. in reſp. 113. nu. 1. uol. 2. 126
Fallit quando tempore contractus matrimonij mulier illud ignorabat. ibidem nu. 13.
Item quando maritus habebat domicilium in uno loco tempore contractus matrimonij, & tempore mortis in alio. in reſp. 113. nume. 14. uolumi. 2. 127
Item quando maritus promiſit integrã dotem reſtituere. in reſp. 113. nu. 17. uol. 2. eo.
ſtatutum præferens primo doctoratum an comprehendat primo licentiatum. in reſp. 116. nu. 22. 24. & 26. uol. 2. 130
Statutum loquens de uenientibus contra uoluntatem teſtatoris, uel ab inteſtato, non uendicat ſibi locum in uenientibus ex teſtamento. in reſp. 119. nu. 36. uol. 2. 134
ſtatutum excludens filias dotatas a matre, a bonis paternis eſt contra ius ciuile & naturale. in reſp. 119. nu. 40. uol. 2. eo.
Statutum auferens in totum legitimam, non ualet. in reſp. 119. nu. 42. uolu. 2. eod.
ſtatutum reijciẽs omnem conditionem, tam de tacita quàm de expreſſa intelligi debet. in reſp. 119. nu. 58. uol. 2. eo.
Statutum eſt proprium ius ciuium ſtatuentium. in reſpon. 118. num. 1. uolumi. 2. 131
ſtatutum diſponens laudum poſt decem dies tranſire in rem iudicatam, non habet locum quando eſt locus reductioni ad arbitrium boni uiri. in reſp. 118. nu. 34. uol. 2. 132
ſtatutum diſponens ut omnis actio tollatur uigintiquinque annis eſt ualidum. in reſp. 130. nu. 8. uol. 2. 145
ſtatutum generaliter loquens comprehendit etiam dotem in caſibus in quibus non reperitur expreſſe priuilegiata. in reſpon. 130. num. 9. uolumi. 2. eo.
ſtatutum deferens marito lucrum partis dotis, uxore mortua in matrimonio ſine liberis, habet locum in ſponſa per uerba de præſenti, mortua antequam eſſet traducta ad domum mariti. in reſp. 131. nu. 5. 13. 16. & 19. uol. 2. 146
ſtatutum loquens de legato non habet locum in legato conditionali. in reſp. 13. nu. 20. uol. 2. 22
ſtatutum loquens in agente non uendicat ſibi locum in excipiente. in reſpon. 13. nu. 40. uol. 2. 23
ſtatutum contra ius commune intelligitur ut minus deroget iuri communi, etiam cum impropriatione uerborum. in reſp. 13. nu. 42. fol. 23. & in reſp. 75. nu. 10. fo. 85. & in reſp. 7. nu. 28. fo. 14. & in reſpon. 155. nu. 12. uol. 2. 166
ſtatutum quod unum & duo operari poteſt contra ius commune, debet interpretari ut unum tantum operetur. in reſpon. 13. nu. 43. uolu. ſecundo. 23
ſtatutum per præſcriptionem modicam excludens ius partis, nõ ualet. in reſp. 13. nu. 47. uol. 2. eo.
ſtatutum excludens omnem probationem intelligitur niſi conſtet per partis confeſsionem. in reſp. 13. nu. 49. uol. 2. eo.
Statutum diſponens quod pro fructibus uenditis aliquid ſoluatur, non habet locum quando uenditus eſt fundus cum fructibus. in reſpon. 17. nu. 2. uol. 2. 25
ſtatutum Bononiæ exiſtens, puniens deſponſantem puellam ſine uoluntate patris uel matris, uel alterius agnati, uel cognati, nunquid ualeat, aliàs dubitauit dominus conſulens propter matrimonij libertatem. in reſp. 38. nu. 19. uol. 2. 47
ſtatutum de quo ſupra, inducit præſumptionem metus & uiolentiæ & deceptionis, ſi aliter quàm diſponat celebretur matrimonium. ibid. nume. 20.
ſtatutum generaliter loquens omnes perſonas comprehendit. in reſpõ. 41. nu. 25. uol. 2. 50
ſtatutum non habet locum niſi in caſibus expreſsis ab eo. in reſpon. 41. nu. 27. fo. eo. & in reſp. 160. nu. 44. uol. 2. 173
ſtatutum puniens abducentem mulierem honeſtę uitę, bonæ conditionis & famæ, non procedit niſi probatis qualitatibus ab ipſo requiſitis, etiam quod abducens confeſſus fuerit talem ſe abduxiſſe mulierem. in reſp. 43. nu. 36. uol. 2. 53
ſtatutum prohibens allegare ignorantiam tunc ligat ignorantem, quando craſſam allegaret ignorantiam. in reſpon. 49. nume. 40. uolumi. ſecundo. 58
ſtatutum pœnam irrogans ei qui aliquod delictum commiſit, debet intelligi eo perfecto ac conſummato cum effectu. in reſp. 50. nume. 9. uolumi. 2. 59
Statutum concedens iuramentum damnum paſſo, quomodo intelligatur: & an habeat locum in furto. in reſpon. 114. per totum. uolumine. 2. 127

Statutum indiſtincte & generaliter loquens, generaliter intelligi debet.in reſp.52.nu.8.uol.2. 61
Statutum a non ſubditis, non poteſt auferre ea quæ ſunt iuris communis.in reſp.52.nu.12.uol.2.eo.
Statutum ſimpliciter factum intelligitur reſpectu ſuorum ciuium.in reſpon.52.nu.13.uol.2.eo.
Statutum loquens in auxilium, conſilium, & fauorem præſtante, & puniens eum pœna pecuniaria, ac copulans illa tria, complectitur omnem opem.in reſp.52.nu.24.uol.2.eod.
Statutum de auxilio loquens, de proprio & ſimplici auxilio intelligi debet.ibid.nu.41.
ſtatutum diſponens quod extantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant gratia conſeruandæ agnationis cenſetur inductum.in reſpō. 64.nu. 6.fo.73.& in reſp.67.nu.8.uol.2. 77
Statutum uel conſuetudo quando extat quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tunc uerba ſi ſine filijs, uel liberis deceſſerit, intelliguntur de maſculis.in reſpon.56.nu.1.fo.65.& in reſpon.53.nu.14.uol.2. 62
ſtatutum excludens filiam cenſetur quoque excludere neptem. in reſp. 53.nu.6.fo.62.& in reſp.111.nu.18.uol.2. 124
ſtatutum quod ſub uerbo debitor, fœminam non comprehendit, nec etiā ſub uerbo creditor, illam debet comprehendere.in reſpō. 53.nu.17. uolumi.2. 62
ſtatutum puniens inferentem uulnus, non habet locum in inferente uulnuſculum.in reſp.73.nu.17.uol.2. 82
ſtatutum Bononienſe ſub rub.intra quæ temp.accuſ.&c. declaratur. in reſp.74.nu.17.uol.2. 83
ſtatutū de delicto generaliter loquens, intelligitur generaliter de quocunque delicto etiam enormi. in reſpon. 74. numero 18. uolumine 2.eodem.
ſtatutum iuri communi conforme ampliari debet.in reſp.74.num.22. uolu.2.eod.
ſtatutum Bononienſe ſub rubri.de gener.pen.bannit.in §. penulti.declaratur.in reſp.74.nu.29.uol.2.eo.
ſtatutum idem continens quod ius commune, ut aliquid operetur, indiſtincte & omni caſu intelligi debet.in reſpon.74.nume.33.uolumi. ſecundo. 84
ſtatutum Bononienſe ſub rubri.in quib.caſib.poteſt.tene. inquir.in §. fi.declaratur.in reſp.74.nu.34.uol.2.eod.
ſtatutum pœnale loquens de inſtrumento, proprie & ſtricte intelligi debet.ibid.nu.43.
ſtatutum ibi non habet locum, ubi non probatur qualitas ab illo requiſita interueniſſe.in reſp.74.nu.48.uol.2. 84
Statutum excludens ab inteſtato filiam monialem, ſiue loquatur de ingreſſa, ſiue de ingrediente, non ualet.in reſpon.90.nume.46.uolum. ſecundo. 100
ſtatutum quod maſculos præfert fœminis ab inteſtato, non poſſet ſi uellet eos præferre ex teſtamento.in reſp.101.nu.23.uol.2. 111
ſtatutum inducens præſcriptionem decem annorum, in omnibus actionibus & indiſtincte non ualet, ſecundum communem opinionem. ibid.nu.50. 112
ſtatutum reuertens ad ius commune latiſſime debet interpretari. in reſpon.163.nu.33.uol.2. 176
¶ Statuti fauorabilis uerba ut amplietur fauor, intelliguntur etiam improprie.in reſp.163.nu.27.uol.2.eo.
ſtatuti pars ſimpliciter loquens intelligitur ſecundum præcedentia & ſequentia.in reſp.163.nu.38.uol.2. 177
ſtatuti Bononienſis ſub rubri.de pœna mandan.declaratio & intelligētia.in reſp.91.nu.8.uol.2. 101
ſtatuti terminus, habet uim irreparabilis peremptorij. in reſpon. 137. nu.16.uol.2. 150
Statuti uerba ſimpliciter ueniunt intelligenda.in reſp.52.nu.34.uolu. ſecundo. 61
ſtatuti uerba ubi militant, militat & ipſa diſpoſitio.in reſp .52.nu.44. uol.2.eod.
ſtatuti diſpoſitio eum caſum non comprehendit, cui eius uerba non conueniunt.in reſpon.34.nu.18.fo.44.& in reſpon.160. numero 47. uolumi.2. 173
¶ Statuto exiſtente in ciuitate ne exiſtentibus maſculis fœminæ ſuccedant, & teſtatore proprias filias excludente, non duntaxat conditio ſine filijs ſubintelligitur, ſed etiam cum hac qualitate maſculis. in reſp.32.nu.13.uol.2. 42
ſtatuto loci alicui ciuitati ſubditi, quamuis caueretur ut deficientibus ſtatutis loci, haberetur recurſus ad ius commune nihilominus deberet prius recurri ad ſtatuta ciuitatis dominantis, & illa ſeruari tanquam ius commune.in reſpon.11.nu.12.uol.2. 19
¶ Statuta an comprehendant caſum miſtum remiſſiue.in reſpō.155. nu.5.uol.2. 166
ſtatuta ad unguem obſeruari debent.in reſp.138.nu.3.uol.2. 150
ſtatuta ſunt facti.in reſp.104.nu.22.uol.2. 112
ſtatuta in caſu uero intelligi debent.in reſpon.116.nu.23.fo.130.& in reſp.160.nu.46.uol.2. 173
ſtatuta magis debent intelligi ſecundum alia ſtatuta loci quàm ſecundum ius commune.in reſp.116.nu.27.uol.2. 130
ſtatuta ſecundum ius commune regulariter & ordinarie diſponens interpretari debent.in reſpon.116.nu.28.fo.130.& in reſpon.156. nu.30.uol.2. 167
ſtatuta a ſuis ciuibus obſeruari debent.in reſpon.15.nume.11.uolum. ſecundo. 24
ſtatuta ciuitatis dominantis ſeruantur in locis ſubiectis, & ſi iuri cōmuni repugnarent.in reſp.11.nu.11.uol.2. 19
ſtatuta recipiunt interpretationem a iure communi.in reſp.13.nu.45. uolumi.2. 23
ſtatuta a conſuetudine recipiunt interpretationem.in reſpon.41.num. 2.fo.50.& in reſp.75.nu.12.uol.2. 85
ſtatuta tunc ligant ignorantes quando prohibent allegare ignorantiā. in reſp.49.nu.32.uol.2. 58
ſtatuta debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi.in reſpō. 131.nu.14.uol.2. 146
ſtatuta laicorum non poſſunt ligare eccleſias, uel perſonas eccleſiaſticas.in reſp.162.nu.1.uol.2. 174
ſtatuta laicorum ligant clericos, quando non ſunt contra libertatem eccleſiaſticam in foro ſeculari, quando clerici in eo agunt. ibidem.numero 6.
ſtatutis Bononiæ utuntur homines de plebe Centi.in reſpon. 64.nume. 23.uol.2. 73
¶ Sterilitas digna remiſſione eſt, quando ultra expenſas nihil percipitur ex fructibus, ſecundum unam opinionem. in reſpon. 161. nu. 4.uol.2. 173
ſterilitas pluribus modis conſideratur, & declaratur per authorem. ibid.nu.5.
ſterilitas non ſimpliciter debet probari, ſed qualificata, ut obtineat remiſſionem.ibid.nu.10.
ſterilitatis onus probandi ſpectat ad conductorem qui eam allegat. ibidem nu.9.
ſterilitatem ſecundum uulgi opinionem æſtimari communior opinio eſt. ibid.nu.8.
¶ Stipulatio iudicatum ſolui finitur finita prima inſtantia.in reſp.34. nu.1.uol.2. 43
¶ Stylus ut faciat fidem, probari debet per acta, uel teſtes iuratos. in reſp.15.nu.14.uol.2. 24
¶ Stuprum ex eo quod quis ſolus cum ſola in domo deprehenſus fuerit eo tunc non præſumitur, quando naturæ impoſſibilitas propter temporis breuitatem repugnat.in reſpon. 43.nume. 39.uolu. ſecundo. 53
ſtuprum præſumitur quando quis clam ad domum mulieris ſe confert, & ſolus cum ſola in loco ſecreto deprehenditur.in reſpon.57.num. 6.uolumi.2. 65
¶ Subauditio admittitur, ut falſa latinitas euitetur. in reſp.19. nu.9. uolumi.2. 28
ſubauditio non fit in his quæ tendunt ad derogationem iuris communis in reſp.29.nu.69.uol.2. 39
ſubauditio non admittitur ad ſaluandam ſententiam.in reſp. 109.nu. 31.uol.2. 121
¶ Subrogatio fit cum omnibus qualitatibus eius in cuius locum fit. in reſp.5.nu.53.uol.2. 10
¶ Subſtitutio facta duobus fratribus, ſi alter eorū decedat ſine filijs, non deficit per ſuperexiſtentiam filiæ, quando adeſt ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.in reſpon. 54.nume. 41. uolumi.2. 64
ſubſtitutio facta in teſtamento non poteſt adimi in codicillis etiam per fideicommiſſum.in reſp.103.nu.19.uol.2. 114
ſubſtitutio uulgaris expreſſa in uno caſu, non extenditur ad alium ſimilem, quando adeſt dictio tunc.in reſpon.106.nu.3.uol.2. 116
ſubſtitutio in dubio debet iudicari directa.in reſp.109.nu.47.fo.121. & in reſp.8.nu.2.uol.2. 15
ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt impropria ſubſtitutio.in reſp. 109. nu. 48.fo.121.& in reſp.8.nu.15.uol.2. 15

Subſtitutio uulgaris expirat adita hæreditate. in reſp. 109. nu. 50. fo. 121. & in reſp. 9. nu. 3. uol. 2. 16

Subſtitutio facta alicui ſi deceſſerit ſine filijs, naſcentibus filys adeo expirat ut nullum producat effectum. in reſp. 5. nu. 7. uol. 2. 9

Subſtitutio directa non ita faciliter coniecturis inducitur ſicut fideicõmiſſaria. in reſp. 5. nu. 38. uol. 2. 10

ſubſtitutio in dubio cenſetur facta in caſum qui æqualiter conueniat omnibus ſubſtitutis. in reſp. 8 nu. 3. uol. 2. 15

ſubſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariam, etiam ſi ſubſtituti fuerint grauati poſt eorum mortem per fideicommiſſum hæreditatem alteri reſtituere. ibid. nu. 4.

ſubſtitutio ſubrogatur loco iuris accreſcendi. in reſpon. 18. nume. 3. uolumi. 2. 26

ſubſtitutio pupillaris tacita non excludit matrem. in reſp. 18. nu. 15. uolumi. 2. 27

ſubſtitutio pupillaris tacita excludit matrem, quando erat inimica teſtatoris. ibid. nu. 16.

ſubſtitutio pupillaris tacita contra fratrem pupilli non habet effectũ. ibid. nu. 17.

Subſtitutio debet interpretari, ut nõ porrigatur ad alias perſonas præter expreſſas. in reſp. 19. nu. 17. uol. 2. 28

ſubſtitutio facta poſt mortem uerificatur etiam in uita, ſi euenerit caſus, de quo ſi fuiſſet interrogatus teſtator, uериſimile eſt quod idem reſpondiſſet. in reſp. 21. nu. 75. uol. 2. 31

ſubſtitutio de his facta qui nondum erant in rerum natura preſumitur eorum parentum contemplatione facta. in reſp. 28. nu. 3. uol. 2. 56

ſubſtitutio facta filio & ſi nihil dictum fuerit, intelligitur ſi deceſſerit ſine filijs. in reſp. 32. nu. 12. uol. 2. 42

Subſtitutio compendioſa facta per uerbum commune, comprehendit & uulgarem. in reſp. 33. nu. 3. uol. 2. 43

ſubſtitutio habens tractum ſucceſsiuum in futurum abſque diſtributione quandocunque, ut quia dicatur ſimpliciter ſi deceſſerit ſine liberis eſt compendioſa, & continet uulgarem. in reſp. 33. nu. 4. fo. 43. & in reſp. 109. nu. 51. uol. 2. 121

Et hoc locum ſibi uendicat ſi eueniat caſus uulgaris comprehenſæ in cõpendioſa poſt mortem teſtatoris, ſiue ante: ut quia inſtitutus mortuus ſit, uiuo teſtatore ſubſtitutus poterit ſuccedere ex uulgari. in reſp. 33. nu. 5. uol. 2. 43

ſubſtitutio facta in bonis ſiue patrimonio certi loci dicitur facta in re particulari. ibid. nu. 7.

ſubſtitutio compendioſa facta per uerbum commune, in re particulari eſt omni tempore fideicommiſſaria. in reſpon. 33. nume. 13. uolum. ſecundo. 43

In ſubſtitutione fideicommiſſaria conſideranda eſt potius uoluntas teſtatoris quam qualitas uerborũ, quæ protulit ipſe teſtator. in reſp. 54. nu. 11. uol. 2. 63

ſubſtitutio facta de proximioribus, intelligitur de præſentibus. in reſp. 124. nu. 24. uol. 2. 140

ſubſtitutio facta in uno tempore non trahitur ad aliud. in reſpon. 125. nu. 2. uol. 2. 141

ſubſtitutio pupillaris uſque ad pubertatem durat. in reſp. 125. nu. 12. uol. 2. eod.

ſubſtitutio directa latiſsime interpretari debet. in reſp. 125. nu. 14. fo. 141. & in reſp. 156. nu. 33. uol. 2. 168

ſubſtitutio facta uno caſu trahitur ad alium in quo diuerſitatis ratio reddi non poteſt. in reſp. 132. nu. 3. uol. 2. 147

ſubſtitutio compendioſa facta pupillo poſt tempora pubertatis erit fideicommiſſaria. in reſp. 160. nu. 1. uol. 2. 172

ſubſtitutio compendioſa facta per uerbum cõmune, non includit exemplariam. in reſp. 33. nu. 14. uol. 2. 43

ſubſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam, quando ex aliquibus uerbis teſtamenti poteſt apparere teſtatorem uoluiſſe inducere fideicommiſſum. in reſpon. 8. nume. 6. fo. 15. & in reſpon. 9. nu. 21. uolumi. 2. 15

ſubſtitutio reciproca iuncta compendioſæ continet fideicommiſſariam in reſp. 8. nu. 19. fo. 16. & in reſp. 126. nu. 1. uol. 2. 142

ſubſtitutio breuiloqua dicitur illa ſub qua plures una conceptione uerborum hincinde ſubſtituuntur. in reſpon. 9. nu. 1. uol. 2. 16

ſubſtitutio breuiloqua de per ſe facta ſiue uerbis directis, ſiue communibus, item ſiue perſonis paribus ſiue imparibus, nunquam continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam. in reſpon. 9. nume. 2. uolu. ſecundo. 16

ſubſtitutio fideicommiſſaria a patre filijs ſimpliciter iniuncta expirat per ſuperexiſtentiam liberorum. in reſpon. 9. numero 4. uolumine 2. eodem.

ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſeu reſtitutio fienda eius uigore non comprehendit melioramenta facta per grauatum in bonis ſubiectis reſtitutioni. in reſpon. 9. numero decimoquarto, uolumine ſecundo. folio. 17

Item non comprehendit fructus perceptos pendente conditione. ibid. nume. 15.

Subſtitutio facta perſonis imparibus licèt ſui natura nõ contineat niſi uulgarem, tamen ſi appareat ita fuiſſe de mente teſtatoris, comprehendet etiam pupillarem. in reſpon. 9. numero 22. uolumine ſecundo. 17

ſubſtitutio facta de Titio & eius hæredibus maſculis non comprehendit nepotem Titij ex filia. in reſp. 120. nu. 12. uol. 2. 135

ſubſtitutio facta alicui ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, non comprehendit maſculos ex fœminis. in reſpon. 120. numero 13. uolumine 2. eodem.

ſubſtitutio reciproca non tranſit ad hæredes. in reſpon. 126. nu. 17. uolumi. 2. 142

ſubſtitutio uulgaris facta in capite impotentiæ uendicat ſibi locum in capite uoluntatis. in reſp. 124. nu. 9. uol. 2. 140

ſubſtitutio facta in caſu mortis habet locum in caſu repudiationis, quãdo in eo militat eadem ratio. in reſpon. 124. numer. 11. uolumine ſecundo. eod.

¶ Subſtitutus per pupillarem ſubſtitutionem cenſetur uocatus in eadem parte in qua erat inſtitutus. in reſpon. 18. nume. 11. uolumine ſecundo. 26

ſubſtitutus abſque difficultate admittitur ex eo caſu quem de proprietate comprehendunt uerba ſubſtitutionis. in reſpon. 33. numer. 6. uolumi. 2. 43

ſubſtitutus filio ſub conditione ſi ſine liberis decedat, neptem illius non excludit, nec hoc caſu loquuntur doctores contrarij. in reſpon. 64. nu. 32. uol. 2. 73

ſubſtitutus a teſtatore filio ſuo ſi decedat ſine filijs, an filias excludat, altercatio tanta eſt inter doctores, ut quæ opinio uerior ſit uix diſcerni poſsit. in reſp. 64. nu. 47. uol. 2. eo.

ſubſtitutus ſi decedat ante inſtitutum, non tranſmittit ius ſubſtitutionis ad hæredes, ſecundum communem opinionem. in reſpõ. 101. nu. 1. uolumi. 2. 110

ſubſtitutus decedens ante euentum conditionis tranſmittit ius ſubſtitutionis ad filios, quando filij ſubſtituti, grauati ſunt nominati in teſtamento, & ſunt poſiti ad excluſionem ſequentis ſubſtituti. ibidem. nume. 2.

Quod maxime admittit author, quando ueniens ex iure tranſmiſsionis excludit ſuccedentem de iure ſpeciali. in reſpon. 101. num. 10. uolumi. 2. 110

ſubſtitutus alicui ſimpliciter, cenſetur uulgariter tantum ſubſtitutus. in reſp. 109. nu. 23. uol. 2. 121

¶ Subſtituti ſimpliciter adinuicem, uidentur ſubſtituti pro illis partibus in quibus fuerunt inſtituti. in reſpon. 56. nume. 4. uolumine ſecundo. 75

ſubſtituti a teſtatore nulla habita mentione partium, uidẽtur tacite uocati ex æquis partibus. in reſp. 109. nu. 53. uol. 2. 121

¶ Succeſsio per contractum dari non poteſt. in reſpon. 133. nume. 5. uolumi. 2. 127

ſucceſsio ab inteſtato illa proprie dicitur, quæ legitima eſt, & immediate a lege prouenit. in reſp. 32. nu. 5. uol. 2. 42

¶ Summus pontifex contra euangelium Chriſti diſpenſare non poteſt in reſp. 1. nu. 38. uol. 2. 3

ſummus pontifex ut petitur ſuo reſcripto concedere poteſt. in reſp. 13. nu. 53. uol. 2. 23

ſummus pontifex ut aliquid accedat ſorti ſine uſurario peccato, etiam pro actu pio diſpenſare non poteſt. in reſpon. 49. nume. 57. uolumi. ſecundo. 57

ſummus pontifex uti dominus omnium locorum piorum poteſt relicta pijs locis donare alteri. in reſpon. 101. nume. 39. uol. 2. 111

ſummus pontifex eſt ſuper omnes prælatos, & ab eo omnes gradus dignitatum deſcendunt. in reſpon. 3. nume. uigeſimoſeptimo uolu. ſecundo. 6

ſummus pontifex ea quæ ſimplicis iuris pontificij ſunt tollere poteſt. in reſp. 1. nu. 11. uol. 2. 1

ſummus pontifex in omnibus caſibus, præter quam in articulis fidei, diſpenſare poteſt. ibid. nu. 25. 2

ſummus pontifex in omnibus diſpenſare poteſt prout ſibi uidetur, præter quam in caſibus in quibus expreſſe prohibetur. ibid. nu. 26. 3

Summus pontifex ex cauſa contra ea quæ ſunt iuris diuini diſpenſare poteſt.in reſp.1.nu.29.uol.2.eo.

Summus pontifex matrimonium contractum poſſe reſcindi,niſi ex cauſa diſpenſare non poteſt.in reſp.1.nu.31.uol.2.eo.

Summus pontifex monachum ut contrahat matrimonium ex cauſa diſpenſare poteſt.ibid.nu.32.

Summus pontifex ſuper præceptis moralibus negatiuis diſpenſare non poteſt.ibid.nu.33.

¶ *Superfluitas & inculcatio uerborum eſt euitanda.in reſp.40. num. 41.uol.2.* 49

¶ *Superior ſemel de legando dicitur trahere cauſam ad ſe, & auferre ab ordinario,ita ut in ea ſe amplius intromittere non poſſit.in reſp. 71.nu.17.uol.2.* 81

Superioris authoritas in qualibet diſpoſitione cenſetur excepta. in reſpon.107.nu.13.uol.2. 118

¶ *Suſpicio falſitatis pro falſitate habetur.in reſp.60.nu.4.fo.69. & in reſp.152.nu.8.uol.2.* 161

Suſpicio falſi non habetur pro falſitate , ſecundum communem opinionem.in reſp.60.nu.16.fo.69. de quo plene & de ſequen. limitationibus.in reſp.151.nu.26.27.& 28.uol.2. 162

Limitatur quantum ad capturam.in reſp.60.nu.17.uol.2. 69

Limitatur quando ſumus in caſu in quo ex ſola iuris præſumptione poteſt imponi pœna.in reſp.60.nu.18.uol.2.eo.

Limitatur quando ſumus in ciuilibus.ibid.nu.19.

T*EMPVS longum non inducit obliuionem eorũ quæ quotidie uidentur.in reſpon.12. nume.42. uolumi. ſecundo.* 21

Tempus a lege requiſitum cenſetur de forma. in reſpõ. 74.nu.35.uol.2. 84

Tempus petendi reſtitutionem in integrum non currit niſi a die ſcientiæ læſionis,etiam ſi læſus ſtaret per centum annos.in reſpon.101. nu.49.uol.2. 111

tempus longiſsimum uitæ hominis eſt centum annorum. in reſpon.66. nu.32.uol.2. 76

tempus celebrati actus attenditur,& non licentia & iuſſus ad actum. in reſp.116.nu.20.uol.2. 130

tempus laudo appoſitum interpellat pro homine.in reſpon.118.nu.5. uolumi.2. 131

tempus eſt continuum in præſcriptionibus.in reſpon.137.numer. 23. uolumi.2. 150

¶ *Temporis longi decurſus facit , ut omnia præſumantur ſolenniter acta.in reſp.15.nu.13.uol.2.* 24

temporis ſingula momenta inſpicienda ſunt in his quæ tempore uariantur.in reſp.83.nu.5.uol.2. 93

temporis diuturnitas operatur ut conſenſus propinquorum in actu celebrando per mulierem requiſitus interueniſſe præſumatur.in reſp. 121.nu.6.uol.2. 138

Item ut dominus præſumatur fuiſſe requiſitus tempore uenditionis rei emphyteuticæ.ibid.nu.12.

Item ut diuiſio inter fratres præceſsiſſe præſumatur.in reſpõ.121.nu. 8.uolumi.2. 138

Item ut iuſſus patris uel domini aditionẽ filij uel ſerui præceſsiſſe præſumatur.ibid.nu.17.

temporis longiſsimi decurſus tollit omne uitium , & omnem defectum qui in contractu eccleſiæ allegari poſsit.in reſpon. 142. nume. 20. uolumi.2. 154

¶ *Tenuta apprehenſa de mandato iudicis, ualet ſaltem in uim tenutæ apprehenſæ propria authoritate ut uerba aliquid operentur . in reſpon.76.nu.20.uol.2.* 86

tenuta quamuis non fuiſſet iuridice data,tamen debet confirmari quãdo conſtat de iure eam habentis per ſententiam quæ tranſiuit in rẽ iudicatam.in reſp.76.nu.16.uol.2.eo.

¶ *Tenutam uia iudiciaria apprehendens,citra ſuorum iurium præiudicium,cum tamen poſſet apprehendere propria authoritate , operatur ut ſi non ualeat tenuta apprehenſa uia iudiciaria:ſaltem ualeat tanquam apprehenſa iure proprio,et propria authoritate.in reſpon.76.nu.12.uol.2.* 85

tenutam in laudo datam qui ſemel approbauit amplius reprobare non poteſt.in reſp.76.nu.8.uol.2.eo.

¶ *Tertius poſſeſſor non poteſt conueniri , ante excuſſum principalem. in reſpon.119.nume. decimoquinto & 17. (amplia ut nume.16.) uolum.2.* 133

Fallit quando notorium eſt in bonis principalis nihil eſſe. in reſp.119. nume.18.uol.2.eo.

Item quando negauit , & fuit conuictus de mendacio. in reſpon. 119. nu.20.uol.2.eo.

Item fallit de iure canonico.in reſp.119.nu.22.uol.2.eo.

Item quando ſola æquitate inſpecta procedi poteſt. in reſpon.119.nu. 26.uol.2.eo.

Item quando procedendum eſt ſine ſtrepitu & figura iudicij.in reſpon. 119.nu.28.uol.2.eo.

tertius non admittitur ad impediendam executionem ſententiæ quando ſciuit cauſam agitari,& interuenit,& non appellauit . in reſpõ. 16.nu.10.uol.2. 25

tertius qui prætendit intereſſe ab executione appellare poteſt, in reſp. 109.nu.35.& 36.fo.121.& in reſp.16.nu.20.uol.2. 25

¶ *Teſtamentum ad hoc ut non ualeat ſufficit probatum fuiſſe defunctum illud uoluiſſe reuocare , & alium inſtituere , ſed prohibitum fuiſſe.in reſpon.20.nu.1.uol.2.* 29

teſtamentum ſcriptum manu hæredis & datum notario ut legeret coram teſtatore & teſtibus,& ſe rogaret,ualet.in reſp.39.nume.21. uolumi.2. 40

teſtamentum primum,tollitur per ſecundum ualidum,ſiue de iure communi,ſiue de iure ſpeciali.in reſp.90.nu.1.uol.2. 99

teſtamentum conditum inter liberos æquiparatur teſtamento militis. in reſp.90.nu.23.uol.2. 100

teſtamentum tunc dicitur factum inter liberos,quando eſt factum in fauorem liberorum.in reſp.90.nu.26.uol.2.eo.

teſtamentum factum ad interrogationem alterius tunc ualet quando in eo ſunt inſtituti uenientes ab inteſtato.in reſpon.90. nu.29. uol. 2.eodem.

teſtamentum ut ualeat ſufficit filios ſiue æqualiter,ſiue inæqualiter, in eo fuiſſe inſtitutos.ibid.nu.34.

teſtamentum primum per quæcunque uerba qualitercunque prolata reuocari poteſt.in reſpon.90.nu.4.uol.2. 100

teſtamentum & codicilli differunt. in reſpon.8.numer. 17.uolumine ſecundo. 15

teſtamentum in quo filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua nec in eius defectum exhæredata eſt nullum , ſecundum unam opinionem communiter reprobatam.in reſp.112.nu.1.uol.2. 125

teſtamentum in quo filij non ſunt inſtituti , uel ut oportet exhæredati, eſt ipſo iure nullum.in reſp.112.nu.2.uol.2.eo.

teſtamentum ut ualeat omnis conditio inſtitutioni adiecta reijcitur . in reſp.112.nu.3.uol.2.eo

teſtamentum in quo filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua, nec in illius defectum exhæredata,eſt ualidum,ſecundum communem opinionem.in reſp.112.nu.5.uol.2. 126

teſtamẽtum ita interpretari debet:ut teſtator minus deroget iuri communi & proprio ſtatuto quàm ſit poſsibile.in reſpon. 125.num.7. uolumi.2. 141

teſtamentum inter liberos factum cum duobus teſtibus ualet.in reſpõ. 156.nu.45.uol.2. 168

teſtamentum habet executionem paratam de iure communi , quo ad remedium.l.fi.C.de edic.diui Hadria.tol.in reſpon.155.nume.19. uolumi.2. 166

¶ *Teſtamenti uerba,ubi ſunt clara uoluntas teſtatoris non refricatur in dubium.in reſp.64.nu.25.uol.2.* 73

teſtamenti ſcientia,quo probetur.uide ſupra in uerbo,ſcientia.

teſtamenti una pars aliam declarat,ſeu mentem diſponentis in alia. in reſp.67.nu.7.fo.77.& in reſp.54.nu.37.fo.64.& in reſp.89.nu. 2.fo.99.& in reſpon.5.nu.85.uol.2. 11

teſtamenti formæ eſt ſatisfactum , ſi pater portionem filio debitam , ei relinquat iure hæreditatis . in reſponſo. 112. numero 4. uolumine ſecundo. 126

¶ *Teſtamentis duobus factis inter liberos , illud attenditur quod eſt liberis fauorabilius.in reſpon.90.nume.uigeſimooctauo uolumine ſecundo.* 100

¶ *Teſtator ſubſtituendo præſumitur ſe uelle conformare cum iure communi.in reſpon.18.nu.1.uol.2.* 26

teſtator præſumitur uelle ſemper filios æqualiter ſuccedere. in reſpon. 18.nu.6.uol.2.eo.

teſtator ſi uoluiſſet liberis filiarum ab eo uocatis ſubſtituere , expreſſe ſubſtituiſſet,quemadmodum alijs ſubſtituit.in reſp.5.nu.4.uol.2. 9

teſtator ſi fecit mentionẽ de maſculis in aliquibus capitulis & in alijs tantum de filijs , dictio maſculis non repetitur ubi non fuit appoſita in reſpon.

in reſpon.18.nu.38.uol.2. 27

Teſtator id quod non dicit uelle non præſumitur. in reſpon.19.nu.19. uolumi.2. 28

Teſtator uidetur ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis. in reſpon.21.nu.19.fo.30.& in reſp.103.nu.16.uol.2. 115

Teſtator cenſetur ſe magis cõfirmare cum diſpoſitione propria quàm cum diſpoſitione iuris communis. in reſpon. 21.nume. 20.uolumi. ſecundo. 30

teſtator in priori teſtamenti parte præferens deſcendentes alicuius in ſubſtitutione eccleſiæ, & in inferiore parte ſaluis præmiſsis in caſu alienationis uocans ipſam eccleſiam uidetur non exiſtentibus prædictis deſcendentibus uocaſſe. in reſpon. 28. numero 1. uolumine ſecundo. 36

Teſtator non ideo neceſſario probatur fuiſſe inſanę mentis, quod clauderet oculos & ſubito etiam excitatus non reſponderet. in reſp. 30. nu.18.uol.2. 40

Teſtator ore proprio hæredis nomen exprimere debet. ibid.nu.19.

teſtator liberam teſtandi facultatem auferre non poteſt. in reſp.31.nu. 10.uolu.2. 41

teſtator poteſt reſtringere facultatem teſtandi. ibid.nu.10.

Teſtator, concedendo aliquibus liberam facultatem alienandi, alijs interdicere uidetur alienationem. ibid.nu.28.

teſtator ſucceſsionem ab inteſtato contra legem communem inducere non poteſt. in reſp.32.nu.4.uol.2. 42

teſtator ſe confirmans ſtatuto non plus tribuit quàm tribuat ſtatutum. ibid.nu.9.

teſtator ſe cum ſtatuto confirmaſſe dici non poteſt quando ſtatutum indiſtinctè loquentem, in uno caſu tantum in ſua diſpoſitione procedere ſanxit. ibid.nu.18.

teſtator ſæpius faciens mentionem de maſculis, præſumitur id feciſſe gratia conſeruandæ agnationis. in reſp.89.nu.1.uol.2. 109

teſtator pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere non poteſt. in reſp.33.nu.16.uol.2. 43

teſtator non poteſt facere quin hæres cui dederat cohæredem abſque ſubſtituto mortuo illo cohærede integram conſequatur hæreditatẽ. ibid.nu.17.

teſtator ſine cauſa rationabili hæredem priuare non poteſt. in reſp.35. nu.7.uol.2. 44

teſtator prohibens hæredi ne ducat aliquem ad habitandum ſecum nõ cenſetur prohibere ne eum recipiat in colonum. ibid.nu.9.

teſtator præferens ſubſtitutum proprijs filiabus, uidetur etiam illum nepti præferre uoluiſſe. in reſp.64.nu.1.uol.2. 73

teſtator non præſumitur, neptes non uiſas ac incognitas, proprijs filiabus præferre uoluiſſe. in reſp.64.nu.2.fo.73.& in reſpõ. 67.nu.4. uolumi.2. 77

teſtator ſubſtituens filio nepotem ex fratre, proprijs filiabus excluſis, uidetur feciſſe animo conſeruandæ agnationis. in reſpon. 64. nu.5. uolumi.2. 73

teſtator præſumitur uoluiſſe minus grauare hæredem quàm ſit poſsibile. in reſp.64.nu.41.uol.2. 73

teſtator ſubſtituendo agnatum, non præſumitur uoluiſſe excludere fœminas, quando agnatus eſt in remotiori gradu, quàm ſint ipſæ fœminæ. in reſp.64.nu.50.uol.2. 74

teſtator ubi ſeipſum gloſſat, non recurritur ad glo. iuris. in reſp.64.nu. 26.uol.2. 73

teſtator præſumitur ſe uoluiſſe confirmare cum diſpoſitione ſui ſtatuti. ibid.nu.38.

teſtator poteſt ad libitum ſuum legare dummodo relinquat legitimam filio. in reſp.65.nu.37.uol.2. 75

teſtator faciens mentionem de filiabus, præteritis neptibus præſumitur noluiſſe neptes ſub illa diſpoſitione comprehendi. in reſpon.67.nu. 5.uolumi.2. 77

38 non poſſe à pontifice concedi, probatur: nam † ſummus pontifex non põt diſpẽſare ꝯ Euangelium Chriſti: ut per omnes in d. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & in locis ſupra allegat. & hoc non habet difficultatem. ſed Chriſtus Euangelio dixit, ſi oculus tuus ſcandalizauerit te, erue eum: & ſi pes te ſcandalizauerit, abſcinde eum, melius eſt & c. & in alio Euangelio, ue illi per quem ſcandalum uenit. ergo ſummus Pontifex non põt concedere ea quæ generant ſcandalum, cum aduerſus præcepta Chriſti concederet: & ſummus pontifex ad gubernationem populorũ à Deo poſitus, non debet eſſe generando ſcandalum, ruina illorum: ut inquit tex. in c. ita corporis. 11. q. 3. & ideo licẽt ſummo pontifici obediendum ſit: & ſi præceptũ uideatur graue & intolerabile. c. memoriam. 19. diſtin. & c.
39 ꝯ morem. 100. diſt. tñ ubi ſcandalum † imminet non eſt Papæ obediendum: ut ex dictis Innoc. colligitur in cap. inquiſitioni. de ſenten. excommunic. ubi ſequuntur Ant. de Butrio, Hoſtien. Ioan. Andr. Abb. & alij: ubi Abbas excuſat Cardinales non obedientes pontifici pp ſcandalũ. Cardi. in conſi. 142. uidetur. & in conſ. 150. quæſitũ. Abb. in cap. ſi qñ. de reſcrip. & in c. cum teneamur. de præben. immo non ſolum non põt pontifex ubi generatur ſcandalum in eccleſia, aliquid ſtatuere & ei nõ eſt obediendum, ſed ſi ſcandalum aliter remoueri non põt, ſummus pontifex accuſari, & remoueri, ac priuari: ut per aliqua ex his, & plura alia, late conſuluit Deci. in conſi. 151. colum. 3. & per totum. ſi ergo puniri, & priuari debet per diſpoſitionem quæ in eccleſia generat ſcandalum, nemini dubium eſt illud de iure facere non poſſe: quia ſi de iure facere poſſet, pœnam pati non deberet. l. Gracchus. ad le. Iul. de adulter. l. reſpiciendum. de pęnis. cum uulgaribus & multa de ſcandalo ponit Feli. in c. nihil ſcandalo. de reſcript. quæ ad hunc caſum licẽt adaptari poſsint, tñ ea uti nõn neceſſaria, & notiſsima prætermitto. hoc unum tantum non prætermittã: quod uolunt præfati doctores poſt Roma. in l. ſi uero. §. de uiro. ſolu. matrimo. in 7. fallentia.
40 † propter ſcandalum euitandum generaliter à regulis recedendum eſſe, ergo & ſi aliàs de iure communi ſummus pontifex poſsit aliquid concedere, tamen quando pareret ſcandalum in eccleſia, ex mente omnium dicere debemus eum ꝯcedere non poſſe. ¶ Quarta concluſio diſpenſationem factam ex falſa cã, nõ ualeret, probatur ex therorica Bart. Ang. Pau. Imo. Soci. & communiter omnium doctorum. in l. demonſtratio falſa. §. quid autem. de condi. & demonſtratio. per illum text. & in l. cum tale. §. legato falſum. de conditio. & demon. qui diſtinguunt quando falſa cauſa uitiat diſpoſitionem, & ponunt hanc con-
41 cluſionem, falſam † cãm cohærentem diſpoſitioni, uel neceſſariam ad diſpoſitionem ipſam diſpoſitionẽ uitiare: idem traditur. in l. j. C. de falſa cã adiec. lega. & alibi ſæpe
42 & rõ, quia error † ex defectu uoluntatis, uel potentiæ uitiat. l. poſthumus. §. fi. de liber. & poſthu. cum concordantibus & maxime id debet eſſe in diſpenſationibus, cũ ſtrictæ interpretantur. c. j. & ij. de filijs presbytero. & ita di-
43 cunt † Abbas, Pet. & alij in c. quia circa, de conſangui. & affini. per Feli. in c. quòd ſuper, de fide inſtru. ubi allegat plures, & hos allegat & ſequitur Deci. in conſ. 318. col. 2. ubi allegat ẽt Petrum de Anchara. in conſi. 242. & Bat. in conſi. 90. Dilecto. & Alex. conſi. 89. Viſo. col. penul. lib. 2.
44 & plura alia. Idque probo, cum diſpenſatio † non poſsit fieri niſi ex cã & rationabili, aliàs non eſt diſpenſatio, ſed diſsipatio: ut late congerit Feli. poſt alios. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutionibus col. 9. ſequitur ꝙ cã ei cohæret, & ad eam neceſſaria eſt. Igitur ſi falſa eſt, diſpenſatio non ualet ex defectu cauſæ neceſſariæ & cohęrentis: & cum id ſit in iure firmum aliter non comprobo, ſed dico, cum falſa cã ſit aſsignata in diſpenſatione, pro bono pacis conſeruandæ, cum nulla pax hic adfuit: ut præſuppoſitum fuit, ergo non potuit confirmari, cum non entiũ nullę ſunt qualitates. l. eius. ſi certum pet. & licet dicat ꝓ bono pacis, & amicitiæ conſeruandæ in precibus. ita ꝙ
45 licẽt eſſet una † cã, ſcilicet pacis: non ceſſat tñ alia amicitiæ, & ſic per unam rõnem ſaluatur diſpoſitio. §. affinitatis. inſtitu. de nuptijs. l. uentri. §. in bonis. de priuileg. credito. reſpondetur illa duo fuiſſe prolata copulatiue, quo caſu requiritur utraque cã, & §. affinitatis. non habet locũ. Bar. in ti. ad reprimendum. in uerſi. nec ex eorũ. & ita reſpondetur ad illa uerba, ex alijs cauſis & c.

¶ Præterea

¶Prætereà id fuit in precibus, ſed in diſpenſatione,& cõ ceſſione, quæ attenditur, ſolum ſit uerbum de cã pacis, quæ tñ falſa eſt: ſm ea quę pręſuppoſita fuerunt in facto. Et ex his quatuor concluſionibus, pręſuppoſitis illis duabus in facto ſupra enarratis, clara apparet reſolutio p̄ſentis ꝯſultationis, ſ. in iure dubium eſſe, an ſit prohibitũ de iure diuino ꝙhi mrimonium cum relicta fratris præmortui ſine liberis, & in dubijs diſpenſationem pontificis ualere, & hanc diſpenſationem Iulij ſecundi põtificis maximi non ualuiſſe, uti factam ex falſa cã, & inducentẽ ſcãdalũ in tota eccleſia: & ita determino, habita tñ prius proteſtatione ꝙ in oĩbus me ſubijcio correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, cui in aliquo derogare nõ prætendo, ſed cã totis uiribus ſequi uolo ac deſidero. Laus Deo. O. M.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſufficit probari fuiſſe contractum per uerba de præſenti.*
2 *Matrimonium per uerba de præſenti probatur, licèt ſtricta manus non fuerit.*
3 *Teſtes licèt duo ad probationem matrimonij ſufficiant, non probant tamen niſi ſint omni exceptione maiores.*
4 *Teſtes qui aliàs non eſſent habiles, ratione adiuncti efficiuntur habiles.*
5 *Præſumptio iuris in teſtibus multum operatur.*
6 *Præſumitur pro matrimonio.*
7 *Teſti unico pro matrimonio deponenti magis creditur, quàm pluribus contrarium aſſerentibus.*
8 *Pluralitas actuum quæ aliàs nõ ſolet præſumi, fauore matrimonij præſumitur: ne probatio quæ ſtat pro matrimonio confundatur.*
9 *Parentes in cauſis filiorum non ſunt idonei teſtes.*
10 *Parentum teſtimonium in matrimoniali cauſa recipitur.*
11 *Confeſſio facta abſente parte, probare non ſolet.*
12 *Confeſſio facta abſente parte, probat de æquitate canonica.*
13 *Teſtibus uarijs non eſt credendum.*
14 *Teſtibus contrarijs nulla fides adhibetur.*
15 *Teſtes contrarij quamuis reducantur ad concordiam, nunquàm tamen reducuntur ut probent.*
16 *Contrarietas teſtium, in acceſſorijs & circunſtantijs, & ſi non tãtum reprobetur, multum tamen detrahit teſtium fidei.*
17 *Teſtes falſum depoſuiſſe, per notorium facti permanentis optime probatur.*
18 *Teſtibus in uno falſa dictantibus, in nullo credendum eſt.*
19 *Fidei teſtium multum detrahitur, quando falſum in aliquo aſſeueraſſe conuincuntur.*
20 *Teſtibus non uerìſimilia, ſed quodammodo impoſſibilia deponentibus, non eſt adhibenda fides.*
21 *Infamis etiam infamia facti, maxime in arduis, repellitur à teſtimonio, uel ſaltem non dicitur integer teſtis.*
22 *Sacrilego teſti non eſt adhibenda fides.*
23 *Blaſphematores procul à teſtimonio ſunt repellendi.*
24 *Teſti concubinario non eſt adhibenda credulitas.*
25 *Teſtium fidei non parum detrahit paupertas.*
26 *Pauper dicitur, teſtis qui non habet in bonis quantum ualet cauſa in qua deponit.*
27 *Inimici teſtis, teſtimonia non ſunt recipienda.*
28 *Solicitatores, in domini cauſa teſtimonium dicere non poſſunt.*
29 *Teſtis nimis beneuolus ſeu multum amicus, cum conſanguineo à pari procedit.*
30 *Solicitator & ſi non conſequatur ſtipendia, nihilominus in cauſa ſui principalis teſtis eſſe non poteſt.*
31 *Conſideranda in teſtibus quatuor potiſsime ſunt, natura, & qualitas negotij. ſecundo teſtium fides & authoritas. tertio argumenta rem de qua agitur confirmantia. quarto ut ſequamur ueri proximior a.*
32 *Cauſa matrimonij grauis eſſe cenſetur, cum in ea de re ſpirituali & quaſi ſtatu hominis agatur.*
33 *Probationes in criminali cauſa deſiderantur luce meridiana clariores.*
34 *Teſtes ad probandum matrimonium requiruntur omni exceptione maiores.*
35 *Teſtes & ſi ſint omni exceptione maiores, tamen quando ſumus in caſu in quo requiruntur teſtes omni exceptione maioses, ſi non eſt articulatum & probatum eos fore omni exceptione maiores, non probant.*
36 *Iudex in caſu dubio pro reo pronunciare debet.*
37 *Mulierem diuitem, aptam ad inueniendum uirum diuitem ac ſibi in ætate parem, accipere uirum inopem, & in ætate diſparem ac malæ conditionis, non eſt modicæ iacturæ.*
38 *Iudicandum in dubio eſt pro eo qui tractat de damno euitando.*
39 *Iudex in dubio pro muliere prouinciare debet.*
40 *Iudicandum in dubio eſt pro eo qui eſt in poſſeſsione uel quaſi.*
41 *Pronunciandum eſt pro anima, ſeu concernentibus ipſius animæ ſalutem.*
42 *Minoribus quantum à iure faueatur, neminem fugit.*
43 *Præſumptio iuris adeſt pro muliere, quæ matrimonium celebratum fuiſſe negat.*
44 *Iudex in dubio habet interpretari pro eo pro quo eſt præſumptio iuris.*
45 *Matrimonium quando non fuit factum in facie eccleſiæ dicitur clandeſtinè celebratum.*
46 *Clandeſtina matrimonia præſumuntur adulteria, & ita tractari debent.*
47 *Iudex, pro præſumptione actus qui ſonat in uitium, iudicare non debet.*
48 *Mulieres, ubi norunt patrem in extremis laborare, plerunque ſolent a domibus maritorum ad paternas ſe conferre.*
49 *Argumentum ab eo quod uerìſimile eſt, ſumitur.*
50 *Argumentum ſumitur ab eo quod plerunque fieri ſolet.*
51 *Lex iudicat ſecundum ea quæ communiter accidere ſolent.*
52 *Probatio concludens à communiter accidentibus, dicitur neceſſario & concludenter probare.*
53 *Inſolita & inaudita cautela arguit ſuſpicionem.*
54 *Cautela inſolita & inaudita in perſonis malæ conditionis, ſine difficultate, fraudis arguit ſuſpicionem.*
55 *Iudex ueri proximiora ſequi debet, quib. lux ueritatis adhæret.*
56 *Teſtes ſingulares non probant.*
57 *Singularitas teſtium operatur, ut minus probetur per plures quã per unum.*
58 *Teſtes ubi ſunt ſingulares, iuramentum in defectum probationis non defertur.*
59 *Confeſsio tunc probat de æquitate canonica, qñ plenè probatur.*
60 *Matrimonium per confeſſionem mulieris, quæ ex eius uerbis tacitè colligitur, non probatur.*
61 *Nullum ſi quid ſit, iuuari non poteſt.*
62 *Qualitates non entium nullæ ſunt.*
63 *Probationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur.*
64 *Præſumendum non eſt pro matrimonio clandeſtino.*
65 *Matrimonium ex immiſsione annuli in eccleſia, uel domo, præſentibus pluribus facta, in dubio præſumitur contractum per uerba de præſenti.*
66 *Matrimonium clandeſtinum non præſumitur contractum per uerba de præſenti, ſed per uerba de futuro.*
67 *Præſumptio particularis tollit generalem.*
68 *Generi per ſpeciem derogatur.*
69 *Præſumptiones quando ſunt plures, paucioribus præferri debent.*

RESPONSVM II.

¶An matrimoniũ probetur per, duos teſtes, qñ nõ ſunt omni exceptione maiores, & plures patiuntur defectus: & qñ mrimonium dicatur clandeſtinum: & an pro mrimonio ſit præſumendum, ubi multa circa probationem matrimonij, & teſtium defectus.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In præſenti cã ex ciuitate Venetiarum ad me tranſmiſſa, & in qua primi lectores ſtudij Patauini conſuluere, pp eius claritatem quid ſentiam breuibus explicabo.

¶Punctus difficultatis eſt, an mrimoniũ ſit probatũ, & licèt prima fronte uidebatur probatum, cum per Baptiſtã & Aloyſium dicatur fuiſſe ꝯtũ per uerba de præſenti quod

1 quod † ſufficit,ut not.per Bald.in conſi.195.uol.3.& per
Are.in conſi.13.& per Deci.in ꝯſi.113.cum ꝯcor.Et ſi alia
ſolennitas non interuenerit nihil officit: cum, ut inquit
2 tex.in c.j.de ſponſa duorum. mr̃imoniũ † probat̃ per uer
ba de p̃ſenti,licèt ſtricta manus nõ fuerit.nec obſtat ſi di-
câtur,hos duos teſtes licèt rõne mr̃imonij ſufficiant,iuri
3 bus uulgaribus, tñ cũ non uideantur † oĩ exceptione ma
iores non probare,ſm gl.in c. j. de cõſang.& affi.ubi per
Abb.& alios.& in c.in literis. ubi cõiter traditur:& alibi
ſæpe tam in lecturis quàm in conſilijs. Qñ reſpondetur
ꝓp alias coniecturas & probationes, quæ inductę dicun
tur:ut per nominationem factam per mulierem de mari-
to uti ſuo uiro probatã per aliquos teſtes,& per alia ad-
minicula illos coadiuuari,& habiles effici.¶Nam teſtes
4 qui non ſunt habiles † rõne adiuncti efficiuntur habiles:
ut not.per Dec.in ꝯſi.13 ĩ.col. 3. & per Crotũ in ſuo tra-
cta.de teſte.per Ang.in ꝯſi.j.Viſis.j. col. Bal.in l.ſi quis ex
argentarijs.§.j.de eden.per Rom.in cõſi. 486. in caſu ꝓ-
poſitę conſultationis.& loquitur de teſte affine: & maxi-
5 mè cum iuris præſumptione adiuuentur, † quæ multum
operatur in teſtibus:ut not.in cap. tertio loco. de proba
& ꝑ mod.in c.qm̃ ↄ̄ falſam.de ꝓba.& ꝑ Crot.in tracta.de
teſte.cum concor.adductis per eum. Deponũt ẽt pro ma
6 trimonio:pro quo † præſumitur.c.fi.de re iud.cum con-
cor.ut per Dec. in ꝯſi.133.& in ꝯſi.163.poſt Barb.& alios
citatos per eum:& per Fel. in rub. de ſponſalib. ubi poſt
7 Hoſtien. citatum per eũ uult magis uni credi † pro mr̃i-
monio quàm pluribus in ↄ̄riũ: & plura alia ſingularia in
cã mr̃imonij ponit: & in propoſito circa probationẽ ul
8 tra alios,adeo ut fauore mr̃imonij pluralitas† actuũ,quę
non ſolet præſumi:ut in c.in præſentia.de proba. præſu-
mitur ut probatio quæ ſtat pro mr̃imonio non confun-
datur,& ualeat,ut eſt caſus ſm intellectum Hoſtien. & ue
rum,in c.per tuas.de condi.appell.& per Aret. in ꝯſi. 13.
& iſtud pluribus authoritatibus poſsit cõprobari, quas
9 uti notiſsimas prætermitto.Et facit,licèt ali às † parẽtes
non ſint idonei teſtes.l.parentes.C.de teſti.3.q.3. uerſic.
10 item parentes.tñ in cã † matrimonij admittuntur & di-
cuntur idonei:ut in c.vr̃.qui matrimo.accuſ.poſſ. & faci-
unt notata in c.3.q.5.& in c.cùm in tua. de ſponſal.ergo
& ſi in alia cã huiuſcemodi teſtes non uiderentur idonei,
in hac tñ ubi pro matrimonio agitur,debẽt idonei & ſuf
ficientes,maximè accedentibus ſuprà deductis,iudicari.
Nec põt dici illam confeſsionem & nominationẽ de ſuo
11 marito fuiſſe factam abſente † parte quæ non ſolet pro-
bare.l.certum,§.ſi quis abſente,de confeſſ.& in cã matri-
moniali tradit Alex.in ꝯſi.54.uol. 5. quia reſpondetur de
12 æquitate † canonica ꝓbare:ut uolunt Ant.Card.& Imo.
in c.ſi cautio.de fide inſtru.& eſt cõis opinio, ut atteſta-
tur Decius in d. ꝯſi.163. Secundò rñdeo hanc confeſsio-
nem,cum fuerit reiterata,debere probare:ut not.per Fe-
li.in d.c.ſi cautio.de fide inſtr.cum ſimil.& hæc ſunt quæ
principaliter in effectu pro matrimonio facere uidẽtur.
¶Maturius uerò ꝯſiderando determino ↄ̄rium, & dico
nullo mõ per dictos teſtes legitimè mr̃imonium proba-
tum fuiſſe:qm̃,ut mihi in facto per excellentiſs.do.Ioan.
Mariam Bucellũ præſupponitur,iſti teſtes ſunt uarij, cũ
unus aſſeruerit Io.Franciſ.dixiſſe,quia adduxi præſentes
teſtes.Alius deponat dixiſſe,nunc habemus hic teſtes: q
13 & in multis alijs ſunt uarij:ut per eum. ſed teſtibus † ua
rijs non eſt credendum.l.qui falſum. de teſt.c.licèt cãm.
de proba.c.cum cãm.de teſt.& utrobiq; notatur. ¶Secũ
do præſupponitur eſſe ↄ̄rios,quia unus deponit.d.Laurã
deſcendiſſe de ſcalis:alter uero, ſtetiſſe ſuper ſcalis. Item
quo ad Io.Franciſcum unus deponit illum ſtetiſſe in ter-
tio gradu ſcalarum:alter uero, fuiſſe ad pedem ſcalarum
cum uno pede tm̃:& multę alię ↄ̄rietates recitantur, ſed
14 teſtibus ↄ̄rijs †nulla fides adhibetur:ut per Io.And.Abb.
& alios.in c. in noſtra. de teſti.per Ant.de But. moder.&
cõiter doct.in c.cum tu.de teſtib.per Alex.& doct. in l.in
ter ſtipulantem.§.j.de uer.obli.per Frid.in conſi.163.per
Alex.in ꝯſi.42.uol.4.cum concor. & licèt aliqñ reducant̃
ad concordiam,tñ dico in hoc caſu adeo euidentẽ adeſ-
ſe ↄ̄rietatem ut reduci non poſsint, & caſu quo poſſent

15 † nunquàm reducuntur ut probent,ſm Bal.Alex.Dec.&
cõiter doc.in l.ij.§.creditum.ſi cer.pet.& per mod. in d.
c.cum tu.ubi latè.Et dicunt doct. in locis alleg. ↄ̄rietatẽ
in acceſſorijs & circunſtantijs, & ſi non tm̃ reprobet̃ mul
16 tum tñ detrahere † teſtium fidei: quod ſatis eſt in caſu
nr̃o,cum requirantur teſtes oĩ exceptione maiores, ut in
frà dicam. ¶Item deponunt falſum quod per notorium
17 facti permanentis † optimè probatur: ut in c.fin.de co-
ha.cler.& mul.& plenè per moder.in l.j.de oper.no. nun
ci.in prin.ſed Aloyſius deponit do.Lauram expedite uer
ba protuliſſe:ſed do.Laura non põt expedite loqui cum
balba ſit.Item Baptiſta deponit ſcalas fore cõtiguas pri-
mæ portæ,& ueritas eſt in ↄ̄rium,ut apparet per notoriũ
facti permanentis, de ſcalis quæ non cohęrent dictæ por-
18 tæ.Sed teſtibus in uno falſa dictantibus † in nullo credẽ
dum eſt,rõne unitatis iuramenti.c.fraternitatis. de hære
ti.ubi doct.Old.in ꝯſi.37.ad primam quæſtionem.Bald.
in l.ſi ex falſis.col.fi.C.de tranſact. per Alex. in conſi. 44.
uiſo & diſcuſſo.col.4.uol.ij.& in conſi.17.col.ij. eod.lib.
ubi atteſtatur iſtam fore cõem,per Dec.in conſi.105.col.
19 5.Et quantum ad hoc ut de eorum fide † multum detra-
hatur.quod quantum ad caſum nr̃m ſufficit, ut dictũ eſt
ſuprà & infra,nullũ habet dubium, & ſi falſitas ſit in cir-
cunſtantijs. ¶Præterea deponunt non ueriſimilia,ſ.mu-
lierem iuuenem & diuitem accipere pauperem & ætate
non conuenientem malæ famæ & ꝯdõnis in maritum, &
abſque conſenſu pr̃is ac ſuorum propinquorum, & quo
dammõ impoſsibilia deponunt ratione loci & cuſtodię,
cũ continue ſint plures laborantes in dicta apotheca, ita
ut impoſsibile ſit à cõiter accidẽtib. quempiam ingredi
uel egredi,quin uideat̃.Item ꝓp diligentiam pr̃is & ſoro
ris.Itẽ q̃a porta apothecæ ſemper claudebatur: & nemo
admittebat̃ niſi per patrẽ qui penes ſe claues retinebat.
Item quia dña Laura nunquàm ſola deſcendebat:ut ap-
paret probatum fuiſſe per Iacobum,Petrum,ſororẽ Mar
garitam, Annam, & Chriſtophorum teſtes productos ꝓ
20 parte d.Laurę.ſed teſtib. non † ueriſimilia, & quodamõ
impoſsibilia deponentibus,non eſt fides adhibenda: ut
not.per Bal.in l.quicunq;.C.de ſeruis fugi. ad fin. & in l.
ſcriptura.circa medium. C. de fide inſtru. & latè per Feli.
in c.auditis.col.13.extra de proba.& nouiſsimè per Cur.
Iunio.in conſ.17.col.ij.uol.j.cum ſimil. ¶Comprobatur
fidem huiuſcemodi teſtibus non eſſe adhibendam. Nam
præſupponitur probatum fuiſſe Baptiſtam fore infa-
mem,ſacrilegum,blaſphematorem,cõcubinarium,pau-
perem,partis aduerſę amiciſsimum,& econuerſo, inimi-
cum partis dñę Lauræ.Item Aloyſium eſſe ſolicitatorem,
maximam habẽtem affectionem ad præſentem cauſam,
partis aduerſę amiciſsimum, & quamplures alios defe-
ctus patientem, ſed huiuſcemodi teſtibus nulla fides ad-
hibenda eſt,& à teſtimonio procul repellendi ſunt. Et in-
21 famis etiam infamia facti, maximè † in arduis ut hic re-
pellitur à teſtimonio, uel ſaltem non dr̃ integer teſtis: ut
per Azo.in ſumma.C.ex.qui.can.infa.irroga.Bald.in l.ad
noſtram,. de probationi. per Alexan.in terminis matri-
monij probandi in conſi. 153. Viſo proceſſu.uolu. 5.ubi
22 multa † de ſacrileg.faciunt nota. per Spec. in titu. de ac-
cuſa.in 17.quæſtio.per Alex.in l.diuus.& in l.penulti. ad
23 leg.Iul.pecul.De † blaſpematore,per Alex.in conſi. 152.
24 Viſo proceſſu.uolu.5.qui loquitur in terminis. De † ꝯcu
binario,eſt dictum Bald.in l.ij.de inceſt. nupt. quod in-
25 dubitãter admitto attẽtis alijsq̃ualitatib.Et de † paupe-
26 re not. in l.iij.de teſtib.in prin.& dr̃ pauper qui non † ha
bet in bonis,quantum ualet cauſa,in qua deponit. Alex.
27 in conſi.15.lib.iij.Dec. in conſi. 105.Et de inimico † in
l.iij.de teſt.in c.qualiter.in c.oporteat. in c. inquiſitionẽ.
c.repellatur.de accu.cũ ibi plenè nota. & alibi ſæpe. De
28 † ſolicitatore nota.in l.fi.de teſt.in c.fi.de teſtib.per Feli.
in c.cum à uobis.prope fi.de teſtib.ubi alleg. Ang. in ꝯſi.
133.ut ibi per eum,& per Crot.in ſuo tracta.in 4.parte,&
maximè cum magna affectione ſolicitant. Nam affectio-
29 natus, & † nimis beneuolus, ſeu multum amicus a pari
procedit cũ conſanguineo, & ita non eſt idoneus teſtis:
ſm Barto.& cõiter doct. in l.admonendi. in 8. col.uerſi.
uenio

uenio ad tertium.de iureiu.Alex.conſi.13.pe.col.uol. 3.
30 Et ideo dixit Rot.in deciſi.167.aliàs.303. † ſollicitatorē
repelli,& ſi non conſequatur ſtipēdia,per Ant. Abb.& a-
lios,in c.cum a nobis.& in c.inſuper. de teſti. & hoc ſolū
pp affectionem:ut per Fel.in d.c.cū à nobis.Et cū quod-
libet uitium de ſupra narratis ſufficit ad repellendum te-
ſtem à teſtimonio per ſupradicta, & ſaltem ut non dicat
oī exceptione maior,quanto fortius in hoc caſu teſtes re
pellendi ſunt,cum omnia ſupradicta uitia in eis ꝯcurrāt,
& in hac materia teſtium procedi dȝ: ut dicit Bal.in l.te-
ſtium,C.de teſt.in pe.col.quem ſequuntur doct.& nouiſ-
ſimè Cur.Iunior in conſi.17.col.2.uol.1.quatuor potiſsi
31 mè conſideratis,Natura,† ſ.& qualitate negotij.Scd'ò te
ſtiū fide & authoritate. Tertiò argumētis rem affirman-
tibus de qua agitur. Quartò veri proximiora ſequendo
quæ oīa hic repugnant ſi rectè cōſiderentur, & ita abſq;
dubio reuerendus D. meus habet iudicare qđ eo magis
eſſe debet, cū ſumus in cauſa matrimonij quæ grauis eſt,
32 cum agitur de † re ſpirituali, & de quaſi ſtatu hominis,
ſecundum gloſ. in c. mulieri. de iureiur. Bal. in l. iij. in
prin. de iureiur. Alex. in cōſ.cxliij. Quoniā abundanter.
lib. ij. Soci. in conſi. xvij. & Dec. in conſi. cccx. & in ea
requiruntur probationes luce meridiana clariores,ſicut
33 in † cauſa criminali ad notata in l.fi.de probatio. vt per
gloſ. in c. veniens. de teſta. cum ibi plenè nota.& p Dec.
in dicto cōſ. cccx. & alijs conſilijs ſtatim allegandis,ſed
non poteſt inficiari (dato ſine veritatis præiudicio, hos
teſtes facere probationem) propter ſ deducta nō facere
probationem luce meridiana clariorem, ergo in cauſa
mrimonij de qua agitur,& ſi millies in alijs probarent nō
ꝓbant. ¶ Corroboratur, Nā adeo magni ponderis eſt cā
34 mrimonij ꝙ ad ꝓbādū mrimoniū† requiruntur teſtes oī
exceptione maiores:vt per gloſ.in c.j.de conſan.& affini.
& per gloſ.& doct. in c.in literis.de teſta.& p Andr.Sicul.
in conſ. xlv. col. j. & in conſ. liiij. volu. j. & per Dec. in
dicto conſ. cccx. & clxxxiij. col. ij. & lxiij. poſt Alexand.
in conſ. cl. & clij. & cliij. vol.iij. Sed per ſupra dicta dato
dictos teſtes probare in quacūq; alia cauſa in hac tamen
non probant, cum non ſint omni exceptione maiores.
¶Sed rogo vt animaduertat reuerendus d.meus ad hoc.
Nam dato ſine præiudicio veritatis, qđ iſti teſtes non la-
borarēt vitijs de quibus ſuprà,& eſſent omni exceptione
maiores,nihilominus dico in hoc caſu nihil probare,qm̄
quando ſumus in caſu in quo requiruntur teſtes omni
exceptione maiores, & ſi teſtes ſint in veritate omni ex-
35 ceptione maiores, tñ ſi non eſt articulatum † & probatū
eos forē omni exceptione maiores nō probant, qa iſtud
eſt requiſitū ad teſtes & ad qualitatem probationis,& eſt
fundamentū intentionis agentis & producentis teſtes,
ideo per partem debet capitulari & probari: vt not. in l.
eum actum. de nego.geſt. cum vulgarib. & ita dicit Bar.
quem ſequuntur coīter doct. in l.j.§. ſi quis neget. col.fi.
quemadmo. teſta. aperian. ſubdens cautum debere eſſe
aduocatū in faciēda ꝓbatione fidelitatis teſtiū: ſequitur
Alex. in conſ.xliij. Viſis col.iiij. nu.ij. vol.iiij. Iaſ.in cōſ.
cliij. col.v. vol.ij. & hoc habet locū in quacunq; materia
vbi requiruntur huiuſmodi teſtes omni exceptione ma-
iores:vt per Dec. licèt de Iaſ. & Alex. nō faciat mentionē
in conſ. iij. col. iiij. ſed mihi præſupponitur in hoc caſu
nec articulatū nec probatum fuiſſe teſtes, de qbus ſuprà
eſſe omni exceptione maiores, ergo impoſſibile eſt, & ſi
eſſent omni exceptione maiores, qđ tñ negatur ꝙ dican-
tur probaſſe mrimonium de quo agitur,& cum hoc ſolū
fundamentum in hac cauſa ſufficeret,quantò fortius cō-
currentibus ac ſimul iunctis oibus fundamētis, de qbus
ſuprà intrepidè pro dña Laura iudicandū puto,maximè
ſi bene animaduertatur in proprijs terminis nullus repe
ritur contradictor. ¶ Vnum tamen ex abundanti non
omittam, inficiari non poteſt, & ſi hæc pleniſsimè non
demonſtrarent probatum non fuiſſe aſſertum matrimo-
nium, ſaltem probationes ipſas reddere dubias, & in
36 caſu † dubio iudex habet iudicare pro reo: ſecundū Bar.
Ias. & alios in l. inter ſtipulantem, §. j. de verbo. oblig.
per Ias. & alios in l. de die. col. ij. & iij. qui ſatiſda. cog.
facit regula,fauorabiliores. de regu.iur. quæ ſm doct. in
locis præallegatis ſine dubio ꝓcedit ī deciſione cauſarū.
ſed d. Laura eſt rea & cōuenta,ergo in caſu dubio pro ea
pronunciandū eſt. ¶ Item d. Laura tractat quodāmodo
37 de damno euitando,cū nō ſit modicæ iacturæ † mulierē
diuitem aptam ad inueniendū virum diuitem, ac ſibi in
ætate conuenientem, ſi dicamus accipere virum inopem
& in ætate diſparē ac malæ ꝯdōnis, & econtrà certiſsimū
eſt virū pauperem tractare de lucro quærendo ſi dicamus
eum accipere vxorem ditiſſimā,& ſi titulus dotis ſit one-
roſus, & hoc ex inæqualitate perſonarum & diuitiarum,
38 ſed in dubio iudicādū † eſt pro eo qui tractat de damno
euitando,l.fi.§.ſi vero. C. de iure delib. cū ibi plenè not.
ergo pro d. Laura pronunciandū eſt. ¶ Comprobatur.
39 Nam in dubio † pro muliere pronunciari debet, & ideo
nota. dicit Dec. in c.in præſentia. col.x. de prob. quòd in
dubio iudex habet fauere mulieribus religioſis potius q̄
pro religioſis maſculis pronunciare, ergo pro d. Laura
40 pronunciandū eſt. ¶ Item pro eo † iudicandum eſt qui
eſt in poſſeſſione vel quaſi: vt per Iaſo. & alios in l. inter
pares. de re iudic. ſed dña Laura eſt in quaſi poſſeſſione
virginitatis, ideo pro hoc ſtatu ꝓnunciari debet,& ma-
41 ximè cū ille ſtatus ad ſalutē aīæ magis tendit,& pro† aīa
ſeu concernentibus eam iudicandum eſt c. ad audientiā.
de homici. cū ibi not. ¶ Accedat quoq; quòd minor eſt,
42 cui quantū fauendum ſit† neminem fugit. toto tit.ff.& C.
de mino.concurrit quoq; mulierē negare factum .ſ.con-
43 tractum eſſe mrimonium,& ꝓ ea † eſt præſumptio iuris,
cum facta non præſumuntur niſi probentur l. in bello.§.
factæ. de capti. l. poſt. l. ſi emancipati. C. de colla. cum
44 vulga. & iudex † in dubio habet interpretari pro eo pro
quo eſt præſumptio iuris: arg.nota. per Bal. & Moder.in
l. nō hoc. col. vlt. vnde cogna. per Bar. & alios in l. non
ſolum.§.ſed vt probari. de no.ope.nun.per Bal.& Ange.
in l.ſi ita ſcripſerit. de hę.inſti. ergo pro d. Laura negāte.
¶Accedat quoq; cū iſte actus mrimonij fuit clandeſtinè
45 celebratus † cū non fuit in faciem eccleſiæ: vt not. in c.j.
ij.|& iij. & per totum 30. q. ij. & quia patris & affinium
quorū præſentia nō adfuit,īmo ignorarūt,& licèt factus
fuerit corā duobus teſtibus quia fieri publicè conſueuit
dicitur clandeſtium: ſm glo. & doct. in c.j. in verſ. clan-
deſtinum. de clandeſti. deſpon. & per Bar. ita declarātē
in l.ij.C. de his qui public.ratio. lib.x. ſequitur Dec.in l.
46 quo tutela.§.clā. de reg.iur. ſed clandeſtina † mrimonia
præſumuntur adulteria, & ita tractari debent p Hoſtien.
in ſumma de clandeſti. deſpon. & per Soci. in conſ. 17.
47 vol.j. & per Cur.Iun. in conſ. 64. num. iij. ſed pro † pre-
ſumendo actu qui ſonat in vitium non eſt iudicandum:
arg. l. merito. pro ſocio. cum vulg. Ergo pro mrimonio
non eſt præſumendū in hoc caſu,cū mrimonium non ſit
nec poſſit eſſe niſi clandeſtinū, cum non ſit contractum
in faciem eccleſiæ, ſed tñ per aſſertum maritum dicatur
contractū fuiſſe tm̄ coram duobus teſtibus ignotis ipſi
mulieri,& malę famæ ac ꝯdōnis ſine præſentia & ſcientia
patris & ꝯiunctorum, concurrit ēt præſumptio maxima
nō fuiſſe contractū huiuſcemodi mrimoniū: nā probatū
dicitur hunc maritū mortuo pr̄e, & eius cadauere adhuc
in domo exiſtente acceſſiſſe ad domum, dixiſſeq; ſe velle
ſuam vxorem, & nolle eam ſibi remanere, qđ quidem ſi
verus maritus fuiſſet nō eſt veriſimile ipſum factutū fuiſ-
48 ſe,cū impiū ſit nec ſolitū, immo tunc ſi apud maritum †
fuiſſet ad domū patris ſe contuliſſet, immo ſi non fuiſſet
in domo patris illam miſiſſet vt ſolitū & coīter conſuetū
49 eſt,& à † veriſimili ſumitur argumē. l.ſi nuptura.de iure
50 dot. & † ab eo qđ fieri ſolet. l.certi condō. §. ſi nūmos.
51 ſi cer.pet.l.certè.de †ꝓcur.adeò qđ ſuper eo lex iudicat.
52 l.quis ſit fugitiuus.§.illud.de ędili.edic. Et dicitur † ne-
ceſſariò & ꝯcludenter probare qđ à coīter accidentibus
concludit: vt per gloſ.& Bal. in l.neq; natales. de probat.
Bal.in c.j.§.ſi vaſallus. ſi de feud.fuer.contr.inter domi.
& vaſal.Bal.in c.fi.de cauſa poſſeſſ.& proprie. ¶Præterea
ſi ſua vxor erat, & contentā erat, nec aliquis illam vnq̄
denegauit,ad quid ad iudicem ſe cōtulit & falſis teſtibus
adhibitis ſubreptitiū obtinuit mandatū? & iſta cautela
non

non erat neceſſaria, immo eſt inſolita. ¶ Nam nunq̃ fuit auditũ maritũ, cui nunq̃ uxor fuit denegata, ſi illam uelit
53 mandatũ à iudice ſuſcipere: inſolita † aũt cautela & inaudita arguit ſuſpitionẽ, l. ſi quis ſub ꝯdõne. ubi Bar. & alij de cond. iuſtru. Bal. & alij in l. teſtamentũ. C. de teſta. Feli. in c. 2. de reſcript. in 2. col. ꝙ in perſonis malæ con-
54 dõnis † abſq; difficultate ꝓcedit: ut dicit Pet. de Anch. in cõſ. 158. Si prædicta ſententia. col. fi. & per Are. in cõſ. 45. col. 5. & in conſ. 66. col. 18. Barba. in conſ. 16. col. 5. uol. 2. & in cõſ. 76. uol. 3. ſed iſte uir eſt homo malæ condõnis, & famæ ut mihi in facto præſuppoſitũ eſt. ſi igitur
55 precipuè qñ diſputatur an aliquid ſit actum, iudex † ueri proximiora ſequi debet quibus adhæret lux ueritatis: ut per Cur. Iun. in d. conſ. 17. uol. 1. col. 2. & cum hæc ueri proximiora ſunt, immo ſm ueritatẽ ipſam apertè demonſtratur hunc maritũ non eſſe nec nuptias aliquas ꝯxiſſe, oĩnò dicere debemus iudicem pronunciaturũ nullas hic eſſe nuptias, nec aſſertum maritum ꝯxiſſe, maximè concurrẽtibus oĩbus ſuprà deductis. ¶ Nam ultra defectus quos patiuntur illi duo teſtes adducti per ipſum ꝑ iſtas pſumptiones multũ debilitantur: multæ quoq; ꝯiecturæ, & rationes adſunt pro iſta muliere, ut ita dicam, infelice cum inſcia & ignorans falſo imputetur mr̃imoniũ ꝯxiſſe cum paupere, ac in ætate ſatis diſpare, ſed eas uti non neceſſarias omitto: & ad adducta in ꝯtriũ, licèt per ſuprà dicta ſatis ſit rñſum, nihilominus dico. ¶ Ad primum ꝙ mr̃imonium per duos teſtes poteſt probari procedere, qñ ſunt oĩ exceptione maiores, & hæc qualitas fuit capitulata, & probata, ſed hic iſti teſtes patiuntur quàplures defectus, immo reijciẽdi ſunt: ut ſuprà latè deductũ fuit, ergo &c. ¶ Non obſtat ꝙ eorum dicta adminiculantur confeſsioni mulieri aſſerentis uirum ſuum, qm̃ rñdetur iſtam confeſsionẽ non probari niſi per teſtes ſingulares,
56 & † teſtes ſingulares nõ ꝓbant: ut ꝑ oẽs in l. admonendi. de iureiu. ꝑ Bal. in l. de quibus. de leg. col. antepe. & in l.
57 iuriſiurandi. C. de reb. credi. col. 3. ubi uult † ſingularitatẽ operari ut minus probetur ꝑ plures q̃ per unũ, & ideò
58 † non deferri iuramentũ in defectũ probationis: ſequit̃ Dec. in terminis in cauſa mr̃imoniali, in conſ. 133. col. 4. & in cõſ. 163. col. 2. Vbi etiam loquitur in cauſa mr̃imoniali, & in conſ. 189. col. 5. nec obſtat ꝙ confeſsio ꝓbat
59 de ęquitate canonica, & qñ eſt reiterata, † quia procedit qñ illa confeſsio plenè probatur: ut notat. in c. ſi cautio. de fide inſtr. & in l. j. de confeſsis. & ideò Dec. in d. conſ. 133. reprobat confeſsionem etiam geminatam, cũ ſolum probetur per teſtes ſingulares: & ita eſt in caſu noſtro, ergo &c. ¶ Pręterea & ſi cõfeſsio plenè probaretur nihil
60 obſtaret cum † matrimonium per cõfeſsionem mulieris quæ ex uerbis tacitè colligebatur, ut hic non probatur: ut per Inno. in c. ex parte. de reſti. ſpol. ſed hic probatur confeſsio inſurgens ex noĩatione mariti: quia noĩabat illum pro marito ſuo, ergo nihil præiudicat iſta ꝯfeſsio, nec poteſt etiam coadiuuare etiam probationem teſtium
61 cum nulla ſit, & † qđ nullum eſt iuuari non poteſt, cum
62 non entium † nullæ ſint qualitates, l. eius. ſi cer. peta. cum ibi notatis. & dato ꝙ aliqua eſſet probatio tñ non poteſt
63 coadiuuari & perfici: quia in † criminalibus imperfectæ probationes non coniunguntur: ad abundanter tradita ꝑ Bar. & oẽs in l. admonendi. de iureiur. ſed cauſa mr̃imonialis eſt ad inſtar criminalis, ut ſuprà dictũ eſt: ergo probationes coadiuuari nõ debent. ¶ Præterea per iſtã coadiuuationem dato ꝙ admitterentur non efficiuntur teſtes oĩ exceptione maiores: & ſic non eſt ſatisfactum probationi mr̃imoniali. ¶ Nec obſtat ꝙ pro mr̃imonio
64 præſumendum eſt: quia † non procedit in matrimonio clandeſtino, cum potius iudicatur adulteriũ, per ea quæ
65 dicta ſunt ſuprà, & ultra adduco qđ licet † in dubio mr̃imonium præſumatur contractum per uerba de pręſenti ex immiſsione annuli in eccleſia uel domo præſentibus
66 pluribus teſtibus, tñ qñ † eſt clandeſtinum nõ pręſumitur ſed ꝑ uerba de futuro, gloſ. & doct. in c. illud. de pręſum. in c. tenor. de re iudi. & in c. tuæ. de ſpon. ¶ Præterea cũ ꝯ iſtud mr̃imoniũ quamplures ꝯcurrunt pręſumptiones, item ex quampluribus pręſumptionibus ſit iudicandum pro rea conuenta, ut ſupra deductum eſt: ſequitur quòd & ſi pro mr̃imonio præſumendũ eſſet, tñ iſta pręſumptio
67 per iſtas tolleretur, † cum illa ſit generalis, & nonnullæ
68 ex iſtis ſint particulares, & † generi per ſpeciem derogatur, l. ſemper in toto. de reg. iur. & in terminis in præſumptionibus particularem pręferri generali nota. in l. diuus. de in integrum reſtitutio. & in l. cũ de indebito. de
69 ꝓbationibus. ¶ Item cum plures ſint † præſumptiones debent præferri: ad not. in authen. de conſang. & uter. fratr. & not. ꝑ mod. in c. 1. de treuga & pace. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Singulare certamen de iure canonico eſt reprobatum.*
2 *Duellum, de iure recuſari poteſt.*
3 *Iura canonica in cõcernentibus peccatum, ſeu animæ periculum vbiq; ſunt ſeruanda.*
4 *Duellum eſt licitum ex conſuetudine generali.*
5 *Conſuetudo permittens duellum non valet.*
6 *Duellum permittentes peccant, non obſtante conſuetudine.*
7 *Conſuetudo nutritiua peccati, non eſt conſuetudo, ſed corruptella.*
8 *Factum illicitum tolerari non debet.*
9 *Conſuetudo iniuſta poteſt prodeſſe ad euitandam pœnam fori, poſtquam res eſt facta & perpetrata.*
10 *Conſuetudo maiorum excuſat rectorem à pœna priuati carceris.*
11 *Conſuetudo iniuſta, nõ excuſat à pœna ſpirituali & pœnitentiali.*
12 *Conſuetudo contra ius diuinum, nec à principe, nec ab alio tacitè vel expreſsè induci poteſt.*
13 *Conſuetudo permittens duellum, nõ debet poſſe operari, vt ſi quis certamen recuſet, cenſetur infamis, & ita pingi poſsit.*
14 *Infamis ſtatim is verè efficitur, qui petit quod eſt contra Deum, & Chriſtianam religionem.*
15 *Duellum petens, infamis appellatur.*
16 *Duellum, nulla aſsignata cauſa, magni viri & Imperatores recuſarunt.*
17 *Infamis, etiam infamia facti tantum, prouocans ad duellum, licitè recuſari poteſt.*
18 *Duellum non permittitur niſi ex magna cauſa, cum authoritate ſuperioris.*
19 *Cauſa iniuriarum eſt ſufficiens ad petendum duellum.*
20 *Aſſertioni prouocantis ad duellum non ſtatur in aſsignatione cauſæ.*
21 *Cum aliquid permittitur à iure alicui ex cauſa, nunquam illi creditur de cauſa ſed eam probare debet.*
22 *Diſpoſitio facta ſub conditione, ante euentum conditionis nihil ponit in eſſe.*
23 *Iniuriæ æquales mutua compenſatione tolluntur.*
24 *Duello non eſt locus, quando iniuriæ fuerunt mutua compenſatione ſublatæ.*
25 *Item quando princeps cui ſunt ſubditi illi qui petunt pugnam, prohibuit certamen.*
26 *Duellum non ſolum à domino loci, ſed etiam à prælato prohiberi.*
27 *Summus Pontifex eſt ſuper omnes Prælatos, & ab eo omnes gradus dignitatum deſcendunt.*
28 *Conſuetudo non operatur, niſi quatenus probetur.*
29 *Iudicandum eſt in dubio pro religione.*
30 *Reipublicæ intereſt ſtrenuos milites habere.*
31 *Electio armorum ſpectat ad prouocatum.*
32 *Actor is dicitur qui primo prouocauit.*

RESPONSVM III.

¶ An duellum ſit licitũ, & an abſq; infamia recuſari poſsit, & quando ei ſit locus, & ad quem ſpectet electio armorũ.

INVOCATO Diuino ſuffragio. ¶ Viſis informationibus, ac literis miſsis ab utraq; parte horum illuſtrium comitum, ac militum ducum, mihi exhibitis ab Excellentiſsimo doctore dño Paulo de Corrigia, nomine illuſtris comitis, ac militum ducis Guidonis Rangoni, omiſsis argumentis ad partes propter temporis anguſtiam ac nimiam nuntij inſtantiã,

quid

quid ſentiã breuiſsimè explicabo,& dico in hoc caſu non
1 eſſe locum pugnæ ſeu duello,& præſuppono † de iure ca-
nonico ſingulare certamen reprobatũ eſſe, c. monoma-
chiam.2.q.5.ubi glo. eſt & tex. in c. oẽs. 17. q. 4. & in c.
quæritur.22.q.2.in c.1.& 2.de purg.uulga.ubi not. oẽs:
& in c.j.de cleri.pug. in duel. & ita cõiter tenetur: vt per
docto. in locis præalleg.& Specul. & Ioan.And.in add.in
tit.de accu.§.6. uer.quid & ſi.& ſequen. ꝑ Cardi.in clem.
paſtoralis.de re iudi.q.5.& Io.de Ana.in rub.& in c.j. de
cler.pugnan.in duel.& ponunt Bal.Iaſ.Clau.Seiſel.& alij
in l.ex hoc iure.de iuſti.& iur. ubi Claud.poſt multos di-
cit indiſtinctè hoc ꝓcedere de iure canonico,licèt ď iure
ciuili ex magna cauſa permittatur, & ideò dixit Imol. in
l.is qui reus, in 20.col. de publ.iudi. poſt Ange. citatum
2 per † eum, de iure duellum poſſe recuſari, ergo de iure
non eſt locus certamini ſingulari. ¶ Secundo dico id
maximè in præſenti caſu uerum eſſe,& oĩnò obſeruandũ
forè: qm̃ hi duces ſunt ſub iuriſdictione Pontificis ſaltem
mediatè ratione eorum originis & domicilij,quorũ iura
ſequi debẽt,l.j.ad municipã. plenè in l.cunctos populos.
3 C.de ſumma trinit.& fide catho.ſed iura†canonica,licèt
qñ concernunt peccatum,ſeu aiæ periculum,ut in huiuſ-
modi caſibus ubi agitur de uita hoĩs, uel ut malæ fidei
poſſeſſor non poſsit præſcribere,in huiuſmodi ubiq; ſer-
uanda ſunt, c.2. de reg.iur. lib.6.& ibi ꝑ Io.And.& alios
per oẽs poſt gloſſ. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.
& in c. 1.de no.oper.nuncia. ſed abſq; difficultate in ter-
ris ſubiectis eccleſiæ,ſeu inter ſubditos ſemꝑ & indiſtin-
ctè obſeruanda ſunt,l.priuilegia.de epiſco.& cler. ꝑ Bar.
in diſtinctione ſua quam ſequuntur alij,& in d.c.1.de no.
ope.nunc.ergo ſi duces indiſtinctè tenẽtur obſeruare ius
canonicũ, & cõſequenter ſingulare certamen ſubire non
poſſunt non obſtante quocunq; alio iure. ¶ Nec obſt. ſi
dicatur conſuetudinem generalem eſſe in ʒrium: ut not.
4 in c.1.§.ſi ruſticus.de pace tenen. in uſibus feud. & † ꝑꝑ
hanc cõſuetudinem generalem eſt licitum. ita Bal.in l.hi
5 penes.C.de poſthu. qm̃ hæc † conſuetudo tanq̃ præbens
cauſam homicidijs,& nutritiua peccati non ualet,nec dʒ
tolerari, tanquã iniuſta & illicita, & princeps qui tolerat
peccat: ut probatur in c.1.& ſi.de purg.cano.ubi cõiter
not.& ꝑ Spec.& Io.And.in locis pręall. Bartho. Brixien.
in reper. ſuo in uerbo,duellum. ubi inquit bis ita conſu-
luiſſe,& regi Angliæ,& Hiſpaniæ, ut nõ ꝑmittant duellũ,
6 cum † non obſtante cõſuetudine peccant: ſequitur Iaſ.
Clar.& alij in d.l.ex hoc iure.de iuſti.& iur. & facit ultra
7 † iſtos,quia conſuetudo peccati nutritiua, nõ eſt conſue-
tudo,ſed corruptela: ut inquit tex.in c.1.de cõſuetu.in 6.
qui tex.probat à fortiori: nã illa conſuetudo corruptela
nuncupatur: & nõ ualet: adeo ut etiam nec nomen con-
ſuetudinis mereatur, quæ ſacris canonibus inimica eſt,
ergo quantò fortius cum iuri diuino ʒria eſt, cum omne
qď à ſacris canonibus introductũ eſt diuini iuris non eſt
c.cũ dilecti.& c. penul.de empt. & uendit. ubi in ʒctibus
permittitur deceptio,& tñ illud non eſt ſm ius diuinum.
& honeſtatem,gloſ. in regula,ſemper in contractibus.de
regu. iur. Bal. in aut. ad hæc. in penul. col.C.de uſur. de
cuius dicti ueritate alibi dixi,ergo nõ obſt.hęc ꝯſuetudo
cum nõ ſolum ſit iniuſta,ſed nulla,ac nomen ꝯſuetudinis
non habeat, & eodem modo rñdetur ad id quod dicunt
docto. obſeruari contrarium de facto, circa hoc duellũ
ut per Parid. de Put. in ſuo tractat. de re milit. & multos
8 alios, quia † id facti tanq̃ illicitum non debet tolerari,
immo de facto tolli: arg.eorum quæ ponunt Bald.Alex.
& alij ĩ l.ſi pacto quo pœnã.C.de pact.& in l.j.§.nũciatio.
de no.oper.nuncia.per Alexan.& alios,ubi latè de facto:
facta nõ eſſe tolerãda,ſed reuocãda nullo obſeruato iuris
ordine,& id facti non reddit rem ualidam: aliàs ſequeret̃
qď ſi paſsim uſuræ contraherentur in ciuitate,qď id eſſet
licitũ & permiſſum ʒ clem.1.de uſur.cum ſimili.& ſaltem
id non poteſt operari,cũ ſibi apponatur ut ius ſeruet, qď
illa obſeruantia iniqua faciat ius non ſeruari: nam licèt
9 † cõſuetudo iniuſta poſsit prodeſſe ad euitandam pęnam
fori poſtq̃ res eſt facta & perpetrata, glo. in c.cũ uenera-
bilis.ubi Abb.& alij not.de conſue.gloſ.in c.ſanè.in uerſ.
10 antiqua ꝯſuetudo.de temporib.ordinã.& ideò † excuſat
rectorem à pęna priuati carceris, ſi ſui anteceſſores ſoliti
erant habere,ut per Pet. de Ancha. in d.c.cũ uenerabilis.
& idem eſt in pueris ſe ad inuicem uulnerantibus in ciui-
tate noſtra,ꝑꝑ uetuſtiſsimam conſuetudinẽ. Pet. de an-
char.in conſ.222. Iure ſcripto. Alexan.in conſ. 107. in 2.
11 uol. cum ſimilib.non † tñ excuſat à pęna ſpirituali,& pę-
nitentiali. Abb. & alij in d.c. cũ uenerabilis. poſt gloſ.4.
diſt. c.deniq;. per Are.in conſ.466. Videtur. & minus dʒ
poſſe operari, ut quis cogatur illam obſeruare, & ſi non
obſeruetur quod cadat in infamiam: nã id nullibi repe-
ritur nec eſſe poteſt,cum non ſolum operet vt obſeruans
illam non cadat in pœnam: & hoc eſt ſpeciale ꝑꝑ ꝯſue-
tudinem, ergo à ſpeciali arguendo aliud non operatur:
arg.l.ius ſingulare. de legi.& ne ſpecialiter multiplicent̃,
contra nota. in regula, quæ exorbitant. de regu. iur. &
maximè id ut cogat alium ad id agendum,propter quod
cadit in pœnam ſpiritualem,& offendit Deum, & agat ʒ
12 ius diuinum, quod † expreſsè à nullo principe, nec ab
hominibus, tacitè, uel expreſsè induci poteſt: ad plenè
not.per Abb.& alios in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſt.
& ex hoc apparet pręfatum dñum Parid. & multos alios
tenentes propter id quod de facto uidemus tolerari hanc
pugnam ſingularem, cogi prouocatum pugnare ne effi-
13 ciatur infamis: aliàs poſſe ut infamis † pingi: quoniam
hoc uti contra ius diuinum,inducens ad offenſionẽ Dei,
nõ debet poſſe id operari, ſed ipſa debet poſſe reprobari,
& hoc maximè quando opponitur de inualiditate huius
conſuetudinis, & quoniam inter nos Chriſtianos animã
cunctis rębus præferenda eſt,l.ſancimus. C. de epiſco. &
14 cler. & † ſtatim quòd quis petit quod eſt contra Deum,
& Chriſtianã religionem efficitur uerè infamis. c.alieni.
12.q.8.& 6. qõ.1.c.infames.& c.illi,cum concordan.ibi
traditis: & non debet audiri, tanquàm iniuſta petens,et
iuxta illud, iniuſta petentibus eſt denegandus aſſenſus;
15 ſicut econtra,facit tex.3.q.4.c.nulli.ubi appellatur † in-
famis: quomodo igitur poteſt in alium infamiã irrogare
ſi ei non cõplaceat in re quæ ipſum prouocantem reddit
infamem,immo totum ꝯtrarium debet eſſe,cum oppoſi-
torũ ꝯtraria debet eſſe diſpoſitio l.fi.§.fi. de lega.3.l.& ſi
contra.de uulga.& pup. l.pen. de ſol. cum ſimil. ſi igitur
prouocatio reddit prouocantem infamem, ergo negatio
et refutatio ꝓuocati eum ab infamia ſaluare dʒ: idq; ma-
ximè admitto, cum et ſi aliqui nõ ueri Chriſticolę uelint
ſaltem conſiderari aliquam infamiam facti, quæ ſugillat
recuſantẽ pugnare uti minus animoſum, ac militem ſtre
nuũ quod non eſſe uerum pro compertum habeo,etiam
Chriſti fide non conſiderata, idq; probo exemplo quam-
16 plurimũ Imperatorũ,& magnorũ uirorum, qui † duellũ
recuſarunt nulla cauſa aſsignata, niſi ut fecit Auguſtus,
qui Antonio eum prouocanti rñdit ei multas uias ad in-
teritum patere: vt inquit Plutarchus in uita Antonij, &
inquit Frontinus Marium prouocanti eum ad certamen
rñdiſſe, Si cupidus mortis es, laqueo uitam finire potes,
& cum Scipio Affricanus prouocaretur, & ſibi diceretur
parum pugnacem eſſe, rñdiſſe fertur, matrẽ eũ peperiſſe
Imperatorem non pugnatorem. idq; plurimis exemplis
præſertim Romanorum, qui pro gloria & honore nunq̃
uitæ ꝓpriæ pepercerunt,quæ uti notiſsima prætermitto
cum probare poſſem: nam ſi recuſans duellũ in infamiã
facti incideret,& aliquid ſuæ gloriæ diminueretur,nõ eſt
credendum Octauium,& alios diu in armis exercitatos,
qui ut gloriam & honorẽ adipiſcerẽtur,nulli unq̃ labori
nec uitæ propriæ pepercerunt illud abſq; cauſa recuſaſſe
uti recuſarunt. ¶ Pręterea, cũ ſm fidem nr̃am hæc cer-
tamina agenda nõ ſunt,& ea lege ꝓuocatio reddit ꝓuo-
cantem, uti contra fidem agentem fidifragum. & conſe-
quenter infamẽ ſaltẽ apud fideles & bonos Chriſticolas,
ſtatim ẽt iure huius illicitæ ꝯſuetudinis, qua ſola aduer-
17 ſantes nituntur recuſari poteſt,cũ iure ipſius † ꝓuocans
infamis audiendus non ſit,& licitè recuſari poſsit,etiam
ſi ſit infamia facti notatur: ut latè ꝑ Parid.de Put.in trac.
de re mili.lib.6.in c.qď in pugnis. poſt Bal.in tit.de pace
tenen.in vſibus feud.arg.l.1.de poſthu. & l. obſeruandũ
de

de offic. præſi. cum ſimil. adductis per eum. ¶ Conſtat igitur iuribus, authoritatibus, exēplis, ac nouis rōnibus, hoc ſingulare certamen de iure abſq; aliquo dedecore nō obſtante ꝯria ꝯſuetudine recuſari poſſe ac debere, & præſertim in terminis noſtris inter ſubditos eccleſię, adeo ut amplius heſitandum fore non videtur: nihilominus vt in pſenti caſu id apertius pateat, & veritas magis eluceſcat, nōnulla conſidero. ¶ Et tertiò principaliter dico in hoc caſu pugnæ locū non eſſe, qm̄ & ſi ſm̄ illam conſuetudinē certamen ſingulare admittatur, nō tñ paſsim & indiſtinctè, ſed accedentibus pluribus requiſitis vt iuſta ſit cauſa & alia de quibus per Bal. & Imol. in l. cum filius. §. fi. de lega. 2. & tit. de pace tenen. in vſib. feud. per Bal. & alios in d. l. ex hoc iure. & alijs locis ſupra citatis. ¶ Et inter

18 alia requiritur† maxima cauſa, cū authoritate ſuperioris vt per eos in locis prælleg. per tex. in l. j. ne armo. vſus. & per alia adducta per ipſos. ſed hic non adeſt ſuperioris authoritas, ergo licitè poteſt recuſari, etiam ſm̄ eos qui duellum admittunt ex ꝯſuetudine. ¶ Quartò conſidero:

19 nam licet ſm̄ pręfatos doct. † cauſa iniuriarum ſit ſufficiens, cū in ea agatur de honore tuendo, & crudelis eſt q̃ propriam famam negligit, 12. q. 1. c. nolo. nec minor iudicatur timor infamiæ & honoris deturpati, q̃ mortis, l. iſti quidem. qđ met. cau. cum ibi nota. nihilominus non

20 ſtatur † aſſertioni ſimplici prouocantis de huiuſmodi cā ſed prouocans tenetur probare eam, & illa quæ dicit ſibi illata pp quæ prouocat aduerſariū p indicia & ꝯiecturas qm̄ pugna ęquiparatur torturæ quæ fit ad eruendam veritatem, quæ nō debet fieri nullis indicijs pręcedentibus l. maritus. l. de minore. §. tormenta. l. miles. §. oportet. de quæſt. Alioquin ſequeretur ꝙ quilibet paſsim nō humanus, ſed potius ferinus, & ſine ratione poſſet aliū trahere in diſcrimen vitæ, cū ei facillimū ſit iuſtam cām allegare ſi eam probare nō teneatur, & ita tenet Bal. in tit. de pace tenen. in vſib. feud. & ab oī ꝯſuetudine & cōſtitutione ſup his editis, vt Longobardorū regni Siciliæ receptum eſt, & ſequuntur doct. per Parid. de Put. in ſuo tract. in lib. 1.

21 in c. quod prouocatus. quod cōprobo: nam † cū aliquid permittitur à iure alicui ex cauſa nunq̃ illi creditur de cā ne ſibi cauſam fingat, ſed eam probare debet. l. ſi fortè. de Caſtren. pecu. per Bar. Bal. Sali. Ange. Alex. Iaſ. & oēs in l. ſi donatione. de colla. per oēs in l. 1. in verbo, ex cā. de officio eius cui manda. eſt iuriſdict. quæ iura fortius probant: nam ſi ibi non ſtatur aſſertioni illius q̃ aſsignat cauſam in his quæ explicare non poteſt niſi cum cauſa: vbi agit̃ de donatione, vel legatione, ac ſępius de re pauci momēti, quanto fortius hic in hoc caſu ſtandum non eſt: vbi agitur de honore & vita nobiliū, ſed in præſenti caſu nō vidētur probatæ cauſæ indicijs, & ꝯiecturis vt de iure reqritur, ergo certamini locus eſſe nō poteſt. ¶ Quintò probatur ex literis miſsis in quibus fit mentio de cauſa duelli, & narrātur quædā verba iniurioſa ꝓlata aduerſus alterū, quæ verba ſui natura, & ſi ſm̄ hanc noſtri tēporis corruptelam ad prouocandū ad duellum ſufficerent, in hoc tñ caſu id operari non poſſunt, quia narrantur fuiſſe ꝓlata ſub quadā condōne vt in eis legere licet, ſed condō ſub qua verba fuerunt prolata non probatur ab impleta, igitur verba diſpoſitiua nihil operantur, cum diſpoſitio

22 facta † ſub condōne ante euentum condōnis nihil ponat in eſſe, l. neceſſario. §. 1. de peric. & cōmo. rei vend. l. hæc venditio. de contrahen. emp. plenè in l. cedere diem. de verb. ſign. & in l. ita ſtipulatus. de verb. obli. ergo perinde eſt ac ſi dicta non fuiſſent illa verba, & qui vult agere ex diſpoſitione conditionali debet probare conditionem adimpletam: vt in dictis iuribus not. & ſpecificè ad not. in l. qui hære. in l. Mæuius. de condi. & demon. ¶ Sextò aduertendum eſt: nam ſi rectè conſiderentur epiſtolæ ab vtraq; parte miſſæ apparebit ab vtraq; parte verba iniurioſa dicta fuiſſe, & æqualiter: ita quod alter alterum re-

23 ciprocè æquali iniuria affecit, quo † caſu videtur ceſſare omnis iniuria & contumelia: arg. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ad l. Aquil. cle. 1. de homicid. l. ſi duo. de dolo. l. viro atq; vxore. ſolu. matri. vbi mutuæ iniuriæ, & delicta pari compenſatione tolluntur; adeo vt iura quæ vni parti erant acquiſita propter delictum & iniuriam alterius amittuntur propter æqualem iniuriam, & delictum ex aduerſo ab altera parte perpetratum. ita in terminis determinat Paris de Puteo in d. tract. de re milit. lib. 6. in c. an facta. poſt Bal. & alia citata per eum: quod optimè poteſt comprobari ex his quę ponit Bar. in l. quæ omnia. per illum tex. de procu. & ſequuntur Ang. & alij, ubi poſſum impunè mentiri diffamantem per Abb. in c. cum te. de re iud. & igitur potuerunt ſe adinuicem impune mentiri de iniurijs, & culpis illatis, & maxime cum prima iniuria illata habet in ſe ꝑdōnem, ut dixi ſuprà, alia iniuria ab alia parte illata aduerſus primam habet etiā ꝑdōnem & ſe refert ad eam, igitur mutua compenſatione ſunt ſub

24 latæ & impune dictæ, ita quod non † pariant cām belli-

25 gerandi. ¶ Septimò † dico nullo modo in hoc caſu locū fore pugnæ etiam ſi omnia requiſita adfuiſſent: quod tñ negatur per ea quæ ſuperius demonſtrauimus: qm̄ in facto præſupponitur ſummum pontificem hanc pugnam inhibuiſſe, & ſunt ſub eius iuriſdictione, ut ſupradictum eſt: ergo obligati ſunt domino ſuo obedire. c. ſolitis. de maio. & obed. c. omnis anima. de cenſi. & in ſpecie hoc dicit Par. de Put. in trac. prædicto de re mil. lib. 6. c. quando prouocatus. quod eo magis in hoc caſu admitti debet, cum non ſolum poteſt ꝓhiberi a domino ſuo ut non præ

26 lietur, ſed etiam a prælato † loci: non obſtante quod dn̄s tpalis permiſerit duellum. ita idem Paris de Puteo in d. trac. lib. 1. in q. an prælatus. per. c. 1. de purg. uulg. & per alia allegata per ipſum, ergo quantò fortius hic, cum facta fuerit prohibitio in ſpiritualibus & temporalibus &

27 maximè a pontifice qui eſt ſuprà † omnes prælatos, & a quo oēs gradus & dignitates deſcendunt. c. propoſuit. de conceſ. præb. c. iuncta per modum. 9. q. 3. Cy. in l. fi. C. ubi ſenato. uel clariſsi. per mod. in trac. de poteſtate pontifi. ubi plura adducuntur, ergo propter prohibitionem pontificis pugnandum non eſt. ¶ Octauò conſidero, cū quælibet ratio ſingulariter conſiderata ex prædictis eſt potens ad impediendum duellum, ergo cum in hoc caſu ſimul cōcurrant, nullum dubium eſt, ab ꝯdictore aliquo, duello locum nō eſſe, cum duplex uinculum ac rō magis operetur q̃ ſimplex. in auth. de cōſang. & uter. fratri. & in c. 1. de treug. & pace. ergo multò fortius ſextuplex, & maximè quia pars aduerſa eſt ſolum fundata in conſuetudine, & illa non loquitur in hoc caſu in quo adſunt qualita

28 tes ſuprà conſideratę, & † conſuetudo, cum ſit facti non operat̃, niſi quatenus probetur, & ꝓprios facti terminos nunq̃ excedit Bal. in c. j. in prin. in 5. col. qui feu. dare poſ. & in l. fi. C. commu. utriuſq; indi. late per doc. in l. de quibus. de legib. ſed non probauit conſuetudinem in tali caſu ꝯcurrentibus pdictis, ergo &c. & maxime dēt probari in hac ꝯſuetudine quę non ſolum ſtrictè debet interpretari, & reſtringi, quia eſt ꝯſuetudo, ſed quia eſt iniuſta & illicita, ac ꝯ ius diuinum, ergo &c. ¶ Vltimò dico inficiari non poſſe ſi quid dubij in his qui more Machabeorum ꝯdicendi cā amiſerunt ſpiritum, adhuc in hoc caſu clariſsimo remaneat eos pronunciare debere pro hac parte

29 cum ſit pro religione pro qua in dubijs † pronunciandū eſt. l. ſunt perſonæ. de relig. & ſumpt. funer. c. fi. de re iud. & ſit pro aīa pro qua pronunciandum eſt. ca. iuuenis. de ſponſalib. cum concord. ibi traditis, ſit pro prouocato & ſic pro reo pro quo iudicādum. l. fauorabiliores. de reg. iur. l. Arrianus. de actio. & obl. & præſertim cum hæc pugna ſit inter hos inſignes ac peritiſsimos militum duces quos pp eorum peritiam ſingularē, intereſt reipublicę viuere ad tuendā patriam, & fidem Chriſtianam, maxime aduerſus Turchas ueros hoſtes, ac acerrimos inimicos nr̄os, qui nunc in Vngaria, & in alijs locis Chriſtianos & eorum loca male pertractant, & continuo ſubiugant: nā

30 † ſi intereſt ſtrenuos milites hr̄e: ut per And. de Iſer. in ti. quib. mod. feu. amit. & per ſingularem uirtutem alicuius recedit a reg. iu. l. ad beſtias. de pœ. & rōne excellentis ingenij immunitas ꝯcedit. l. ſed reprobari. §. amplius. de excu. tu. quāto fortius id prohibendū eſt his acerrimis militū ducib. in quib. ſingularis pliandi uirtus, & ingenij excellentia perfulget, & pſertim in hoc tpe neceſsitatis, pro

pter

pter quam a regulis iuris receditur. l. j. de officio conſu. l. aliquando. de offi. proconſ. l. j. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdi. & propterea omnes boni Chriſtiani & principes id uetare debent, & niſi id agant, audio etiam ſi iuris non eſt, hos certatim pugnam deſiderare, & omnino propter magnitudinem animi ac gloriam præliaturos. ¶ Et ex his apparet non eſſe neceſſarium ſecundæ difficultati reſpondere: in qua dubitabatur ad quem armorũ electio ſpectare deberet: qm̃ ſi pugnæ locus eſſe nõ debet fruſtra agitur de armorum electione: attamen ut petenti aliqua ex parte ſatisfaciam, huic qõni reſpondeo, de iure huius
31 conſuetudinis electionem † armorum ſpectare ad prouocatum, tanq̃ reum: quam ꝯſuetudinem approbauit Fridericus Imperator quadam ꝗſtõne locali in regno Sicilię. Bal. in c. 1. in prin. in pen. col. de pace Conſtan. in uſib. feudo. & eſt ratio, quia ipſe reus improuiſus deprehenditur, & ille prouocans habuit longum tempus, & potuit ſe exercere, ſicut nos uidemus in reo cui datur tempus ad deliberandum. auth. offeratur. de lit. conteſt. cum ibi no.
32 & l. petendę. de tempo. in integ. reſti. & ille eſt actor † qui primo prouocauit Bar. in l. libertus a patrono. de in ius uocan. l. in tribus. de iudi. Alex. conſi. 103. Conſideratis. lib. 5. per Abb. Ant. Decium, & alios in c. intelleximus. de iudi. in deciſio. Neap. 288. quod quidem admitto in hoc caſu non obſtante quod prouocatio non uideatur libera ſed habere ĩ ſe quandam conditionem. quoniam aut conditio uerificata eſt, & remanet pura, aut non, & non eſt locus pugnæ, quia non adeſt prouocatio, cum diſpoſitio conditionalis nihil ponat in eſſe. §. ex conditionali. inſti. de uerb. obl. l. cedere diem. de uerb. ſig. & ſigillatim quodlibet uerbum prouocationis non examino, cum recte intuenti apparebit in effectu per prædictam conſiderationem, difficultatem prouocationis non libere factę reſolutam eſſe, & ad quem ſpectare debeat armorum electio, & ſi partes & eorum agentes plurimum ſuper qualitate prouocationis laborent. Laus Deo.

¶ Ita de iure reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Duellum de iure eſt prohibitum, non obſtante conſuetudine in cõtrarium exiſtente.*
2 *Duellum eſt permiſſum quando ueritas aliter haberi non poteſt.*
3 *Id quod uere probari poteſt, iudicio fortunæ determinandum non eſt.*
4 *Sors non eſt aliquid mali, ſed in humana dubietate, diuinam indicans uoluntatem.*
5 *Argumentum a ceſſante ratione eſt fortiſsimum.*
6 *Remedium extraordinarium ibi ceſſat, ubi adeſt ordinarium.*
7 *Nunciare non poſſum, quando alia ratione eſt mihi ſuccurſum.*
8 *Probatio quæ fit per duellum, non ita clare rei ueritatem oſtendit ſicut uera probatio &c.*
9 *Multi per pugnam perdunt cauſam ſine iuſta cauſa.*
10 *Duellum torturæ æquiparatur.*
11 *Torturæ locus non eſt ubi adſunt aliæ ueræ probationes.*
12 *Cauſæ omnes certaminis conſuetudine admiſſæ, ſunt potentes ad duellum, quando per legitimas probationes uere probari non poſſunt.*
13 *Conſuetudo illicita, & odioſa, magis ſtricte interpretari debet, quam fit poſsibile.*
14 *Iuſtitiam ſibi facere uolens peccat contra communem iuſtitiam.*
15 *Duellum fit ad probationem.*
16 *Duellum, dicitur duarum partium, ut probetur crimen per duellum.*
17 *Argumentum ab etymologia deſcriptione, & diffinitione, ualet, ni ſi authoritas repugnet, uel aliud obſtet in contrarium.*
18 *Intellectus ad. §. ſi quis hominem. in ti. de pace tenen.*
19 *Iniuriam inferens ſeruo alicuius, dr̃ illi cuius eſt ſeruus intuliſſe.*
20 *Iniuria creſcit, & diminuitur ex qualitate loci & perſonarum.*
21 *Iniuriæ ſibi inuicem a duobus illatæ, mutua compeſatione tolluntur.*
22 *Duello non eſt locus, ubi iniuriæ fuerunt mutua compenſatione ſublatæ.*
23 *Duellum propter exceſſum iniuriæ non permittitur, niſi ſit magnus & manifeſtus.*
24 *Duellum non poteſt eſſe niſi data paritate perſonarum.*
25 *Homo inferioris dignitatis, maiori perſonæ debet exhibere reuerentiam.*
26 *Teſtes nobiliores, alijs præferuntur.*
27 *Nobiles præferuntur in uocibus dandis & beneficijs, ac electionibus faciendis.*
28 *Nobiliorem ſe ad duellum uel pugnam quis prouocare non põt.*
29 *Nobilitas quid ſit, & in quibus conſiſtat.*
30 *Nobilitas, ex præſenti ſtatu, præſumitur in præteritum.*
31 *Nobilitas ex monumentis, chronicis, & inueſtituris antiquis probatur.*
32 *Iuniores ſubijci, ſeniores autem principari oportet.*
33 *Seniores, iunioribus præferri debent.*
34 *Senioribus eſt attributa poteſtas corrigendi iuniores.*
35 *Miles qui longiori tempore ſtipendia meruerit præponi debet.*
36 *Comites ſunt illuſtres.*
37 *Gradum excelſiorem ille obtinere debet, cui laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.*
38 *Miles ſimplex non poteſt prouocare ad ſingulare certamen centurionem, uel cohortis, ſiue legionis præfectum.*
39 *Perſonæ illuſtres in iudicijs quoque criminalibus reſpondent per procuratores.*
40 *Procurator in criminalibus non admittitur.*
41 *Duellum ab illuſtribus perſonis, per procuratorem, ſiue campionem haberi poteſt.*
42 *Perſonæ illuſtres poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.*

RESPONSVM IIII.

¶ An & quando, quis ad duellũ prouocari poſsit, & an duellum ſit permiſſum, & an prouocatus ad duellum poſſit reſpondere per campionem.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Conſultus a nuncio illuſtris comitis ac militum ducis, Vgutionis de Rangonibus, in hac ſpecie facti, inter cætera narratur & quæritur, an ex quo ipſe comes percuſſit A. alapa ex eo quia dictus A. ſeruum comitis graui iniuria affecit, poſſit ab eo ad duellum prouocari, & an licitum ſit comiti ei reſpondere per campionem, quid ſentirem reſpondi abſq; iurium allegationibus: nunc rurſus requiſitus nomine ipſius comitis a magnifico ac nobili uiro do. Camillo Elephantutio ut reſponſum quod dederam iuribus comprobarem, dico ipſum comitem ut prius reſponderam de iure ad duellum ab ipſo A. prouocari non poſſe, non ſolum illa rõne
1 generali, qua cautum eſt † duellum de iure prohibitum eſſe, non obſtante conſuetudine illicita in ꝯ̃rium exiſtente. ſm̃ communem opin. de qua per omnes per illum tex. in c. 2. de cler. pugnan. in duello. & in l. j. C. de gladia. lib. 11. & in l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure. & per Io. de Ligna. in ſuo tract. de duello. cum concord. in dictis locis traditis, quam opinio. aliàs comprobaui ac difenſaui a dicta illicita conſuetudine: per plura quæ in pręſenti cauſa uti nõ neceſſaria prætermitto: uerum etiam data pręfata conſuetudine pro iuſta, ſine ueri præiudicio, particularibus rationibus, etiam ſm̃ illam conſuetudinem ad duellum in præſenti ſerie prouocari non poſſe demonſtro. ¶ Et primo, quoniam duellum ab hac conſuetudine non eſt ſimpliciter permiſſum, ſed accidentibus, & ꝯcurrentibus
2 pluribus qualitatibus, & maximè † quando ueritas aliter haberi non poteſt: ut per Bal. Imo. & alios in l. cum filius §. fi. de leg. ij. Bal. in c. 1. in prin. de pace tenen. uer. porrò duellum. poſt Hoſt. in ſumma de cler. pugnan. in duello. & per Io. de Ana. in rub. dicti ti. de cler. pugnan. in duello & idem uoluit Bal. in conſi. 345. Caſus eſt. lib. 4. Barb. cõſi. 62. col. pe. lib. 1. & Alcan. conſi. ij. col. xij. quos allegat & ſequitur Dec. conſi. 686. & licèt multos prouocantes uiderim ex cauſis quæ manifeſtis probationibus poterãt demonſtrari, immo notoriæ erant, aſſerẽtes demõſtrare uelle prouocatũ peſsime egiſſe, & iniuriã intuliſſe, ui ac coadunatis hoĩb. & nõ data paritate, nihilominus nunq̃ putaui

putaui eos paſsim ad id admittendos:& in hoc aliquantulum morabor,cum uiderim multos errare.Nam ſi hęc iuſtificanť ueris probationibus non eſt locus duello,cum
3 id qđ uere†probari pōt iudicio fortunæ determinãdum non eſt:ut no.in l.fi.in prin. commu. de leg.& probatur
4 in c.ſors.26.q.ij.ubi†inquit ſors non eſt aliquid mali,ſed in humana dubietate,diuinam indicans uoluntatem. ponunt oēs in l.hmōi.§.ſi is cui.de leg.1. & per Feli. latè de ſorte in c.capitulum ſanctæ Crucis.in 31.col. cum trib. ſeq.de reſcr.& id vř eſſe de mente doctorum quos ſ̄ allegaui,& probatur a ceſſante ratione.Nam ſi illud permittitur ꝯ regulas iuris humani & diuini,ut cognoſcatur ueritas occulta,ergo ubi conſtat de ueritate rei ceſſat duel
5 lum,& argñ†eſt fortiſsimum:ad no.in c.cum ceſſante.de appel.& Bal.in l.gñaliter.C.de epiſ.& cler.Idque compro
6 bo,regula iuris generalis quæ habet:ubi adeſt † remediũ ordinarium ceſſat extraordinarum.l.cauſæ. de minori.l.
7 in prouinciali.de noui ope.nun.ubi nunciare † non poſſum,quia alia rōne ſuccurſum eſt mihi.l.ſi ædib.l. qui bona.§.de illo.de dam.inſe.& plenè per oēs doct. in d. l.in prouinciali.ergo quanto fortius id remediũ ſola ꝯſuetudine illicita ĩductũ,& oi iure reprobatũ ceſſat:accedit ꝙ ſm oēs ibi in.d.l.in prouinciali.dř abſq; difficultate procedere,qñ pinguius per extraordinarium non eſt ſuccurſum,ſed ita in hoc caſu eſt,quia probatio quæ fit ꝑ duel-
8 lum,†non ita clarè rei ueritatem oſtendit ſicut uera probatio,ꝑ teſtes deponentes de uiſu , cum ſæpe accidit, ut qui iuſtam fouebat cām,ab alio maiorum uirium, uel caſu ſuperetur,cum pugna non ſemper parit ueritatem , &
9 † multi per pugnam perdunt cām,ſine iuſta cā:ut dř in c. recolimus.in tit.qualiter quis ſe def. deb. in Longobar. & ult.gl.in ti.de pace tenen.in §.ſi miles.& gl.2.q.5.in c. monomachiã.inquit,non debemus Deũ in pugna tentare,& merito quia duo pugiles uix inueniri pñt omni ex parte æquales,tam uirium,quàm ingenij,& peritiæ ac diſpōnis in die pugnæ,ergo ceſſare dʒ, ubi eſt uera proba-
10 tio.¶Comprobatur,quia†duellum torturæ æquiparať: ut per Bal.in ti.de pace tenen.uſib.feudo.& Paris de Put. in tract.de re mili.in c.quod prouocatus.in li. 1. ita ꝙ ubi torturę locus non eſt,ita nec duello,ut per eos, ſed tortu
11 rę locus†non eſt ubi ſunt alię probationes:& res quę tractatur probetur per ueras probationes: ut no.in l.prima de qō.& eſt tex.in l.diuus.in prin.in l.edictum.ff.de qō.& in l.quoties.C.eo.& rōnem aſsignant,qm̄ tortura eſt remedium ſubſidiarium,ergo ceſſat ubi eſt ordinarium . l. in cauſæ.de minorib.& ita tenet Gandi.in tracta. mal. in rub.de q.& Ang.in trac.maleſi.in uerbo,fama.ergo cum in hoc caſu per ueras probationes totius rei ſeriem probari poſſe manifeſtum ſit,duello locus non erit, ſicut nec torturę locus eſſe poſſet . ¶Et intelligo eo modo omnes
12 cauſas certaminis , conſuetudine admiſſas : ut † eo caſu ſint potentes ad duellum,quando uere per legitimas probationes probari non poſſunt , & id expreſſè dicitur in conſtitutionibus regni Siciliæ.ibi,in morte abſconſa. & in pluribus legibus Longobardiæ , & ita debet intelligi per rationes prædictas . & quia eſt conſuetudo illicita &
13 odioſa,ideo†magis ſtrictè debet interpretari quam fieri poteſt ut minus offendat ius diuinum , contra quod ex diametro tendit,& ꝙ ſtrictè debet interpretari ponit Andr.de Iſer.in d.ti.de pace tenen.in §.ſi quis hominem . ¶Item ita debet intelligi, qm̄ ſi quis non permittatur in pace uiuere,regulariter non debet offerre duellũ,ſed dēt adire iudicem.l.nullus.C.de iud.& de iure ſuo q̄relã proponere.l.denunciamus.de his qui ad eccle. confug. ideo
14 † uolens ſibi iuſtitiam facere petat contra communem iuſtitiam uſurpando ſibi iudicium quod eſt Dei,& illorũ quos Deus elegit,cum a Deo omnis poteſtas eſt. 23.q.1. quid inculpatur, & ita per plura dicit Paris de Puteo in trac.de re mili.in c.quod non ſemper recurrať ad duellũ lib.6.& ita expreſſè ſentit, & iuſtum vř ubi poteſt haberi complementum iuſtitiæ,ut quia adſint iudices,& uere ꝑbationes:ut in caſu noſtro non poteſt etiam ex ꝯſuetudi
15 ne duellũ celebrari.Et quod † duellum fiat ad probationem,eſt caſus in c.recolimus.qualiter quis ſe def.deb.in Longobar. ergo ceſſat ubi adeſt uera probatio.¶Com
16 probatur,quia † duellum dicitur duarum partium bellum,ut probetur crimen per duellum. And. de Iſer. in d. tit.de pace tenen.§.ſi quis hominem. eſt ergo ut probetur,ergo ubi eſt probatum,non eſt duellum,& argumen-
17 tum†ab etymologia,deſcriptione , & definitione ualet, niſi authoritas repugnet,uel aliud obſtet:ut per doct. in l.omnes populi.in 6.q.princ.de iuſti.& iure.in l.2.§. appellata.ſi certum peta.¶Poſtremò uidetur caſus in d.ti.
18 de pace tenend.in §.ſi quis hominem.ubi ſi quis intra pacem homines occiderit capitalem ſubeat ſententiam, niſi per duellum hoc probare poſsit uitam ſuam defendendo occidiſſe,ſinautem manifeſtum ſit quod non neceſſario ſed uoluntarie occiderit,tunc neq; per duellum excuſabitur,quin capitali ſententia condemnetur: eſt ibi igitur caſus expreſſus quod ubi manifeſtum eſt ceſſat duellum,ſed manifeſtum dř quod uere probatum eſt.l.ſi quãdo.cũ ibi no.C.uñ ui.ergo ubi adeſt uera probatio ceſſat duellum,& ita ibi not.doc.illum tex.quem tu adhuc fortius pondera.Nam ſi ibi in caſu quo expreſſe permittebatur duellum,ceſſat propter manifeſtam probationem, ergo fortius debet ceſſare in caſu noſtro , & ſimilibus in quibus expreſſe deciſum nō reperitur ꝙ duellum permittatur, maximè ꝯſideratis circunſtantijs caſus,& hanc cõcluſionem aliàs ultra doc.& adducta hic pluribus comprobaui:& eam declaraui,cum ab ea punctus difficultatis illius caſus dependeret , quæ hic non recito , cum ad pñtem facti ſpeciem ꝯſideratam ita neceſſaria non ſunt. ¶Secundò principaliter conſidero in hoc caſu prouoca
19 tioni locum eſſe non poſſe,cũ præfatus A.graui†iniuria offendẽdo ſeruum & hoiem illuſtris comitis Vgutionis, dř ipſum comitem iniuria affeciſſe,cum non habuit rōnem domini illius quem offendit. l.cum qui, §. 1.& in l. item Labeonem.§.ꝑtor ait.ff.de iniurijs.& in §.patitur. inſti.de iniur.Bar.in l.j.§.ſi.de iniur.Bal.in c.j.in §.iniuria.de pace iura.firman.gl.in c.accedentibus. de priuile. per Fride.de Sen.in conſi.213.& caſu hoc in terminis noſtris,ut ex facti ſerie colligitur:aliter intelligi non poteſt non refero diſtinctionem circa hmōi iniuriam ſeruis illatam a Bartho.traditam:& minus iudicio meo perfectam cum omittat caſum dubium,ut de hoc aliàs dixi:ſed firmo concluſionem,& dico præfatum A.ſeruum iniuriando illuſtrem comitem iniuriaſſe,& ꝓꝑ hanc iniuriam illatam ꝑfatus comes eum alapa percuſsit,ita ꝙ ab utraque parte apparet de iniuria illata,& conſiderata nobilitate comitis,& quia eſt maior iniuria facta nobiliori,cũ iniu
20 ria creſcat† & diminuať ex qualitate loci & ꝑſonarũ.Ita quod conſideratis omnibus alijs circunſtantijs, & qualitatibus iniuriarum non vř minor iniuria illata ipſi comiti,licet non in perſonam comitis fuerit illata,quàm iniuria illata ab ipſo comite in præfatum A. & ſi hæc perſo-
21 nalis fuerit:ex quo ſequiť † has iniurias ad inuicẽ factas mutua compenſatione ſublatas fuiſſe:ar.l.ſi ex plagis.§. tabernarius.ad l.Aquil.& l.ſi duo.de dolo. & l. uiro atq;
22 uxore.ſo.ma.adeo ut deficiat cã duelli,& † duello locus non ſit,ſm Pari.de Puteo.in trac.de re mili.in c.an facta. li.6.& per hanc rōnem in materia duelli ita reſpondi, & facile admitti debet,ut reſtringatur prædicta conſuetudo illicita,ut dixi ſuprà:& qm̄ non reperiť probatum in tali caſu qñ ab utraq; parte illatæ fuerunt iniuriæ cõſuetudinẽ locũ ſibi uendicare,& ei qui dicit incumbit onus probandi.l.actor.l.ei qui.de probať.& qa in hoc caſu ceſſat rō ꝯſuetudinis,quæ eſt pro iniuria ꝓpulſanda,& tuendo honorem ꝙ non eſt neceſſarium,cum una iniuria per aliã ſit ſublata,& honor ſit illæſus,& ſi in aliquo minimo poſsit diſparitas ꝯſiderari ita ꝙ in totũ non ſit facta in-
23 iuriarum†compenſatio,exceſſus ille in ꝯſideratione hři non dʒ,cum de minimis non ſit curandũ.l. ſi proprietatius.de dam.infec.& maximè in his arduis ubi agiť de pęna uitæ,& odioſis ac illicis , in quibus magis procedere debent no.in d.l.ſi proprietarius.cum ꝯcord. & in l.ſcio. de in integ.reſt.hoc caſu ſublimitandum puto limitationem Par.de Put.in d.ca. an facta.dum dicebat eſſe aliter quãdo aderat exceſſus,intelligo de magno & manifeſto.

¶Tertiò

¶Tertiò manifeſtè probaẽ duellũ in hoc caſu eſſe nõ poſ
24 ſe,cum non debeat†eſſe niſi data paritate perſonarum i
ut per Bal.& Imo.in l.cum pater.§.fin.de legat. 2. & per
Bal.in ti.de pace tenen.§.ſi quis militem.ubi refert ꝯſtõ
nem Siciliæ idem diſponẽtem,& rõ,quia in omni actu di
gnitas eſt ſeruanda.l.obſeruandum.de off.pſi.l. j. de po-
ſtu.l. 1.de alb.ſcrib.& qui ſunt inferioris gradus non pñt
ſe pares ꝯſtituere:iuxta dictum Iureconſulti in l.3.in pri.
de ali e.iud.mutan.cau.fact.potentioribus pares eſſe non
poſſumus,& ideo dicit gl.in l.j.§. ſed ſi uicinus. de aqua
25 pluuia.arcen.quod homo inferioris † dignitatis maiori
perſonæ debet exhibere reuerẽtiam,& ita agendum eſt:
& propterea gl.in d.l.3.inquit ſapiens , contra maiorem
nemo præſumat honorem : nam prouocando ad duellũ
facit ſe æqualem,& honorem maioris fortunæ commit-
tit,ergo &c.ſed in præſenti caſu non adeſt paritas perſo-
narum, ergo nullo pacto duello locum fore exiſtimo ,
quod autem non adſit æqualitas perſonarum id & ſi no
torium ſit multipliciter nihilominus , ut præfato nobili
uiro domino Camillo enixe roganti ſatiſfaciam,oſtẽdo.
¶Et primo ratione nobilitatis:nam hic illuſtris comes,
eſt nobilis,ut infrà oſtendam:ergo eo maior & potentior
eſt & præferendus,cum nobiles alijs maiores & potentio
res dicantur.c.lex eſt.11.diſt,ubi Arch.Bal.in ti. de pace
Conſtan. in pe.char.in uerbo,maior inquit nobiliorem
in liga intelligi ſuperiorem eſſe ad quecunque facienda:
26 quod probo ultra eum:nam ſi ſint teſtes†nobiliores præ
feruntur alijs.l.3.in prin.l.ob carmen.§.fi.de teſtib.
27 ¶Item nobiles † præferuntur in uocibus dandis & alijs
actibus.Bar.in l.1.C.de digni.lib.12.¶ Item nobiles in
beneficijs dandis præferuntur:nam magis eſt prouiden-
dum nobilitati.86.diſt.non ſatis Goffr. in ſumma tit. de
tempo.ordi.§.ſed iura hoſpitalitatem. ¶Item præferun
tur in electionibus faciendis.c.officij.ibi in quendam ui
rum nobilem.extra de elect. & in cæteris actibus præfe-
runtur quos uti in iure claros non refero , non tamen p̃-
termittam in actu præliandi de quo agitur nobiles præ-
28 ferri,ita ut quis†nobiliorem ad duellum uel pugnam ꝓ-
uocare non poſsit.c.j.§.ſi miles aduerſus.in ti.de pace te
nen.ubi per feud.maximè Iaco.Aluar.ad demonſtrandũ
uero illuſtrem comitem nobiliorem eſſe primum uiden-
dum foret in quo nobilitas conſiſtat,quod difficile uide
tur,cum multifariam & a phyloſophis & a iureconſultis
conſiderata fuit;ut fere tot ſint capita,quot ſententiæ:ut
per Bar.in d.l.j.de digni.lib. 12. Alber. in l.imperatores.
de decur.Salic.in l.ſi furioſi . C. de nup. in opere
ſuo de conſul.in 3.lib.c.gloria quàm fallax.per repeten-
tes Iac.de in c.per uenerabilem.qui filij ſint legi-
ti.in 3.q.& alibi dixi de ueritate,at hic prætermittam:cũ
ſm omnes opi.hic illuſtris comes eſt nobilior:nam ut di
cunt præfati doct.prima opinio eſt nobilitatem eſſe anti
29 quam †æris & diuitiarum poſſeſsionum , cum pulchris
moribus,& regiminibus,alij amant mores & non diui-
tias.xl.di,nos.alij nobilem eſſe dicunt qui deſcendit ex
patre uel auo clariſsimo.l.3.C.ď com. & mer.ibi,nobilio
res natalibus,ubi Bal.& alij.quarta fuit opinio ut nobilis
ſit quicunq; uirtute præditus : ut per Bal.in d.l. 3. Quin-
ta opinio quæ habet in ſe diſtinctionem in qua compre-
henditur politica,& ſic differentia inter ciues. Sexta phi
loſophi quinto eticorum:ut nobiles ſint illi quibus aſsi
ſtunt progenitorum uirtus & diuitiæ,Septima Bar. in d.
l.j.de digni.nobilitas eſt qualitas illata per principatum
tenentem,qua quis ultra honeſtos plebeos acceptus oſtẽ
ditur . Octaua Hoſtien. nobilitas & dignitas idem ſunt .
Nona Bal.in d.l.3.ut in hoc ſtandum ſit conſuetudini lo
ci & ſtatutis,& alias non referam opi. cum omnes in effe
ctu ad has opinio. reduci uidentur, quas opi. ultra loca
ſupra allegata uidere lʒ in trac.Bartho.Cæpo.de imper.
elig.ubi refert.26.opinio.ſed uis conſiderare antiquita
tem,& diuitias,ac regimina,& p̃clara geſta,ac mores ꝓ-
batiſsimę huius familiæ,comitũ de Rangonib.ac digni-
tates,& iuriſdictiones,& militares dignitates,& ꝯſuetu-
dinem ac ſtatuta ciuitatis,& ita complectendo oẽs nobi
litates ſimul , & ſeparatim ꝯſideratis opinionibus circa
nobilitatem,clariſsime conſtat abſq; aliqua comparatio
ne præfatum illuſtrẽ comitem nobiliorem eſſe idq; ma-
30 ximè conſtat ex præſenti ſtatu,ex†quo præſumitur in p̃
teritum.l.ex perſona.de prob. l. ſiue poſsidetis. eo.ti.
31 ¶Item†ex monumentis probatur. l. uel quæ. & ibi Bal.
de reli.& ſumptib.ſune.gl.Bar.& alij in l.monumẽtorũ.
C.eo.ti.per doct.in c.cum cauſam.de probat.¶Item ex
chronicis,quibus credendum eſt , ſicuti alijs libris anti-
quis.Bal.in l.j.de off.quæſt.per illum tex.per Alex.& latè
per mod.in l.1.ſi cer.pet.¶Item ex inueſtituris antiquis
in quibus conceduntur caſtra,dignitates,iuriſdictiones
& nominanẽ eorũ dignitates ac uirtutes, & id audacter
affirmare poſſum , cum nunc pp aliam cauſam huius il-
luſtris comitis apud me per multos menſes fuerunt quã
plura inſtr̃a antiqua inueſtiturarum ac priuilegiorũ ſuo
rum anteceſſorum,eaq; diligenter uiderim atq; annota-
rim,quorum partem,ſi referre uellem,opus foret ut ma-
gnum uolumen ꝯſtruerem . ¶Secundò hæc inæqualitas
principaliter probatur ex ætate:nam ut inquit philoſo-
32 phus ſeptimo politicorum, † iuniores ſubijci ; ſeniores
autem principari oportere, & ideo inquit iureconſultus
in l.ſemper.in prin.de iure immu.ſemper in ciuitate nr̃a
ſenectus uenerabilis fuit,& facit tex.& in auth.de appel.
l.quæ tempora.§.illud etiam.in prin. col. 4. ubi no.fere
maioribus illemet honor tribuendus, qui & magiſtrati-
33 bus,& iõ antiquior†præferri debet.l.j.ubi Bar.de albo.
34 ſcri. & ideo†ſenioribus eſt attributa poteſtas corrigen-
di iuniores.l.j.de emenda proprin.per Bal.in l.ſi filius.C.
de patria poteſta.ſed illuſtris comes eſt maior ętate,ergo
adeſt inæqualitas,& lʒ hanc inæqualitatem non exiſtimẽ
potentẽ ad excludendũ duellũ,nihilominus accedẽtibus
alijs inæqualitatib.& rõb.ad impediendũ ualidis,de qui
bus ſupra & infra dicã:puto maiorẽ ætatẽ aliq̃d operari,
& alias rõnes.¶Corroboratur p̃ſertim,cũ hęc tpis diſpa
ritas nõ ſolũ ſit in ætate,ſed in tpe exercitij militiæ,& ar
morũ,ergo in armis eſt diſparitas,& p̃ferẽdus eſt uti ma
35 ior,cũ q̃ lõgiori†tpe ſtipẽdia meruerit p̃ponẽdus ſit.l.ꝓ
uidẽdũ.in prin.C.de poſtu. ibi, aut meritũ nobiliſsimos
fecerit,aut uetuſtas:in l.unicuiq;.C.de ꝓx.ſacro.ſcrinio.
And.de Baru. in l.agẽtes.in fi.C.de agentib.in reb.li.12.
¶Tertiò rõne dignitatis : nam hic dominus eſt comes ,
& ꝯſequenter in dignitate poſitus,& quidem magna : nã
36 comites†ſunt illuſtres,ita Imperator eos uocat in l.1.C.
de off.mag.mili.in l.j.C.de aduo.diuerſo.indi.in l.fin.C.
de aſſeſſo.& in l.prouincialium.C.de erog.mili.an.& ali
bi ſæpe,& dignitas illuſtris,eſt in ſecundo gradu dignita
tum:de quibus per Alex.Iaſ.& oẽs poſt Bar.& antiquos
in l.j.de off.eius cui manda.eſt iuriſd.& maxime cum ſit
uerus comes,ex quo habet comitatũ,& quãplura caſtra,
loca,& iuriſdictioness,ac merum imperium, ita quod ſu
mus extra illam difficultatem,an comes noĩe tm̃, qui nõ
hʒ comitatum,& dr̃ abuſiue comes: iuxta dictum Bal. in
c.1.quis dicatur dux uel marchio.dicaẽ illuſtris , de quo
in d.l.j.de off.eius.ut dixi:ſed p̃fatus A.nõ eſt comes,nec
aliq̃ iuriſdictionem hẽt,nec dignitatis gradum,& ſaltẽ il
luſtris dignitatis,& ſecundi ordinis,ergo non eſt ęqualis
ſed multum inferior,& ꝯñr ſm oẽs , & ipſam certaminis
ſingularis ꝯſuetudinem inter eos duello locus eſſe nõ p̃t.
¶Quartò ꝯſtat de inęqualitate rõne uirtutis militaris &
eorum q̃ in caſtris præclariſsime geſsit:nã hic illuſtris co
mes exercuit militiam,adeo uiriliter,prudenter,ſcite,ac
magnificentiſsime,ac in ea quamplura præclariſsime cõ
fecit:ut in eo fuiſſe vñr,quæ Cicero in Pompeiana oratio
ne enumerat,ſ,labor in negotijs,fortitudo in periculis,in
duſtria in agendo,celeritas in conficiendo, conſilium in
prouidendo,quorum partem ſi referre uellem longis cõ
mentarijs opus foret;ſed ipſe A.nihil præclare in militia
egiſſe nec fere limina tetigiſſe ferẽ,ergo ipſo comite lõge
37 inferior eſt,ac diſpar,cũ † excelſiorẽ gradũ obtinere de-
beat ille cui laborũ aſsiduitas,& ſtipẽdiorum prolixitas
ſuffragatur:ut ſtatuit Imperator in l.fi.C.de tyroni.li.12
& idẽ in l.j.de caſtren.li.12.& in l.j.de agentib. in reb. in
quit

quit ad locum ſupremũ pro merito laborum & ſtipẽdio
rum quis ſuccedere debet:facit bonus tex. in l.ſi ut uirtu
tũ.C. de ſtatuis & imagi.& in l.j.de offi.aſſeſſo.facit quo
que tex.in l.nemo.j.& ij.C.de offi.magi.offi.ibi,is gradu
cæteros antecedat quem ſtipendia uel labor fecerit ante
ire,ergo abſque aliqua difficultate in excelſiore loco ip-
ſe illuſtris comes poni debet,cum aduerſarius nulla me-
ruerit ſtipẽdia,nec aliquid præclare geſsiſſe ferẽ. ¶ Quin
tò conſtat de inęqualitate ẽt conceſſo ipſum A. militiam
exercuiſſe,cum non ſequiẽ ambos fuiſſe milites, ergo &
æquales in militia quidem gradus,& ordines conſtituun
tur,& ſine illis militia periret,ut late per Vegetium in li.
ſuo de re mili.& in l.non omnis.§.qui in pace.de re mili.
& in l.j.& 2.de offi.magiſt.mili.glo.magiſtralis. in l.ij.de
infa.& inferiores milites habent obedire,& ꝯ exiſtentem
in maiori gradu erigere cornua non poſſunt, aliàs ordo
peruerteretur,& militia ad nihilum cõduceretur, & ideo
38 in † terminis miles ſimplex non põt prouocare ad ſingu
lare certamen centurionem,uel præfectum cohortis & le
gionis,ſm Pari.de put.in eius trac.de re milit. lib. 7.c.an
armiger ſimplex.at ipſe illuſtris comes non ſolũ fuit ſtre
nuus & præclarus miles, ut ſuperius dixi. uerum ẽt fuit
præfectus cohortis,uel legionis, ſeu ut uulgo fertur colũ
nellus.& colũnæ, ac principalis exercitus præfectus.hic
aũt aduerſarius nullũ militię ordinem, & ſaltem æqualẽ
habuit,ergo maxime inter eos diſparitas eſt, nec pugnæ
locus eſſe põt.Ex pluribus quoque rõnibus duello locũ
non eſſe comprobare poſſem,quę cum ex quamplurimis
ſingularibus uirtutibus animi & corporis illuſtris comi
tis,tum ẽt ex nonnullis quę in bono milite ac prouocan-
te ad duellum exiguntur ſm ipſam conſuetudinem, & in
ipſo A.deeſſe dicuntur colligi poſſunt, quæ uti non ne-
ceſſaria prætermitto, cũ ſatis liqueat ex his quæ diximus
ſaltem ſimul iunctis,pugnæ ſingulari locum non fore, &
conſuetudinem illam iniuſtam,in hoc caſu non loqui.
¶ Circa ſecundam difficultatem breuibus me explico &
concludo ex præcedentibus ſaltem primis rõnibus, nec
quidem locum fore campioni: qm̃ pugnæ locus aliquo
mõ eſſe non põt, cum nulla cã pugnandi adſit, & illa cã
iniurię quæ allegatur mutua iniuria & cõpenſatione ſub
lata eſt,& qm̃ quicquid imputatur, ut pugnetur uere ꝓ-
bari põt,ergo probationis ſortis & fortunæ quæ fit ipſa
pugna locus eſſe non põt:ut latius ſupra deduxi, non re-
peto,ita quod ſi nullo mõ pugnari põt,ergo nec campio
nibus pugnandum eſt, cum non entium nullę ſint quali-
tates.l.ſi eius.ſi cer.peta. & remota ſubſtantia tolliẽ oĩs
qualitas.l.ij.de uſufruct. ¶ Secundò dico & ſi pugnæ lo-
cus eſſe poſsit,inficiari tñ non poſſe quin ipſe illuſtris co
mes poſsit campionem dare cum ſit dignior & nobilior,
39 ac in illuſtri dignitate conſtitutus,ſed † perſonæ illuſtres
in iudicijs quoque criminalibus reſpondent per procu-
ratores.l.pen.de procu.& in auth.quod ius.eo.tit.& in l.
fi.C.de iniur. not. ſed duellum æquiparatur iudicio cri-
minali,ut diximus ſupra.loquendo de tortura:poſt Bal.
in tit.de pace tenen.in uſib. feud. & alios quos allegaui-
40 mus & † in criminalibus nõ admittitur procurator, ſed
quilibet tenetur corporaliter comparere.l.fin. de procu.
nota.in l.ij.§.ad crimen.de publi. iudi.& tñ illuſtres poſ
ſunt & debent per procuratorem reſpõdere. ¶ Ergo li-
41 cẽt duellum propria perſona confici debeat † poterit tñ
& debebit,per procuratorem,ab illuſtri perſona confici,
& ita tenent & reſpondent in terminis doctores cõiter in
titu.de pace tenen.§.ſi miles. & in prin.in uſibus feud. &
Paris de puteo in præallega.tracta.de re milit. in c. j. lib.
42 5.ubi ẽt mouetur,quia † licitum eſt illuſtribus perſonis
per ſubſtitutum ſeruire:l.quiſquis.l.ad ſimilitudinem. de
epiſ.& cler. l.nullus. C. de decur.ergo poterit duellum ꝑ
alium ſubire,& licẽt eorũ rõnes mihi non uideanẽ neceſ-
ſario concludere, tñ eorũ ſñiam non aliter comprobo in
præſenti caſu,cum ſit cõis,& uera,& de eius ueritate tra-
ctare non expediat ꝑꝑ maximam inæqualitatẽ, & rõnes
ſuperius adductas:ex quibus caſus iſte redditur adeo cla
rus ut nullos ꝯdictores habere uideatur. Laus Deo.

¶ Ita de iure reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non fuiſſe iniunctum ſufficit probari per inſpectionem teſtamenti.*
2 *Interpretatio in dubio ſumitur ut fideicommiſſum excludatur.*
3 *Fideicommiſſum onus continere dicitur.*
4 *Teſtator ſi uoluiſſet liberis filiarum ſuarum ab eo uocatis ſubſtituere expreſſe ſubſtituiſſet quemadmodum in præcedentibus & ſequentibus alijs ſubſtituit.*
5 *Verbum filijs,expreſſum in una parte teſtamenti, cum dictione maſculis, & in alia ſimpliciter,in ea parte in qua ſimpliciter eſt prolatum,fœminas etiam comprehendit.*
6 *Teſtator habens duos filios, ſi uni ſubſtituit ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs,alteri uero ſine conditione operatur ut conditio quæ regulariter ſubintelligitur,in filio ſimpliciter grauato non ſubintelligatur.*
7 *Subſtitutio facta ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine filijs, naſcentibus filijs adeo euaneſcit ut nullum producat effectum.*
8 *Subſtitutio ſupradicto modo facta exiſtentibus filijs expirat non conſiderato quid de eis poſtea ſequatur.*
9 *Extenſio de caſu ad caſum fit,ex ueriſimili mente teſtatoris.*
10 *Extenſio de perſona ad perſonam nunquàm fit,licẽt militet uериſimilis mens teſtatoris.limita ut nu.44.& ſeq.*
11 *Fideicommiſſum ab eo relinqui poteſt qui fuit honoratus, & uocatus ad hæreditatem.*
12 *Actus omnis humanus pendet à potentia,& uoluntate.*
13 *Fideicommiſſa ſola uoluntate inducuntur.*
14 *Voluntatem teſtantis ſufficit coniecturis probari ad inducendũ fideicommiſſum.*
15 *Verbum maſculis,ſui natura ponitur ad excluſionem fœminarũ.*
16 *Familiæ nobilitates,& dignitates, per maſculos conſeruantur, & econtra per fœminas deſtruuntur.*
17 *Geminatio demonſtrat enixam mentem diſpon̄tis, & efficacius operatur.*
18 *Pluralitas graduum ſubſtitutorum indicat uoluntatem defuncti fuiſſe bona ſua ad perpetuandum familiam, ac nomen ſuum,in agnatione conſeruari.*
19 *Teſtator proprias filias excludens,& filios maſculos, & deſcendentes ex eis uocans, manifeſte declarat ſe agnationem ſuã ac nomen familiæ conſeruare uoluiſſe.*
20 *Diſpoſitio quæ ſignificare ſolet conſilium propter affectionẽ quæ inſurgit ex rebus quæ longo tempore fuerunt antiquorum, ſignificat præceptum ac fideicommiſſum ut non exeant huiuſcemodi bona de familia.*
21 *Teſtator non admittens ſeu grauans aliquem ſi presbyter erit, intelligitur iſtud feciſſe propter agnationem, & carentiam liberorum præſumptam,ita ut fideicommiſſum ſola ratione agnationis introductum extendatur ad alium caſum.*
22 *Vſusfructus finitus morte, & alijs caſibus à iure conſideratis, ſtatim reuertitur ad proprietatem.*
23 *Anima cunctis rebus eſt præferenda.*
24 *Grauamen nominatim iniunctum inſtituto fauore piæ cauſa trãſit ad ſubſtitutum.*
25 *Veriſimile eſt teſtatorem qui agnatos prætulit omnibus nepotibus ſuis,multomagis fœminis extraneis, ut uxori nepotis ſui, præferre uoluiſſe.*
26 *Veriſimile eſt teſtatorem et quemlibet alium diſponentem in perſona unius,propter rationem inſurgentem ex qualitate ei annexa,idem diſpoſuiſſe in alia perſona cui illa qualitas inſit, adeo ut diſpoſitum in una perſona expreſſe, habet etiam locum in alia,perinde ac ſi in illa alia expreſſe diſpoſitum fuiſſet.*
27 *Pacta ſunt contractus innominati,& ſtricti iuris.*
28 *Contractus ſtricti iuris eius ſunt naturæ, vt quicquid in eis eſt omiſſum habeatur pro omiſſo,& a uerbis illorum non recedatur.*
29 *Pacta ad aliam perſonam non porriguntur.*
30 *Voluntas ſola diſponentis attenditur in ultimis uoluntatibus, ita ut a uerbis recedatur.*
31 *Teſtator de iure præſumitur minus diligere ſubſtitutum, quàm inſtitutum, & poſitum in remotiori gradu, quàm poſitum in proximiori.*
32 *Teſtator præſumitur magis diligere filios, quàm nepotes quos nunquam uidit.*
33 *Abſurdum eſt melioris conditionis eſſe filios ex filia, quam mr.*

Filij

34 *Filij ſequuntur originem eorum patris.*
35 *Abſurdum ut euitetur inducitur fideicommiſſum,& filij inſtituti cenſentur grauati reſtituere nepotibus poſitis in conditione.*
36 *Fideicommiſſum inducitur unica coniectura dummodo, ut requiritur, ex alijs diſpoſitis in teſtõ colligatur.*
37 *Quod etiam procedit, quamuis diſpoſitio expreſſa à teſtatore ſit penitus diuerſa, & contrarijs uerbis concepta à diſpoſitione coniecturata.*
38 *Directa ſubſtitutio non ita faciliter coniecturis inducitur, ſicut fideicommiſſaria.*
39 *Verba hæc, ſi omnes in pupillari ætate deceſſerint &c. non inducunt directam ſubſtitutionem.*
40 *Voluntas teſtatoris totum facit in fideicommiſsis.*
41 *Iudices boni mentem defuncti ſequi, ac pro uiribus tueri debent.*
42 *Facilius aliquid extenditur, & reformatur ac reuiuiſcit, quàm de nouo inducatur.*
43 *Dictum Are. in l. Gallus. & quid ſi tantum. de libe. & poſthu. habet contradictores.*
44 *Dictum Are. de quo ſupra, non habet locum quando lato ſumpto uocabulo comprehenditur alia perſona etiam ſi ſumus in materia odioſa.*
45 *Filiorum appellatione nepotes continentur.*
46 *Extenſio de perſona ad perſonam fieri poteſt, quando perſona ad quam fit extenſio non penitus omiſſa, ſed in ea reperitur qualitas expreſſa in perſona nominata.*
47 *Fauore piæ cauſæ extenſio de perſona ad perſonam fieri poteſt.*
48 *Ordo charitatis attenditur in deſcendentibus, & ſi cũ aſcendentibus ſint uocati.*
49 *Grauamen iniunctum inſtituto cenſetur repetitum a ſubſtituto.*
50 *Quod procedit etiam ſi illud grauamen ſit fideicommiſſum uniuerſale.*
51 *Et etiam ſi ille qui eſt ſubſtitutus non ſit directo ſubſtitutus ſed per fideicommiſſum.*
52 *Lex præſumit teſtatorem ex quo grauauit exiſtentem in priori gradu quem magis dilexit, eo magis grauare uoluiſſe exiſtentem ſequenti gradu, quem non ita cenſetur diligere.*
53 *Subrogatio fit cum omnibus qualitatibus eius cui ſubrogatur.*
54 *Grauamen ut cenſeatur repetitum a ſubſtituto nõ refert an fuerit iniunctum per nomen proprium, an appellatiuum, ſecundũ Chriſtoph. Raph. & Pau.*
55 *Coniectura inſurgens ex nomine proprio tollitur ab alijs.*
56 *Duo uincula magis ſtringunt, quàm unum.*
57 *Nominatio facta relatiue, dicitur fieri per nomen appellatiuũ.*
58 *Iudices in dubio ſecundum regulam pronunciare debent.*
59 *Verbum omnes, eſt ſignum uniuerſale quod comprehendit quaſcunque perſonas ſupra nominatas.*
60 *Dictio nomen, ita conuenit nomini proprio ſicut appellatiuo.*
61 *Teſtator de omnibus nominatis mentionem faciens, de nominatis utroque modo intellexiſſe uidetur, quando ratio diuerſitatis reddi non poteſt, cur magis intelligatur de nominatis uno modo quàm alio.*
62 *Verba generaliter prolata generaliter debent intelligi, & ſi maior rõ militet in uno caſu q̃ in alio, & ſi ſimus in correctorijs.*
63 *Nominatio facta per uerbum filios dicitur ſpecialis.*
64 *Clauſula in fine poſita non refertur ad ea quæ habent propriam & ſpecialem determinationem.*
65 *Clauſula in fine poſita, refertur non ſolum ad proxima, ſed ad omnia præcedentia.*
66 *Regulam pro ſe habens, ius certum dicitur habere.*
67 *Clauſula in fine poſita ad præcedentia non refertur, niſi ad omnia referri poſsit.*
68 *Regula, l. iam hoc iure. de uulg. & pup. non habet locum quando militat diuerſa ratio.*
69 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, quando ratio diuerſitatis reddi non poteſt, cur ad omnia non referatur.*
70 *Clauſula in fine poſita per uerbum omnes, refertur etiam ad illos de quibus particulariter eſt diſpoſitum.*
71 *Clauſula generalis quando adeſt collectiuum omne, refertur ad ſpecificata, & habentia ſpecialem diſpoſitionem.*
72 *Fideicommiſſarius improprie dicitur hæres.*
73 *Diſpoſitio loquens de hærede in fideicommiſſario quoque uendicat ſibi locum.*
74 *Dictio quicunque, operatur ut in contractibus in quibus fit ſtricta interpretio, hæredis appellatione fideicommiſſarij ueniant & legatarij.*
75 *Hæres ſub conditione inſtitutus, niſi adimpleuerit conditionem, & probauerit ſe adimpleuiſſe, hæreditatem obtinere non põt.*
76 *Hæres non adimpleta conditione ſub qua fuit inſtitutus, hæreditatem occupans, dicitur prædo & iniuſtus poſſeſſor, & omnia reſtituere tenetur.*
77 *Fideicommiſſarius cui iniuncta fuit conditio portandi nomen & arma teſtatoris, tenetur probare illam adimpleuiſſe.*
78 *Hæres propter modum non adimpletum priuatur omni commodo hæreditario.*
79 *Quod màxime locum habet, quando ille modus teſtantis, uel alterius reſpicit fauorem.*
80 *Reus in ſua exceptione fungitur partibus actoris.*
81 *Notata in l. poteſt. de uulg. & pup. non habent locum quando adſunt coniecturæ, maxime reſultantes ex teſtamento.*
82 *Argumentum per incluſionem unius ceſſat ubi ſunt rationes potentes ad inducendum extenſionem, uel repetitionem.*
83 *Incluſio unius non operatur alterius excluſionem quandò ex aliquibus coniecturis poteſt colligi in alio caſu adeſſe uoluntatem diſponentis.*
84 *Includens unum aliud non excludit, quando per excluſionem reſultaret abſurdum.*
85 *Pars una teſtamenti ſecundum aliam intelligi debet.*
86 *Dictum Oldr. in conſi. 21. & 141. limitatur quando aliqua coniectura in contrarium apparere poſſet.*
87 *Voluntas teſtatoris ex ſerie teſtamenti, optime declaratur.*
88 *Diſpoſitio. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutiſsimi. C. de fideic. in fratribus non uendicat ſibi locum.*

RESPONSVM. V.

¶Quomodo inducatur fideicommiſſum, & ex quibus probet hæredem fuiſſe grauatũ a teſtõre onere fideicõmiſſi.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi hoc reſponſum breuibus explicandum foret cum ueritas in paucis conſiſtit: & coram peritiſsimis agitur: nihilominus cum cauſa horum nobilium ſit maximi ponderis & de coniecturanda mente defuncti tractetur, aliquantiſper longiori ſermone rei ueritatem exprimere ꝯtendam: & punctus difficultatis in hoc conſiſtere uidetur, an nobilis Ioannes Robbe Chriſtianiſsimi ſcutifer, nepos ex Antonia filia teſtõris ſit grauatus per fideicommiſſum. ¶Et prima fronte uidetur determinandum eſſe dictum nobilem Ioannem Robbe fideicommiſſo grauatum non fuiſſe, & conſequenter non obſtante teſtõ nobilis militis Franciſci de Bella comba eius aui materni potuiſſe inſtituere ſuam uxorem, qm̃ teſtator neminem expreſsè ſubſtituit filijs Antoniæ ut in dicto teſtamento uidere licet, igitur amplius nõ uidetur diſceptandum fore ſ̃m reſponſum Scæuolæ in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. ibi non apponi in teſtõ Seium
1 rogatum reſtituere, & ſufficit† probare non fuiſſe iniunctum fideicommiſſum per inſpectionem teſtamenti. Bar. in l. Titię textores. in 2. no. de le. 1. & ꝯſi. 80. Martinus. col. 1. Alex. conſi. 122. col. j. Viſo. lib. 4. & conſi. 69. col. fi. eod. lib. nec interpretari debemus tacite iniunctum fuiſſe fideicommiſſum filijs. d. Antonię ex pluribus: & primo qm̃ in dubio qñ agitur de fideicommiſſaria ſubſtõne ſumitur
2 interpretatio† ut fideicommiſſum excludatur. Bald. in l. cum uirum. C. de fideicom. in pe. col. Pau. de Caſt. in conſi. 151. In cã q̃ uertit̃. col. 2. Iaſ. in l. pt̃. col. 2. de uul. & pu.
3 & rõ eſt, quia onus† cõtinere dicitur l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. ¶Secundò cum ſuperius ſubſtituit filijs ſuis & filiabus ſuos liberos maſculos & inferius Hemerio Floribundo & Antonio propinquiores in genere & gradu parentelæ ſuæ, ut teſtantis uerbo utar, & plures alias ſubſtitutiones fecit: liberis autem filiorum & filiarum ſuarum neminem ſubſtituit, ſatis aperte colligitur
4 teſtatorem liberis filiarum ſuarum ab eo uocatis† ſubſtituere noluiſſe, quoniam ſi uoluiſſet ſubſtituere expreſſe ſubſtituiſſet, quemadmodum in præcedentibus & ſequentibus grauauit. arg. l. j. §. ſin aũt ad deficientis. de cad. tol. Alex. in rub. de re iud. hinc dixit Io. de Ana. in conſi. 22.

5 ſi ſit expreſſum† uerbum filijs cum dictione maſculis, in
una parte teſtã.& in alia parte uerbũ filijs,ſimpliciter fue
rit ꝓlatum:uerbum filijs comprehendit ẽt filias: nec in-
telligit̃ de maſculis, q̃m ſi uoluiſſet intelligi de maſculis
id expreſsiſſet ſicut expſsit in ꝓcedentib.idem uoluit Pe.
de Anch.in ꝯſ.118.Pro clariori.Cur.in ꝯſ.63.col.16.
¶Tertiò comprobat̃ ex his q̃ dixit Barb. poſt Cuma.quẽ
6 citat in l.cum acutiſsimi.col.pe.de fideic.ubi ſi teſtõr† ha
bens duos filios uni ſubſtituit ſub ꝯdõne ſi deceſſerit ſine
filijs:alteri uero ſubſtituit non expſſa ꝯdõne ſi deceſſerit
ſine filijs eo caſu ꝯdõ q̃ regulariter ſubintelligit̃.d.l.cum
acutiſsimi.non ſubintelligit̃,q̃m eam appoſuit uni & nõ
alteri,datur intelligi non uoluiſſe in eo adeſſe,cui non ap
poſuit,ergo fortius hic,ex eo quia non ſubſtituit liberis
filiarum & ipſis filiabus ſubſtituit facilius habemus inter
pretari noluiſſe ſubſtituere,cum regulariter ſubſtõ fidei
commiſſaria nõ inducit̃ niſi exprimat̃.d.l.Lucius.§.tres
hæredes.ad Treb.facit regula.l.cum ꝓtor.de iud.cũ uul.
¶Quartò ex uerbis teſtã demonſtrat̃:nam hi nobiles qui
uolunt ſuccedere in bonis teſtõris uirtute ſubſtõnis fi-
deicommiſſariç fuerunt ſubſtituti ſi Antonia & Catarina
filiæ teſtantis deceſſerint ſine filijs maſculis:ergo cũ An-
7 tonia deceſsit relicto filio Io.Rob. † euanuit ſubſtõ. l. ex
facto.§.ſi quis autem.ad Treb.in l.filiu ſfam.§.cum quis.
de lega. j. adeo euanuit inquã ſubſtõ extantib.liberis,ut
nullum producat effectum.Pau.de Ca.in d.§.ſi quis aũt.
allegat Io.An.in addi.Spe.ti.de teſt.§.in primis.& ita cõ
ſuluit Old.conſi.21.& 141.Thema.ubi inquit ſubſtõnẽ
8 expiraſſe non cõſiderato† q̃d poſtea de liberis ſequat̃.Pan.
conſi.40.Venio ad primum.lib.1.Alex.ꝯſ.31.Ponderatis
lib.3.Deci.ꝯſ.63.Pro tenui & conſi.218. In caſu.& con-
ſil. 377. & ipſe ac plures alij id alibi ſæpe dixere : ergo.d.
Io.Rob.filius Antoniç ꝑꝑ cuius exiſtentiã expirauit ſub
ſtõ,licẽt deceſſerit ſine filijs ſubſtituti in bonis teſtantis
nullum conſequi poſſunt.¶Comprobat̃ & quinto loco
ex mente defuncti qui nou ṽr habuiſſe rõnẽ ad ꝯſeruan-
dam agnationem : ſed magis dilexiſſe deſcendentes ſuos
qui non ſunt de agnatione:hoc probat̃ expſſẽ per ſubſtõ-
nem quam fecit de filiab. & eorum filijs qui ſunt de alia
agnatione,& tñ eos prius ſubſtituit q̃ agnatos tranſuer-
ſales,& oĩno illis prætulit:ergo ṽr ꝯcludendum eſſe filios
filiarum non cenſeri grauatos ꝑꝑ hos agnatos, cum eos
magis dilexit & eis prætulit,& ꝑꝑ affectionem erga illos
non conſiderauit agnationem.¶Vltimo probatur:nam
ſi grauamen impoſitum filiabus extenderet̃ ad hos nepo
tes fieret extenſio de ꝑſona ad perſonam q̃ non admittit̃
9 nam licẽt ex † ucriſimili mente defuncti fiat extenſio de
caſu ad caſum.l.mulier.ad Treb.& l.mulier.C.de inſti.&
ſubſt.ſub ꝯd.fac.& in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.de liber. &
poſth.ubi no.oẽs.Bar.& alij in l.j.de uulg.& pu.in 2.q.tñ
10 de† perſona ad perſonã nunquam fit, & ſi militet uériſi-
milis mens diſponentis.Are.in l.Gallus. §. & quid ſi tñ.
col.3.de lib.& poſth.per tex.in l.ſi quis ita.§.pe.de teſta.
tut.ſequitur Dec.ꝯſ.211.& 218.&c.ergo & ſi adſint mul-
tæ coniecturæ pro agnatis,nihilominus nõ eſt hmõi gra
uamen extendẽdũ ad nepotes.¶Maturius uerò ꝯſiderãs
teſtantis mentem & uerba non obſtan. ꝓdictis dico Io.
Rob.& oẽs alios nepotes ex filiab.teſtõris grauatos fuiſ
ſe ſi deceſſerint ſine liberis maſculis reſtituere hẽditatẽ ꝓ
ximiorib.de familia teſtõris : ad q̃d demõſtrandũ primo
ꝓmitto teſtõrem expſſe ſubſtituiſſe nepotes ex Anto. filia
maſculos:& ꝯñr hunc Io.Rob.filium Antoniæ, caſu quo
oẽs filij maſculi teſtatoris decederẽt e ſine filijs maſculis,
ut legere lʒ in eius elogio:ex qua ſubſtõne & honore col-
ligitur teſtõrem iure ordinario abſque alia ſubſtõne eum
11 potuiſſe grauare,cum ille † qui honoratur & uocatur ad
hẽditatem grauari poteſt.l.ab eo.de fideicõ.cum uulg.&
12 hoc nullam hẽt difficultatem,& cum oĩs † actus huma-
nus pendeat a potentia & uoluntate.c.cum ſuper. de off.
deleg.& iam ꝯſtat teſtatorem Io.Rob. grauare potuiſſe,
ſolum ſupereſt ut probemus grauare uoluiſſe:ꝓ cuius de
claratione ſecundo illud tritum & cõe ꝓſuppono fideicõ
13 miſſa† ſola uolũtate induci.l.uoluntas.l.cum uirũ. C. de
14 fideic.& ſufficere† uoluntatẽ teſtõris ꝯiecturis probari ad
inducendum fideicommiſſum.l.cum proponeret̃. in fi. l.
qui ſolidum.§.j.de leg.2.l.licet imperator. de leg.1.l.cũ
auus.de ꝯd.& dem.& paſsim ꝑ oẽs legendo & ꝯſulendo,
quorum numerũ uti ſyluam denſam ꝓtermitto:ex quo a-
pertiſsime liquebit ipſum Io.Rob.grauatũ fuiſſe fideicõ
miſſo ſi id teſtõrem uoluiſſe aliqua ꝯiectura probabit̃. I-
taq; cum non ſolum aliqua ꝯiectura, ſed q̃plurimis ac ẽt
ex ipſis teſtã uerbis teſtatorem nepotes ex filiab. graua-
uare uoluiſſe probari poſſe demonſtrabo, neceſſario ſe-
quit̃ fideicommiſſo grauatũ fuiſſe ꝓfatum Ioã. Et primo
id ꝯiecturari ṽr ex uerbo maſculis,uiginti uicib. & ultra
expreſſo tã in perſonis in diſpõne quàm in ꝯdõne, & in
15 omni gradu ſubſtõnum poſitis:ꝙ uerbum † cum ſui na-
tura ponat̃ ad excluſionẽ fœminarum.ca. Raynaldus.de
teſt.& ibi no.Abb.in ꝯſ.37.Videtur.lib.1.Ant.de But.ꝯſ.
47.Recte.& ſi ſemel tñ fuerit expreſſum & in ꝯdõne poſi
tum inducit fideicommiſſum & grauamen ut fœminæ
includantur,& uoluntas defuncti,quæ ex eo uerbo colli-
gitur ſortiatur effectum:ergo quanto fortius hic,cum ſit
ultra uigeſies expreſſum ſæpe diſpoſitiue habemus fateri
debere operi fideicommiſſum ut uoluntas defuncti illum
ſortiatur effectum:cuius gratia id uerbum fuit expſſum:
ſed hic fuit expreſſum ut bona ꝯſeruarentur & ꝑuenirent
ad deſcendentes ſuos maſculos de agnatione,& ipſis de-
ficientib.ad deſcendentes maſculos ex filiab.& deſcendẽ
tib.maſculis tam ex filiab.q̃ ex filijs non extantib. ad ma
ſculos de agnatione tranſuerſales uti habiles portare no
men & arma familiæ teſtõris,& nomen ac dignitatem ip
16 ſius familiæ conſeruare,cum† per maſculos familiæ nobi
litates & dignitates ꝯſeruantur, & econtra per fœminas
deſtruuntur.l.1.§.pe.de uentre inſpi.& multa congerunt
Deci.& alij in l.2.de in ius uoc.& alibi ſæpe.& propterea
ut excluderet fœminas tanquam inhabiles ad ꝯſeruandũ
nomen familiæ,& eius animi fuiſſe aperte demonſtraret,
tot uicibus de maſculis fecit uerbum.¶Secundò colligi
tur:nam ut magis hanc uoluntatem ſuam oſtenderet ma
ſculos ipſos portare nomen & arma defuncti expreſsẽ di
ſpoſuit ut apparet bis in eius elogio: ubi req̃rit hæc duo,
ut ſint maſculi & portent nomen & arma defuncti : ſed ſi
nepotes maſculi ex filiab.non eſsent grauati caſu quo de
cederent ſine filijs maſculis, ſicut & oẽs alij ſunt grauati
ad fœminas, & ꝙ peius eſt penitus extraneos potuiſsent
bona peruenire:prout nunc peruenerunt,& ſic uoluntas
defuncti non ſortiretur effectum illum,cuius gratia pro
tulit illud uerbum maſculos,ẽt aduertendum eſt ſi gemi-
17 natio demonſtrat † enixam mentem & efficacius opera-
tur:ut per Ang.in l.pluribus.§.j.de uerb.obli. in l.ſtichũ.
§.ſtipulatio.eod.tit.& per gl.in c.ut circa.de electioni.&
multa operatur:ut per Cor.in conſi.70.& in conſ.49.uo
lu.iij.poſt Roma.in l.adoptiuum. §. patronum. de in ius
uocan.& alibi ſæpe. fortius hic cũ excedat uiginti uices
debet demonſtrare ẽnixam mentem diſponentis circa ꝯ-
ſeruationem agnationis ac nominis ſui. ¶Tertiò conie-
cturari põt uoluntatem defuncti fuiſse bona ſua conſer-
uari in agnatione ad perpetuandam familiam ac nomen
18 ſuum ex † pluralitate graduum ſubſtitutionum, quos fe
cit:argumento eorum quæ ponit Petr.de Anchara.in con
ſi.74.Contra Philippum.ubi propter hanc dnumeratio
nem ſolam dicit induci fideicommiſsum ubi non aderat
& ponunt mod.Mediolanen.in l.centurio.de uulg.& pu-
32 uerſus ſuum iurm ueniat lucrifaciendi cā, & † hæc opinio
nis aggrauatio ſā ſufficit ad infamiā de facto irrogandā
gl. in c. infames. §. porrò. 3. q. 7. Azo in ſumma. ex quibus
cau. infa. cum ſimi. & cum hæc ſufficiat in perſona inſti-
tuti ad introducendum remedium, & in perſona querelā
tis ad repellendum, ergo cum ea laboret, & ſaltem apud
bonos, & eius opinio eſt læſa a querela repellendus eſt.
¶ Vltimò non ulterius laborando cū non expediat dico

ex quo expreſſe conſtat per teſtes nihil probatum fuiſſe ꝯ perſonã hæredis inſtituti:ut ex atteſtationibus apertiſsi me apparet,& ſi millies ꝯ patrem fuiſſet ꝯcludenter probatum,querelans non debet obtinere,ſed uenit repellendus:qm̃ lʒ pater ſit ſpurius,ipſe tñ filius eſt legitimus,habilis ad honores,ſucceſsiones,tam ex teſtõ quàm ab inteſtato,eo quia in eo nulla macula eſt,licèt in patre multa adfuiſſent uitia,& potius debet inſpici perſona imme-
33 diata † q̃ mediata:qm̃ cã proxima magis cohæret cauſa to q̃ remota.l.cum tale.§. pen. de condi.& demonſt. nec
34 debet filius † odio paterno excludi & inhabilitari.l. non tñ.§. ſi emancipatus. de ꝯtab. & ita per iſtas rões dicit expreſſe Bal.in ꝯſi.146.li.j. Titulus principis Achaiç. ſ̃m nouam impreſsionem, ſed ſ̃m impreſsionem antiquam Venetam de anno.1491.eſt in conſi.133.uolu.3.ubi dicit
35 ꝙ ſi † nepos ex filio ſpurio fuerit inſtitutus ab auo nõ eſt opus exhæredare ſororem:cum perſona inſtituta non ſit turpis,& ita expreſſe uult ꝙ ſoror inſtituentis non poſsit uenire ꝯ teſtm̃ fratris, ex eo quia filium ſpurij inſtituerit cum non ſit turpis perſona:ſed ſorori nõ competit aliud remedium ꝯ teſtm̃ fratris,niſi querela. d. l. fratris. maxime ꝓ turpem perſonam inſtitutam, ergo expreſſe uult querelam fratri uel ſorori in hoc caſu uon dari, & ita in indiuiduo determinati quæſtionem iſtam recte intelligẽti.¶Aduertẽdum quoq; eſt dum dicit ꝙ filius ſpurij nõ eſt turpis ꝑſona,ſed habilis ad honores,& in eo nulla macula eſt, ꝙ hoc ſufficit ut excludatur frater à querela, cũ deficiat fundamentum.d.l.fratris.& opi.Bal.eſt cõis, qñ non eſt inſtitutus filius ſpurij contemplatione ſpurij, ſed contemplatione ſui:per Bar.Alex.Soc.Iaſ.&cõiter oẽs in l.Gallus.§.quid ſi his.de libe.& poſth.in fi.ubi Iaſon. allegat.d.ꝯrium Bal.ſed licèt non fuit inſtitutus contemplatione patris,immo expreſſe fuit ſibi impoſitum : ut nihil patri acquirat & nihil ei det ſub priuatione hæreditatis ſtãte fratre teſtõris,ergo ſi potuiſſet inſtitui ab auo ex patre ſpurij, iſte filius ſpurij non obſtante fratre teſtantis multo magis ab extraneo potuit inſtitui ut fuit in hoc caſu,cum rões l.ſ.effrenatę libidinis,ceſſant in extraneo & hoc ab oĩbus admittitur.in d.l. fi. & in d.§. quid ſi his.
36 & merito quia licèt † pater ſit infamis,bannitus, uel factus ſeruus pęnæ,non ideo ꝓ hoc filius eſt factus inhabilis ad honores,& pro hoc do textum,ſ.in l.iij.de interdi. ff.ibi, à cõitate.ſi igit̃ eſt capax eorum quæ ſunt cõitatis & publici,ergo non eſt infamis nec uilis,& maculam habet in ſe,cum huiuſmodi perſonæ non ſint capaces eorũ, quæ ſunt cõitatis:& faciunt notata per Dy.in c. non debet.de regu.iu.in 6. & quod filius ſpurij non poſsit inſtitui non obſtante fratre teſtanis, ita ꝙ frater non põt rũ-
37 pere teſtm̃,dico eſſe † caſum in d.l.fi. ibi, licèt ei quantũ uoluerit ſuæ ſubſtantiæ in eos conferre nulla legitima ſobole ſubſiſtente.pondero dum dixit ꝙ licèt ei conferre:q̃
38 uerba † debent intelligi de iure & ualide, & non de licentia & actu impio,& annullãdo:ad plene notata in l. 4.§. ꝯdemnatum.de re iudica.ergo non obſtante quærela uel ꝯtabu.põt relinquere illis,ſi non eſt ſoboles legitima, id eſt filij & deſcendentes:ut ibi notat.ergo frater non eſt ei impedimẽto quin licite poſsit relinquere filio ſpurij. Nã
39 limitatio † & exceptio de deſcendentibus,firmat regulã legis in oĩbus alijs caſibus.l.nam quod liquide. de penu lega.nec in exceptis põt fieri extenſio de deſcendentibus ad fratres cum non militet eadem rõ:ut notatur in auth. ut cum de appellatio.cognoſ.in l.cum auus.de ꝯditio.& demonſtratio.ergo ibi eſt textus à fortiori decidens iſtũ caſum,cũ magis impune permittitur extraneo filiũ ſpurij q̃ auo ipſius ſpurij.ſi igitur auo non obſtante ſuo fratre permittit̃ ab imperatore inſtituere filiũ ſpurij, fortius fuit ꝯceſſum nr̃o teſtõri qui erat extraneus ſeu non aſcendens,igit̃ cũ habemus authoritates,rões apertas, & urgentes,& caſum legis,ſi recte ꝯſideret amplius non cõfirmo.¶Sed obiectis rñdeo,non urgere cum ea nõ ſunt ſaltem ꝯcludenter probata, immo oĩno ꝯrium probatum fuiſſe apparet ꝓ defectum querelantis ceſſat querela. Item macula patris ſi qua adfuit ibi non habet nocere in aliquo.cum non fuerit inſtitutus cõtemplatione patris, nec ex conſequentia patris ſuccedit in his bonis:ꝯria.n. loquuntur qñ cõtemplatione patris inſtitutus fuiſſet, &. ex ꝯñtia patris haberet.Ita reſpondet Bar.Bal. Pau.Alex Iaſ.Soci.& cõiter oẽs in d.l.gallus.§.quid ſi his.de libe.& poſth.& dato ꝙ tex.in d.l.fratres.loquatur alternatiue,& uerificetur in ſola macula nota nihil facit, cum hic in inſtituto nulla probetur macula,& per matrimonij probationem oẽ uitium purgatum eſt,ſi quod aderat:& reſpõſiones aduerſarij ad inſtr̃m ſupra in ſecundo principali fundõ fuerunt ſublatæ, non repeto. Sed ſolum rogo magnificos dños meos auditores hæc oĩa conſiderare,& facile conſpicient manifeſtam querelantis iniuſtitiam , & hanc cãm nullam habuiſſe difficultatem,nec debuiſſe ꝓ apertiſsimum inſtituti ius ad me ultra montes transferri.Placuit tñ,qñ cãm præbuit,uos præclariſsima iuris lumina ſalutandi ac enixe rogandi,ut me mutuo ametis,ac diligatis,nomenque ueſtrum indeſinenter ubique prędico:& præſertim in hac Valentina academia, in qua ultra frequentem ſtudentium numerum,ſunt quamplures con ſummatiſsimi Iureconſulti, quorum celebre nomen opera ipſorum typis excuſa atteſtantur. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in dubio non præſumitur.*
2 *Donatio inter auum paternum & nepotem exiſtentem in poteſtate non ualet.*
3 *Donatio facta ſibimetipſi eſt inutilis.*
4 *Verbum aſsignauit,non importat tranſlationem dominij.*
5 *Aſsignatio patris facta filio, in dubio iudicatur conceſsio in peculium.*
6 *Actus factus non ſeruata forma ſtatuti annullantis non ualet.*
7 *Animus diſponentium ex ſolennitatibus in actu adhibitis colligitur,ad cognoſcendum quem actum uoluerint celebrare.*
8 *Donatio inter patrem & filium iuramento confirmatur.*
9 *Iuramentum non ampliat diſpoſitionem ad ea quæ à iurantibus cogitata non præſumuntur.*
10 *Iuramentum habet uim expreſsi.*
11 *Iuramentum formæ inſinuationis derogare poteſt.*
12 *Verba hæc, aſsignauit, tradidit,& conſignauit,quo ad proprietatem & uſumfructum pleno iure,cum omni commodo & emolumento,neceſſario ſignant dominij tranſlationem.*
13 *Proprietas & uſusfructus conſtituunt plenum dominium.*
14 *Verba aſsignare,tradere,& conſignare generaliter ſumpta,ubi materia patitur,ſignant tranſlationem dominij.*
15 *Pater concedendo in peculium filio,non dat ei emolumentum & commodum:ſed retinet penes ipſum.*
16 *Verba hæc,ut ſit contentus,& nihil aliud petere poſsit, ſignant tranſlationem dominij & plenam conceſsionem.*
17 *Interpretatio debet fieri ut uerba non ſint ſuperflua.*
18 *Verba hæc,ut in perpetuum ad libitum ſuũ poſsit diſponere &c. non ſolum importaut tranſlationem dominij ſed liberã & perpetuam facultatem diſponendi,adeo quod ipſe cõcedens ex aliqua ratione illud reuocare non poteſt.*
19 *Traditio facta à patre filio, quando cõcurrit cum ea aliqua qualitas ſuadens tranſlationem dominij, videtur facta ex cauſa donationis.*
20 *Clauſula ad habendum,tenendum, & quicquid placuerit faciendum,non ſolum ſignat tranſlationem dominij:ſed & concedentem de reſtitutione non cogitaſſe,ſaltem rebus ſic ſtantibus.*
21 *Verbum dedit,ſignat tranſlationem dominij.*
22 *Conceſsio facta a patre filio exiſtenti in poteſtate per uerbũ dedit,inducit donationem.*
23 *Donatio inducitur per aſsignationem bonorum factam à patre filio exiſtenti in poteſtate,quando filius poſt aſsignationem factam diu illa bona ad libitum ſuum tãquàm ſua adminiſtrauit.*
24 *Promiſsio ad generalem & legittimam defenſionem bonorum filio aſsignatorum,facta à patre,non ſolum probat donationem & dominij translationem,ſed conſeruationem indemnitatis ab omni lite & controuerſia, & ſi quo modo euincatur obligationem ad intereſſe.*
26 *Coniectura animi diſponentis quæ inſurgit ex ſolennitate adhibita*

bita,uel non adhibita ſuccumbit & tollitur,quando ex uerbis expreſsis conſtat de uoluntate diſponentis.

27 *Statutum Bononienſe ſub rub. de donat. annullans donationem factam,non ſeruata quadam ſolemnitate,nō habet locum in tacitis donationibus,& alijs quæ impopriæ donationes habentur.*

28 *Tacitum & expreſſum dicitur tribus modis.*

29 *Statutum contra ius commune ſtricte debet interpretari.*

30 *Verba quæ in genere & in ſpecie capi poſſunt in dubio in ſpecie capiuntur.*

31 *Donatio ob benemerita non eſt proprie donatio.*

32 *Donatio ob benemerita facta per patrem filio, uel auum nepoti exiſtenti in poteſtate, non ualet,ſi de benemeritis conſtet tantum per auitam,uel paternam aſſertionem.*

33 *Donantis aſſertioni de benemeritis filij factæ, cum iuramento creditur.*

34 *Confeſsio facta per patrem de pecunijs habitis à filijs ualet,qñ tempore confeſsionis uerisimile erat filios ex ſua induſtria illā quantitatem pecuniæ lucrari potuiſſe.*

35 *Confeſsio facta inter perſonas inter quas eſt prohibita donatio eſt ſuſpecta de fraude.*

36 *Præſumptio una alteram tollit.*

37 *Regula. l. donationes quas parentes. C. de dona.inter uirum & uxo.non procedit in donatione iurata,uel facta ob benemerita ſpecificata,& iurata.*

38 *Donatio præſumitur quando adſunt præſumptiones ſuadentes donationem.*

39 *Dubium dicitur illud quod æqualiter ad utramque partem ſe habere poteſt.*

40 *Lex,ſancimus.C.de donat.nō habet locum in donatione ob cām.*

41 *Item non habet locum in donatione iurata.*

42 *Donatio ubi ſemel eſt perfecta,non poteſt amplius ſibi adijci conditio uel grauamen.*

43 *Contractus ex poſtfacto ſunt neceſsitatis.*

44 *Donatio facta filio emancipato ſi fuerit inofficioſa, operatur ut emancipatus onere fideicommiſsi grauari poſsit.*

45 *Argumentum à contrario ſenſu ualidum eſt in iure.*

46 *Bona obuenta ad hæredem,à teſtatore ex contractu inter uiuos, non ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi.*

47 *Soror de iure communi,patruis præfertur.*

48 *Legatum dotis,uero debito, ſeu quantitati debitæ per legantem non cenſetur derogare, ſeu factum fuiſſe animo compenſandi, quando in teſtamento hoc non fuit dictum,& quantitas eſt difformis,& debitum fuit uoluntarium.*

49 *Filij primi gradus grauati per fideicōmiſſum ſub condōne duas quartas detrahere poſſunt,& ad libitum de eis diſponere.*

RESPONSVM VII.

¶ An aſsignatio bonorū facta nepoti per auū paternū ualeat in uim donationis inter uiuos,& an donatione perfecta inter uiuos poſsit ei adijci conditio, uel grauamen inuito donatario.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶In hac cā
Bononiēſi plura eſſent diſcutienda,ſed ea tm̄
tangam, quæ mihi magis neceſſaria fore ui-
dentur. ¶Et primo uidendum eſſe puto, an
aſsignatio bonorum ſibi facta per auum paternū, ualeat
in uim donationis inter uiuos.& uidebatur prima fron-
te non ualere,qm̄ non dicit ex cā donationis,ergo ex illa
1 cā facta intelligi non debet,cum † donatio in dubio non
præſumitur.l.cum de indebito. de probatio. l. ſi cum au-
rum.de ſolutionibus.¶Secundò comprobatur, quia ſu-
mus inter auum paternum & nepotem exiſtentem in po-
2 teſtate inter † quos donatio nō ualet.l. donationes quas
parentes.C.de dona.inter uirum & uxo. & not. in l.ij.C.
de inoffi.dona.& in l.ſi collatione.C.de collatio.& rō eſt,
quia quàm primum ipſi auo reacquireretur, per.l.placet
de acquir.hæredi.& hodie cum proficiſcatur ab eo. l. cū
3 oportet. C. de bonis quæ liber. adeo quod † uti donatio
ſibimet facta inutilis eſt.l.liber homo, de uerbo.oblig.in
princ.¶Tertiò probatur ex uerbis appoſitis in inſtrō, in
4 quo adeſt uerbum aſsignauit,† quod non importat tran
ſlationem dominij.l.cum pater.§.pater pluribus. de leg.
ij.l.j.§.ſi.naut. caupo. ſtabula.idem eſt in uerbo,cōſigna
re.l.ceptam.C.de uſuris. l. ꝯſignatione.C. de ſolutionib.
idem eſt in uerbo, tradere. ut plene not.in l.ſi rem tradi.
de uerb.oblig.ergo uerba appoſita in ꝯctum non probāt
donationem & tranſlationem dominij quæ requiritur in
donatione,cū donatio ſit doni datio:ad abundanter tra
5 dita.in l.j.de dona.¶Quartò facit in dubio † aſsignatio
patris facta filio iudicatur conceſsio in peculio.l.fin. de
pecul.leg.l.quod ſeruus.de acquir. rerum domi. Bald. in
auth.ex teſtō.uerſ.quartum capitulum.C.de colla. doct.
cōiter poſt Bar.in l.ſi donatione.eod. titu. de colla.ergo
habemus interpretari hanc donationem peculij conſtitu
tionem continere,non aūt donationem, & ita reſpondit
Dec.in ꝯſi.86.in fi.poſt Maria.Soci.in conſi.4.Viſis actis
j.lib.& Andr.Sicu.in ꝯſi.80.Illud referam.in lib.3. & Pau.
de Caſtr.in conſi.110:& idem uoluit Philip.Corne.in ꝯſi.
128.uol.4.qui id limitat in filijs emancipatis, & ponde-
rat in caſu ſuo uerbum aſsignare:de quo ſupra dixi.
¶Quintò conſidero ex forma ſtatuti Bonen. ſub rubri.
de dona. hanc aſsignationem in uim donationis ualere
non potuiſſe,cum excedat quantitatem taxatam à ſtatu-
to,nec in ea eius forma ſeruata fuerit,:& ſtatutum dona-
tionem factam aliter dicit non ualere ipſo iure,& annul-
6 lat,ut in eo continetur.& nulli dubium eſt, † dictum fa-
ctum ꝯ ſtatutum,maxime qñ ipſum annullat non ualere
ad abundanter tradita in l.non dubiū.de legi. & in l. oēs
populi.de iuſti.& iure.& in terminis ſimilis ſtatuti in aſ-
ſignatione facta à patre filio:uoluit Dec.in conſi. præal-
leg.86.poſt Cuma.conſi.28.col.2. quem ipſe alleg. & ſe-
quitur.¶Sextò conſidero hanc aſsignationem excedere
ſummam:de qua in l.ſancimus.C.de dona.& conſequen-
ter non ualere:ut in d.l.ſancimus.cum ibi plene not.
¶Septimò animaduertendum puto ſatis ex mente ꝯhen
tium colligi donare non uoluiſſe, cum uti ſubditi ciuita-
tis Bononię, eius ſtatuta obſeruare tenebātur : arg.l.qui
ex uico.ad municipa.& not.l.oēs populi.de iuſti. & iure.
& ita obſeruatur,& non adhibuerunt ſolennitatē requi-
ſitam à ſtatuto in donationibus,ergo nō uidētur uoluiſ-
7 ſe donare:nam ex † ſolennitate actus adhibita à diſponē
tibus eorum animus colligitur,quem actū celebrare uo-
luerint:ut plene not.in l.non codicillum. ubi Alex. C. de
teſta.per eūdem Alex.in l.ſtipulatio hoc mō.in 6. col. de
uerb.obliga.& hoc præſertim locum habere debet, cum
non adſint uerba in ꝯrium repugnantia,& quæ donatio-
nem neceſſario ſignent. Et ex hoc apparet reſponſum ad
iuramentum appoſitum in eo ꝯctu,quod ſm̄ magis cōes
8 opi.firmat † donationem inter patrem & filium : ut late
per oēs in l.frater à fratre.de cōdi. indeb. l. ſi donatione.
C.de colla.ubi dixi poſt Dec.& Mod.de quo per Alex.ꝯſ.
8.Viſis & conſideratis.& in ꝯſi.156. Viſo inſtrō. col. fi.li.
ij.& in conſi.20.Ponderatis.col.j.lib.3.Are.ꝯſi.17. Conſi
deratis.col.iij.& ꝯſi.72.Præſupponitur in facto. in fin. &
Soci.in ꝯſi.91.Viſa.col. 4. & per Abb. & Cano. in c.cum
contingat.de iureiur.col.fi.qm̄ in hoc caſu iurm̄ non eſt
ſuper donatione,cum de ea non conſtet nec uerba neceſ-
ſario probent,& in dubio non præſumatur,ideo iurm̄ nō
pōt ea firmare:ad quæ partes animum habuiſſe non pro
9 betur:nam † diſpōnem iurm̄ ipſum non ampliat ultra cō
ſenſum iurantis.l.ſi.C.de non numer.pecu.Bart. & alij in
l.ſi quis pro eo.de fideiuſ.Areti.in conſi.24. Quatuor du
10 bia.col.ij. & licèt † iuramentum habeat uim expreſsi. in
l.j.per Bald.in ij.q.Commo.Curt.ſenior conſi.76. do.Lu
do.col.5. hoc tñ locum non habet in his quæ à iurantib.
cogitata non præſumuntur : ut late per Iaſ. in l.ſi mihi &
tibi.de leg.j.in l.ſancimus.col.ij.C.de teſt.in l.ſed ſi quis.
§.quæſitum.ſi quis caut.& ideo fruſtratorium vr̄ ingredi
difficultatem,an per iſtud iuramentum potuerit deroga
11 ri formæ ſtatuti,ſicut † & formę inſinuationis derogatur
de iure cōi ſm̄ magis cōem opinio. de qua per docto. in
l.ſi quis pro eo.de fideiuſſo.per Crot. Seuer. & per mod.
repetentes in l.frater à fratre.de condic.inde. ubi allegāt
quamplures in conſilijs & lecturis quos prætermitto. mi
nus quoque tractandum vr̄ de confirmatione pontificis
ſtatutorū Bononię,an fuerit in genere uel ſpecie:de quo
aliàs

aliàs late ſcripſi,cum iſtud iuramentum non uideatur ſu
per donatione,ſed ſuper conceſsione in peculium.¶His
tñ non obſtantibus maturius conſiderando determino ꝯ̃
rium ex infra ſcriptis. ¶Et primo pondero uerba ꝯ̃ctus:
nam licèt uerbum aſsignauit,tradidit,& conſignauit,nõ
12 ſignant neceſſario tranſlationem dominij,tñ † cum eſt iũ
ctum his uerbis quo ad proprietatem & uſumfructũ ple-
no iure,cum oĩ commodo & emolumento neceſſario ſi-
gnant tranſlationem dominij, cum idem ſit proprietas
quod dominium,immo eſt dominium directum:ut pro-
bat tex.in l.interdum.de uerb.ſignifi. iuncta gl. in l.pro-
prietatis.C.de proba.ubi not.plene in l.naturaliter.§.ni
hil cõe.per Iaſ.& alios de acquir. poſſeſ. qđ maxime nul-
lam difficultatem habet qñ ultra uerbum proprietatem
13 ſimul adiecit uſumfructum:nam & † proprietas & uſuſ-
fructus conſtituunt plenum dominium:ut in l. ſi quis ui.
§.differentia.de acqui.poſſeſ.in l.qui uſumfructũ. de uer
bo.oblig.idque magis demonſtrant illa uerba pleno iu-
re,quæ ſignificant ẽt dominium:ut plene per docto. in l.
centurio.in illa.q.pleno iure intelligatur prohibita Tre-
bellianica.de uulga.& pupil.& propterea uerbũ aſsigno,
& alia uerba ſuperius in ꝯ̃rium conſiderata, cum ſui na-
tura poſsint importare tranſlationem dominij, licèt ne-
ceſſario non importent, rõne tñ adiuncti, de quo ſuprà
tranſlationem dominij neceſſario ſignant, præſertim cũ
14 magis gñaliter † ubi materia patitur tranſlationem do-
minij ſui natura ſignãt.l.aſsignare.de uerb.ſigni. in rub.
de aſsig.liber.in c.j.de pace teñ.in uſib.feudo.&ibi Bal.
& ponit Corne.in conſi.228.uol.4.col.3. in uerſi. nam li-
cèt uerbum aſsignare.¶Secundò pondero illa uerba,cũ
oĩ commodo & utilitate:nam hæc uerba non conueniũt
conſtitutioni & aſsignationi factæ in peculium,cum do-
miniũ ſit ipſius patris, & adminiſtratio filij & cuſtodia:
15 nam † pater concedendo in peculium non dat emolumẽ
tum & commodum filio,ſed retinet penes ipſum: toto ti
tu.de pecu.& eſt de mente Bart.&aliorum in l.ſi donatio
nem.de colla.C.& in l.ſi pater. §. pater pluribus.de leg.
ij.ergo non põt intelligi de illa conſtitutione peculij, cũ
uerba non conueniunt, ſed repugnant.l.iiij.§. toties.de
damn. infec.cum ſimi. ¶Tertiò pondero uerba illa pro
parte ſua,ita ut ſit contentus,nec amplius aliquid petat:
16 nam † hæc uerba ſignant tranſlationem dominij, & ple-
nam conceſsionem.l.peto.in prin.de leg.ij.& ita ponde-
rat Corne.in caſu ſuo in conſi. 228. Quòd comprobo,cũ
ea uerba ſit contentus,nec aliud petere poſsit non conue
niunt conſtitutioni peculij, quia filius ſiue pater conſti-
tuat peculium,ſiue non,petere non põt, immo ea uerba
17 eſſent ſuperflua, & † ut uerba non ſunt ſuperflua ſemper
ſit interpretatio.l.ſi qñ de leg.j.c.ſi Papa.de priui.in 6.
¶Quartò pondero illa uerba in perpetuum ad libitum
18 ſuum poſſe diſponere, quæ uerba † non ſolum importãt
tranſlationem dominij,ſed liberam & perpetuam faculta
tem diſponendi,adeo quod ipſe concedens ex aliqua rõ-
ne,ẽt iure ſuperueniente illam reuocare non põt: ut late
congerunt Moder.repe.poſt alios citatos per eos in l.qui
Romæ.§.duo fratres.de uer.obli.de quo aliàs late ſcripſi
illud declarando circa ius ſuperueniens,ſed quantum ad
tranſlationem dominij nullam habet difficultatem.Item
quantum ad excluſionem conceſsionis peculij,cum pecu
lium ad libitum concedentis reuocetur, ſm quod decla-
ratur in l.peculiũ creſcit. de pecu. & in ſumma.de pecul.
¶Quintò comprobatur iſtud ex cõi theorica Bart.&ſcri
bentium in l.ſi donatione.C.de colla. in illa quæſt. quam
ponit Bart. qñ pater tradit aliquam rem filio in põtate,
an uideatur eam donare, uel ſimpliciter concedere ꝙ ha
beat eam in peculio, ubi concluſio elicitur ex mente co-
19 muni,quod † qñ ultra traditionem inſurgit aliqua quali-
tas quæ ſuadeat tranſlationẽ dominij, tunc ex cã dona-
tionis tradidiſſe ur̃,& ideo ſi emit noĩe filij,deinde tradi-
dit dicunt ex cã donationis uideri tradidiſſe,per l.filię cu
ius.familiæ erciſ.l.j.C.de caſtren.pecu.li.12.l.ſi filij.C.de
dona.inter uir.& uxo.& ibi Barto.& rõ,quia ex quo emit
noĩe filij,& poſtea tradidit,non ur̃ cogitare de reſtitutio-
ne & ꝯ̃nr donare uoluiſſe,ergo quanto fortius hic, cũ ne-
dum præſumitur cogitaſſe de reſtitutione,ſed expreſſe in
perpetuum dedit,cum oĩ commõ & emolumento.¶Sex-
20 tò conſidero † cl'am ad habendum,tenendum, & quicqd
placuerit faciendum. quæ uerba non ſolum ſignant tran
ſlationem dominij:ut late ꝑgerit Crotus poſt alios, in l.q.
Romæ.§.duo fratres.de uerb.obli. ubi allegat plures do
cto.& ponit Soci.in ꝯſi.9.uol.j.& alij de quibus in §. duo
fratres.per nouiſsimos repetentes Papienſes, uerum etiã
demonſtrat aĩum ꝯcedentis fuiſſe, ut de reſtitutione non
cogitauerit,ſaltem rebus ſic ſtantibus,& nullo iure ſuper
ueniente de nouo in perſona ꝯcedentis,licèt præfati doc.
in eo caſu idem eſſe quoque uoluerint de quo quid ſenſe-
rim, ſępius conſulendo reſpondi, & ſatisfactum eſt mi-
hi in præſenti cã:quantum ad hoc quod illa uerba exclu-
dunt peculij ꝯſtitutionem,ac dominij tranſlationem cõ-
tinent,quo caſu ſm cõem theoricam,in d.l.ſi donatione.
C.de colla.donatio inter patrem & filiũ inducitur. ¶Se-
21 ptimò pondero uerbum † dedit,quod ſignat tranſlatio-
nem dominij.§.ſic itaq;.inſtitu.de actio.plene in l. ſtipu-
lationes non diuidũtur.de uerb.oblig.adeo ut ꝯ̃ctus for
mam alterat:ut eius proprietas ſeruetur. l. dedi.de ꝯdic.
22 ob cãm.& ibi not.& in terminis † qñ in conceſsione facta
à patre filio exiſtenti in põtate adſit uerbũ dare, ꝙ indu-
catur donatio:uoluit Salyce.in l.ſi donatione. C. de col-
la.ſequitur ibi Dec. & probatur rõne: ut ibi Dec. & licèt
ſint aliq ꝯ̃dictores in caſu Sali.ubi adeſt ſimpliciter uer-
bum dedit,tñ in hoc caſu ubi ultra uerbum dedit,cõcur-
runt tot alia uerba denotantia dominium,de quibus di-
xi,nullus adeſt ꝯ̃dictor, & rõnes quibus nituntur ꝯ̃ Sali.
ꝓp dicta uerba ceſſant in pręſenti caſu uideant̃,& res ma
nifeſta apparebit. ¶Octauò comprobatur ex his quæ mi
hi in facto præſuppoſita ſunt, ſcilicet poſt aſsignationẽ
factam per auum hunc peregrinum,diu hæc bona admi-
niſtraſſe tanq̃ ſua propria,& ad libitum de eis ac de eorũ
23 fructibus diſpoſuiſſet,ſciente, & patiente † patre:quo ca
ſu donatio à patre facta fuiſſe præſumitur. ita in termi-
nis determinat Sali.in l.filiæ.C.famil.erciſ.arg.l.ſi filius.
de peti.hære.&l.cum de in rem uerſo.de uſur.ſequit̃ Dec.
in d.l.ſi donatione. C. de colla. & illud comprobat & re-
ſpondet adductis per Alex.in ꝯ̃rium,& in hoc caſu dictũ
illud Salyce.abſque ꝯ̃dictione procedit, cum non ſolũ de
fructibus patre ſciente,& patiẽte diſpõ interuenerit, ſed
de rerum proprietate,& hoc caſu non ꝯ̃dicit Alex. immo
à ceſſante rõne ſua ur̃ id fateri,præſertim accedẽtib. alijs
coniecturis,de quibus ſupra. ¶Nono cõfirmatur ex ꝓ-
miſsione ad gñalem defenſionem, & legitimam bonorũ
aſsignatorum, de quibus late in inſtrõ aſsignationis &
24 donationis,quæ uerba non ſolum † probant donationẽ,
& dominij tranſlationem, ſed ꝯſeruationem indemnita-
tis ab omni lite & controuerſia & quocunq; mõ euincat̃
obligationem ad intereſſe:ut in ſimili tradit Abb. in con
ſi.44.Quidam dñus Antonius.lib.j.faciunt not.in l. cum
quærebatur.iudic.ſolui.cum uulgaribus.Ex quibus ꝯſtat
manifeſtiſsime hanc aſsignationem non fuiſſe ſimplicem
peculij adminiſtrationem, ſed ueram donationem & per
fectam,& permaxime corroboratam, cum in plus teneri
uult hic auus,q̃ teneatur donans:ut de euictione &c.
¶Decimò cõprobatur ex illis uerbis oĩ meliori mõ me-
lius & ualidius ei acquiri poſsit,ac ualere poſsit,certum
eſt ualidiorem eſſe ꝯ̃ctum donationis, q̃ peculii conſtitu
tionis,cum donatio ſit irreuocabilis,peculii aũt conſtitu
tio ad libitũ reuocari poſsit, ergo potius de donatione
intellexit diſponens,quàm de peculii ꝯſtõne.Item per do
nationẽ ualidius acquirit̃, & melius cum quo ad domi-
nium & proprietatẽ,ergo de ea ſenſit,& hoc ex uerbis il-
lis probat̃ ualidius acquiri & ualere poſsit,ita ꝙ non ur̃
amplius locus aliquis eſſe diſputationi, ultra naturam il
25 lius clæ † oĩ meliori mõ,quæ plurimũ operat̃,ſm Imo.in
l.cum pater.§.filius matrẽ.de legat.ii.Car.& Imol.c.ex li
teris.de offi.delega.& in c.cum ex officii.de præſcript.
¶Vndecimò comprobat̃ ex iuro appoſito in ipſo ꝯ̃ctu,
quod iurm facit ualere donationẽ inter patrem & filium:
ut not.in l.frater à fratre.de cõdictio. indebi.ubi late per
Iaſ.poſt Bal.in l.fi.de uſucap.pro dona. in l.ii.de iureiur.
in

in repetitio.in 15.char.in 3.col.per Alex.Deciū, & alios
qui atteſtātur iſtā eſſe cōem, & dixi ſupra in ultima rōne
pro parte ꝯria facta. ¶ Nec obſtat. quod patres non uide
anť habuiſſe aīum donandi, cum nō obſeruarunt ſolenni
tatem ſui ſtatuti, ut ſuperius dicebam, & ꝯñr illud iurm
non confirmare donationem, qm̄ reſpōdetur id nullo pa
cto impedire aīum donandi, tum quia ex multis uerbis
ſupra ponderatis conſtat de donatione, nec aliter intelli
26 gi pōt, ut dixi, non repeto, & † eo caſu ꝯiectura animi di-
ſponentis quæ inſurgit ex ſolennitate adhibita, ſuccum-
bit & tollitur: ut in terminis dixit Alex. in d.l. non codi-
cillum.C.de teſtam.ubi uerbum inſtituo ad ꝯiecturandā
mentem diſponentis magis operať, ꝙ ſolennitas actus, ꝙ
codicillos demōſtrabat, & ſi actus redditur inefficax, ſm̄
ipſum, quod dictum nunc pro cōſtanti non pono nec di-
ſcutio: admitto tñ, qñ in utroque caſu & mō actus ualere
poſſet, ut hic: ubi actus & donationis & peculij ꝯſtitutio
nis ualere pōt, ſm̄ cōem opi. pp uirtutem iuramenti, &
quia fuit ob benemerita ut ſtatim dicam. ¶ Nec obſt. ſta
tutum ſub rub. de dona. qm̄ omiſſa illa difficultate, an ha
beat locum in donatione iurata, & an ſtatutū Bonoñ. ſit
confirmatum cōfirmatione ſpeciali à pontifice, & in for-
ma ſpeciali: de qua cum neceſſarium fuit aliàs late dixi.
27 Reſpondeo † in caſu nr̄o locum ſibi uendicare non poſ-
ſe, qm̄ ſtatutum excipit caſum tacitę donationis. Itē do-
nationis non proprię ibi, & hoc locum non habeat in do-
nationibus ex cā emancipationis, uel in tacitis donatio-
nibus, uel in alijs quæ proprie donationes non dicuntur,
ſed in hoc caſu non eſt dictum ex cā donationis, & ſic nō
eſt expreſſa donatio: licèt illa uerba ſignant ueram tran-
ſlationem dominij, nec poſſint ꝯſtitutionem peculij ꝯti-
nere, ut late diximus: & ꝯñr præſumantur ex cā donatio-
nis facta, ſm̄ cōes opi. non tñ expreſſa eſt, ſed tatita & ꝓ-
28 ſumpta, & ſaltem expreſsione ſpeciali. ¶ Nam † uerbū ta
citum & expreſſum, dr̄ tribus modis: ut per Bar. in l. ſi qs
in principio teſtamenti. de lega. j. & in l. j. de uulga. & pu
29 pil. & cum † ſtatutum ſit ꝯ ius cōe, debet ſtricte interpre
tari. l. iii. §. hæc uerba. de nego. geſt. l. quicquid aſtringen-
dæ. de uerb. oblig. ideo oēs donationes quoquomō taci-
tas ut excludat interpretari debet, uel ſaltē tacitas in ſpe
cie, cum eo caſu uerbum tacitum capitur in potiori ſigni
30 ficatu & ſpecialiori, & † uerba quæ in genere, & in ſpecie
capi poſſunt in dubio in ſpecie capiuntur. l. hoc legatum.
de leg. ij. per Alex. in rub. ſolu. matri. ¶ Secundò excipit
donationes non proprias, ſed hæc donatio eſt pp bene-
31 merita: ut legere eſt in dicto inſtrō, & ſtatim: donatio † au
tem ob benemerita non eſt proprie donatio. l. j. de dona
tio. cum ſit ob cām, & ideo iudicatur de ea ut de donatio-
ne non propria: ut late traditur in l. ſi donatione. C. ď col
latio. cum concordan. ex quibus ſequitur manifeſte illud
ſtatutum non impedire hanc donationem, nec in ea locū
ſibi uendicare, & ꝯñr eius ſolennitatem à notario omiſ-
ſam fuiſſe, non abſque iuſtis rōnibus, nec ꝯiecturari poſſe
pp ipſius omiſsionem mentem ꝯhentium fuiſſe, ut dona
tionem non agerent, cum donationi quàm agebant ſolē-
nitates illę non conueniebant, ſeu de ea non loquebanť.
¶ Vltimò comprobatur ex his quæ in ꝯctu enarrantur, ſ.
hanc conſignationem feciſſe pp benemerita exhibita per
d. Peregrinum in infirmitatibus, & alijs aduerſitatibus ip
32 ſius aſsignantis: nam † donatio facta pp benemerita, per
patrem filio, uel auum nepoti in poteſtate exiſtenti, licèt
non ualeat, ſi tm̄ conſtet de benemeritis per aſſertionem
paternam: ut tradit Bar. in l. ſi forte. de Caſtren. pecul. per
illum tex. uolentem non credi ei, nec ſtādum eſſe aſſertio
ni illius qui actum abſque cā facere non pōt. ſequuntur
docto. in d. l. ſi donatione. C. de colla. Oldr. conſ. 226. Qui
dam epiſcopus. col. pen. Fride. de Senis in ꝯſi. 49. Caſus ta
lis. & in ꝯſi. 143. Confeſsio facta. Ant. de But. in conſi. 39.
Quia maior. & 46. Iuris rigor. Abb. in conſ. 41. Videndum
col. ij. & 77. Quinque dubia. lib. j. Alex. ꝯſi. 101. Viſis. col.
3. uol. j. & 55. Conſideratis. eo. lib. & in conſi. penul. lib. 3.
Areti. ꝯſi. 18. Conſideratis. Soci. conſ. 295. In cā col. 3. uol.
2. Cor. ꝯſi. 189. Circa primum. col. 13. lib. 4. nihilominus
33 † ſtatur ipſius aſſertioni, qñ atteſtatur donans cum iura
mento, ſm̄ Bal. in d. l. ſi donatione. C. de collat. quem ſe-
quitur Iaſ. concurrētibus his duobus, iurō & ſpecifica aſ-
ſertione meritorum, & licèt hæc uideātur habere aliquā
difficultatem & ꝯdictores plures: ut per Alexan. & Dec. &
alios in d. l. ſi donatione. tñ accedentibus aliquibus con-
iecturis de aſſertis meritis de iure aſſertioni prædictę iu-
ratę ſtandum eſſe exiſtimo: ut in terminis uoluit Salic. in
l. ſi mater. de ꝯhen. emp. & probať ex his quæ uoluit Ang.
34 in conſ. 153. Pater emit domum. ubi uoluit † confeſsio-
nem factā per patrem de pecunijs habitis à filijs ad eos
pertinentibus ualere, & ſi ſuſpecta ſit, cum ꝓhibita ſit do
natio inter patrem & filium in poteſtate patris exiſtentē.
l. donationes quas parentes. C. de dona. inter uir. & uxo.
35 & † confeſsio facta inter perſonas inter quas eſt prohibi
ta donatio, eſt ſuſpecta de fraude. d. l. ſi forte. de caſtren.
pecu. & in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. iij. nihilo-
minus ſi tp̄e confeſsionis paternæ filij erant artifices bo
ni ut ueriſimile ſit eos poſſe lucrari ex eorum induſtria
eam quantitatem, de qua in confeſsione fit uerbum, tunc
ſufficit dicta confeſsio per not. per gl. Cyn. & Bar. in l. cū
36 oportet. C. de bonis quæ liber. & facit quia † una præſum
ptio tollit aliam. l. cum de indebito. de proba. l. diuus. de
in integ. reſti. & per hoc ita reſpondit Alex. in ꝯſi. 18. uol.
3. ſed hic ueriſimile hunc donatarium præſtitiſſe ſeruitia
aſſerta per donantem, cum diu ac noctu apud eum per-
manſit eiuſque præceptis obtemperauit, nec unquàm in
eius anguſtijs à latere ſenis deceſsit, ad diuerſaque loca
noīe ipſius ſe cōtulit pluresque alios labores ſuſtulit: ex
quibus ueriſimiliter colligi pōt aſſertionem meritorum
à donante factam ueram eſſe. ¶ Et his tribus concurren-
tibus iurō ſpecificatur. benemeritorum, & ueriſimilitudi
ne aſſerentis res uř abſque ꝯdictione aliqua: quæ alicuius
ponderis ſit procedere, & ex his dico donationem factā
fuiſſe & ualere, non obſtantibus ſupra adductis in ꝯriū.
¶ Et primo non obſtat regula. l. donationes quas paren
37 tes. C. de dona. inter uir. & uxo. quia non † habet locum
qñ donatio eſt iurō firmata: ſm̄ cōem opi. de qua ſupra in
pen. fundamento. Item non habet locum qñ donatio fuit
facta ob benemerita ſpecificata & iurata ut in ultimo fun
damento dixi. ¶ Non obſtat ꝙ in dubio donatio non ꝓ-
38 ſumitur, quia † illud procedit, qñ non adſunt coniecturę
in ꝯrium ut late per oēs in l. quæ dotis. ſolu. matri. in l. cū
quid. ſi cer. peta. & inter alias coniecturas cōſideratur rō
ſanguinis, longum interuallum, conſcientia, & patientia
& diſpō, ſeu adminiſtratio, & alienatio donatarij ſciente
dño, quæ in hoc caſu interuenere, ut ſupra deduxi. præte
rea ex uerbis ipſis, & clauſulis appoſitis in inſtrō manife-
ſte colligitur donandi animus & uolūtas, igiť regula. l. cū
de indebito. non habet locū in hoc caſu, cum ſit fundata
in coniectura generali, & à ſpeciali tollať: ut ibi per Bar.
¶ Tertiò non obſt. uerbum aſsignauit non ſignare trāſla
tionem dominij neceſſario, quia rōne adiuncti ſignať. l.
aſſignare. de uerb. ſignifi. & dixi in primo fundamento,
non repeto. ¶ Quartò non obſt. in dubio aſsignationem
patris iudicandam eſſe conceſsionem in peculium, non
aūt donationem, quia non procedit qñ adeſt uerbum de
dit, & alia uerba quæ non conueniunt aſsignationi in pe
culium, ut uerbum in perpetuum, poteſtas alienandi, obli
gatio de non reuocando, & de non ꝯueniendo, & alia de
quibus ſupra in fundamentis adductis, quæ non repeto:
nam fundamentum illud & obiectio procedit in dubio,
39 & dubium † dr̄ illud quod æqualiter ad utranque partē
ſe habere pōt: ut not. in l. in ambiguo. de rebus dub. & in
rub. ſed hæc aſsignatio pp uerba repugnantia conceſsio
ni in peculium non ſolum æqualiter ſe habere pōt ad do
nationem & peculij conceſsionem, ſed ei penitus refragā
tur, ita ꝙ non ſumus in dubio: & ꝯñr illæ doctrinę non ꝯ-
dicunt huic caſui, immo ceſſante rōne qua nituť in hāc
ſnīam quam firmauimus inclinare uidentur. ¶ Ad quin-
tum & ſeptimū fundamentū quod concernit ſtatuti for-
mam & diſpoſitionem ſatis reſponſum apparet ex his ꝙ
diximus in ultimo fundamento concluſionis noſtrę, de-
monſtrando ex uerbis ſtatuti duplici ex capite ad caſum
noſtrū porrigi nō poſſe, nec in eo locum ſibi uendicare.

¶ Ad

40 ¶ Ad ſextum reſpõdetur.† l.ſancimus.C.de dona.requirentem inſinuationem donationis non habere locum in donatione ob cãm:ut late ibi ponitur:& in l. iuriſgentiũ. §.quinimmo.de pac.& in l.frater à fratre.de cõdi.indeb. ubi repetentes allegant quamplura cõſilia & doctrinas, ſed hic donatio fuit facta pp benemerita,& ſic ob cãm,er
41 go nihil ad hunc caſum. ¶ Secundò † non habet locum d.l.ſancimus.in donatione iurata : ut ibi not.& in c.cum contingat.de iureiur.& in l.ſi quis pro eo.de fideiuſ.& in d.l.frater à fratre.de condic.indebi.ubi mod.atteſtantur iſtam cõem eſſe, itaque aliter non inſiſto,cum iam mihi vr̃ pluſquàm expediebat locutum fuiſſe, præſertim cũ ſuperioribus menſibus in hac cã aliquid ſcripſeram,ſed ut dominis arbitris, quorum nonnulli fuerunt mei ſcholares deditiſsimi ſatisfacerem,itaque longius q̃ euidentia rei expoſcere uidebatur ipſam explicaui. ¶ Et ex hoc ſeqtur reſolutio ſecundi dubij in quo dubitabat̃ an donans potuerit grauare ipſum cui aſsignauit bona inter uiuos, & hoc fideicommittendo,& per ultimam uoluntatẽ : nã ſi donatio hæc eſt firma & ualida,ut demonſtrauimus,ſequitur eum grauare non potuiſſe,cum regula eſt, qđ poſt
42 † donationem perfectam,non põt ꝯditio nec grauamen ei adijci inuito donatario.l.perfecta donatio.C.de dona. quæ ſub mõ.ubi eſt caſus,& ibi not.Bald.Sali.& oẽs:& in l.ij.C.de reuocan.dona.& facit regula.l.ſicut. de actio.&
43 obli.cum concordan.quæ habet ꝯtus † ex poſtfacto neceſſarios eſſe : itaq; cum in ipſo actu donandi non appoſuit grauamen ex poſtfacto apponere non potuit, & pro hac parte vr̃ tex.in l.Titia Seio.in §.Lucius.de lega.2.ubi
44 † donatio facta filio emancipato ſi inofficioſa fuerit operatur ut emancipatus onere fideicommiſsi grauari poſſit,ergò à ꝯrio ſenſu ſi donatio non fuerit inofficioſa donatarius grauari non potuerit : argumentum aũt à ꝯrio
45 † ſenſu ualidum eſt in iure.l.j.§.huius rei.de offi.eius cui manda.eſt iuriſdi.ut ibi late per oẽs. ad idem allego tex. ſingularem in l.ſequens quęſtio.de leg.2.ubi in reſtitutio
46 ne † fideicommiſsi,non ueniunt bona à teſtatore obuenta ad hæredem ex ꝯtu inter uiuos, ẽt ſi ꝯtus non ualeat niſi morte confirmetur,& hoc not.Bar.& doct. in l.Marcellus.§.quidem liberis.ad Treb.ubi Imol. per eum text. dicit,donata cã mortis per teſtatorem hæredi non uenire in reſtitutione uniuerſalis fideicommiſsi, idque tñ pro nunc non diſcutio,cum ad præſentẽ caſum non ſit neceſſarium,cum actus inter uiuos ualuit, nec neceſſariũ fuit morte confirmari,ſequitur Corne.in d.conſi. 228. col.3. ¶ Accedunt quoque uerba dicti ꝯtus in præcedenti articulo ponderata : quibus manifeſte colligitur nõ ſolum donationem factam fuiſſe,ſed obligationem efficacẽ introductam de ea non reuocanda, ſed obſeruanda & manutenenda ab alijs, & ſic cum ex uerbis ꝯtus ꝯſtat ipſum diſponentem teneri ad obſeruationem, nec in aliquo ꝯuenite poſſe, ſuperuacaneum vr̃ querere, an per fideicommiſſum grauare potuerit,cum lex ꝯtus ſeruãda ſit.l.j. C. de pact.l.legem.C.eo.tit. ¶ Circa tertiũ breuibus me ab
47 ſoluo,qm̃ † licèt de iure cõi ſoror præferatur patruis, tã quàm exiſtens in priori gradu, tñ cum habemus ſtatutũ ſub rub. de ſucceſſ.aſcen.& collater.in §.agnati namque. expreſſe diſponens ſorores perſonæ defunctæ ſuccedere una cum patruis,igitur ſuper eo aliter laborandum eſſe non exiſtimo,dico tñ ipſam ſororem, ultra dotem ſuam uſuras conſequi poſſe dictę dotis non ſolutę:iuxta tñ declarationem.cap.ſalubriter.de uſur.ut ibi per doc.& per Aret.in §.fuerat.inſtitu.de actio.& Bald.nouel.in trac.de dote.nec põt dici per legatum dotis uero debito,ſeu quãtitati debitę per legantem derogatum fuiſſe, ſeu animo compenſandi factum fuiſſe,cum in teſtõ hoc non dicatur & quantitas eſt difformis,& debitum fuit uoluntarium,
48 quibus concurrentibus † docto. uidentur ſentire utrunque deberi,nec compenſationem induci:ad plene not. in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ſoluto.matri.in l.j.§.ſciendum. de rei uxo.actio.in auth.ꝑterea.C.unde uir & uxo.nec in his inſiſto,cũ partes uident̃ ꝯcordes : ut mihi retulerunt. ¶ Quo ad ultimũ uerba nõ facio, cũ clariſsimi iuris eſt
49 filios † primi gradus grauatos per fideicõmiſſum ſub ꝯditione duas quartas detrahere poſſe. & ad libitũ de eis diſponere,ſ.legitimã & Trebellianicã:ut not.per Alex. & oẽs in l.in rõne.§.ꝙ uulgo.ad leg.Fal. in l.marcellus. ad Treb.in c.Raynutius.de teſta.Et ex his uidentur reſoluta dubia principalia ſecũdo loco ad me in Galliã trãſmiſſa.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſubſtituo,eſt commune.*
2 *Subſtitutio in dubio interpretatur ut ſit directa.*
3 *Subſtitutio cenſetur facta in caſum qui æqualiter conueniat omnibus ſubſtitutis.*
4 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariam, ẽt ſi ſubſtituti per reciprocam fuerint grauati poſt eorum mortem per fideicommiſſum hæreditatem alteri reſtituere.*
5 *Verba hæc,ut perpetuo bona remaneant in familia,prolata per modum rationis ſolent importare fideicommiſſum.*
6 *Subſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam, quando ex aliquibus uerbis teſtamenti poteſt apparere teſtatorem uoluiſſe inducere fideicommiſſum.*
7 *Præſumptio quæ habet uerba cenſeri capta à teſtõre in potiori ſignificatu,tollitur per aliam inſurgentem ex uerbis teſtamẽti.*
8 *Præſumptio generalis tollitur per particularem.*
9 *Fideicommiſſum ex coniecturis inducitur.*
10 *Clauſula codicillaris operatur ut ſub ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria contineatur.*
11 *Clauſula codicillaris non poteſt operari ubi deficit uoluntas teſtatoris.*
12 *Clauſula acceſſoria non ampliat diſpoſitionem,ſed tm̃ confirmat.*
13 *Reſponſio & impugnatio noua authoris ad rões Dec.in l.præcibus.C.de impub.per quas uolebat,per clauſulam codicillarẽ, ſub reciproca ſubſtitutione non induci fideicommiſſariam.*
14 *Verba ſubſtitutionis generaliter prolata,generaliter intelliguntur quatenus illorum proprietas patitur.*
15 *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt impropriè ſubſtitutio, habita ratione ad directam.*
16 *Clauſulæ acceſſoriæ poſſunt declarare mentem diſponentis.*
17 *Teſtamentum & codicillus differunt.*
18 *Declaratio facilius admittitur,quàm noua diſpoſitio inducatur.*
19 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariam quãdo eſt ſimpliciter prolata,ſecus autem quando eſt iuncta cum compendioſa.*
20 *Verba hæc,& poſt eorũ mortem tota hæreditas perueniat &c. inducũt tacitam ſubſtitutionem per fideicommiſſum.*
21 *Quod author admittit,etiam ſi non adeſſent illa uerba,omnia bona,uel ſimilia, ſed adeſſent aliquæ coniecturæ ultra ſubſtitutionem factam ultimo morienti.*
22 *Declaratio & intelligentia ad.l.iam hoc iure.ff.de uulga.& pupil.l.in teſtamento.C.de mili.teſta.*
24 *Reſponſio debet intelligi ſecundum interrogationem.*
23 *Leges ſecundum naturam rubricæ interpretari debent.*
25 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariam, niſi ex cõiecturis contrarium colligatur.*

RESPONSVM VIII.

¶ An filij hæredes inſtituti,& inuicẽ ſubſtituti,per hęc uerba,inuicem ſubſtituo, poſsint inſtituere extraneum non ſolum in ſua legitima & Trebellianica,ſed in tota parte ſibi à patre obuenta,& an cl'a codicillaris operetur ut ſub reciproca ſubſtõne, contineatur fideicommiſſaria.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Illuſtris comes Antonius antiquus đ Fliſco ſuos filios hæredes vl'es inſtituit,& eos inuicẽ ſubſtituit per hæc uerba,inuicem ſubſtituo, deinde maior mortuus eſt ſine filijs,inſtituto extraneo hærede:ut late ꝯtinet̃ in caſu mihi porrecto, ex quo principl'r quærit̃ an potuerit inſtituere extraneũ nõ ſolum in ſua legitima & Trebellianica, ſed in tota parte ſibi à patre ſuo obuẽta ita ꝙ ꝑcedens ſubſtõ impedimento ſibi non fuerit, & prima fronte uidebat̃ potuiſſe. ¶ Et primo quia illa uerba,
1 uos inuicẽ ſubſtituo:ex quo † ſunt cõia:ut not.in l.centurio.

rio.de uulg.& pupil.& in l.precibus. C.eo.licèt de ꝓprie
tate ꝯueniant fideicommiſſariæ ſicut directæ.Itē ꝯueniūt
perſonis & filijs grauatis qui poterant grauari ſeu onera
ri.l.ab eo.C.de fideicō.cum ꝯcordau.nihilominus dicen
2 dum eſt ꝯtinere tm̄ directā ſubſtitutionem,cū † in dubio
ſit interpretatio quod ſubſtō ſit directa.c. ſi pater.de te-
ſta.in 6.& plene not.in l.centurio.de uulg. & pupi.& pro
iſta parte eſt caſus in l.in teſtō.de mili.teſta. & in l.iā hoc
iure.de uulg.& pupil.ponderando illa iura ultra Bart.nā
3 † dicunt ſubſtōnē cenſeri factam in caſum qui æqualiter
ꝯuenit oībus ſubſtitutis, & nullum uerbum faciunt de fi
deicommiſſaria,& ſolū ponunt de uulgari,ergo nō eſt ue
riſimile ſi fideicōmiſſaria locū habere poſſet, ꝙ de ea nō
feciſſent uerbum:præſertim cum ꝯſiderent uoluntatē te-
ſtōris ↄ̃ regulas iuris & ex priuilegio, & ſic irregulare ,&
regulare omiſiſſent,quod non eſt ueriſimile,& tanq̄ defe
ctiui authores illarum legū redargui potuiſſent : qđ non
eſt dicendū,& cum hæc opi.ſit cōis:non obſtante q̄cquid
dixerit Bald.in l.humanitatis.in 12.col. C. de impube.&
alijs ſubſti.eam non cōprobo alijs medijs:nā eā tenuerūt
Cyn.& antiqui in l.precibus.in materia reciprocæ. C.eo.
Sali.Pau.de Caſt.& cōiter mod.in l.in teſtō.C. de milita.
teſta.Imo.& Canoniſt.in c.Ray.de teſt.Are.in l. ſi plures.
de uulg.& pupil.&Ang.de Are.in §.pen.in ul.col.inſtitu.
de uulg.ſubſti.Bar.& cōiter doct.in l.Lucius.de uulga.&
pup.l.in 13.q.ubi Iaſ.dicit hāc opi. eſſe ueram & cōem &
neminem ab ea diſcrepare , & eā cōprobo in fortioribus
terminis,ex his quę uoluit Pau.de Caſt.in ꝯſi.355.Sic con
tingit.col.ij.in antiqua impreſsione..ubi uoluit recipro-
4 cam † ſubſtōnem non ꝯtinere fideicommiſſariā,ēt ſi ſub-
ſtituti per reciprocam fuerunt grauati poſt eorum mor-
tem per fideicommiſſum hæreditatem alteri reſtituere.&
per iſta quilibet primo aſpectu determinaret præfatum
comitē non fuiſſe grauatū,& de bonis ſuis in totū teſta-
ri potuiſſe.¶ Maturius tn̄ ꝯſiderans determino ↄ̃rium,&
hoc primo vr̄ probari ex uerbis illis poſitis in teſtō ut ꝑ-
5 petuo bona maneant in familia:nā hæc uerba† prolata ꝑ
modum rōnis,ſolent per ſe importare fideicōmiſſum:ad
abundanter tradita in l.qui Romæ.in §.cohæredes.đ uer
bo.obli.per Bar.Are.Alex.Soci.Iaſ.& cōiter oēs per Bar.
in l.pater filium.§.pater fundum.de leg.3.per Pau.de Ca
ſtr.in ꝯſi.232.Viſis& ꝯſideratis.col.5.per Ioan.de Ana.in
ꝯſi.47.Illud p̄ſupponit.& alibi ſæpe.& Aret. & plures alij
tenent quod inducat fideicōmiſſum ſimplex.per hæc uer
ba in d.§.cohæredes.de cuius dicti ueritate nunc nō di-
ſcutio,cum plures habeant ↄ̃dictores:ut per Dec.in cōſi.
218.col.pen.& 287. & 377. & aliàs dixi. in hoc tn̄ uident
conueniri ꝙ inducitur fideicōmiſſum ſaltem in caſu alie
nationis uel aliquo mō,mētem fideicommittere uolētis
oſtendunt,at ubi ex aliquibus uerbis poſitis in teſtō præ
cedentibus uel ſequentib.poſsit apparere mētem teſtōris
fuiſſe circa fideicommiſsi diſpōnem,ſeu de fideicōmiſſ ,
teſtatorem ipſum aliquo mō ꝯſideraſſe eo caſu ſub reci-
proca continetur fideicommiſſaria,& ratio pōt eſſe,quia
6 † ſequentia declarant præcedentia & eↄ̃.l.ſi ſeruus pluriū
7 de leg.j.& qm̄ † illa præſumptio quod uerba capiatur in
ſenſu directo tanq̄ in potiori ſignificatu : d. c. ſi pater.de
teſta.in 6.alia præſumptione particulari ex uerbis teſta-
menti ſurgente tolli debet,cum illa ſit gn̄alis, & à parti-
8 culari † præſumptione tollit̄ gn̄alis.l. diuus.de in integr.
reſti.ubi Bar.& l.cum de indebito.de proba. & qm̄ fidei-
9 commiſſum † ꝯiecturis inducit̄.l.cum uirum.l. uolunta-
tis.C.de fideicō.l.cum proponebat̄. de legatis. ij. & præ-
ſertim cum ille ꝯiecturæ ex uerbis teſtamenti inſurgunt:
ut per Soci.& alios mode.in l.hæredes mei. §.cum ita.ad
Treb.ſed hæc ꝯiectura inſurgit ex teſtō in caſu iſto , ergo
&c.& ita in terminis,licèt hæc ita non ꝯſiderauerit,reſpō
dit Bened.Capra in ꝯſi.7.in col.fi. ¶ Secundò comproba
10 tur ꝑ p clām codicillarem in teſtō appoſitam:nā illa † ope
ratur quod reciproca contineat fideicommiſſariam : ſm̄
Raph.Fulgo.Pau.de Caſt.& Corne. in l. ſi frater. C.de fi-
deicom.& Soci.in ꝯſi.6.In præſenti conſultatione. col. 2.
li.iij.ſequuntur mod.repetentes do. Galiaula in l. centu-
rio.col.55.de uulg.& pupil.ſed hic adeſt clā codicillaris
ergo dicendum eſt ſub reciproca contineri fideicommiſ-
ſariam,& ꝯñr dictum comitem grauatum fuiſſe per fidei
commiſſum,& in totum in bonis hæredem extraneum in
ſtituere non potuiſſe,nec prędictis obſtare vr̄ authoritas
Decij, in l.precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtitu. col.
11.ubi firmat opi.ↄ̃riam,& mouetur his rōnibus,quia in
reciproca non continetur fideicommiſſaria ex uoluntate
11 teſtōris qui non cogitauit de fideicōmiſſaria:& † clā co-
dicillaris non pōt operari ubi deficit uoluntas:ut uoluit
Bal.in ꝯſi.319.Quidam Nicolaus.col.fi.lib.5. ut not.oēs
in l.j.de iure codi.quo ad iſtud ut clā codicillaris non ha
beat locum ubi deficit uoluntas. & in l.eam quam. C. de
fideicō. Item quia clā codicillaris eſt acceſſoria & reſpi-
12 cit executionem eorum quæ teſtōr diſpoſuit:igitur † nō
debet ampliare diſpōnem, ſed corroborare,& confirma-
re:ut proprium eſt clauſulæ acceſſoriæ.cle.j. in fi. de p̄bē.
Auto.& Imol.& alij,per illum tex.in c.qūo de off. deleg.
ut late per eum in d. l. precib. & idē uoluit ipſemet Dec.
per eaſdem rōnes in uulg.in ꝯſi.205.& 291. quibus rōni-
bus non reperio reſponſum,nec à Galiaula , nec ab alijs,
13 igitur rn̄deo,& dico breuiloquam † ex uerborum ꝓprie
tate aptam eſſe comprehendere fideicommiſſariam , ſed
ex ꝯiectura quæ habet uerba potius interpretari directa
q̄ obliqua,ut dixi ſupra,ideo reſtringitur ad fideicōmiſ-
ſariam,non eſt igitur ſi dicamus clām codicillarem con-
tinere fideicommiſſariam ↄ̃ uoluntatem teſtōris, ſeu ubi
nō adeſt uoluntas teſtōris,ſed eſt ↄ̃ coniecturam quæ in-
ſurgit ex regula gn̄ali uerba in dubio capi directa,&ideo
reſtringi debere,immo eſt ſm̄ uerborum proprietatem,
cum uerbum ſubſtō,ſit cōe,operatur igitur hæc clā codi
14 cillaris coniecturam:ut uerba † ſubſtōnis gn̄aliter prola
ta gn̄aliter intelligantur, quatenus proprietas uerbi pa-
titur quòd eſſe debet.l.de pretio.de public.l.j.§.gn̄aliter
15 de leg.præſtan.& licèt † ſubſtō fideicommiſſaria ſit im-
proprie ſubſtō habita rōne ad directam:ut not.in rubri.
de uulga.& pupil.ubi dixi de ueritate, nihilominus cum
uerbum ſubſtituo ſit cōe:ut per oēs in l. centurio.de uul
ga.& pupil.& in l.precibus. C.de impub.& alijs ſubſti.ꝓ
prie comprehendit ſubſtōnem fideicommiſſariam , ſicut
directam , cum aliàs non eſſet cōe ſi magis ſe haberet ad
directam q̄ ad fideicōmiſſariam,& in hoc apparet de fal-
lacia quamplurium doct. ut dixi in d. rub. & in l.centu-
rio.dando intelligentiam ad. c. ſi pater.de teſtamē.in 6.
iſtud igitur debet poſſe operari, cum non ſit niſi tollere
unam coniecturam,& proprietati uerborū inhęrere, nec
in hoc caſu opi.illa quæ habet clām codicillarē nō ope-
rari ubi non adeſt uoluntas loquitur, cū hic adſit ex uer-
borum proprietate,licèt ſit reſtricta à ꝯiectura capiendi
uerba directe,quæ debet poſſe ab alia coniectura ſurgen-
te à clā codicillari tolli,tanquam ſpecialiori, & magis ꝓ
prietate uerborum ingerente, ſed loquuntur eo caſu quo,
uerba non ſe habent aliquo mō ad illud quod per clām
codicillarem introduceretur,& ex hoc tollitur ēt ſecun-
da rō de clā acceſſoria,quæ ſolum habet ꝯfirmare & non
ampliare,ſeu inducere,qm̄ magis continet quandam de
clarationem uoluntatis ut intelligatur ſm̄ uoluntatem
ex gn̄alitate uerborum inſurgente,ita quod magis conti
net declarationem ut uoluntas non reſtringatur quàm
16 quod extendatur,uel de nouo inducatur,& clauſula † ac
ceſſoria pōt declarare mentem diſponentis : ut not.in l.
& qa.de iuriſ.omn.iudi.& in l.qui Romæ.§. duo fratres.
in illa.q.an per clauſulas generales acceſſorias intelliga-
tur renunciatum fideicommiſſo:ubi Are.& Iaſ.& quam-
plures alij non ſolū admittunt eas clauſulas operari poſ-
ſe declarationem,ſed in aliquibus caſibus nouam diſpoſi
tionem & renunciationem,quod hoc caſu magis admit-
to,cum clā codicillaris, non vr̄ oīno & abſolute acceſſo-
ria ad præſentem diſpōnem expreſſam,cum eam non cō-
firmet & corroboret ſimpliciter prout eſt de natura clau
ſulæ acceſſoriæ, ſed ipſam tranſſubſtātiat in aliam diſpo
ſitionem , ſeu aliam diſpoſitionem in defectum expreſſę
diſpoſitionis continet, cum aliud ſint codicilli, & aliud
17 † teſtamentum.l.ſi idem.C.de codicil.& nota.in l.nō co-
dicillum.C.de teſtamen.ita quod Dec. ponderando na-
turam

turam clauſulæ acceſſoriæ non bene conſiderauit naturã clauſulæ codicillaris,immo dico cum hæc cła eſt potens ad tranſſubſtantiandam diſpõnem expreſſam, ſeu introducendam nouam diſpõnem abſque difficultate admittendam fore diſpõnem præcedentem declarare poſſe, cũ
18 facilius declaratio † admittatur quàm noua diſpõ inducatur.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ubi per oẽs abundanter de teſta. idque facillime admittendũ puro in hoc caſu ubi ultra clauſulam codicillarẽ relatam ad reciprocam ſubſtõnem adſunt aliæ coniecturæ ex uerbis diſpoſitionis ſurgentes quæ denotant fideicommiſſum, ut dixi in præcedenti fundõ ponderando illa uerba in perpetuũ &c. & in hoc caſu qñ ultra cłam codicillarem adſunt alia uerba denotantia fideicommiſſum non loquuntur Dec, & Bal.in conſi.319.allegatus per eum, & ita caſui nr̃o nõ aduerſantur & ſi uera dicerent. ¶ Corroboratur ex his q̃ uolunt Barto.Alex.Iaſ.& cõiter oẽs in d.l.Lucius.de uul. & pupil.col.pen.& in l.ij.per illum tex. C. de impuber.&
19 alijs ſubſti.ubi uolunt ideo breuiloquam † non continere fideicommiſſariam qñ eſt ſimpliciter prolata,quia nullum tractũ tpis expreſſum habet, ideo debet intelligi de præſenti,& non in fideicommiſſaria quæ eſt de futuro,ſecus eſt qm̃ eſt iuncta cum compendioſa,quia ex quo tractum tpis eo caſu continet fideicommiſſariam comprehendit,ſequitur Ang.in conſi.151.Bal.in cõſi.55.Ad euidentiam.in uerſi.5.lib.4.Aret.in ꝯſi.37.& ipſemet Dec.in d.l.precibus.ſentit & expreſſe firmat in ꝯſi.118. in 2.parte.ſed in caſu nr̃o apparet per cłam codicillarem diſpoſitionem & ſubſtõnem reciprocam habere tractum tpis in futurum,cũ dicatur ſi non ualet uel ualebit,ergo expreſſe conſtat ex mente oĩum hanc ſubſtõnem reciprocã uti tractum tpis habentem comprehendere fideicommiſſariam,& not. uerba Dec. in d. ꝯſi. 205.& conſi.291.qui vr̃ ponderare uerba clauſulæ codicillaris uti præſens tẽpus reſpicientia,& ita format caſum licẽt rõnes ſint gñales allegatę per ipſum de quibus non eſt multum curandum, præſertim per ea quæ diximus.¶ Vltimò cõprobat̃ iſtud ex illis uerbis appoſitis in teſtõ ibi, & poſt eorum mortẽ
20 tota hæreditas perueniat &c.nam † per hæc uerba uidentur tacite ſubſtituti per fideicommiſſum, cũ ſubſtitutio ultimo morienti cenſeẽ facta,ita quod uidentur duo gradus ſubſtõnis introducti,unus tacitus inter illos,& alius expreſſus,ſm̃ Pau.de Ca.in l.pe.C. de impub.& alijs ſubſti.qui dicit ſe ita conſuluiſſe in cã ſibi tranſmiſſa ex ciuitate Bononiæ,& de hoc dicit eſſe tex.fin.in l.Titia Seio.§. Seia libertis. de leg. ij. & multa dicit ut per eum,q̃ ita cõſuluit in ꝯſi.352.Duo uidenda ſunt.ſequitur Alexã. in l.ſi pater impuberes.cum aliquali diſtinctione.ff. de uulg.& pupil.& licẽt multi ꝯdicant:ut Ang.& Imol.in d. l.ſi pater impuberes.& idem Pau.de Caſtr. ſibi ꝯrius:& Iaſ.in l. põt.de uulg.& pupil.& per mod.in l.pen.C. de impuber. & alijs ſubſti.& dicunt ſolum ius legitimarum hęreditatum ꝯſeruatum fuiſſe ab inteſtato,nihilominus oẽs ꝯueniunt in hoc quod ubi teſtõr dixit in tota hæreditate,uel tota hæreditas deueniat &c. uel in oĩbus bonis ſubſtõnẽ inter illos eſſe introductam:ut per dictos doc.in locis p̃alle.& per Ang.Imol.& Alex.in l.paterfamilias.§.fin.per illum tex.cum gl.ad leg.Falci.Pet.de Anch.in conſi. 120. inci.Pro clariori deciſiõne.Alex.ꝯſi.91.Ponderatis his.in j.uol.& rõ eſt,quia niſi inter illos eſſet facta ſuſtõ fideicõmiſſaria tota hęreditas non potuiſſet peruenire ad ſubſtitutum ultimo morienti,& ſic non eſſet ſatisfactnm menti defuncti, & ita intelligunt caſum in d.§. Seia libertis.
21 quod ẽt † ego admitterem, & ſi non adeſſent illa uerba oĩa bona,uel ſimilia, ſed adeſſent ultra ſubſtõnem factã ultimo morienti aliquæ coniecturæ : ut in caſu nr̃o ſuperius demonſtraui,tum ex clauſula codicillari, tum ẽt ex uerbo in perpetuum,& alijs ponderatis in primo fundõ, ergo quanto fortius in hoc caſu in quo adeſt ultra prædictas coniecturas,& gñalitatem & proprietatem uerborũ ſubſtitutionis ſe habentium ad fideicommiſſariam adſit uerbũ tota hæreditas,habemus fateri introductam fuiſſe fideicommiſſariam ſubſtõnem,& ſub reciproca ſubſtõ ne eam comprehendi, ſm̃ cões & ueras declarationes & opiniones:ita ꝙ in proprijs terminis oĩbus ſupra deductis ſimul conſideratis non habemus ꝯdictorem alicuius ponderis in ꝯrium allegatum.nec forſan dominus iudex reperiet ꝯrium dicentem,ſed quamplures alios non allegatos,tam non impreſſos q̃ impreſſos facile reperire poterit,& præſertim inter mod.ætatis noſtræ excellentiſsimum utriuſque iuris doc.do.Io. de Cãpegio ſuo tempore maxime authoritatis in oĩbus fere ſtudijs Italię in quibus interpretatus eſt, qui in fortioribus terminis conſuluit & allegat quamplures.& inter cæteros Are. in conſi. 37.in 5.col.& conſiderat aliquas coniecturas ut per eum: & ponit poſtea aliũ articulũ, an filia ſupſtes tpe breuiloque faciat deficere fideicommiſſariam comprehenſam in ea,de quo articulo non facio uerbum, nec quid cenſeam determino, cum in præſenti caſu non fui de eo requiſitus:allegationibus tñ noſtris præfatum conſilium, cum non ſit impreſſum adiungi mandaui ꝑ rõnes ac uiri authoritatem,præſertim cum illud approbarunt plures ex cellẽtiſsimi ac famoſiſs.doct.præſertim do. Vlpianus de Ianis Bonon.do.Anto.de Burgos,do.Io.Crot.de Monte ferrato uiri percelebres ut eorum monumẽta impreſſa teſtantur.¶ Nec obſtant adducta in ꝯrium.Et primo text. in l.in teſtõ.& in l.iam hoc iure.ſupra per me ponderati,
22 qm̃ † in l.iam hoc iure.non agebatur de fideicommiſſaria,ſed de pupillari,& dubium erat an pupillus comprehenderetur,& circa hoc capit reſpõſum, & diſpõ legis:ut apparet ex caſus propoſitione & ẽt ex reſponſione, quæ
23 † debet intelligi ſm̃ interrogationem.§.pręterea.inſti.de inuti.ſtipu.l.ſi defenſor §. qui interrogatus. de interrog.
24 actio.& ẽt ex natura rub. ſm̃ † quam leges debent interpretari.l.imperatores.de in diem addi. per Alex. & alios in l.j.ſi cer.peta.patet ibi de uulg.& pupil. & ſic non tractatur de fideicommiſſaria,nimirum ſi non dr̃ ſub ea cõprehendi,cum ad materiam nõ faciebat:& eiſdem modis excepto hoc ultimo reſpondetur ad.l.in teſtõ.de mili. teſta.cui ẽt dicere potes:ut ſæpe dicunt doc.eſſe legem codicis,& ꝯñr reſponſum ad contingentiam facti & ſm̃ ipſum interpretari,& ita ibi de facto non agebatur de fidei commiſſaria,nimirum ſi de ea non ſit uerbũ.¶ Nec obſt. Imperatorem conſiderare caſum irregularẽ, quia ille reſpiciebat facti contingentiam,& directas ſubſtitutiones de quibus agebatur:conueniebat quoque perſonæ diſponentis, cum erat miles, & non eſt incongruum in milite conſiderare aliqñ ex uoluntate ſubſtõnem militarem, licẽt illa ſit irregularis.¶ Nec obſt.cõis ſnĩa, quia non ꝓ
25 cedit,dum uult ſub † reciproca fideicommiſſariam non contineri,qñ ex coniecturis colligitur ꝯrium:ut hic probauimus ſm̃ docto.ſupra allegatos , & in hoc cõis opin. cõiter limitatur,& ita ẽt reſpondetur ad ꝯſi.Pau. de Caſt. ſupra in ꝯrium citatum:nam in caſu ſuo non aderant ꝯiecturæ ſupra conſideratæ, non repeto. ¶ Præterea illud conſi.Pau.de Caſt.magnam habet difficultatem, ut aliàs dixi : ſed nunc non diſcutio, cum ad præſentem caſum non ſit neceſſarium,& ſatis ex diuerſitate terminorum & caſuum,& ex ſuperius conſideratis colligitur reſponſio, ideo non inſiſto. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio breuiloqua eſt,quando in una conceptione uerborum plures hincinde ſubſtituuntur.*

2 *Subſtitutio breuiloqua de per ſe facta, ſiue uerbis directis, ſiue communibus : item ſiue perſonis paribus ſiue imparibus nunquam continet fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*

3 *Subſtitutio uulgaris ſtatim expirat adita hæreditate.*

4 *Subſtitutio fideicommiſſaria à patre filijs ſimpliciter iniuncta exſpirat per ſuperexiſtentiam liberorum.*

5 *Diſpoſitio.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.habet etiam locum in legatis & fideicommiſsis particularibus .*

6 *Item in filijs ad quos hæreditas uel certa portio deueniſſet iure fideicommiſsi uniuerſalis de quo reſtituendo ſunt grauati poſt mortem.*

Verba

7 *Verba hæc, cum facultate & omnimoda poteſtate, important omnimodam poteſtatem, & non limitatam uel reſtrictam.*

8 *Legata quæ fiunt pauperibus, in dubio uidentur eſſe relicta ad pias cauſas.*

9 *Datum conſanguineo uel amico, non dicitur ad pias cauſas, etiā ſi hoc fuiſſet expreſſum.*

10 *Legatum factum conſanguineo pauperi, dr̄ ad pias cauſas.*

11 *Statutum ſi adſit quod minor non poſsit legare niſi pro anima, minor matri inopi legare non impeditur.*

12 *Filius in legitima grauari non poteſt, ſed debet habere illam præcipuam, & liberam ab omni onere.*

13 *Trebellianica eſt quarta pars reſidui bonorum detracta legitima, & illa non uenit in fideicommiſſaria ſubſtitutione.*

14 *Subſtitutio fideicommiſſaria, ſeu reſtitutio fienda eius uigore nō comprehendit omnia melioramenta facta per grauatum in bonis ſubiectis reſtitutioni.*

15 *Fructus percepti pendente conditione fideicommiſsi, non computantur in melioramētis factis per grauatum in bonis ſubiectis reſtitutioni.*

16 *Melioramenta facta per grauatum in bonis ſubiectis reſtōni, debent æſtimari ſecundum ualorem temporis quo fit reſtitutio.*

17 *Hæres grauatus onere fideicommiſsi expenſas quas fecit in litigando pro manutenendis iuribus hæreditatis de fideicommiſſo detrahere poteſt.*

18 *Bona omnia quæ ex teſtamento prouenerunt ad hæredem grauatum, poſt eius mortem ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi exceptis Trebellianica melioramentis, fructibus, & expenſis factis in litigando pro hæreditate.*

19 *Bona quæ uigore tranſactionis interpoſitæ ſuper fideicommiſſo, frater ſubſtitutus habuit à fratre cohærede, ſuccedūt loco eius quod iure fideicommiſsi potuiſſet ſibi deberi in portione fratris cohæredis, deducta legitima & Trebellianica.*

20 *Item illa bona ueniunt in reſtitutione fideicommiſsi.*

21 *Subſtitutio breuiloqua continet fideicommiſſariam, quando conſtat ita fuiſſe de mente teſtatoris.*

22 *Subſtitutio facta perſonis imparibus, licèt de ſui natura, non contineat, niſi uulgarem, tamen ſi appareat ita fuiſſe de mente teſtatoris comprehendit etiam pupillarem.*

23 *Fideicommiſſum eſt onus.*

24 *Fideicommiſſum, conditio appellatur.*

25 *Teſtator poteſt prohibere ne bona ſubiecta reſtitutioni occaſione dotis alienari poſsint.*

26 *Diſpoſitio. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. habet locum quando pater filio ſubſtituit nulla facta mentione liberorum ab eo procreandorum, aliàs ſecus.*

27 *Conditio ſi ſine liberis, non ſubintelligitur, & ſic diſpoſitio l. cum acutiſsimi, ceſſat, quando pater ſubſtituit filio quem liberos habere ſciebat.*

28 *Hæres grauatus, poteſt relinquere pro anima ſua de bonis ſubiectis reſtitutioni, non tamen in totum, quando non habet alia bona, aliàs ſecus.*

29 *Legatum factum diuiti pro anima non dicitur ad pias cauſas.*

30 *Legare diuiti ſecundum ſuam conditionem, pro anima, nō eſt piæ relinquere, ſed eſt fruſtra donare.*

31 *Legatum factum fratri uel ſorori pro anima, non dicitur pium relictum, nec ſtatur illi aſſertioni.*

32 *Teſtatoris aſſertio non poteſt immutare ueritatem.*

33 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, pendente conditione poſſunt dici hæredis.*

34 *Teſtator in dubio uidetur potius uoluiſſe uti iure communi quàm ſpeciali.*

RESPONSVM IX.

¶ An ſub reciproca ſubſtōne contineatur fideicommiſſaria, & an filia ſuperſtes tp̄e breuiloquæ, faciat deficere fideicōmiſſariam in ea comprehenſam, & quid ueniat in fideicommiſſaria ſubſtitutione.

IN Chriſti nomine, amen. ¶ Viſo teſtō Pedrochi de Roſeno, & uiſo quodam inſtr̄o tranſactionis al's initę inter Thomā olim dicti Pedrochi ex parte una & Herculem ualentis filij dicti Pedrochi ex alia, necnon uiſo teſtō. d. Thomæ, dubium ur̄ eſſe, an. d. Thomas potuerit teſtari ꝓut teſtatus eſt de bonis eiſdem relictis in teſtō. d. Pedrochi eius patris, & quid uel quātum potuerit diſponere de dictis bonis. & prima facie, uidereť dicendum ꝙ libere diſponere potuerit prout diſpoſuit, quia in teſtō. d. quōdam Pedrochi ſubſtitutio facta fuit per hæc uerba, & prædictos Pelegrinum, Valentem, & Thomam antedictos ad inuicē ſubſtituit tam in dictis bonis legatis. d. Thomæ. quàm in dictis oībus bonis in quibus dictus Pelegrinus & Valentes fuerunt, & ſunt hæredes inſtituti, quæ ſubſtitutio abſque dubio fuit breuiloqua, ut patet ex eius diffinitione: quia
1 breuiloqua ſubſtitutio † eſt qn̄ in una cōceptione uerborum plures hincinde ſubſtituuntur, ſm̄ Bart. & doct. in l. Lucius. in ij. quæſt. princip. ff. de uulga. & pupilla. unde ſuccedit cōis & uera regula quòd ſubſtitio breuiloqua facta de per ſe abſque compendioſa, ſiue ſit facta uerbis directis ſiue cōibus: item ſiue facta ſit perſonis paribus ſiue imparibus, nunquàm continet ſub ſe, niſi directas ſubſtitutiones, uidelicet uulgarem pupillarem & exemplariā. fideicommiſſariam aūt ſubſtōnem, nūquàm breuiloqua ſola ſub ſe continet, ſaluo, niſi cum ſubſtitutione breuiloqua eſſet iuncta compendioſa, quia eſſet adiectum uerbū importans tractum temporis, uel uerbum commemoratiuum mortis, puta quia teſtōr dixiſſet, qn̄cunq; alter ueſtrum deceſſerit ſine liberis alterum ſubſtituo, tunc enim ꝑꝑ compendioſam contineret fideicommiſſaria ſubſtitutio, eo quia mortis commemoratio facti ut uideať ſubſtitutio collata poſt aditam hæreditatem, & ſic cenſeať fi-
2 deicommiſsaria: iſta eſt cōis doctr. docto. & ꝙ † breuiloqua ſola non contineat in ſe fideicommiſsariam ſubſtōnem eſt tex. in l. iam hoc iure. in uerſi. uulgarem dūtaxat ff. de uulg. & pupil. & eſt tex. in l. ij. & ibi Bar. multum cōmendat dicens ſe ita conſuluiſse. C. de impuberi. & alijs ſubſti. & ibi per ſcrib. Dyn. & Bar. in l. cōplures. ff. de uulg. & pupil. & in l. Lucius. in 3. & pen. q. eod. tit. & in repe. l. ſi arrogator. in pen. col. ff. de adop. & in l. centurio. in pen. char. de uulg. & pupil. Cyn. Gui. & antiqui in l. precibus. in materia breuiloquæ. C. de impub. Bald. in l. in teſtō. in 3. qō. C. de teſta. militum. immo in c. Raynutius. de teſta. unde ex prædictis ſequitur, quod cum in iſto caſu ſit breuiloqua ſubſtō, & ſit facta ſimpliciter abſque compēdioſa, quod nullo mō continet fideicommiſſariam ſubſtōnē
3 ſed uulgarem tm̄, quæ † expirauit ſtatim adita hæreditate per. d. Thomam. l. poſt aditam. C. de impuber. ergo remanſit ab oī ſubſtōne, & per ꝯn̄s teſtari potuit pro libito uoluntatis ſuæ: argu. l. j. C. de ſacroſanctis eccle. facit qđ uoluit domi. Alex. in conſi. 387. in 3. col. ¶ Secundò pro eadem parte facit, quia poſito ꝙ aliquo mō dici poſſet in illa ſubſtōne contineri fideicommiſſariam, tn̄ illa non ur̄ habere locum ex quo. d. Thomas deceſsit cum filia ſu-
4 perſtite, quæ † ex ſubtili ingenio Papiniani facit deficere ſubſtōnem fideicommiſſariam: ut. l. cum auus. ff. de condi. & demonſt. & l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum aūt. C. de inſti. & ſubſti. ſub condictio. factis. ¶ Nec obſt. ſi diceretur ꝙ. d. Thomas non fuit inſtitutus hæres uniuerſalis in quota, ſed in certis rebus particulatibus, quia fruſtratoria eſt hodie iſta diſputatio q̄ deciſa eſt per tex. in d. §. cum aūt. ubi Imperator extendit
5 dictum Papiniani † ad legata & fideicommiſſa particula
6 ria, immo ēt locum † habere in filijs ad quos hæreditas uel certa portio deueniſſet iure fideicommiſsi uniuerſalis de quo reſtituendo ſūnt grauati poſt mortem. ita Pet. de Ancha. in conſi. 420. incip. Quod ſupra conſultum. & prædicta locum habent ēt qn̄ alter ex filijs teſtatoris eſt grauatus reſtituere alteri filio prout fuit in caſu noſtro: ut eſt text. apertus in dicta l. cum auus. & uolunt Bald. & Salic. in d. l. cum acutiſsimi. & repe. in d. l. cum auus.

¶ Tertiò pro hac eadem parte adducitur, quia caſu quo ſuperius dicta nō militarēt adhuc ur̄ poſſe defendi teſtm̄ d. Thomæ. ex quo in teſtō prædicti Pedrochi in quo facta fuit ſubſtitutio de qua ſupra, fuit adiecta talis cl'a, cum hac tn̄ facultate, & libera poteſtate, quod quilibet ipſorū poſsit & ualeat in ultima ſua uoluntate diſponere & legare ꝓ aīa ipſorū & cuiuſlibet ipſorū, qcquid eis & cuilibet ipſorum

ipſorum uidebitur & placuerit, ſed. d. Thomas inſtituit
uxorem ſuam pauperculam exiſtentem ſine dote, & filiã
ſuam pupillam amore Dei, & pro anima ipſius Thomæ,
ergo vr̃ hoc facere potuiſſe, quia in dicta clauſula dicitur
7 cum hac facultate & libera poteſtate, quę † uerba impor
tant omnimodam poteſtatem & non limitatam uel reſtri
ctam, alias non eſſet libera. l. fideicommiſſaria libertas. ff.
de fideicom. liberta. l. 1. ff. de teſtam. mil. l. etiam. §. 1. ff. de
bonis libert. l. procurator cui libera. ff. de procura. p Bar.
in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. in 4. col. in verſic. quæro
quid eſt hoc dicum liberam poteſtatem Bart. in extraua.
ad reprimen. in verſi. uidebitur. per mod. in l. ſi ſic. ff. de le
ga. j. facit etiam quia d. teſtator in d. clauſula uſus eſt uer
bis uniuerſalibus, quicquid. ergo intelligit̃ data poteſtas
diſponẽdi vniuerſaliter, & per dictam clauſulam apparet
qđ. d. teſtator voluit derogare ſubſtitutioni quam prius
fecerat, cui ſubſtitutioni voluit eſſe locũ qñ per aliquem
dictorum filiorum non fuiſſet aliter diſpoſitum ad pias
8 cauſas, alſ ſecus: prout fuit in caſu nr̃o: nam † omne quod
relinquitur pauperi vr̃ in dubio eſſe relictum ad pias cãs.
l. ſi quis ad declinandam. circa fi. C. de epi. & cleri. 86. diſ.
non ſatis. in ſeq. not. Spe. in tit. de inſtru. edi. §. nunc uero
aliqua. uerſi. & ſcias. lo. 2. ubi enumerat quæ dicantur reli
cta ad pias cauſas, & plus dicit Bal. in l. 1. C. de ſacroſan.
9 eccle. ꝙ licẽt gl. in l. illud. eo. tit. uelit qđ illud † qđ donat̃
conſanguineo uel amico non dicatur dari ad pias cauſas
etiam ſi fuiſſet hoc expreſſum quod pietatis cauſa daba-
10 tur, tamen illud fallit, niſi † talis cõſanguineus eſſet pau-
per, ad hoc alleg. glo. quam reputat ſingularem in c. 1. de
ſepul. idem uoluit Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de in-
ſtru. edit. in §. nunc uero aliqua. in addi. incip. ad iſtã. vbi
refert fuiſſe diſputatũ per Guido de Suza. ꝙ ſi ſtatuto ca-
11 uebatur † qđ minor 18. annis non poſsit legare niſi pro
aĩa, & minor legauit matri ſuę centũ dicens ſe legare pro
anima: dubitatum fuit an ualeret tanq̃ legatũ pium & fa
ctum pro anima, & arguit ad partes, poſtea concludit di-
ſtingnendum eſſe, aut mater eſt pauper, & dicitur legatũ
pium, per d. l. ſi quis ad declinandam, ſecus ſi non eſt pau
per: per nota. in d. l. illud. facit quod vult Bal. in aut. ſimi-
liter. C. ad leg. Fulc. & do. Alex. in conſi. ſuo 605. Viſo the-
mate. & in conſi. ſeq. in hac hæſitatione.

¶His tamen non obſtantibus puto in pñti caſu aliter
eſſe dicendum, & primo decidam caſus magis claros, &
minus dubitabiles: deinde ſubijciam, quid iuris circa ea
quæ dicta ſunt ſupra, & non utar multiloquio, quia ueri-
tas conſiſtit in paucis.

¶Et primo dico qđ præſuppoſita ſubſtitutione fideicõ-
miſſaria, de quo tñ infra dicetur, in ea non cõprehendere
12 tur legima. d. Thomæ, cũ in ea non poterit † grauari, ſed
debet hr̃e illam præcipuam & liberam ab omni onere: vt
plene hr̃ in l. omnimodo. & in l. qm̃ in prioribus. & in l. ex
tribus. C. de inoffi. teſt. & nota. in l. 1. §. fi. & in l. cohęre-
di. §. cum filiæ. de vulg. & pup. pęr Cyn. & Bal. in l. cum vi
rum. C. de fideicõ. & in l. cum patronus. de lega. 2. & iõ de
tali ſua legitima quæ eſt tertia pars bonorum ſibi relicto
rum teſtari & diſponere potuit pro libito uoluntatis ſuę
etiam non ad pias cauſas: vt in dictis locis habetur.

13 ¶Scđo in † dicta ſubſtitutione fideicõmiſſaria nõ uenit
Trebellianica quæ eſt quarta pars reſidui bonorũ detra-
cta legitima: iuxta nota. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff.
ad leg. Falc. & in l. filium quem habentem. C. fam. ercif. &
per Cano. in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de teſta.

14 ¶Tertio in † dicta ſubſtitutione fideicõmiſſaria, ſeu in re
ſtitutione fienda eius uigore non ueniunt melioramenta
omnia facta p dictũ grauatum in dictis bonis ſubiectis re
ſtitutioni per nota. plene in l. domos. cum ſeq. ff. de leg. 1.
& in l. ſed qd ſi ędificauerit. ff. de vſufru. & in dictis melio
15 ramentis † non cõputãtur fructus percepti pendente cõ-
ditione fideicõmiſsi, per gl. quã ibi Bald. & Ang. not. in l.
emptor. ff. de rei uend. & doct. in d. l. domos. eſt bene uerũ
qđ talia melioramenta non ſunt ęſtimãda ſm ualorẽ tẽ-
poris quo facta fueruut, ſed ſm ualorẽ temporis quo fit
16 reſtitutio, & † de talibus melioramentis ipſe grauatus pt̃
diſponere. conſuluit Alex. in conſ. ſuo 123. inci. Diſcuſsis
hæſitationibus. in fi. ad quod faciũt plene no. p Feli. in c.
cũ cãm. col. x. de re iudi. ubi ẽt tractat de intellectu gl. in
17 d. l. emptor. eodem † modo ſi ipſe hæres grauatus feciſ-
ſet multas expenſas in litigando pro manutenendis iuri
bus. d. hæreditatis uel partis ſuæ talis expẽſa foret detra
henda de fideicõmiſſo, & non cõpenſanda cum fructibus
annorũ ſupradictorũ, pro quo facit allegans conſi. Bald.
cclv. tertiæ partis, incipiens, ad euidentiam. qđ aliter non
proſequor, quia nõ ſumus in caſu. extra prædicta, oĩa bo
18 na quæ † puenerunt ad d. Thomam ex teſtõ. d. Pedrochi
ueniunt in reſtitutione fideicõmiſsi poſt eius mortẽ. l. 1.
& l. in fideicõmiſſaria. ff. ad Treb. & l. iubemus. cũ ibi no.
C. e. ti. & in locis ſupra allegatis, in tm̃ quod ẽt illud qđ
d. Thomas conſecutus fuit uigore tranſactionis factæ ſu-
per portione Peregrini q̃ ex ſubſtõne fideicõmiſſaria pro
parte ſpectabat ad. d. Thomã nunc ueniunt reſtituẽda. d.
19 Valenti ultimo & dictis fratrib. ſuperſtiti, quia illud † qđ
habuit. d. Thomas vigore huiuſmodi tranſactionis ſucce
dit loco eius qđ iure fideicõmiſsi potuiſſet ſibi deberi in
portiõe. d. Peregrini deducta ipſius Peregrini legitima &
Trebellia. de qua teſtatus eſt. d. Peregrinus. ita pulchre
decidit Bar. in conſi. ſuo. ccxlv. do. Cato. & rñdetur ad gl.
in l. cum virum. C. de fideicõ. & ad aliqua alia obiecta, ut
ibi p eum: & ideo uoluit do. Alex. in conſi. ſuo. xxv. incip.
Circa primũ dubiũ. col. v. & ſeq. ubi ẽt vult ꝙ in tali ſub-
ſtitutione ueniunt omnia p̃legata ẽt à cohærede recepta,
20 & ꝙ in reſtitutione † fideicommiſsi ueniat ẽt illa pars
q̃ iure fideicõmiſsi obuenit. d. Thomæ, vł illud qđ habuit
uigore trãſactionis factæ ſup portione Peregrini primo
decedentis probatur in l. hæredes mei. §. cũ ita. & ibi no.
Bar. ff. ad ſenatuſconſul. Treb. & in l. ſcæuola. & ibi Bar. &
doct. & in l. marcellus. §. quidam liberis. eod. tit. & Ange.
& plene Imo. in l. ita tm̃. §. qui ſuſpectum. eo. tit. per Aug.
in d. l. cũ uirum. & per Barto. in l. ſi Titius. iun. glo. fi. ff. de
leg. 3. & do. Alex. in conſ. ſuo. 208. Viſo teſtõ. col. v. & Ro.
conſi. 18. incip. Viſa facti narratione. in uerſi. una tm̃ ca-
dit hic. & hæc omnia procedunt tenendo quod in ſubſtõ-
ne breuiloqua, de qua in teſtamento. d. Pedrochi cõtineat̃
fideicommiſſaria prout teneo contineri, non obſtantib.
allegatis in ꝯ̃rium quibus rñdeo. ¶Et primo non ob. qđ
ſubſtitutio breuiloqua facta ſimpliciter abſque compen-
21 dioſa nullo modo ꝯtinet fideicõmiſſaria &c. quia † illud
eſt uerum, niſi conſtet de mẽte teſtatoris ꝙ uoluerit in ta
li ſubſtitutione breuiloqua ſeu reciproca ẽt ſimplr̃ facta
contineri fideicõmiſſariam: quia tũc in ea comprehendi-
tur, & continetur ipſa fideicommiſſaria ſubſtitutio, pro-
batur per tex. ſubtiliter intellectũ in l. recuſare. §. Titius.
ff. ad Trebel. plene declarat Imo. in repe. c. Raynutius. in
25. char. in materia reciprocę de teſt. & in l. Lucius. in pe.
col. de vul. & pup. & conſuluit do. Fran. de Are. in cõſi. 37.
22 in v. col. ſicut in ſimili videmus qđ licet ſubſtitutio † fa-
cta pſonis imparibus non cõtineat de ſui natura, niſi vul
garem. l. quãuis. & ibi not. C. de impub. tamẽ ſi aliter fuiſ
ſet de mẽte teſtatoris comprehendit ẽt pupillarem: ut eſt
tex. & ibi p Bal. Ang. & Pau. de Ca. in l. in teſtõ. la. 1. C. de
teſ. mil. qđ aũt in caſu nr̃o fuerit de mẽte dicti teſtatoris,
qđ in dicta ſubſtõne breuiloqua ſeu reciproca ꝯtineret̃ fi
deicõmiſſaria ſubſtitutio pꝫ: primo ibi dũ dicit. Itẽ iure
inſtõnis & legati & p legima, & portione debita iure na
turę reliqt idẽ teſtor Thomæ eius filio infraſcripta bona
res & iura ꝯditionalr̃, ut infra cũ ꝯditionib. & grauami-
nib. infraſcriptis. q̃ uerba pprie demõſtrant ſubſtõnẽ fi-
23 deicõmiſſariã, q̃ pprie eſt † onus ſiue grauamẽ: ut l. cohę
24 redi. §. cũ filię. de vul. & pup. Itẽ † fideicõmiſsũ appellat̃
ꝯditio. l. j. C. de pac. & ibi no. Bar. in q. in qua habuit ꝯſule
re: ut ibi p eũ, & in l. ſi qs ſeruũ. ff. de le. 2. facit. l. in ꝯditio-
nib. primũ locũ. ff. de ꝯd. & dem. cũ ſimilib. ¶Scđo pbat̃
p illã clauſulã, cũ hac tñ facultate & c. q̃ intelligit̃ poſt adi
tã hr̃ditatẽ: & nõ fuiſſet neceſſaria talis clauſula niſi uo-
luiſſet ꝯprehendi ſubſtõnem fideicõmiſſariã. nã p aditio
nẽ expiraſſet vulgaris ſubſtõ: & iõ potuiſſet diſponere de
d. bonis, ſiue in piã cãm & p anima ipſius, ſiue in q̃cũq;
aliã cãm. ¶Tertio hoc idẽ pbat̃ ex alia cl̃a ibi, iubens &
mandans. d. teſtator ꝙ p̃dicti Peregrinus & Valẽtes caſu

quo denenient ad diuiſionem.d.bonorũ,ſiue hęreditatis,
& ſic poſt aditam hæreditatem non poſsint nec ualeant
de.d.bonis cõibus ſic vt ſupra eis relictis extrahere dotes
25 uxorum ſuarũ.rõ per quas voluit teſtator † derogare di
ſpoſitioni.aut.res quæ.C.cõmu.de leg.cũ ibi no. p doct.
quæ omnia ſuperfluo fuiſſent adiecta ſi in d.ſubſtõne bre
uiloqua,ſeu reciproca,cõprehenſa fuiſſet ſubſtitutio vul-
garis ſola:q̃ expirat per aditionẽ hæreditatis . ut dictum
eſt:ergo ex mente dicti teſtatoris,& ex uerbis teſtamenti,
colligitur ꝙ uoluit in tali ſubſtitutione cõprehendi fidei
cõmiſſariam.Et hanc interpretationem fecerũt,& appro-
bauerunt.d.hæredes, uidelicet Thomas & Valentes poſt
mortẽ Peregrini, ut patet ex tranſactione inter eos inita
ſuper hęreditate,d.Peregrini,qui in eius teſtõ inſtituerat.
d.Valentem ſibi hæredem vniuerſalẽ:ſed.d.Thomas pete
bat portionem ſibi contingentẽ occaſione fideicõmiſsi
ꝯprehenſi in.d.ſubſtõnę breuiloqua:& tam occaſione ta-
lis fideicõmiſsi q̃ ẽt dotis maternę deuenerũt ad d.trãſa-
ctionẽ:unde minime mutãda ſunt &c.l.minime.de legib.
& ſic concludo ꝙ in d. ſubſtõne breuiloqua ſeu recipro-
ca in caſu noſtro cõtinetur ſubſtitutio fidcicommiſſaria:
& ideo procedunt omnia ea quę ſupra dixi. ¶ Non obſt.
adducta in ſecũdo fundamẽto primæ partis dũ dr̃ ꝙ ex
quo.d. Thomas deceſsit ſuperſtite filia legitima & natu-
rali illa facit deficere ſeu euaneſcere ſubſtitutionem fidei
commiſſariam in qua ſubintelligitur tacita conditio ſi fi
lius grauatus deceſſerit ſine filijs &c.qa rñdeo præmittẽ
26 do ꝙ d.l.cũ auus.& l.cũ acutiſsimi.loquũtur in † caſu in
quo pr̃ filio ſuo ſubſtituit nulla liberorũ ex eo procrean-
dorum adiectione hăbita: tunc enim euaneſcit ſubſtitu-
tio,ſi is qui ſubſtitutione regrauatus eſt parens efficitur,
& liberos ſuſtulerit:qm̃ non eſt uerisimile parentem,ſi de
nepotibus cogitaſſet talem feciſſe ſubſtitutionẽ.hæc ſunt
formalia verba Imperatoris ita interpretantis & declarã
tis præmiſſam Papiniani ſententiã in l.gñraliter. in §. cũ
autem.C. de inſti. & ſubſt. & ſic apparet determinationi.
d.l.cum auus.& l.cum acutiſsimi.locum fore, cum parẽs
27 filio ſubſtituit nulla filiorũ filij facta adiectione: † ſecus
aũt ſi ſciebat filiũ hr̃e filios prout fuit in caſu nr̃o, in quo
dictus teſtator ſubſtituens Thomæ ſciebat eũ habere. d.fi
liã : tunc cum certum ſit ꝙ parens ſubſtituens potuit de
tali nepte cogitare quã ſciebat ſe hr̃e cum filio ſubſtituit,
eius mentione non facta, ꝯñs eſt ut non intelligatur ip-
ſa euacuare ſubſtitutionem ex diſpoſitione illarum legũ,
fundantium ſe in uerisimilitudine, quæ eſt ꝙ parens talẽ
ſubſtitutionem filio non feciſſet,ſi de nepte cogitaſſet: in
certis.n.non certis locus eſt uerisimilitudinibus & conie
cturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.in dicto er-
go.§.cũ autẽ. eſt caſus huius quęſtionis : quia p dictũ.§.
determinatio Papiniani reſtringitur ad caſum quo pa-
rens ſubſtituens filio verisimilr̃ non cogitauit de liberis
ex eo naſcituris:unde cum in caſu noſtro cogitauerit: qa
in eodem teſtõ in quo fecit dicta ſubſtitutionẽ Thomę:re
liquit filię dicti Thomæ libras.ccc.pro ſuo maritare.Nec
eſt dubiũ ꝙ ſi dictus teſtator uoluiſſet filiã dicti Thomæ
euacuare ſubſtitutionẽ eidem Thomę factam ſciuiſſet ita
eam nominare ad euacuationem ſubſtitutionis, ſicut no
minauit ad pceptionẽ dicti legati : ergo pſumptio eſt qđ
per exiſtentiam talis neptis noluerit dictã ſubſtitutionẽ
exinaniri.arg.l. 1. §.ſin autem ad deficientis. C. de cadu.
tollen.& ita in terminis determinat Rom. in cõſilio ſuo.
370.incip.in propoſita cõſultatione.& moder. Seneñ. in
repe.l.cũ auus.in.46.col.& in lj.col.in fin. ubi poſt multa
idẽ ꝯcludunt, & iſta pars ſemp eſt uiſa mihi uerior, & ma
xime in caſu nr̃o, attẽtis alijs circũſtãtijs de qbus ſupra.
¶ Nõ obſtant ea q̃ dixi in tertio fundamẽto primæ par-
tis de illa clauſula,cũ hac tñ facultatę & libera poteſtate
&c. qa rñdeo primo qđ non ſumus in caſu in quo dicta
clauſula poſsit locũ hr̃e: quia cum dictus Thomas hr̃et le
gitimam ſuam & Trebellianicam, & amplũ patrimoniũ
a ſe quæſitũ: & in duplo plus q̃ bona relicta ſub fideicom
miſſo in d.teſtõ, ſi uolebat relinquere ad pias cãs & p aĩa
ſua debebat relinquere de ſuo nõ de alieno, ſ.fideicomiſ-
ſarij.iuxta illud:honora Deũ de tua ſubſtãtia, nõ de alie-
no. ¶ Secũdò rñdeo ꝙ ver.d.Thomas non habuiſſet alia
28 bona † tũc potuiſſet relinquere pro anima ſua de dictis
bonis ſubiacẽtibus fideicõmiſſo, non tñ in totũ prout fe
cit,ſed arbitrio boni uiri ciuili modo,& ſm ꝯſuetudinem
prout important illa uerba,videbit̃ & placuerit:iuxta no
tata per doct.in l.ſi ſic.ff.de leg.1.& in l.1.C. de ſacroſan.
eccl.non exinaniendo totum fideicõmiſſum.argu. not.in
l.Titius.ff.ad Treb.& in auth.ꝫ rogatus.C.eo. tit.non eñ
eſt uerisimile ꝙ teſtator per dictã clauſulã uoluerit corri
gere & tollere ſubſtitutionẽ iam factam, quam ẽt poſtea
comprobauit & augmentauit in ver.iubens & mandans.
arg.l.nã ad ea.ff.de ꝯd.& demõ.& l.q iure.ff. de teſt. mili.
voluit.n. teſtator moderari in dicto caſu ſubſtõnem à ſe
factã nõ ptinere.arg.c.cũ dilecti.de acc.cũ ſimilib. ¶ Ter
tiò rñdeo qđ attẽto,vt dixi,ꝙ dictus Thomas habebat le
gitimam ſuã & Trebellianicam,& alia bona p eũ quæſita
in qbus inſtituit uxorẽ & filiã ſibi hæredes, ita qđ ex eis
poſſunt ſufficiẽter viuere nõ pñt dici pauperes, nec eis re
lictum fuiſſe ad piã cauſam, uel pro anima ipſius Thomæ
cũ diminutione dicti fideicõmiſsi,& ſic non ſumus in ca
ſu de quo ſentit teſtator p dictã clauſulã,cũ hac tñ facul-
tate &c.Et pro hoc facit qđ uoluit Bar.in l.1.C.de ſacro-
29 ſan.ecc.in 6.col.in uerſ.q̃ro † qđ ſi relinquit̃ homini diui
ti.& Bal,ibidẽ.in 7.q.ubi dicũt,aut eſt diues ſm ꝯditionẽ
30 ſuę pſonæ,& † legare ſibi p aĩa nõ eſt pie relinquere, ſed
eſt fruſtra donare & pdere.1.q.2.c.paſtor. & c. non ſatis.
86.diſ. Et iõ pie datur quatenus agenti dat̃:ſed quatenus
daret ſupra prout fuit in caſu nr̃o, hæc nõ eſſet pietas nec
uirtus.& dicit gl.& ibi Bal.in l.illud.C.de ſacroſan.eccl.
31 qđ ſi † relinquatur fratri uel uxori & dr̃ pro aĩa, qđ nõ eſt
piũ relictũ,nec ſtatur illi aſſertioni.Facit ad hoc gl.in l.ſi
don.C.de donationib.& iõ eſt multũ conſiderandũ an cã
pietatis congruat pſonæ,& nõ excedat.& facit qđ uoluit
idẽ Bal.in auth.ſimilr̃.C.ad legẽ Fal. ubi loquit̃ qñ relinq
tur pro anima ei q nõ eſt pauper uel ad ditãdũ nõ ad ſub
32 ueniẽdũ: qa tunc nõ piũ uel pro aĩa: & aſſertio † teſtato-
ris nõ põt mutare ueritatẽ: iuxta notata in l.ſi forte. ff.de
caſtr.pecu.Facit qđ uoluit do. Cardinalis in c.tua.de teſ.
& Bar.in l.p diuerſas.C.mand.& Ang.in l.ẽt.§.j.ff.de ma
numiſſ.vindic. ¶ Quartò rñdeo qđ ſi uerba teſtamẽti di
cti Thomæ ſtant prout mihi eſt oſtenſum,ex illis nõ appa
ret qđ dictus Thomas in teſtando uoluerit vti illa faculta
te uel arbitrio eidẽ ꝯceſsis dicto teſtõ Pedrochi eius pa-
tris: qa de tali facultate ſibi cõceſſa nullã facit mẽtionẽ,
nec dicit ſe diſponere p anima ipſius,ſed ſolũ reliqt dñæ
Catarinę eius uxori uſumfructũ bonorũ patrimonialium
ipſius teſtatoris: qđ põt intelligi reſpectu ſuæ legitimæ &
Trebellianicæ: & in oĩbus alijs ſuis bonis mobilibus & i-
mobilibus dñam Ludouicã ipſius teſtatoris filiã, & non-
nullos eius filios, ſ.dictæ dñę Ludouicæ ſpãliter nomina-
tos ſibi hr̃des uniuerſales inſtituit : qđ intelligo factũ de
bonis proprijs ipſius Thomæ prout inferunt illa uerba in
oĩbus alijs ſuis bonis. non autẽ de bonis ſubiacentibus fi
33 deicõmiſſo, † quæ bona licẽt pendente ꝯditione poſsint
dici hæredis pp ſpem deficientis ꝯditionis:ut l.fi. §. fi.C.
eo.de leg. tñ ſecus vr̃ in caſu nr̃o in quo dictus Thomas ꝯ
ferebat illũ actum inſtitutionis hr̃dis poſt eius mortẽ.ca.
cũ Marthę.de celebra.miſſ.quo tpe illa bona erant futura
34 ipſius fideicõmiſſarij:& iõ de illis non vr̃ ſenſiſſe: † qa vr̃
potius teſtatus iure cõi q̃ iure ſpãli uigore. d. facultatis.
arg.no.in l.quæcunque.C.de teſt.mil.maxime: qa non ex
preſsit illas qualitates amore dei uel pro anima:& qa nõ
erãt in caſu in quo poſſet diſponere de dictis bonis ſubia
cẽtibus fideicõmiſſo uel reſtitutioni,attentis his q̃ dixi ſ̃:
Ex his oĩbus remanet firma & clara concluſio quã.ſ̃.feci.

¶ Et ita dico, & conſulo ego Ioãnes Cãpeius Bononieñ.
V.I.doctor, in quorũ fidẽ me propria manu ſubſcripſi, &
ſolito ſigillo ſigillaui, ſaluo ſemper ſaniori conſilio.

¶ Qm̃ ſubſcribẽtes nõ multa allegare ꝯſueuerũt:ut Baldi
vtar uerbis in ꝯſ.495.inci.Viſo ſupraſcripto pũcto,maxi-
me cũ authoritas dñi ꝯſultoris hoc ſuadet,q̃ oĩo ẽ magni
faciẽda: vt ẽ tex.iũ.his p Bal.i l.ad exhibẽdũ.C.ad exhibẽ
dum.

dum.& facit tex.in l.diui fratres.ff.de iure patr.& in l.labeo.verſi.cęterũ.ff.de ſupellecti.legata. Idcirco ego Vulpianus legũ doctor quondã eximij iuris vtriuſque doctoris dñi Ioannis de Zanis in almo patrię meæ Bononieñ. Gymnaſio iura ciuilia legens idem iuris eſſe affirmo ut ſupra, fretus tum authoritate. tum ualidiſsimi fundamentis clariſsimi domini conſulentis.Et in præmiſſorum fidẽ atque robur, hic me manu propria ſubſcripſi, conſueti ſigilli impreſsione ſignaui,ſaniori conſilio ſemꝑ ſaluo &c.

¶Et ita ut ſapientiſsime more ſolito conſultum, & deciſum eſt ꝑ dñm conſulentẽ pceptorẽ meũ honorandũ, dico eſſe iuris & conſulo ego Antonius de Burgos. I. V.doctor iura canonica in iſto gymnaſio Italorum ſtudio Bononieñ.ordinarie leges.Et in fidem quorum de ſola ſubſcriptione rogatus,hic ꝓpria manu me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſignaui, ſaluo ſemper alterius conſilio. Laus Deo clementiſsimo &c.

¶Et ita ut ſupra per iſtos excellentiſsimos doctores eleganter fuit concluſum dico & cõſulo ego Ioannes de Mõte ferrato I. V.doctor ordinariam iuris ciuilis de ſero legens in almo Bononienſi ſtudio, in cuius fidem propria manu me ſubſcripſi de ſola ſubſcriptione requiſitus, ac ſolito muniui ſigillo ſaluo ſemper ſaniori conſilio &c.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per coniecturas ſufficit in his quæ ſunt difficilis probationis.*
2 *Lex generaliter loquens,intelligitur generaliter, etiam ſi maior ratio ſit in uno caſu quàm in alio & correctorijs & odioſis.*
3 *Iurandi facultas conceſſa à lege,tranſit ad hæredem.*
4 *Probationes leuiores admittuntur coram arbitratore.*
5 *Diuiſio,& tranſactio inter fratres,non inducit remiſsionem eorum quæ dolo malo diuiſa non ſunt.*
6 *Lex,ſi quando.C.unde ui. habet locum inter fratres ſubripientes.*
7 *L.ſi quando.C.unde ui.ut habeat locum, requiritur liquido probatum fuiſſe.*
8 *Præſumptiones iuris licet ſint apertiſsimæ probationes, tamen non ſufficiunt, ubi requiritur apertiſsima uel liquida probatio à diſpoſitione loquente de probatione.*
9 *Probatio quando exprimitur per modum conditionis non ſufficit per coniecturas, & eius præſumptiones etiam in his quæ ſunt difficilis probationis,& l. ſi quando. C.unde ui.non habet locum.*
10 *L.filium. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. non eſt ſatisfactum, quando ſit mentio de probatione filiationis per modum conditionis.*
11 *Conditio importat formam,& proprie debent adimpleri.*
12 *L.ſi quando.C.unde ui.debet intelligi de uera probatione,& ſtricte interpretari,cum contineat ſpecialia:nam eſt teſtis in cauſa propria,& unico teſti creditur.*
13 *Patri nulla actio competit contra filium ſibi ſubripientem.*
14 *Manus regia hodie remanſit inter patrem & filium.*
15 *Patri competit officium iudicis aduerſus filium.*
16 *Officium iudicis tranſmittitur ad hæredes, fallit in officio iudicis competentis aduerſus filium.*
17 *Libellus in quo uerba principaliter directa ſunt contra partẽ, ſignat actionem,non autem officium iudicis,intentatam fuiſſe.*
18 *Mandatum de agendo non comprehendit officium iudicis.*
19 *Mandati uerba ſunt proprie interpretanda.*
20 *Clauſulæ generales referuntur ad ſpecificata.*
21 *Iuramentum in litem non defertur in his quæ officio iudicis explicantur aduerſus eum,contra quem agitur.*
22 *L.ſi quando.C.unde ui. non habet locum in eo qui conuenitur officio iudicis.*
23 *Coram arbitro ex bono & æquo agitur,& ideo non debet agenti dari iuramentum ueritatis in litem.*
24 *Vni teſti non creditur ſecundum ius diuinum.*
25 *Iuramentum in litem ueritatis defertur in odium delinquentis.*
26 *Arbitrator puram & meram æquitatem habet conſiderare.*
27 *Iuramentum in litem deferendum eſt in iudicio.*
28 *Arbitrator nulla ſeruata forma iudicij habet procedere, nec coram eõ dicitur iudicium uel quaſi.*
29 *Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur coram arbitratore,ſecus coram arbitris ſecundum Iaſ.*
30 *Iaſonis opinio reprobatur.*
31 *L.1.de arbit.declaratur aliter quàm per doctores.*
32 *Equiparatio intelligitur in caſibus regularibus, niſi ſit dictio in omnibus uel per omnia.*
33 *Probatio per iuramentum eſt irregularis.*
34 *Verbum oportet,denotat neceſsitatem.*
35 *Clauſula annullatiua importat formam.*
36 *Iuramentum ueritatis non tranſit ad hæredem niſi ad bene informatum.*
37 *Argumentum à communiter accidentibus ualet.*

RESPONSVM X.

¶An deferatur iuramentum in litem coram arbitratore, & in caſu.l.ſi quando.C.unde ui.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi cã maximi ſit momẽti,& ſit inter illuſtres ac nobiles dños Carolũ Venetorũ ducẽ, & Galeotũ ac alios fratres de nobiliſsima familia dominorũ de Malateſta paucis agam, cũ res corã peritiſsimo ac iuſtiſsimo iudice agatur,& ueritas in paucis conſiſtit. ¶Et vr̃ prima facie,ꝙ iuramentum ueritatis ſit deferendum,cum ſaltem furtum ſit probatum per coniecturas,& ſemiplenam probationẽ,vt cõſtat in proceſſu:quo
1 caſu in his † quæ ſunt difficilis probationis, dr̃ ſufficienter & legitime probatũ:iuxta notata ꝑ Bart. Imo. in l. in illa ſtipulatione ſi Calendis.de ver.obl.Bal.in c. per tuas. extra de ꝓbationib.& ꝑ Alex.in conſ.146. Viſo themate. in uol.6.& in cõſi.189.In cã & lite.in 3.col. uol. eod. & ꝑ Bar.in l.ſi qs ex argentarijs.§.au uero.de eden.ꝑ Spec. in tit.de furt.in fi. Et facta probatione legitime in caſu iſto ꝑ ſupradicta ſumus in caſu.l.ſi qñ.C.vñ ui.& in l. in actionibus.de in litẽ iurãdo. q̃ leges loquuntur generaliter &
2 ꝑ modũ regulæ,ergo † gñral'r ſunt intelligendę.l.1.§.gñraliter.de leg.præſtan. immo & ſi maior rõ ſit in vno caſu q̃ in alio.l.1.§.qđ autẽ.de aleatori.& habet locũ in odioſis.l.in lege.de teſtamẽtis.& in correctorijs.gl. in c.ꝙ chriſtianos.de hære.in 6.ꝑ Alexandrũ in auth.ex teſtõ. de collationib. C. ergo habet locũ iſtud nõ ſolum corã iudice, ſed ẽt coram arbitratore.Et habet locũ etiam in hærede,
3 cũ † poteſtas iurandi ꝯceſſa à lege, tranſeat ad hæredẽ:vt per Paulũ de Caſtr.Bal.Roma.& Alex.in l.pe.§.quod autem.ff.ne quis eũ qui in ius voc.eſt vi exi. & pſertim iſtud debet eſſe hic, quia res agitur corã arbitratore corã quo
4 † leuiores probationes admittuntur.c.quintauallis.de iureiur.cum concordantibus.& ſuadetur illud,quia agitur
5 inter fratres, qui etiã & ſi ſe diuiſerint, & † tranſegerint, non videntur remittere iſta,q̃ dolo malo ablata ſunt, & illa non obſtante tranſa.petere põt.l.tres fratres.de pact.
6 cum ibi notatis. Et quod in caſu noſtro. l. ſi † qñ habeat locum, & iuramentum in litem, inter fratres hoc modo bona patris ſubripientes,conſuluit Petr.de Anc. in conſi. 286.Ex prædicta facti narratione,ubi &c.¶Maturius uero conſiderando vr̃ dicendũ quod nullo modo iuramen
7 tum ſit deferendum: & primo quia † tunc defertur poſtq̃ probatum eſt liquido.l.ſi qñ.C.unde vi.iun.glo.& ibi no-
8 tant Sali. Iaſ.& omnes: † & licèt aliàs præſumptiones iuris ſint apertiſsimę ꝓbationes.l.ſi quis locuples.de manu miſſ.teſt.tñ qñ ſit mentio de probatione cũ hac qualitate apertiſsima,uel liquida,non venit probatio per coniecturas,vel iuris præſumptiones, quę aliàs ſolent uenire: ſm Ioan.And.Dominic.& alios in c.1.de exce.in 6. ¶Scđò põdero textũ in d.l. ſi qñ. qui text. loquitr̃ de ꝓbatione ꝑ modũ ꝯditionis,ibi,ſi patefacta erit. nã dictio ſi, denotat
9 ꝯditionẽ:vt ꝑ Bar.in l.1. de ꝯdi.& demon. quo caſu † qñ ꝓbatio nominatur ꝑ modũ ꝯditionis: ꝓbatio ꝑ coniecturas,& ꝑ iuris pſumptiones, ẽt in his q̃ ſunt difficilis probationis & aliter probari non poſſunt, non admittitur. Iſtud probatur in l.Lucius.de cond.& demon. vbi illa cõditio ſi probaris te filium, reputatur impoſsibilis: quia

10 de ꝯcludenti & uera probatione intelligitur: & † nõ ſuffi
cit probatio per coniecturas: de quibus in l. filium. de his
qui ſunt ſui uel alie. iur. & tamen ibi ſumus in materia q̃
non poteſt probari niſi per coniecturas. cap. per tuas. de
probatio. & ita tenet Barto. in d. l. Lucius. & in l. ait præ-
tor. §. ſi iudex. in fi. de re iud. Roma. in rubr. de arbit. col.
7. Bal. in l. in bonę fidei. colum. 6. C. de reb. cred. Alex. in l.
11 licèt imperator. de leg. 1. ubi rationem adducit: qa † con
ditiones debẽt adimpleri propriè. l. qui hæredi. l. Męuius.
de condi. & demonſt. & bene facit, quia conditio impor-
tat formam ſm Bal. in auth. matri & auię. C. quãdo mul.
tute. offic. fungi poteſt. & forma propriè adimpleri debet.
12 l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſact. ¶ Et iſtud uidetur tole
rabile in caſu iſto ꝙ licèt aliàs furtum, uel res quæ de fa-
cili probari non poteſt, probetur per coniecturas, tamen
iſto caſu non probetur per coniecturas, ſcilicet quan-
do illo probato conceditur ꝙ ſtetur dicto partis cum iu-
reiur. quod eſt ſpecialiſsimum. nam ille eſt teſtis in cauſa
propria, contra regulam. l. nullus. de teſti. Item aliàs duo
teſtes requiruntur, vnicus teſtis ſufficit, ꝯ regulam. l. ubi.
de teſtib. ideo eſt rationabile quòd iſto caſu lex non con-
tentetur probatione per coniecturas: quãtum ad effectũ
iuramenti. argu. l. cum qui. de iureiuran. nec allegata in
contrarium loquuntur, quantum ad effectum iuramen-
ti, & ſic nihil faciunt: & iſtud uidetur æquiſsimum & ſi cõ
ditionaliter non loqueretur: ergo multo magis cum lo-
quatur conditionaliter. ¶ Secundo dato & non conceſ-
ſo quod fuerit probatum furtum, dico quod cum furtũ
13 fuerit factum patri, † non ſolum actio furti, ſed nec alia
actio competebat patri. l. patris & filij. de furtis. ibi, nec
actio prodita eſt. & iſtud nõ ſolũ habet locum in actio-
ne furti, ſed in quacunque actione: ſm Bar. in l. frater à
fratre. de cond. indeb. colum. 4. in fin. & ratio, quia actio
inter patrem & filium eſſe non poteſt. l. lis nulla. de iudi.
& quia olim omnia manu regia expediebantur. l. 2. de ori
14 gi. iuris. quæ † hodie remanſit in patre, ut ibi per eum. iõ
non competunt actiones, quæ fuerunt inductæ loco ma-
nus regię: quæ, ut dixi, remanſit in patre. & melius proba
tur iſtud inſtit. de obligatio. quæ ex delic. naſcun. ibi, nec
vlla alia actio inter eos naſci poteſt. & ibi notant Ioan.
Fab. & alij. itaque pars aduerſa nullo modo potuit agere
propria actione: quia nihil fuit ab ipſa ablatum, ſed à pa-
tre: nec etiam actione hæreditaria, nomine patris potuit
agere, cum patri nulla actio competebat, ut diximus.
15 ¶ Et ſi dicatur † patri ſaltem competebat officium iudi-
16 cis: vt notatur in l. congruentius, C. de pat. poteſta. † qđ
tranſmittitur ad hæredes. l. non ſolum. de reſtit. in integ.
reſpondetur ꝙ officium iudicis patri competit conditio-
naliter, ſi pater admonuerit eum, & obtemperare nolue-
rit: quæ conditio non fuit impleta ante mortem patris:
quia ipſum non admonuit, ut præſupponitur in facto: er
go tempore mortis patri non competebat: & per conſe-
quens non potuit tranſmitti ad hæredes. regula. l. nemo
poteſt plus iuris. de regul. iur. l. j. §. his ita. de cad. tollen.
¶ Præterea dato quod cõpeteret officium iudicis hæredi
agenti, dico ꝙ non fuit intentatum. Nam ex libello nul-
17 lum remedium apparet intentatum. ex proceſſu uero † q
iuſtificat libellum apparet actionẽ intentatam, cum uer-
ba principaliter dirigãtur ꝯ partem, & demonſtrant par-
tem eſſe obligatam & teneri: iuxta notata inſtit. de actio.
in prin. & per Bar. & communiter omnes doctores in l. 1.
de iuriſdict. om. iudic. & ſic ineptus eſt libellus, quæ ine-
ptitudo vitiat proceſſum: immo dato ꝙ libellus poſſet ſu
ſtineri, & iuſtificari, ꝙ in eo intentatum eſſet officium iu-
dicis impropriando: iuxta notata in l. ſed ſi poſſeſſori, §.
item ſi iurauero. de iureiurand. tñ dico ꝙ à procuratore
18 domini Caroli non potuit intentari: † quia fuit ſibi man
darum ꝙ intentaret actionem ꝯ dominum Galeotum.
qđ probatur in inſtrõ procuræ, ubi conſtituit ad petendũ
condẽnari dominum Galeotum: quæ verba de proprieta
te ſignificãt actionem, cum dirigantur ad partem per ſu-
19 pradicta: † in mandatis uerba ꝓprijſsime capienda ſunt.
20 l. diligenter. ff. manda. cum ſimil. & clauſulæ † generales
referantur ad ſpecificata. l. ſi de certa. de tranſact. l. fin. §.
idem quæſijt. de condi. indeb. & etiam ſi illa verba poſſent
importare officium iudicis, non tamen debent, cum de-
beant interpretari ꝯ proferentẽ. l. ueteribus. de pactis. cũ
concordantib. de quibus per Decium in l. in ꝯhenda. de
reg. iur. ¶ Tertiò conſidero dato ꝙ officium iudicis com
peteret, & fuerit intentatum à libellante, etiam ex ſpecia-
li mandato domini: tñ dico iuramentum in litem non eſ-
21 ſe deferendum, cum † in his quę veniunt explicanda offi
cio iudicis, non poteſt deferri iuramentum in litem, ꝯ illũ
aduerſus quem agitur: vt eſt tex. in l. argentarius. §. cum
autem. ff. de eden. & ibi notant Ang. & Pau. de Caſt. ubi di
22 cunt ꝙ † materia. l. ſi quando. C. vnde ui. quæ vult quòd
poſsit deferri iuramentum in litem, non habet locum in
eo qui conuenitur officio iudicis. & ita vult Barto. in l. ſi
prius. in 2. q. de noui ope. nun. & eſt cõis opi. ut per Alex.
& doct. ibi: ergo nullo modo iuramentum admittendũ
eſt, cum hic nullo poſsit agi niſi officio iudicis. ¶ Quar-
to conſidero quod hic agitur coram arbitratore, coram
quo huiuſmodi iuramentum nullo modo pacto deferen-
23 dum eſt. Et primo, quia † coram eo ex bono & ęquo agi
tur uel ꝓcedit. l. ſi de meis. §. recepiſſe. de arbi. per Bar. in
l. ſocietatẽ. §. arbitrorum. pro ſocio. per Abb. & doc. in c.
quintauallis. in 4. col. de iureiur. ſed quis iurando in litẽ
ueritatis, eſt teſtis in cauſa propria: quod ſm bonum &
æquum non eſt: immo continet quandam iniquitatẽ: iux
ta not. in l. nullus. de teſti. Item operatur ꝙ creditur uni,
qđ eſt ꝯ bonum & æquum, & contra ius diuinũ: iuxta il-
24 lud, † in ore duorum vel trium ſtet omne uerbum. & de
hoc multa ponit Decius, & moderni, in c. in nomine do-
mini. de teſtib. ergo nullo pacto dicendum eſt quòd corã
arbitratore iuretur in litem veritatis. ¶ Secundò conſide
25 ro † quod iſtud iuramentũ in odiũ delinquentis negan-
tis præſtatur, ut dicunt doct. in d. l. ſi qñ. C. vnde ui. & Iaſ.
26 in repet. l. admonendi. in vlti. char. ff. de iureiur. ſed † àrbi
trator purã & meram æquitatem habet cõſiderare, & eos
cõponere & reducere ad concordiam, non prægrauando
vnum magis q̃ alium: vt in d. c. quintauallis. no. ergo iſta
quæ odio particulari procedunt corã eo non debent ad-
27 mitti. ¶ Tertiò cõſidero ꝙ in iudicio † deferendũ eſt, ſm
Iaſ, & doct. in l. iudiciũ. §. deferre. de in litẽ iurã. ita ꝙ ali-
28 ter deferri non pôt, ut ibi per eos. ſed arbitrator † nulla
ſeruata forma iudicij habet procedere: ſed potius tanquã
amicabilis cõpoſitor extra iudicium. Nã nõ eſt iudiciũ,
nec quaſi iudicium, coram eo: vt dicit Inn. & ſequitur ibi
Abb. in d. c. quintauallis. col. v. de iureiur. & ideo effectus
iudiciorum, non habent effectum ut interruptio inſtan-
tiæ, præſcriptiones & huiuſmodi, vt ibi per Abbatem: er-
29 go nec iſtud iuramentũ. ¶ Quartò conſidero: nam † ſi iu
ramentũ in ſupplementum probationis non admittitur
coram arbitratore: ſm Maria. Soc. in ca. iuramentũ. 2. q.
princip. de iureiu. fortius in caſu noſtro non debet admit
ti: cũ hic ꝓbat plene qđ nulliter eſt probatum, ibi quod ſe
miplene eſt probatum: & licèt Iaſ. uideatur uelle ꝯriũ in l.
admonendi. de iureiur. col. pen. quia loquitur in arbitris
non in arbitratoribus, & non contrariatur quantũ ad ca
ſum noſtrũ. immo ſolũ allegat textum in l. 1. de arbit. ibi,
ad inſtar. qui textus non uendicat ſibi locũ in arbitrato-
re: ſm Abbatẽ, & cõiter doct. in d. c. quintauallis. de iure-
iur. & in inſtit. de actionib. in §. omniũ. in notabil. Immo
30 † dico ꝙ ẽt Iaſ. male dicit in arbitris, qđ plus eſt: & † tũ
31 qa ante legẽ. j. de arbit. non ꝓcedebat argm̃ de arbitris
ad iudices: vt ꝑſupponit ibi tex. argumento notato. in l.
decẽ. de ver. obli. ſ. ꝙ priuatio ꝑſupponit habitũ, & econ-
tra. modo dico ꝙ tex. in d. l. 1. dum facit æquiparationẽ,
32 † debet intelligi in caſibus regularibus, nõ autem in par
ticularibus, cũ nõ ſit dictio in oibus & per omnia, iuxta
33 notata p oẽs doctores in l. j. de leg. j. ſed † iſta ꝓbatio eſt
exorbitãs a reg. iur. cũ nullus ſit teſtis in cã ꝓpria, & dẽt
fieri p teſtes vel inſtrã regular. c. forus. de ver. ſig. & plene
in rubr. de ꝓbationib. ergo licèt ſit facta ęqparatio, nõ eſt fa
cta q̃tũ ad iſtũ caſum particularẽ, cũ non ſit facta in oib.
& p oia. ¶ Vltimò allego textũ, ubi vr caſus in l. uidea-
mus. §. deferre. de in litẽ iurã. ibi, deferre iuſiurãdũ iudi-
34 cẽ oportet. pódera verbũ oportet, qđ † denotat neceſsita
tem.

tem.l.uenditores.de pignori.ergo,&c.& cęterum ſi alius
detulerit, nulla erit religio, ſed arbitrator non eſt iudex
nec quaſi iudex: ut dicit Abb.in d. ca. quintauallis.ergo.
immo pondero ꝙ ibi eſt clauſula annullatiua: quo caſu
35 † datur intelligi illud eſſe de forma: ſ͠m Alexandrum, in
l. de liberis & poſthu.ſed forma non poteſt adimple
ri per æquipollens.l.cum prætor.§.cum hi. de tranſac.cũ
ſimil. ergo non poteſt verificari etiam in arbitro licèt ſit
æquiparatus iudici. ¶Vltimo principaliter dico nõ poſ
ſe deferri huic domino Carolo iſtud iuramentum in li-
36 tem:† quia cum ſit ueritatis, non poteſt tranſire ad hære
dem, niſi bene informatum, & qui vere ſciat: ſ͠m Bal.in c.
1.in 1.col.ſi de inueſtitura inter dominũ & uaſallos oria-
tur.cum qua tranſit Iaſ. cum pluribus concordantibus
in repetitione.l.admonendi.in charta trigeſima.col.1.de
iureiur.ſed non poteſt eſſe bene informatus: quia erat ab
ſens tempore mortis comitis Ruberti, & etiam huiuſmo
di non demonſtrantur filijs ut pecunia & aurum, à com-
37 muniter accidentibus † quod argumentum ualet.l.neq;
natalis.de probationibus cum ſimilibus. Item & ſi aliàs
illa uidiſſet neceſſario ſcire non poteſt: quod tunc tempo
ris pater haberet, cum iſtud ſit ſcire factum alienum in ſe
creto quod iuris prȩſumptione ignoratur. l.fi.pro ſuo.cũ
materia.ita quod nullus ſani capitis poteſt coniecturare,
quód iſte uere ſciat patrem tunc temporis quandam par
ticularem quantitatem nummorum habuiſſe, & præſum-
ptio eſt contra eum. ¶Non obſtant adducta in ꝯriũ, &
primo ꝙ dr̃ ſufficienter probatũ: quia illud procedit qñ
ſunt vehemẽtes coniecturæ, & neceſſariæ, ac iuris præſum
ptiones: quæ in caſu noſtro non adſunt: ut patet in proceſ
ſu, & latius ex inductis per excellentiſsimum doctorem
dominum Sylueſtrum Aldrobãdinum, qui recte dicta te
ſtium conſideràuit. ¶Secundo dico dato ꝙ legitime eſ-
ſet probatum, illa probatio eſt ad conuincendum in cau
ſa furti commiſsi, non tamen eſt potens ut cauſet delatio-
nem iuramenti in litem: vt latè demonſtrauimus in pri-
mo fundamento. ¶Nec obſtat ꝙ lex, ſi qñ loquatur ge-
neraliter: quia lex ſe reſtringit ad veram probationem, vt
demonſtrauimus, unde generaliter habet locum ubi ad-
eſt uera probatio, & non præſumpta, immo in ea nõ põt
verificari: quia cui non conueniunt verba legis nec eius
diſpoſitio. l.4.§.toties.de dam. infec. & ibi plene per Ale
xandrum, & alios, ſed præſumptiuę probationi non com
petunt, ergo &c.item in ea fit mentio de iudice, quod uer
bum de proprietate, nec de improprietate conuenit arbi-
tratori: ſecundum Inno.& Abb.in d.c. quintauallis.de iu
reiuran.& ꝙ intelligantur illa iura quando vere eſt proba
tum, dicit expreſſe tex.in d.c.fi.ibi, per teſtes &c. ¶Ad il-
lud de arbitratore ꝙ ſit facilior probatio, reſpondet ue-
rum eſſe: non tamẽ ꝯceditur qđ quis ſit teſtis in cauſa pro
pria coram eo: nec iuramentum in litem defertur: ut de-
monſtratum eſt, & notatur in l.tres fratres.nihil faciunt,
quia nulli dubium eſt, quód quis non uidetur renunciare
iuri quod ignoret.l.mater decedens. de inoff.teſt. & præ-
ſertim ubi eſt dolus, tamen ibi non contraxit furtũ uiuen
te teſtatore, & ſi viuente, non erat ſed mater, quo caſu re-
gula patris & filij non habet locum. item ibi non agebãt
coram arbitratore, nec tractabatur de iuramento in li-
tem ut hic, vñ ex diuerſis non fit illatio.l. Papinianus exu
li.de mino. ¶Nec etiam obſtat conſilium Petri de Anch.
quia ibi præſupponitur vere probatum furtum, quod nõ
eſt hic. item ibi fuit furtum poſt mortem, nec agebatur
coram arbitratore, ut hic: unde ſunt diſsimilia.ideo non
faciunt.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.uerſic.& hæc diſsi-
milia.de verb.obl. ¶Et ex his & alijs, quæ adduci poſſunt
ſi foret neceſſarium, puto partes doctiſsimi ac iuſtiſsimi
iudicis noſtri eſſe in abſoluendo dominum comitem
Galleotum & fratres. Nam & ſi ita non conſtaret de iuri
bus ſuis, utique abſoluendus eſſet. regula fauorabiliores
de reg. iur.cum ſimi. Laus Deo O. M.

¶Ita reſpon.Hierony. Gratus Bonoñ. V.I. doct. minimus.

SVMMARIVM.

1 *Fidei humanæ nihil magis conuenit quam ſeruare pollicita.*
2 *Promiſſa multo magis tunc ſeruari debent, quando ſunt iurata, & per ſolennem ſtipulationem, & cum renunciationibus ac pœnis uallata.*
3 *Inſtrumentum præſumitur uerum & ſolenne.*
4 *Inſtrumentum habens à iure requiſitas ſolennitates, & dicitur probatio probata, nulla alia indigens iudicij diſceptatione.*
5 *Poſsidens fundum, & fructus percipiens, adhuc non ſoluto pretio, ad intereſſe de iure tenetur.*
6 *Lex ſemper capit interpretationem ne contractus ſit uſurarius.*
7 *Conſuetudo illicitum contractum, licitum cenſeri facit.*
8 *Liuellus factus de re uendita, & promiſsio affictus, uſque ad tempora quibus ſoluetur pretium, ualet.*
9 *Contractus uſurarius, & ſimulatus, eſt nullus nec actio oritur ex illo.*
10 *Solutum uirtute uſurarij contractus, uti omni iure indebitum repeti poteſt.*
11 *Statuta ciuitatis dominantis, ſeruantur in locis ſubiectis, & ſi iuri communi repugnarent.*
12 *Statuto loci alicui ciuitati ſubditi quamuis caueretur, ut deficientibus ſtatutis haberetur recurſus ad ius commune, nihilominus prius deberet recurri ad ſtatuta ciuitatis dominantis & illa ſeruari tanquam ius commune.*
13 *Vſura ex coniecturis & præſumptionibus probari poteſt.*
14 *Communis opinio eſt duas coniecturas ſufficere ad probandum contractum uſurarium.*
15 *Coniecturis tribus concurrentibus, communis opinio de qua ſupra eſt indubitata & ab omnibus approbata.*
16 *Iura adeo laborant in conuincenda uſuraria prauitate; ut recedant à regulis iuris & in iure naturæ fundatis.*
17 *Extenſio fit ad ſimiles caſus, & in quibus militat ſimilis ſeu maior ratio.*
18 *Affictus quando rei fructus excedit, in fraudem uſurarum præſumitur promiſſus.*
19 *Præſumptio quæ oritur ex promiſsione exceſsiua affictus eſt magis immediata ad uſuras, quàm modicitas pretij in uenditione, & pactum de retrouendendo.*
20 *Contractus factus contra conſuetudinem, eſt ſuſpectus, & præſumitur uſurarius, maxime ubi agitur de affictibus & pſtationib.*
21 *Contractus claudicans præſumitur uſurarius.*
22 *Pacta inſolita contractum faciunt præſumi uſurarium.*
23 *Conuentiones appoſitæ contra naturam contractus, arguunt contractum fore uſurarium.*
24 *Affictus in liuello fructibus æquiualere non debet.*
25 *Contractus liuelli æquiparatur emphyteuſi.*
26 *Conuentio de precio, arguit uenditionem, maxime quando eſt habita, ratione ad totius rei ualorem.*
27 *Fictum illud dicitur, quod eſt factũ & aſſumptũ cõtra ueritatẽ.*
28 *Liuellus eſt quædam annua præſtatio in perpetuum.*
29 *Promittens quinque pro centenario pretij ad rationem centenarij pretij rei emptæ, & ſic pecuniam propter pecuniã, & ad rationem centenarij pecuniæ debitæ, perinde habetur ac ſi uſuras pecuniæ promiſſe pollicitus fuiſſet.*
30 *Emptor rei pro pretio nondum ſoluto promittens certum quid annuatim, donec ſoluatur pretium, & ſi non dixerit tantum pro centenario, ad rationem pretij non ſoluti, nihilominus uſuram committere diceretur.*
31 *Promiſſum ab emptore pp pretium nondum ſolutum ſapit uſuram, & ſi partes aſſerant id factũ fuiſſe pro dãno & intereſſe.*
32 *Verba geminata arguunt præciſam & enixam mentem reſpectu rei prolatæ.*
33 *Iudex eam partem amplecti debet, quæ tendit ad fauorem animæ, & ne detur ad uſuras.*
34 *Promiſsio uſurarum eſt ipſo iure nulla.*
35 *Iuramentum appoſitum promiſsioni uſurarum nihil operatur.*
36 *Præſumitur pro inſtrumento, niſi ex uerbis inſtrumenti appareat quid actum ſit.*
37 *Specialis præſumptio tollit generalem.*
38 *Duo uincula magis ſtringunt quam unum.*
39 *Conſilium Alexandri.121. Viſis & ponderatis.uol.3.non procedit, quando affictus eſt exceſsiuus ultra duplum, & concurrunt coniecturæ arguentes contractum uſurarium.*

RESPONSVM. XI.

¶ An contractus liuelli, in quo fuerunt promiſſa quinque pro centenario ad rationem centenarij pretij, ualeat, & obliget promittentem, & ex quibus coniecturis contractus probetur vſurarius.

INVOCATO diuino ſuffragio, ¶ Quæritur an excellens doctor. d. Domitius de Feris teneatur adimplere promiſſa per eum in inſtrumento celebrato cum Antonio de Moleo, & præſertim ſoluere certam quantitatem promiſſam ad rationem quinque pro centenario quolibet anno, & caſu quo non teneatur, an dictam quantitatem ſolutam ut indebitam repetere poſsit. Et prima fronte uidetur iudicandum eſſe ipſum teneri ad obſeruandum promiſſa, tum ex
1 dicto generali, quod † nihil magis conuenit fidei humanæ quã ſeruare pollicita. l. 1. de pactis. l. j. de conſt. pecu-
2 nia. & maxime quando ſunt † iurata, & per ſolennem ſtipulationem, & cum renunciationibus ac pœnis uallata: vt plene traditur in l. ſi quis maior. & in l. qui fidem. de tranſac. & in c. cum contingant. de iureiur. tum etiam qm̃ in
3 ſtrumentum † præſumitur uerum & ſolenne: ut per Bal. in c. illud, circa fi. de præſum. Iaſ. in l. poſt diuiſionẽ. in prin. C. de iur. & fac. igno. aut. & hoc eo magis cum ſolennita-
4 tes de iure requiſitas habeat: quo caſu dicitur † probatio probata, nulla alia indigens diſceptatione iudicij: ut ꝑ Bal. in l. imperator. de ſtatu hom. per Bar. Alex. Iaſ. & moder. in l. 1. in 1. q. in prin. de noui oper. nunc. ubi de virtute inſtrumenti ac eius obſeruatione infinita accumulant. ¶ Nec poteſt dici ꝯtus vſurarius, & ſi quinque pro centenario fuerint promiſſa, cum id fuit factum in recompẽſationem fructuum, & ad ipſos taxandos, quos. d. Domitius colligebat ex poſſeſsione ſibi tradita adhuc non ſolu
5 to pretio, cum de iure † poſsidens fundum, & colligens fructus adhuc non ſoluto pretio teneatur: ad plene tradita in l. curabit, C. de actio. emp. ¶ Præterea id ob taxandos fructus, & intereſſe factum fuiſſe aperte demonſtrãt ex generali legum interpretatione & loci ꝯſuetudine. Nã
6 lex ſemper capit † interpretationẽ ne contractus ſit vſurarius: vt plene per omnes in l. ſi tibi. §. rogaſti. ſi cer. pet. cum concordan. de quibus ibi per modernos: ergo non pro uſuris, ſed pro taxandis fructibus id factum fuiſſe interpretari debemus. Audio quoque conſuetudinem loci adeſſe in recompenſationem fructuum quinque pro cen-
7 tenario præſtari: quę † conſuetudo licitum contractum cenſeri facit: iuxta tradita per Bald. in l. hac edictali. §. illud. de ſecun. nup. & in l. cunctos populos. de ſumma trinit. & fide catho. & in l. 1. de his quæ pœnæ nomi. & hoc vi
8 detur indubitatum, cum pro iſta opinio. quòd ualeat † liuellus rei uenditæ: & promiſsio affictus uſque ad tempus quo ſoluetur pretium, vt fuit in caſu noſtro. eſt tex. in l. ſicut emptio. §. 1. cum l. ſeq. loca. & ibi notat Pau. de Caſt. & alij: & ita conſulit Alex. in conſi. cxxj. Viſis & ponderatis. vol. 3. ¶ Maturius vero conſiderans determino. d. Domitium non teneri ad ſoluendam quantitatem promiſſam ad rationẽ quinque pro centenario: & id quod eius occaſione ſoluit repetere poſſe: qm̃ ꝯtus eſt vſurarius &
9 ſimulatus, quo caſu † ꝯtus eſt nullus, nec actio datur ex illo ꝯtu: ut per omnes in cle. 1. de vſur. vbi caſus: cum infinitis concordan. ibi traditis & per Alex. in conſil. cxiij.
10 in 6. uol. & id quod eius uirtute † ſolutum eſt vti omni iure indebitum repeti poteſt. l. ſi non ſortem. in prin. de cõdi. indeb. & ibi notant omnes. ponit Alexã. in conſil. 180. uol. 3. Et hoc eo magis eſſe debet cum id proprio iure municipali ciuitatis Ferrariæ cautum reperitur, cui ſubditus eſt locus, in quo ꝯtus de quo agitur celebratus eſt & per conſequens in eo loco ſeruari debent, cum ſtatuta
11 † ciuitatis dominantis ſeruentur in locis ſubiectis, & ſi iuri cõi repugnarent: & ſtatuto loci cautũ eſſet, qđ ubi deficeret ſuum ſtatutum deberet haberi recurſus ad ius cõe: ni
12 hilominus † prius debet recurri ad ſtatutum ciuitatis dominantis: & illud ſeruari tanquam ius cõe: vt conſului Roma. in conſi. 258. Præſens caſus. & Soci. in conſil. 81. In præſenti. uol. 1. col. ij. ergo &c. ¶ Qđ aũt hic ꝯtus ſit uſurarius, ac in fraudẽ uſurarum liuelli ꝯtus uocetur apertiſsime oſtendo: & præſuppono in facto affictum eſſe exceſſiuum, ac reditum fundi uſq; ad dimidium excedere. ¶ Secundò præſuppono in dicto loco nullam adeſſe conſuetudinem fieri ꝯtus liuelli vt ſoluantur quinque pro cẽtenario: immo conſuetum eſſe tales ꝯtus liuelli celebrari cum minori affictu in ſatis notabili quãtitate q̃ ſint reditus & fructus ipſius rei conceſſæ ad liuellum. ¶ Tertio
13 in iure præſuppono illud tritiſsimũ, ſ. † vſuram ex coniecturis & præſumptionibus probari poſſe: & in hoc caſu cũ clandeſtine fiant & celebrentur coniecturæ plene probant: ad abundanter tradita in cle. 1. de uſuris. & per Cæ-
14 pol. in tractatu de ſimul. cum ſimilibus. & cõis opi. † eſt duas coniecturas ſufficere ad probandum ꝯtum vſurarium. Exempli gratia: modicitas pretii, & pactum de retrouendendo. ca. ad noſtram. de emp. & vendi. cum ibi plene notatis. glo. in c. conqueſtus. de vſur. & ita atteſtatur eſſo cõem opi. Alex. in conſi. 46. Circa lib. iij. col. 1. & Imol. in conſi. 99. in quinto dubio. & Abb. in conſi. 76. in præſenti conſultatione. vbi atteſtantur iſtam eſſe cõem. & Andr. Sicul. in conſi. 51. lib. ij. & ſaltẽ iſta opinio eſt indubitata
15 & ab omnibus approbata † ſi tres coniecturę concurrãt: ut voluit Alex. in conſi. cix. Viſo proceſſu. col. fi. & in conſi. cxx. Sine diſputatione. col. fi. ubi atteſtatur iſtam fore magis cõem opin. & ita ſum ſolitus tenere: ideo non me extendo. ¶ Et licèt ſupradicti doctores loquantur in cõiecturis vſurarum, de quibus ſupra, ſcilicet in pacto de retrouendendo & modicitate pretij, & nonnulli etiam in cõiectura de perſona ſolita fœnerari, nihilominus ſua concluſio procedit, ſi alię tres coniecturę interuenerint q̃ à lege & à doctoribus conſiderantur ad conuincendam vſuram: & maxime qñ ſunt tales quæ magis immediate reſpiciunt uſuram: & ita ſemper ſum ſolitus tenere, cum militet eadem ratio. & fortior q̃ in ſupradictis militat, ergo
16 & idem ius. l. à Titio. de verb. obl. & cum iura † laborant in conuincenda prauitate vſurarum, & recedunt à regulis iuris & in iure naturę fundatis, vt eſt caſus in d. cle. 1.
17 de uſuris. ergo fortius fit extenſio † ad ſimiles caſus, & in quibus militat ſimilis rõ: immo maior, qđ eſt ſm̃ regulas iuris. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. de lib. & poſth. l. ſi vero. §. de viro. ſolu. matr. cũ ibi plene notatis. & in hoc non me extendo, cũ iudex & vir bonus ita habebit arbitrari ex ſimilitudine & maioritate rationis, & maxime in hoc caſu, cum non ſolum tres coniecturæ, ſed ultra quatuor & quinque concurrant vt ſtatim. ¶ His ſic præſuppoſitis cõſtat ꝯtum de quo agitur vſurarium eſſe, & hoc ex plurib. Et primo, quia non ſolum concurrunt tres coniecturæ à legibus & doctoribus conſideratæ ad conuincendam prauitatem uſurariam, ſed concurrunt plures coniecturę ac iuris præſumptiones, ergo ſm̃ omnes doctores apertiſsime probatur ꝯtum eſſe vſurarium. ¶ Et prima præſum-
18 ptio eſt, cum affictus † excedit fructus, & ſic eſt exceſsiuus. Nam tunc præſumitur promiſſus in fraudem vſurarum: vt uoluit Ioannes de Anan. in c. in ciuitate. extra de vſuris. & Laurentius in tractatu de vſuris. in oppoſ. per Cæpolam in tractatu ſimul. in tertia præſumptione. Et ratio eſt: quia non poteſt excuſari ratione intereſſe & fructuum, cum ipſis non correſpondeat, & hoc maxime debet eſſe in caſu de quo agitur, cum nimis exceſsiuus ſit, ut dixi in primo præſuppoſito: & iſta præſumptio eſt ma
19 gis immediata † ad uſuras q̃ ſint modicitas pretij in uenditione, & pactum de retrouendendo, cum ſint etiam licita de per ſe conſiderata, ac ẽt immediate non ſe habeant ad uſuras: prout iſta ꝓſumptio, q̃ eſt mera vſura, in eo qđ excedit intereſſe, cũ nullo iure ſit licita, ergo &c. ¶ Secunda præſumptio eſt, quia eſt ꝯ conſuetudinem obſeruatam in ꝯtu liuelli in quo non eſt ſolitum dari affictus tã maximos ſed quid minimum, vt dixi in pręſuppoſitis: ſed ꝯ-
20 ctus † factus ꝯ ꝯſuetudinẽ eſt ſuſpectus, & ꝓſumitur vſurarius, maxime ubi agitur de affictibus & præſtationibus: ut no. ꝑ moder. in d. cle. 1. & in c. ꝯſuluit. de vſur. & ſup hoc latius ſcripſi ſuperioribus dieb. in caſu maximi mom̃ẽti. ¶ Tertia præſumptio eſt, quia ſi recte contractus correſpectiuus,

ſpectiuus,& ab utraque parte obligatorius conſideretur:
manifeſte apparebit ipſum claudicare, & magis debito-
rem affictus grauare q̄ creditorem ut in amiſsione om-
nis q̄titatis ſolutę,& in caſu quo dafecerit in aliquo, & in
obligatioue ad emendū,& pluribus alijs pactis,quæ non
ſunt ab utraque parte ſeruanda, ut eſt videre in dicto in-
21 ſtrumento: ſed qn̄ ꝯctus † claudicat eſt præſumptio illū
fore vſurarium:ut uoluit Hoſtien.in ſumma de vſur.§.ſi.
Gul.de Monte in clem.ex grandi.de uſur.ſequitur Cępol.
in d.tract.in 14.præſump.ubi allegat Bald.in conſil. 227.
22 vt ibi per eum. ¶Quarta præſumptio † colligitur ex pa-
ctis inſolitis.l.ſi quis ſub conditione.de condi.inſtit. ubi
gl.Bal.Ang.& alij,& notatur plene in l.illo uos. de pigno-
ri.& in c.ad noſtram.de ꝯhē.emptio.& ponit Cępol.in di
cto tractatu.in ix.præſump. ſed hic ſunt pacta inſolita &
iniqua:ut eſt illud de amittendo totam quantitatē ſolutā
ſi in aliquo contrafecerit,& q̄titas ſoluta fuit ꝓ alia par-
te rei ex alio, ſ. titulo venditionis, & certe tale pactū eſt
iniquū & inſolitū reſpectu eiuſdē ꝯctus, & multo magis
reſpectu alterius ꝯctus,& nunquam tale quid factum fuiſ
ſe arbitror, & multa alia pacta inſolita reperiuntur in il-
lo inſtr̄o,quæ cùm ſint notiſsima prætermitto. ¶Quinta
23 præſumptio inſurgit † ex ꝯuentionibus appoſitis ꝯ natu
ram ꝯctus:ut uoluit Bal.in ca.j.uerſi. quarto de quibuſdā
pactis.in ti.de feu.dat.in uic.Ant.de But.& alij in c. illos
uos.de pignori.in 4.notabili.& per Cępol.in d. tracta.in
8.pręſump. ſed hic ꝯhentes dicunt ſe celebrare ꝯctum li-
uelli,& ꝯ naturam liuelli multa apponunt ut afhctum ex
24 cedentem fructus,& † in liuello non debet eſſe ęquiualēs
25 fructibus,cum † ęquiparetur emphyteoſi: ut per omnes
in l.2.de iure emphyteuti.& in auth.ingreſsi.de ſacroſan.
eccl. & maxime attenta conſuetudine de qua in p̄miſsis.
Item pactum de emendo rem liuellariam cū pęnis q̄ non
26 ſunt de natura liuelli.Item conuētio de p̄tio † quę arguit
venditionem,maxime qū eſt habita rōne ad ualorē totius
rei,iuxta notata in l.1.de ꝯh.empt.& in l.j.§.q ſuperficiē.
de ſuperficieb.Item ſpatium ſeptem annorū &c.& multa
alia de qdibus in dicto inſtr̄o, quæ ſunt ꝯ naturam liuel-
li:ad plene notata in d.l.2.de iure emphyteoti.& in auth.
qui rem.de ſacroſan.eccl. ergo ſequitur manifeſta conie-
ctura ſimulationis, & vſurarum fraudis: ſm cōem opin.
de qua ſupra.& ex iſtis coniecturis,& iuris præſumptioni
bus conſtat apertiſsime hunc ꝯctum eſſe uſurarium, cum
non ſolum tres cōcurrant:ex quibus ſm omnes doctores
ꝯctus redditur uſurarius: ſed quinque & ultra, vt ex infra
dicendis apparebit:quibus concurrentibus caſus reddit
indubitatiſsimus, & maxime accedentibus infraſcriptis
nullus reperitur contradictor: ſi dicta ſcribentium recte
ponderentur. ¶Secundo principaliter moueor. ¶Nā le-
ge ciuitatis dominantis cautum reperitur ꝯctum in frau-
dē uſurarum, ſiue ſapientem naturam uſurarum ſub ali-
qua ſpecie directe, uel indirecte uel quomodocunque
conceptum vſurarium eſſe,& nullum:ſed per ſupradictas
coniecturas eſt ſaltim indirecte, uel qualiquali modo cō
ceptus in fraudem uſurarum,& hoc nullus negaret, cum
ſm cōem opinionem de qua ſupra uſura directe probata
eſt,ergo ſequitur neceſſario adiuuante ſtatuto abſque dif
ficultate concurrentibus ſupra dictis præſumptionibus
conſtare hunc ꝯctum fore uſurarium.¶Tertio principali
ter demonſtratur.Nā d.l.municipali cauetur ſi quis ꝯctū
fictitium & ſimulatū &c. præſumat conficere amittat ſor
tē fructus,& incurrat pęnas de quibus ibi,& ꝯctus ſit nul
lus &c.& in ſpecie facit mentionē de ꝯctu liuelli, ſed iſte
ꝯctus liuelli de quo agit̄ eſt fictus,ergo nullus: qđ autē ſit
27 fictus demonſtratur. Nā illud † dr̄ fictum ꝙ eſt factum &
aſſumptum ꝯ ueritatem:vt declarat Bar.& ſequuntur oēs
in l.ſi is qui pro emptore.de uſucapioni.in j. q.principa-
li.ſed iſte ꝯctus liuelli de quo agitur uere non eſt liuellus,
28 & ꝯ ueritatem eſt aſſumptus, cum liuellus ſit quædā † an
nua præſtatio in perpetuū:per omnes in auth.ingreſsi,C.
de ſacroſan.eccl.& per Alexandrum. poſt alios citatos p
eum in l.ſi finita.§.de vectigalibus.charta.v. de dam.in-
fec.ubi dicit,ſequitur liuellus eſt:ergo eſt conceſsio in p-
petuū. Item eſt pro modica penſione ut ibi per eū,& hic
ꝯctus eſt ad tempus ſeptē annorum cum maxima penſio
ne,ergo non eſt liuellus, cum deſijt eius diffinitio & ſub-
ſtantia, quod multipliciter probare poſſem conſideratis
ſubſtantialibus liuelli,& hoc cōtractu,ſed uti ſuperuacua
prætermitto,cum ſatis id conſtet ex ſupra dictis. ¶Vlti-
mo hoc demonſtratur ex uerbis expreſsis ipſius ꝯctus.
Nā ibi taxat p̄tium totius poſſeſsionis, deinde promittit
29 quinque libras pro centenario † pretij ad rationem cen-
tenarij pretij dictę poſſeſsionis, & ſic promittit pecuniā
pp pecuniam,& ad rōnem centenarij pecuniæ debitę:qđ
idē eſt ac ſi vſuras pecuniæ promiſſę pollicitus fuiſſet cū
habet reſpectum ad pecuniam, & rōne pecuniæ certā q̄ti
tatem pecuniæ promittit. Nam non poteſt dici videri ra
tione intereſſe propter fructus perceptos promiſiſſe illā
q̄titatē annuatim,cum expreſſe dicit promittere pro cē-
tenario ad rationem centenarij pretij.Nā in claris nō eſt
opus coniecturis.l.ꝯtinuus.§.cū ita de verb.oblig. & ubi
verba ſunt expreſſa amplius non eſt diſputandū.l.ille aut
ille.§.cum in uerbis.de leg.j. ¶Immo & ſi non dixiſſet tā
tum pro centenario ad rōnem centenarij p̄tij non ſoluti,
ſed certū quid annuatim promiſiſſet,vt puta cētū, dicere
30 tur uſuram † cōmittere,cū videt̄ habere reſpectū ad quā-
titatem debitā, & non ad intereſſe & fructus qui non ſunt
certi.Ita uoluit Ioānes And.in c.ſalubriter. de vſuris.Lau
rentius de Rodulphis in c.conſuluit.in q̄ſtione quinqua-
geſimaquarta,circa fi.de uſuris.Pet.de Anc.in conſ. 148.
Prima quæſtione.col.3.Alexā. in conſi.ccxx.Super titulo
quæſtionis.colum.3.lib.2.qui loquitur in dote:& idē uo
luit Romanus in alia materia in conſil.520.uerſi. iij.prin
cipaliter.& Dec.in conſi.cxvij.& in conſi.cxix.col.4.& in
conſi.167.col.ij.& in conſi.183. & Soci. ac Curtius & alij
plures in conſilijs & lecturis: quos vti non neceſſarios p̄-
31 termitto:qđ procedit etiam ſi partes dicant id † promi-
ſiſſe pro ſuo damno & intereſſe.Nam nō ſtatur dicto ſuo,
ſed teſtibus probari debet,cum non eſt ita vniforme in-
tereſſe.ita Alexander in conſi.xxv.Viſo themate.col. fi.li.
4.Ioannes de Anania in c.fi.de uſuris.Alber.in l.1.de ſum
ma Trinitate & fide catholica.ergo fortius hic iſta quan-
titas promiſſa ſapit vſuram, cum non ſolum fuit dictū ꝓ
ſuo intereſſe & fructibus,ſed fuit dictum tātum pro cente
nario pretij:& vltra fuerunt appoſita hæc verba ad ratio
nem centenarij pretij,quæ verba,vt dixi,ſignant habuiſ-
ſe reſpectum ad pecuniā & pretium, ac ratione pecuniæ
id promiſiſſe & non ratione fructuum:tum quia id exp̄ſ-
32 ſit, tum ēt quia id fecit per verba geminata q̄ † arguunt
p̄ciſam & enixam mentem reſpectu rei prolatæ: per Bal-
dum in capite,cum tu.de reſcr.Decius in l.fœminæ.de re-
gul.iur.cul vulgaribus. ergo de expreſſa intentione pro-
mittentis fuit id prę̄ſtari habita contemplatione ad pre-
tium non ſolutum, & ſic eſt vſura cum detur pecunia ra-
tione pecuniæ. Et omnibus iſtis ſimul concurrentibus
caſus remanet clariſsimus: & excellentiſsimum ac iuſtiſ-
mum iudicem hanc partem amplexurum eſſe pro comp
to habeo,cum ſit de iure. Nam ſi recte omnia conſideren
tur nullum habet contradictorem: tendit quoque ad fa-
33 uorem animæ, & ne detur ad uſurā: ergo † omnino am-
plectenda eſt:iuxta nota. in c. iuuenis. cū vulg.de ſpōſal.
¶Nec obſtant adducta in contrarium, quia cum vſuræ
34 ſint omni iure reprobatæ, & leges reſiſtant † promiſsio
de ipſis facta eſt ipſo iure nulla: dicta clemen. 1. de vſur.
cum vulgaribus. faciunt notata in l. non dubium. C. de
35 legibus.& in l.cum lex.de fideiuſſ.& iuramentum † nihil
operatur in tali caſu.ca.non eſt obligatorium. de regul.
iur.in vj. & notatur in dictis iuribus. Et præſumitur pro
36 inſtrumento † niſi ex uerbis inſtrumenti appareat quid
actum ſit,cum in claris non eſt opus coniecturis.l.conti-
nuus.§.cum ita.de verb.obl.& illa prę̄ſumptio generalis
inſtrumenti tollitur per ſpeciales ſupra enumeratas. Nā
37 ſpecialis † præſumptio tollit generalem, per Barto. in l.
cum de indebito.de probationibus in l.diuus. de in inte.
reſt.& præſertim quando plures ſunt vt in caſu noſtro cū
38 duo vincula† magis ſtringunt q̄ vnum. aut̄.ſic itaq;.C.de
legi.hære.& in authen.de conſan. & vter. fratrib. in prin.
cum vulgarib.& ex his etiam tollitur non præſumi uſurā,

 & po-

& potius factam promiſsionem ad taxandos fructus.

¶ Nec eſt verum ibi extare conſuetudinem, huiuſcemodi contractus liuelli celebrari, & cū promiſsionibus expſſis pro quinq; pro centenario ad rationem centenarij &c. ſed ꝯria conſuetudo reperitur, vt dixi in præſuppoſitis.

¶ Nec conſiliū Alex. & alia vltimo loco allegata in ꝯriū obſtant, qm̄ non loquitur quando afflictus eſt exceſsiuus ultra duplum, & concurrunt tot coniecturæ & iuris præſumptiones demonſtrantes contractum uſurarium ꝓut hic concurrunt, ut ſupra deduxi, non repeto.

¶ Nec ibi fuerunt data ſeu promiſſa quinque pro cētenario ad rationem centenarij, & ſic per uerba geminata reſpicientia pecuniam & pretium, & promiſsionem pecuniæ pro pecunia quod ſignat manifeſtam vſuram, vt fuit
39 hic. ergo non meretur allegari, cum loquatur † in terminis longe diuerſis, & diuerſam rationem habentibus. ar. notatorum in l. fi. de calum. l. Papinianus exuli. de minor. cum vulgaribus. Laus Deo O. M.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus Bonoñ. V. I. doct. minimus.

S V M M A R I V M.

1 *Declarans nihil de nouo inducit, ſed primum explicat, & illud primum tantum conſideratur, ac ſecundum illud declaratio iudicatur.*

2 *Pronunciandum eſt pro eo qui habet regulam pro ſe.*

3 *Inſtantia non data in caſu de quo agitur, non corruit argumentum, licet in alijs caſibus innumeræ aſsignentur differentiæ.*

4 *Cauſa executiua, licet uigore ſtatuti non habeat inſtantiam, illud procedit ut executio expediatur, non autem ut retardetur, & ut ad eam impediendam poſsint fieri probationes.*

5 *Executionis natura eſt, ut non admittantur probationes ad illam impediendam niſi incontinenti, & illæ quæ ſunt notoriæ & euidentes.*

6 *Probatio eius quod non releuaret non admittitur.*

7 *Pars prætextu non publicatorum teſtium excuſari non poteſt, quando ipſius culpa, cum id ab ipſius uoluntate penderet non fuerint publicati.*

8 *Dictum Angeli in §. quia uero. in authen. de teſtib. multipliciter limitatur.*

9 *Reſcriptum non ſuccedit loco libelli conuentionalis, niſi in reſcriptis gratioſis.*

10 *Reſcriptum ſufficit loco libelli, ubi de iure communi, uel ex forma reſcripti, ſummarie procedi poteſt.*

11 *Limitatio eſt à regula deuiatio.*

12 *Plura ſimul iuncta ſunt maioris potentiæ quàm unum.*

13 *Reſcriptum ſuccedit loco libelli, quando ex forma ſtatuti non requiritur libellus.*

14 *In executiuis non requirentibus libellum de iure communi, accedente ſtatuto, non eſt neceſſarium ut petatur prout in reſcripto.*

15 *Declaratio conſilij Alexandri. 01. in 2. uol.*

16 *Bononiæ regulariter ſuper ſupplicatione reſcribitur.*

17 *Producens reſcriptum & laudum, uidetur omnia neceſſaria præambula feciſſe.*

18 *Opinio magis communis eſt per non confectionem inuentarij amitti Trebellianicam.*

19 *Fruſtra precibus impetratratur quod à iure cōmuni conceditur.*

20 *Reſtitutio, eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, eius quod amiſſum erat & deperditum.*

21 *Geminatio arguit præciſam mentem, & diſponentem in illis uerbis facere fundamentum.*

22 *Verba prolata per ablatiuum abſolutum important formam.*

23 *Verba ita interpretari debent ut aliquid operentur.*

24 *Volens aliquid, uult & omne neceſſarium præambulū ad aliud.*

25 *Ponens unum, præſupponit omni alio reſpectu habilitatem interueniſſe.*

26 *Verba laudi ita ſunt intelligenda ne uideantur ſibi inuicem repugnare.*

27 *Dictio ſecundum, denotat modum.*

28 *Semel placita amplius diſplicere non poſſunt.*

29 *Factum inutiliter, non prodeſt, cum non dicatur factum.*

30 *Agenti uia patere debet quam ſibi elegerit.*

31 *Hæres licet propria authoritate rerum poſsit apprehendere poſſeſsionem, tamen ſi elegerit uiam iuridicam & inutiliter uenit repellendus.*

32 *Actum faciens non neceſſarium, fraude interueniente, ex eo poſtea ſe excuſare non poteſt quod non teneretur ad actum.*

33 *Inuentarium conficitur principaliter ad hæredis utilitatem ut Trebellianicam detrahere poſsit.*

34 *Principalis agentis intentio debet attendi.*

35 *Natura confectionis inuentarij eſt, ad priuilegium hæredis.*

36 *Ordinata charitas incipit à ſeipſo.*

37 *Actus in dubio cenſetur factus nomine proprio, & ad propriam utilitatem.*

38 *Coniecturæ non excuſant hæredes, quando expreſſe conſtat illos fraudulenter res aliquas in inuentario non appoſuiſſe.*

39 *Scientia præſumitur, in his quæ quis ſcire & inueſtigare tenetur.*

40 *Scientia hæredis in rebus alienis præſumitur, quando de eis illum inueſtigaſſe conſtat.*

41 *Mulieres in decimooctauo anno, à communiter accidentibus ſunt ſagaces, ſaltim ad hoc ut ea quæ in domo ſunt optime noſcant.*

42 *Longum tempus non inducit obliuionem; eorum quæ quotidie uidentur.*

43 *Res in domo exiſtentes, hi qui in domo ſunt ſcire præſumuntur.*

R E S P O N S V M XII.

¶ An in executiuis detur inſtantia, & an hæres non conficiens inuentarium amittat Trebellianicam.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Et ſi ſub
tiliter fuit dubitatum per doctiſsimum iudi
cem, attamen dico partes Antonij de Recor-
datis veriores eſſe: ad quod aperte demon-
ſtrandum, præſuppono principaliter coram reuerendiſsi
mo gubernatore fuiſſe petitam æſtimationem laudi &c.
qui reuerendiſsimus, ſeu vices gerēs reuerendiſsimi pro
nunciauit laudum exequendum fore, ſecundum declara
tionem faciendam per eundem: ad quam faciendam fuit
ſubrogatus hic doctiſsimus iudex, & iſta declaratio erat
ſuper executione expedienda & ad executionē complen-
dā: ut patet ex verbis ſupradictæ ſententię & ſic eſt de exe
cutiuis. Nam qui declarat nihil de nouo inducit ſed pri-
mum explicat, & illud primum tm̄ conſideratur, & ſm̄ il-
1 lud declaratio † iudicatur. l. hęres palā. §. ſed & ſi notam.
de teſt. & ibi not. omnes abundanter, & in ſpecie Paul. &
Aret. notant in l. edita. C. de eden. in materia declaratio-
nis, cū concordantibus de quibus ibi, ergo de hac decla-
ratione ſuper executione, ſicut de ipſa executione habe-
mus iudicare & cauſa eſt executiua. & ex hoc apparet re-
ſponſum ad primū dubiū, in quo dicebatur hic non agi
de executione, ſed de diuiſorio iudicio, quia ut patet ex
p̄dictis hic agitur de executione, & executionis declara-
tione: quod idem eſt licet habeant in ſe diuiſionem, quo
niam executio continet diuiſionem, cum ſit pro utraque
parte pro rata iuxta formā laudi &c. & ad illud qđ dice-
batur de ſubrogatione dari plures inſtātias: rn̄detur ni-
2 hil eſſe, cū habeamus regulā † pro nobis ſm̄ quam pronū
ciandū eſt. l. omnis diffinitio. de reg. iur. per Bar. in l. quo
3 ties. ſi qs cautioni. & in l. 2. ſi quis in ius uoca. non ier. † &
ſufficit non dari inſtantiā in caſu de quo agitur, licet in-
numere aſsignentur differentiæ & inſtantiæ, ſm̄ Abb. De
ci. & alios in c. translato. de conſti. ſed in terminis de qui-
bus agit nō datur inſtantia, ergo nihil ad nos: rn̄det quo
que ad aliud motiuū quo dicebatur admittendos eſſe te
ſtes reprobatorios ꝓ alia parte: qa licet cā executiua non
habeat iſtantiā vigore ſtatuti: illud procedit vt executio
expediatur, non autē vt retardetur, & vt ad eā impedien
4 dam poſsint fieri † probationes, cū aliàs inducta ad unū
effectū operarentur ꝯrium: ꝯ notata in l. qđ fauore. de le-
gi. & in l. legata inutiliter. de adi. leg. & de leg. 1. cū ſimili.
5 & natura † executionis eſt ut nō admittanī probationes
ad illā impediendā, niſi incontinēti, & illę quæ ſunt noto
rię, & euidētes, iuxta nota. in l. à diuo pio. de re iu. & in l.
creditores. de pigno. & aliqd ꝑ Curti. in l. fi. de edic. di. ha
dri. tol. in princ. ſed hic iſtę probationes non ſunt noto-
rię nec euidentes, immo nihil releuant, cum & ſi haberēt
effectum, id eſt, reprobarent teſtes productos, quod
non

non eſt ueriſimile:nihilominus non tollerent & expugna
rent fraudem commiſſam in conficiendo inuentario: q
colligitur & manifeſtè probatur ex ſua opera, & ex fa
cto proprio, cum multa omiſerunt in inuentario facto
in bonis Ioannis Baptiſtæ:de quib. habebant plenam co
gnitionem, cum illa paulo ante appoſueruut in alio in-
uentario, & aderant quidam libri Ioannis Baptiſtæ pp
quos non poterat cadere error,cum ex eorum inſpectio-
ne & inſcriptione cuius erant manifeſtè cõſtabat, probat
etiam ex multis,quæ cumulaui plenè in allegationibus
principaliter factis ſuper fraude adhibita in inuentario.
Ideò cum non releuarent iſtę probatioues, & ſi fierēt nõ
6 debent admitti,cum non † admittatur ad probandũ, ꝙ
non releuat iurib.uulgarib. ¶Præterea debebant inſtare
incontinenti cum ſimus in executiuis,ſed hic iã quatuor
menſes ſunt elapſi,poſtquam pars noſtra uidit teſtes, &
ſic reſpectu ipſius fuerunt publicati,intra qđ tempus de
bebat probare pars aduerſa,ſi uolebat,nec poterat excu
ſari dicendo non fuiſſe publicatos:quia pendebat publi-
catio à ſua uoluntate cum pro parte alia erant didiciti,
iuribus uulgaribus ita quòd cum culpa ſua id prouenit,
7 † ſibi imputandum eſt,regula damnum.de regu.iur.Nec
8 hoc caſu loquitur † Ang.in §.quia uerò.in auth. de teſti.
ſ.qñ ſumus in executiuis,& probatio tendit ad impedien
dam executionem. Item quando qđ probãdum eſt nõ re
leuat,cum alia uia tollatur.Item quando culpa ſua pro-
uenit ut non publicatio fieret. Et qñ tempus quatuor mẽ
ſium lapſum eſt quorum unum tantum ſufficeret ad eui
tandum dictum Ang. quanto fortius cum tot ſimul con
currant. ¶Nec etiam obſtat qđ dicebatur petitione care
re hoc iudicium: qñ reſcriptum hoc loco ſuccedit loco
petitionis cum in reſcripto non ſolum petatur dari iudi
cem,ſed petatur fieri ſibi aſsignationem bonorum ſecũ-
dum laudum: ꝙ laudum cum producatur unà cum re-
ſcripto adeſt petitio clara & manifeſta, quæ poſita ex ſe
quentib.actib.actitatis in proceſſu manifeſtè demonſtra
9 tur. Nam lȝ † reſcriptum non ſuccedat loco libelli cõuen-
tionalis,niſi in reſcriptis gratioſis ſecũdum Bal. in l.nec
quicquam.§.ubi decretum,col.7.de offi. proconſu. cum
ſimili.tamen ubi de iure communi,uel ex forma reſcrip
ti poteſt procedi ſummarie tunc ſufficit reſcriptũ loco
10 † libelli, cum ſufficiat qualiſqualis petitio. Ita Iaſ.poſt
multos quos allegat in l.j.qñ lib.prim.dat.&c. col.2. qa
loquitur in libello conuentionali,& ad lites, ꝙ pȝ: quia
limitat Bal.in d.§.ubi decretum. qui in gratijs cõcedit,
11 ad lites uerò negat,ergo cum limitatio † ſit deuiatio à
regula:ut per mod.in auth.quas actiones. C.de ſac.ſan.
eccl.& debet eſſe in terminis regulæ.l.nam ꝙ liquidæ. §.
ſi.de penu le. ergo loquitur quo ad lites:& tanto magis
hoc debet eſſe in caſu noſtro: quia cauſa non ſolum eſt
ſummaria de iure communi,cum ſit executiua laudi: ſed
eſt de iure ſtatuti poſiti ſub rubr. de præcep. eſt quoque
ex forma reſcripti,quib. omnib. concurrentib. quorũ u-
num ſufficeret, dici debet reſcriptum ſufficere pro libel
lo,etſi aliàs non ſufficeret,cum plura ſimul iuncta ſint
12 maioris † potentiæ, quàm unum,iuxta no.in l.ſpadonẽ.
§.qui iura.de excu.tut.& docto.in l.admonendi. de iur.
iuran.in materia ſemiplenę probationis coniungendæ,
& hoc caſu ſi omnia requiſita à ſcribentib.non interueni
rent,nihilominus procederet propter illam multiplica-
13 tionem cauſæ,& iſtę eſt † unus caſus magis admittẽdus:
14 ex quo tollitur obiectio † in cõrium facta.ſ. non fuiſſe pe
titum fieri prout in reſcripto:prout uult Alex. in cõſ.201.
uol.2.quia propter prędicta poteſt tolerari. immò dico
omnia requiſita interueniſſe per Alex.in loco præallega.
15 quia Alex.ſolum dicit † illum produxiſſe ſupplicationẽ
cum reſcripto:non autem dicit requiri, ꝙ petatur id ꝙ
eſt in reſcripto. ¶Præterea non dicit ꝙ requiratur, ſed
dicit ibi ita fuiſſe factum,& ſic ponit contingentiam fa-
cti,ſed in caſu noſtro fuit productum reſcriptum unà cũ
16 ſupplicatione,& aliter non fit hic Bononiæ,cum † reſcri
batur ſuper ſupplicatiõe regulariter,&quod plus eſt fuit
productum laudum qđ ad ſe referebat reſcriptum, ꝙ cõ
iunctum cum reſcripto facit certam & iuridicam petitio
nem,& magis ex ſequentib. actib.iuſtificatur: & proba-
17 tur iſtud ratione.nam producendo reſcriptum † & lau-
dum uidetur fecere omnia neceſſaria præambula: iuxta
no.in l.fi.C.qui admit.ubi quis agendo per prius dicitur
adire.faciunt no.in l.ij.de iuriſdict.om.iud. in l.illud.de
acquiren.hæred.ergo producendo reſcriptum cum lau-
do dicitur petere ꝙ in illis continetur, & maximè hic cũ
reſcriptum narrat,& concludit ac petit ſibi iuſtitiam mi-
niſtrari ſuper contentis,ac laudum exequi:ꝙ continebat
condemnationem. ¶Nec illud uidetur procedere Tre-
bellianicam hæredib. deberi & ſi confecerint inuentariũ
minus utiliter cum non tenebãtur, tam de iure commu-
ni quàm uirtute laudi approbati, & ſententiæ approba-
tæ per fideicommiſſarios: quoniam dicimus magis eſſe
18 communem † opinionem per non confectionem inuen-
tarij Trebellianicam amitti:ut latè per Dec.in cõſi.236.
Non parua difficultas.col.4.cum ſeq.& Cor.in cõſi.303.
Plura quæſita.lib. 1. & latè conſului in hac cauſa & ſunt
pauci dies conſuluiſſe pro magnifico poteſtate Bonoñ.
in quadam cauſa non tranſcribo: quia non eſt amplius
neceſſarium,cum nunc amittant cum doloſe inuentariũ
fecerint:quo caſu amittunt ut latè deduxi in alia allega-
tione,ad quam me remitto. ¶Nec obſtat ꝙ non tenebã-
tur uigore laudi: quia immò laudum condemnat ad fa-
ciendum,ex quo dicitur in eo,dicimus ex perſona domi
ni Iacobi fore & eſſe in integrum reſtituendos prout in
integrum reſtituimus conſtito prius de minore ætate,
certe ſi poſſent habere Trebellianicam abſque confectio-
ne inuentarij non fuiſſet opus reſtitutione, cum fruſtra
19 impetratur quod iã lege communi cõceditur.l.j.ff.ad mu
20 nicip.& in l.j.C.de theſau. Item reſtitutio eſt in † priſti-
num ſtatũ repoſitio eius qđ amiſſum erat,& deperditũ.
l.q.ſi minor.§.reſtitutio.de mino.& eſt opitulatio aduer
ſus captiones ac læſiones:ut in l j.& toto tit.de mi.ergo
domini arbitri præſupponunt illos hæredes Trebelliani
cam amiſiſſe propter non confectionem inuentarij,cum,
ut dixi,reſtitutio præſupponat amiſsionem, & tanto ma
gis cum geminatæ utuntur uerbo reſtitutionis,ibi,reſti-
tuẽdos reſtituimus:quæ geminatio auget præciſam mẽ-
21 tem, & ꝙ diſponens in illis † uerbis facit fundamentũ
& uim.Bal.in c.cum tu.de reſcrip.& multum operatur:
ut in l.baliſta.ad Treb.& in l.cum ſcimus.C.de agric. &
cenſi.cum uulgarib.ergo expreſſè ſentiunt domini arbi-
tri amiſſam fuiſſe Trebellianicam propter non cõfectio-
nem inuentarij.accedunt quoque illa uerba cõſtito prius
de minori ætate &c.quæ uerba cum ſint prolata per abla
22 tiuum † abſolutum important formam, ſecundum Bal.
in auth.matri & auiæ.quando mulier tut.offi. fungi po-
teſt.C.per Alex.in l.j.de lib. & poſth. de forma igitur eſt
probatio minoris ætatis quæ non fuiſſet neceſſaria, & il-
la uerba nihil operantur ſi non uellent domini arbitri p
non confectionem inuentarij amitti Trebellianicam, &
23 uerba debent † aliquid operari.l. ſi quando. de le.1.Bal.
in rubr.de contrah.empt. cum ſimi. & maximè cum ſint
prolata per modum formę,ergo pręſupponunt amiſſam
propter non confectionem inuentarij, ſed non obſtante
confectione inuentarij reſtituuntur, ſed reſtitutio ut di-
xi,eſt in priſtinum ſtatum repoſitio,ſed primus ſtatus e-
rat ut conficerent inuentarium,ad hoc ut haberent Tre-
bellianicam,ꝙ patet:quia non confecerunt, amiſerunt,
ergo reſtituendo in priſtinum ſtatum uult ꝙ conficiant
inuentarium tanquam neceſſarium præambulum:ut ha-
24 beant Trebellianicam, cum qui uult aliquid † uult om-
ne neceſſarium præambulum ad illud.l.ad rem mobilẽ.
de procu.plenè in l.ij.de iuriſdict.omn.iudi. cum ſimi.&
poſito uno cenſetur poſitum omne aliud ad illud requiſi
25 tum,quia pręſupponitur † omni alio reſpectu habilita-
tem eſſe.gl.in l.in teſtamento.de teſtamen. per mod.in
l.ſi emancipata.C.qui admi.ergo uoluerunt expreſſè do
mini arbitri hæredes inſtitutos confecto inuentario Tre-
bellianicam detrahere poſſe,& non aliter. ¶Nec obſt.il-
la uerba non obſtante confectione inuentarij,quia intel-
liguntur de confectione inuentarij præterita,non de fu-
tura,quia ſi de futura intelligerentur non eſſet reſtõ, cũ
hęres

hæres ſi non tenetur conficere inuentarium, & non confecit, nō debet reſtitui,quia iure communi utitur,& ius
26 ſuum durat,ut dixi,& ita † de neceſsitate debent intelligi ne ſibimet contradicant:arg.no.in l.j.C.de fur.& in l. ubi repugnantia.de reg.iur.cum ſimi. & iſte eſt ſanus & uerus ſenſus laudi,receptus & approbatus à partib.re & uerbis,cum confecerint inuentarium ac expreſſe in mandato dederint, ut conficerent inuentariū ut in proceſſu: fo.124.& fol.126.& quod plus eſt hic conſenſus approbatus eſt per ſentētiam,ab hoc doctiſsimo iudice in qua dixit probatam fuiſſe minorem ætatem,& propterea reſtitutum fuiſſe ad faciendum inuentarium ſecundum cōtinentiam & tenorem laudi &c.ergo uult expreſſe dominus iudex ex forma laudi fieri inuentarium ibi ad facien
27 dum &c.& dictio ſecundum,† facit pro iſta opi.quia denotat modum qui præſupponit eſſentiam, cum qualitas non poſsit ſtare ſine ſubſtantia & ſic debere fieri, ſed eo modo ut continetur in inuentario:iuxta no.in tit. ad reprimen.in uerbo,prout,& in l.edita.C.de eden.in uerbo, prout.cum ſimi.ergo non eſt amplius diſputandum,cum
28 qđ ſemel placuit † amplius diſplicere non poſsit.regula, ꝙ ſemel.de reg.iur.& in §.cauſa.qui.ex cau. manu.nō licet.inſti.& facit. l.minime. de legi.cum uulgarib. nam & in inuentario dixerunt eſſe laudatum ut facerent inuētarium:uideatur fo.29.& in toto proceſſu:ex quib.apparet multa adducta in contrarium non obſtare, ſ.laudum excludere confectionem inuentarij, & fuiſſe probatum à partib.& à iudice,immo includit & expreſſe uult fieri & probationes iſtæ faciunt pro fideicommiſſarijs: ex quibus etiam apparet reſponſum ad id quod dicebatur non teneri ad faciendum inuentarium, & ideo quāmuis inutiliter fecerit non habet officere,quia dico ex quo tene
29 batur facere per ſupra dicta,ſequitur ſibi inutiliter † factum non prodeſſe,cum non dicatur factum.l.iiij. §.condemnatum.de re iud.l.quoties:qui ſatiſda.cogā. cum ſimili.ſed eſto non teneri dico:ut melius conſtet de exuberanti iuſtitia fideicommiſſarij ex quo elegerunt hanc uiam faciendi inuentarium non poſſunt ſe tueri ex illo
30 capite non teneri,quoniam ipſis pateat uia † quam elegerunt:ut dicit tex.in l.mulier. quod metus cau. & ideo
31 licet hæres propria authoritate † poſsit apprehendere poſſeſsionē tñ ſi eligit uiam iudicariā & inutiliter repellitur:ut no.in l.fi.in gl.in uer.competenti.C.de edic.diui Adri.toll. & multa per Bal.in l.j.in 2.no.de exec. rei iud. & in l.eden.C.loc.& per Alex.in conſi.131.In cauſa & lite.col.1.& 2.lib.4.& hoc maxime habet locū qñ in actu
32 non neceſſario adeſt † fraus:ut uoluit Inno. in ca.cordi. de appel.cum ſimi.de quib.per Riminal.in l.quandiu.C. qui admit. ſed hic adfuit fraus, ergo & ad huiuſmodi fraudem explicandam non me extendo, quia multa in alijs allegationibus deduxi:ad quas me remitto. ¶Nec poteſt dici iſtud inuentarium fuiſſe factum ad utilitatem fideicommiſſariorum,quoniam eſto continere eorum utilitatem, tamen fuit factum principaliter ad utilitatem
33 hæredis,ut † detrahere Trebellianicam,& iſta fuit prin
34 cipalis intentio conficientis,quæ † debet attendi.l. ſi qs nec cauſam.ſi cer. pet.facit dictum Bar. in l.qui exceptionem.de cond.indeb.dum conſiderat an ſtatutum ſit fa
35 uorabile pro quo facit,quia natura † confectionis inuētarij eſt ad priuilegium hæredis. l.ſcimus.C.de iure delibe.ibi,huiuſmodi beneficio adiuuare,& in multis parti
36 bus illius legis. facit etiam quia ordinata charitas † incipit à ſeipſo.l.præſes. de ſerui.& aqua. & quia actus in
37 dubio † uidetur factus nomine proprio, & ad propriam utilitatem.l.& magis.de ſolu.cum concord.¶Nec ignorantia eum ſint hæredes hæredis, & quia erant iuuenes ſatis,& multum temporis ſpatium lapſum habet ſibi ꝓ
38 deſſe,quoniam in claris † non eſt opus coniecturis. l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg.1.l.continuus. §. cum ita.de uerb.oblig.ſed cum hic expreſſe conſtet commiſiſſe fraudem,& dolum,ut alias demonſtraui,ideo non eſt recurrendum ad iſtas coniecturas, ſed ut magis conſtet de ueritate & bono iure fideicommiſſarij particulariter
39 reſpondeo. ¶Et primo non ob.de ignorantia,qa in † factis alienis, & rebus quas quis ſcire tenetur præſumitur ſcientia.l.quod te.ſi cer.pe.Bal.in l.j.ſi quis omiſ.cau.teſta.ſed hæres conficiens inuentarium tenetur ſcire , ergo
40 &c.Item præſumitur ſcire, quando conſtat † inueſtigaſſe facta alterius:ita Soc.in regu.175. ſed conficiens inuētarium inueſtigauit, ſeu inueſtigare debuit,ergo &c. nec poterant dici ita iuuenes cum tempore mortis eorū pa
41 tris excedebant. 18. annum.quo tempore mulieres † à communiter accidentibus ſunt ſagaces, ſaltem quātum ad hoc ut uideantur quæ ſunt in domo: quod argumentum eſt ualidum.l.certi condictio.§.quoniam. ſi cer.pe. & ut auariſsimę præſumuntur bene uoluiſſe uidere bona patris ſui, maxime cum facta fuit tunc quædam rerū tranſmutatio & exportatio omnium bonorum de parte ſuperiori in partem inferiorem domus : ut ipſe quoque fatetur in poſitionibus, & dicunt ſe exportaſſe, ac diligēter uidiſſe:ut colligitur ex præceden. & ſeq.fol. 50.poſi. 13.cum ſeq.¶Præterea tempore quo fecerunt inuentarium habebant triginta annos uel circa , quod tempus attenditur,cum ſit tempus celebrati contractus , in quo tempore quis diceret earum ætatem imbecillem ? dico triginta annorū:pro dij,quod ſignum maius calumniandi,ac iniuſtitiæ ſuæ demonſtrandæ reperiri poteſt: ſed hæc omiſſa faciamus Deo,iudici,ac cunctis mortalibus nota. ſed quid dicam de obliuione per longum tempus cauſat?ànonne in plurib. partibus actorum conſtat contrarium?& præſertim in q. 12. ubi dicunt ſe uidiſſe, ſeu exportaſſe in partem inferiorem domus, omnia bona dicti Ioannis Baptiſtæ,ſtatim poſt mortem ſuam : ut colligitur ex ſuperiorib.& in alia poſitio.nu. 11. dicunt illa bona ſtetiſſe,ac ſemper fuiſſe in dicta domo uſq; ad mortem Iacobi,& in ſequen.poſitione dixerunt, illamet bona fuiſſe ſcripta in inuentario facto poſt mortem dicti Iacobi,quomodo igitur iſtę mulieres oblitę ſunt, cū in principio,in medio,& in fine, dicti temporis fuiſſe in dicta domo fatentur?¶Præterea longum tempus non in
42 ducit obliuionem eorum quæ quotidie † uidentur : nec hoc caſu loquuntur not.in l.peregre.de acq. poſ.& ratio,
43 quia illi qui ſunt in domo præſumuntur ſcire † ea quæ ſunt in domo:iuxta no.in l.j.ſi certum peta. & iſta præſumptio eſt ſpecialior,ideo debet præferri.l. diuus, de in integr.reſti.cum ſimilib. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia decem diebus elapſis tranſit in rem iudicatam.*

2 *Geſta per iudicem tunc attentata dicuntur,quando ei fuit inhibitum ante ſententiam,uel poſt ſententiam,ſtante appellatione: non autem quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam.*

3 *Appellatio non datur ab executione legati.*

4 *Iudex à prima ſententia dicitur receſsiſſe , recipiendo poſt illam ſcripturas utriuſq; partis & teſtium examinatorum , ac actus faciens ipſi ſententiæ non conuenientes &c.*

5 *Iudex poſtquam pronunciauit eſſe concluſum in cauſa ſi admittat partem ad probandum,uidetur renunciaſſe ſententiæ ſuper concluſione in cauſa.*

6 *Quòd abſque dubio procedit quando illemet iudex qui primo pronunciauit, ultra terminum in ſua ſententia præfixum ad aliquem actum,longo temporis ſpatio non interueniente , partes admiſit.*

7 *Inhibitio facta iudici,reddit ſententiam nullam, & omnia per ipſum poſtea geſta tollit.*

8 *Proceſſus factus à iudice poſt inhibitionem adeo redditur nullus,quod etiam ſecuta renunciatione appellationis non conualidatur.*

9 *Inhibitione geminata clarius apparet manus iudicis à quo fuit appellatum magis ligatas eſſe.*

10 *Reſcripta ſummi pontificis inhibitoria,ſui natura auferunt omnem iuriſdictionem iudicis à quo.*

11 *Attentata per iudicem ante omnia ſunt reuocanda.*

12 *Iudex antequam cognoſcat de meritis cauſæ, & aliquid faciat , attentata reuocare debet , aliàs facit iniuriam & poteſt appellari.*

13 *Attenta-*

13 *Attentatorum uia facilius ſuccurritur quàm alio remedio recu perandæ poſſeſſionis.*
14 *Remedium recuperandæ, ratione ſpolij ante omnia eſt expediendum, nec propter meritum cauſæ, etiam ſi ueritas & dominiū eſſet in contrarium, debet retardari.*
15 *Notorium iuris, & ſi adeſſet contra petentem reuocari attentata, nihilominus ante omnia ſunt reuocanda.*
16 *Attentans plus ſpoliante delinquit.*
17 *Iudex ad quem de his quæ reſpiciunt ſuam iuriſdictionem, & cō petentiam cognoſcere habet.*
18 *Legatum conditionale non habet executionem paratam.*
19 *Debitum conditionale non ſolum non meretur executionem, ſed peti non poteſt.*
20 *Statutum loquens de legato, non habet locum in legato conditionali.*
21 *Verba prolata per ablatiuum abſolutum ſignant conditionem.*
22 *Probans factum ſine requiſitis qualitatibus, non dicitur probaſſe, nec diſpoſitio locum habet, niſi qualitas requiſita probetur.*
23 *Præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimę probationes.*
24 *Poſitum in conditione uere probari debet, nec ſufficit ſi præſumptiue probetur.*
25 *Clauſula poſita in uno articulo, in alijs repetita cenſetur.*
26 *Dictio, &, repetit qualitates præcedentes in ſequentibus.*
27 *Dictio etiam implicat & repetit idem ius & factum.*
28 *Repetitio unius neceſſario fit, quando aliud non adeſt quod repeti poſſit.*
29 *Conditio poſita in uno legato, & in alio locum habere debet, quā do ratio quæ militat in uno pariformiter militat in alio.*
30 *Interpretatio illa capi debet, per quam minus grauabit̄ hæres.*
31 *Donum illud eſt quod ex mera liberalitate procedit.*
32 *Verba teſtamenti ad concordiam reducenda ſunt.*
33 *Cauſa proxima legati præſumitur liberalitas, licèt de ſeruitio in eo fuerit mentio facta.*
34 *Conditio cum in facto conſiſtat, non præſumitur eueniſſe.*
35 *Nullitas quæ ex actis conſtabat, & fuit oppoſita, impedit ſentē tiarum etiam trium conformium executionem.*
36 *Sententia quæ nulla eſt, ſententia dici non poteſt.*
37 *Iudex qui nulliter iudicauit, non dicitur iudicaſſe.*
38 *Iudex occaſione ſententiæ ab ipſo nulliter latę litem ſuam non facit.*
39 *Scriptura priuata facit fidem contra ſcribentem.*
40 *Statutum loquens in agente non uendicat ſibi locum in excipiente.*
41 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris cōmunis.*
42 *Statutum contra ius commune intelligitur ut minus deroget iuri communi.*
43 *Statutum quod unum & duo operari poteſt contra ius commune, debet interpretari ut unum tantum operetur.*
44 *Omnes præſcriptiones à iure communi introductę reſpiciunt actiones & non exceptiones.*
45 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
46 *Lex ſuum non tuum tibi denegat auxilium.*
47 *Statutum per præſcriptionem modicam excludens ius partis nō ualet.*
48 *Confeſſio partis ubi adeſt amplius non eſt diſputandum.*
49 *Statutum excludens omnem probationem intelligitur, niſi conſtet per partis confeſſionem.*
50 *Compenſationis exceptio, poſt ſententiam, & in executione ſententiæ opponi poteſt.*
51 *Exceptio compenſationis debitum tollit ipſo iure.*
52 *Dictio una, idem ſignificat quod ſimul.*
53 *Summus pontifex, ut petitur, ſuo reſcripto concedere poteſt.*
54 *Primo uidendum eſt de cauſa appellationis, ſecundo de negotio principali.*
55 *Reſcriptum quodlibet à bono iudice, ſecundum ordinem iuris interpretari debet.*
56 *Acta iudicialia non ſunt inculcanda.*
57 *Verba hæc iuſtitia mediante, appoſita ſupplicationi, debent referri tam ad ordinem quàm ad deciſionem.*
58 *Simul fieri id dicitur quod fit immediate, & incontinenti.*
59 *Geminatio & reiteratio, huius clauſulæ prout iuris eſt in reſcripto & ſupplicatione, indicat præciſam mentem, tam ſupplicantis quàm reſcribentis eſſe, ut ordo iuris ſeruetur.*

RESPONSVM XIII.

¶ An iudex per ſubſequentes actus contrarios pronuncię, dicatur ab ea receſsiſſe, & an actitata poſt inhibitionem ualeant, & quando conditio poſita in uno articulo cēſeatur repetita in alio, & ex qua cauſa in dubio legatum factum præſumatur, & quando præſcriptio impoſita à ſtatuto literis cambij habeat locū, & an compenſatio poſt ſententiam opponi poſsit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſo proceſſu, ac diligenter conſiderato in præſenti cā de tribus, contingit dubitari. ¶ Primò an epiſcopus Sinogallis, ac eius auditores dicantur attentaſſe, ita ut geſta per ipſos uti attentata ſint reuocāda. ¶ Secundò quis in principali negotio iuſtam foueat cauſam. ¶ Tertiò an magnificus iudex cui cauſa eſt commiſſa habeat uidere ſeparatim de attentatis, & de negotio principali, an ſimul. ¶ Circa primum uidebatur prima fronte nihil attentatum fuiſſe per reuerendiſsimum, cum ſtatuit terminum decem dierum. d. Carolo ad probandum literam cambij non fuiſſe præſcriptam, aliàs cō miſit executionem legati, & ab iſta pronunciatione non fuit appellatum, & lapſum eſt tempus decem dierum, er-
1 go † ſententia habuit effectum & tranſiuit rem iudicatā,
quæ pro ueritate habetur. l. res iudicata. de reg. iur. cum ſimi. & appellationes poſtea factæ, & commiſsiones alijs iudicibus, ac inhibitiones factæ poſt rem iudicatam: uti nullæ non potuerunt ligare manus. d. reuerendiſsimo, & operari ꝙ geſta per ipſum dicantur attentata, cum tunc
2 dicantur attentata † quando eſt inhibitum ante ſenten-
tiam, uel poſt ſententiam ſtante appellatione: non autem quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam: ad no. in c. non ſolum. de appella. in 6. & maxime quia commiſsiones erant conceſſæ, quatenus cauſa non eſſet inſtructa, & tunc non ſolum introducta, ſed iudicatum erat, ut dictū
3 eſt. ¶ Prætereà ſumus in executione legati † à qua nō da
tur appellatio. l. ab executore. quorum app. non recip. ergo &c. ¶ Melius tamen conſiderans determino contrarium, & præſuppono reuerendiſsimum dominum ab illa pronuncia quod executioni mitti, niſi intra decē dies &c. potuit recedere & receſsit: quod probatur per plures actus quos fecit etiam diuerſis temporibus poſt illos decem dies, & præſertim admittendo ſcripturas utriuſque partis, & teſtium examinatorum reſcripta iudicum mercatorum recipiendo, & quamplures alios actus, qui non conueniebant obſeruationi dictæ pronunciæ, immo e-
4 rant contra ipſius terminum: nam ex huiuſmodi † actibi
iudex dicitur recedere a prima ſententia, ſecundū Abb. in c. cum dilectus. de fide inſtr. & in c. quoniam. in 14. colum. eo. tit. Ant. & Imo. in c. auditis. de procu. & ideo dixerunt do. de Rota in concluſione. 5. incip. Item ſi poſt-
5 quam concluſum eſt in cauſa: q. ſi poſtquam iudex † pro
nunciauit eſſe concluſum in cauſa admittat partem ad probandum, uidetur renunciaſſe ſententiæ ſuper concluſione in cauſa, quod abſque dubio procedit, quando illemet iudex, qui primo pronunciauit, & poſtea ultra ter-
6 minum in ſua pronuncia præfixum admiſit partes † ad
aliquem actum, & non interuenit longum tempus, & partibus uolentibus id fecit, ſecundum Bar. in locis præall. & per Alex. & alios in l. quod iuſsit. de re iudi. & concurrentib. iſtis eſt caſus indubitatus, ſed in caſu noſtro fuit idem gubernator qui ultra terminum ſtatutum admiſit alios actus, & incontinenti admiſit, & non ſolum partibus uolentibus, ſed inſtantibus, & ipſis producentibus: quo neceſſario ſequitur non poſſe dici illam pronunciā tranſiuiſſe in rē iudicatam: nec ſuper ea aliquod poteſt fieri fundamentum, cum ab ea ſit receſſum. ¶ Secundò præſuppono poſtquam receſsit ab illa pronuncia per actus ſubſequentes, & dum cauſa agebatur coram. d. reuerendiſsimo, & antequam proferret ſententiam ab eo fuit appellatum, ſanctiſsi. dicta cauſa fuit aduocata per ſanctiſsi. d. noſtrum, & commiſſa in Rota, & extractus fuit iudex, & corā eo proceſſum, ac per eū inhibitū reuerendiſſ.

¶ Tertiò

¶ Tertiò etiam poſtquam . d. reuerendiſsimus protulit
ſententiam ad relationẽ ſui auditoris, iterum cauſa fuit
commiſſa eiſdem auditoribus Rotæ eam cognoſcenti-
bus, qui iterum inhibuerunt.d.reuerendiſsimo. d.ad vl-
teriora procedenti. ¶ His ſic præſuppoſitis dico ſenten-
tiam latam poſt primam inhibitionem, & executionem
factam poſt primam & ſecundam inhibitionem factam
per iudicem aliquem qui cœpit cognoſcere, eſſe nullam
7 & inualidam, cum inhibitio facta † iudici reddat ſenten-
tiam nullam, ac omnem alium actum.c.Romana.§. ſi ue
ro.de appel.c.ſi.de excep.in 6.ubi Domi.& alij no. in ca.
tuam.de ordi.cogni.& plene per doct.in c.dilectus.el. 2.
de reſcrip.& adeo redditur nullus proceſſus poſt inhibi-
8 tionem, quod & ſecuta renunciatione appellationis † nõ
conualidatur, & uti de facto reuocandus eſt:ut per Rot.
in deciſio.133.ſi poſt.in nouis.& in deciſio.196. ſi ab ex-
communicatione. quod procedit etiam ſi incontinenti
iudex ad quem ſolum recepto reſcripto pontificis abſq;
alia cognitione inhibuerit quãdo ſumus in ſententia dif
finitiua, uel habenti uim diffinitiuę, ſecundum Abb.Fel.
& alios in d.c.dilectus.de reſcri.ergo quanto fortius hic
debet inhibitio reddere nulla omnia actitata:uti attenta
ta de facto, & fulminanter per iudicem à quo, cum hic nõ
ſolum illa pronuncia erat diffinitiua, ſed continebat exe
cutionem. Item inhibitionem præceſsit præſentatio ap-
pellationis, & aliqua grauaminum cognitio, quibus cõ-
currentibus firma remanet concluſio, omnia de facto at
tentata dici. quæ opi. in hoc caſu eo magis procedit ab-
ſque aliqua difficultate:quoniam bis per ſummum pon
tificem cauſa eſt commiſſa iudici ad quem bis facta eſt in
9 hibitio, ex qua geminatione † clarius apparet manus iu
dicis à quo magis ligatas eſſe, cum ſi unica inhibitio id
operetur, quanto fortius duæ:duo quoque ſummi ponti
10 ficis reſcripta quæ ſui † natura auferunt omnem iuriſdi-
ctionem iudicis à quo:per no.in c.ut noſtrum. de appel.
arg.no.in auth.de ꝯſang.& uter.frat.& in ca.1. de treug.
& pace.& eo magis quia fuerunt factæ cum aliquo inter
uallo:argumen.l.mulier.ad Velleia.cum ſimi. ¶ Ex qui-
bus omnibus conſideratis hic caſus remanet clariſsi-
mus, ita quod neceſſario ſequitur, cum omnia facta per
reuerendiſsimum gubernatorem contra reſcripta ponti
11 ficis, & inhibitiones ſibi factas ſint attentata, quod † ante
omnia ſunt reuocanda:iuxta no.in d.c.non ſolum.de ap
pel.in 6.& no.in alijs iurib. ſupra alleg. ubi uolunt Do-
12 mi.& alij iudicem antequam † cognoſcat de meritis cau
ſæ, & aliquid faciat reuocare attentata, aliàs facit iniu-
riam & poteſt appellari:immo dicit Abb.& alij ſequun-
tur in c.bonæ.de app.per illum tex.& per Inno.in c.dile
13 cti.de maio.& obed.hac uia attentatorum † facilius ſuc
curri, quàm alio remedio recuperandæ poſſeſsionis: po-
nit Old.in conſi.199.Pro fundamento Rot.in 2.deciſi.in
titu.de reſti.ſpo.& Inn.Card. in conſil.10.quos ſequitur
Dec.in conſil. 104.ſed remedium recuperandæ ratione
14 ſpolij ante omnia expediendum eſt:nec † propter meri-
tum cauſæ etiam ſi ueritas & dominium eſſet in ꝯ̃rium
non debet retardari, ſed ante omnia expediri ad no, in l.ſi
quis ad ſe fundum.C.unde ui.& in c.ad decimas.de reſt.
15 ſpo.immo † & ſi adeſſet notorium iuris contra petentẽ
reuocari, attentata ante omnia ſunt reuocanda: ut per
Peruſi.in c.bonæ.colum.penulti.de app.per.c. ſi conſtito
16 rit.de accuſa.& hæc in odium attentantur qui plus † de-
linquit quàm ſpolians, cum non ſolum partem ut ſpo-
lians, ſed etiam iudicem offendit, ergo abſque difficulta-
te magnificus ac illuſtriſsimus iudex attẽtata per illum
iudicem ante omnia habet reponere in priſtinum ſtatũ,
& declarare aduerſarium ſcutos reſtituere, quos de fa-
cto habuit:& ex his apparet reſponſum ad adducta in ꝯ̃-
rium, ſ.non fuiſſe opus facere mentionem de re iudicata
inducta per illam pronunciam, cum iam per iudicem ab
ea erat receſſum, & erat extincta, ¶ Non obſt, ſimpliciter
non fuiſſe commiſſam cauſam, ſed quatenus eſſet inſtru-
cta, quia iſtud fundamentum nihil facit, cum in ultimo
reſcripto id eſſe non uideatur. ¶ Secundò dico iudicem
à quo non habere iſtud cognoſcere, & propter iſta non
habere retardare, quin deferat inhibitioni, cum iſtud
17 † ſpectet ad iudicem ad quem qui habet cognoſcere de
ſua iuriſdictione & competentia, & iſtud reſpicit ſuam
competentiam, quia ſi eſt inſtructa eſt incompetens. fa-
ciunt no.per Bar.in l.Chirographis.§.1.de admi. tut. &
ponit Peru.in c. conſtitutus.de app. in gl.in uerbo, dele-
gauit.cum ſimi.id tamen intelligo, niſi notorie conſtaret
inſtructam eſſe de qualibet, tamen ſuper ueritate aliàs di
xi, immo dico nullo modo fuiſſe inſtructum, cum ut le-
gatum haberet effectum erat neceſſarium probare facta
fuiſſe computa, prout requirit legatum quod eſt factum
ſub illa conditione, ut dicam in ſequenti articulo, quod
minime probatum eſt, & ex hoc colligitur reſponſio ad
ultimum, dum dicebatur legatum habere executionem
paratam, ita ut non detur appellatio, quia illud procede
18 ret quando legatum eſſet purificatum, & † non habet lo-
cum in legato conditionali, quoniam quod conditiona-
19 le eſt, non † ſolum non meretur executionem, ſed peti nõ
poteſt, cum nulla competat actio.l. cedere diem.de uer-
bo.ſig.plene in l.ita ſtipulatus.la grande.de uerb.oblig.
per Bar. & omnes, faciunt nota.per Bar. in l.cum Titio.
ad.leg.Falcid.Bal.in l.in annalibus.C.de leg.& Soc.in l.j.
20 primo not.de uulg.& pup.ubi uolunt † ſtatutum loquẽs
de legato non habere locum in legato conditionali.
¶ Prætereà dato quod legatum eſſet purum, dico cũ hic
adſit ſtatutum ſemel poſſe appellari ab executione lega
ti ceſſare obiectũ:quoniam cum non poterat appellari,
inhibitoria non poterat impedire executionem.
¶ Circa ſecundum articulum breuiter concludo. d. Ca-
rolum habere potiora iura, & pro eo pronunciandum
fore, quoniam legatum eſt factum ſub conditione, ſi red
ditum fuerit bonum, uerum, & iuſtum computum ꝑ Au-
guſtinum legatarium omnium geſtorum & adminiſtra-
torum per ipſum de bonis, & mercibus dicti teſtatoris.
quæ redditio rationis, cum ſit prolata per ablatiuum
21 † abſolutum ſignat conditionale.l.à teſtatore.de condi.
& demonſtr. l.euictis.ad leg. Falc. conditio autem nihil
ponit in eſſe, & non competit actio nec poteſt agi, niſi ea
purificata.§.ex conditionali.inſt.de uerbo.oblig.l.cede-
re diem.de uerb.ſignifi.ſed Auguſtinus agens ex legato
non probauit computum redditum fuiſſe, ut conſtat ex
proceſſu, immo & ſi probaſſet factum fuiſſe computum,
niſi probet uerum, bonum, & iuſtum fuiſſe, nihil probat,
cum ſint qualitates expreſſę in conditione ad computũ,
22 & qui probat factum, ſine qualitatibus non † dicitur ꝓ-
baſſe, nec diſpoſitio locum habet, niſi qualitas probetur:
ad no.per Io.An.in c.1.de homi.in 6.per Barto. in l.j.§.
quod autem.ne quid in flumi.public.& aduertendum eſt
non ſufficere oſtendere computum à perſonis legalibus,
uel à partibus factum, & ex hoc dicere ſatisfactum eſſe
qualitatibus requiſitis in legato, quia præſumitur bonũ,
23 uerum, &c.& † præſumptio iuris eſt liquidiſsima proba
tio.l.ſi quis locuples.de manu.teſta.plene in l.licèt impe
rator.de legat.1.quia non procedit quando id quod ꝓ-
24 bandum eſt, poſitum in conditione fuit, quia † tunc re-
quiritur uera, nec ſufficit præſumpta probatio.l.Lucius.
de ꝓd.& demõ.ubi oẽs plene not.per Dec. & alios Mod.
in rubri.de probationib.ſed hic iſtę qualitates ſunt poſi
tæ in conditione, ergo &c. ¶ Nec ob.ſi dicatur duo eſſe
facta legata, primum de liberatione expenſarum, ſecun-
dum de ducatis trecentum, & in primo legato ſolum il-
lam conditionem adeſſe, reddito prius bono computo,
in alio autem non adeſſe: quoniam reſpondetur condi-
tionem illam cenſeri repetitam in ſequenti legato: quo-
25 niam clauſula † in uno articulo poſita, ad alios articu-
los porrigitur.c.ſecundo requiris.de app.l.talis ſcriptu-
ra.de leg.1.quod hic eo magis eſſe debet, quia adeſt di-
26 ctio &, quæ † repetit qualitates præcedentis, in ſeq.l. Se-
iæ.§.Caio.ubi gl.& Bar.de fun.inſtruc. ergo repetit illã
conditionem. adeſt etiam dictio etiam, quæ implicat &
27 † repetit idem ius & factũ:ut per Alex. in l.j.in 3.notab.
qui admit.C.ergo illam conditionem, quod eo magis
hic eſſe debet, quia ſi illa conditio non repeteretur, ni-
hil eſſet ꝙ repeti poſsit, ſi bene aduertatur, ergo ad eam
de

18 de † neceſsitate repetitio refertur:arg.text.in l.fundus q locatus. de fund.inſtruc.& no.in l.quib.dieb. §. cum Titio.de condi. & demon. ſuadetur quoque ex identitate rationis:nam quare uult primum legatum non habere effectum,niſi uiſo computo, quia poſſet eſſe quod eſſet debitor,ita quod fieret cumpenſatio legati, & forſan re-
29 maneret debitor,quæ ratio parſoi miter militat, † & in ſecundo legato,ideo poſitum in uno capite habet locū, & in alijs,ſecundum omnes communiter in d.c.ſecundo requiris.de app.& in dicta l.talis ſcriptura. de legat.1.&
30 hæc † interpretatio utique debet fieri, cum per eam minus grauetur hæres:arg.l.minus.de leg.3. & cum res ſit clara,multa prætermitto hoc idem demonſtrantia.
¶ Nec ob.eſſe pro mercede,quia non eſt ſimpliciter ſed
31 pro dono:ut dicitur in eo,quod donum eſt ex mera † liberalitate l.j. de dona. ergo continent illa uerba repugnantiam,ideo reijcienda ſunt.l.ubi repugnantia.de regu.iur. uel ſaltem ſi uolumus reducere ad concordiam,
32 prout † debemus,ad nouiter Dec.in d.l.ubi repugnantia. de reg.iur.dici d3 ſeruitium fuiſſe cauſam remotam,liberalitatem uero proximam. quia non apparet de debito propter ſeruitium ex libris in quib.à mercatorib.merce-
33 des ſcribuntur ſeruientium in arte, ac etiam, quia † ſumus in legatis in quibus licèt ſit dictum de ſeruitio, cauſa proxima præſumitur liberalitas:ad not. in l.nec adiecit. pro ſocio.& in l.demonſtratio.§. demonſtratio falſa. de conditio.& demonſtr.facit tex.inſt.de leg.in §.longe. ubi ſi lego Titio quia ſeruiuit, licèt non ſeruiuerit ualet legatum,quia in legatis,licèt ſit facta mentio de ſeruitio & obligatione,tamen cauſa proxima eſt liberalitas,& illa uti cauſa proxima attenditur, & ita eſt ibi caſus, pro iſta opinione ſeruitium, licèt de eo ſit facta mentio non conſiderari uti cauſa remota,ſed ſola donatio uti cauſa proxima:quod eò magis in caſu noſtro eſſe debet, cum in eo ſit expreſſum eſſe pro dono. ¶ Et ex his conſtat in actis Auguſtinum egiſſe ſine actione,cum egerit ex legato conditionali.& non probauerit conditionem adimpletam fuiſſe, & eueniſſe cauſam legati, nec poteſt dici præſumi eueniſſe, quia cum conditio conſiſtat in facto
34 nō † præſumitur:ad no.in l.in bello. §.factæ.de capt. & poſtli.reuer.& caſu quo præſumeretur,cum factum ſit in conditione non eſt ſatisfactum: d.l. Lucius. de condi. & demon.& per conſequens conſtat ſententias & executiones emanatas ad fauorem dicti legatarij agentis eſſe nullas:uti exiſtentes ſine fundamento,uel ſaltem retractandas:quæ nullitas,& iniuſtitia,cum ex actis cōſtet, & fuit oppoſita impediebat executionem ſententiarum, etiam
35 ſi † tres ſententiæ conformes fuiſſent ad fauorem legatarij, quod tamen negatur cum à prima fuerit receſſum per iudicem,ut ſupra dictum eſt:ad abundanter, tradita per Alex.& nouos Mediolanen. in l.4. §. condemnatum. de re iudi.poſt Oldr. Bal.& alios citatos per eum, & tanto magis cum fuerunt latę ſtantib.appellationib. & inhibitionib.propter quas omnia uti attentata ſunt nulla,ut dictum eſt in primo articulo:& per hæc tollitur obiectio qua dicebatur habere tres ſententias conformes & rem iudicatam,quæ faciunt de albo nigrum,& econtra, quia non eſt uerum eſſe tres ſententias,& ſaltem tranſiuiſſe in rem iudicatam, cum ſemper fuerit appellatum, & inhibitum,& cum ſint nullæ per ſupradicta:nunquam tranſiuerunt in rem iudicatam,nec faciunt de albo nigrum, cum
36 ſententia † nulla,non ſit ſententia : d.l.4. §.condemnatum.de re iud.Cle.paſtoralis.de re iud. adeo quod iudex
37 † qui nulliter iudicauit non dicitur iudicaſſe. l. j. §. fina.
38 quod quiſque iuris. ita quod non fecit † litem ſuam.gl. in l.fin.de uarijs & extraordi. cogni.& plene per omnes in d.§.condemnatum. ¶ Secundò principaliter dico,dato legatum eſſe purum,uel conditionem purificatam,nihilominus adeſt litera cambij, & Chirographum, quę de iure communi probant, cum ſit manu ipſius ſcripta : nā
39 litera & † ſcriptura priuata facit fidem contra ſcribentē: ad no.in l.j.C.de eden.in c.1,de prob. ¶ Nec obſt.ei eſſe præſcriptum ex forma ſtatuti mercatorum, quia illud ſta-
40 tutum loquitur † quando agitur uirtute ſtatuti qd' multa priuilegia tribuit dictis *literis*, non autem quando excipitur,patet ex principio illius ſtatuti, à ciaſcuno che domandara,& per totum ſtatutum colligitur, ſed in caſu noſtro d.Carolus utitur litera,excipiendo cōtra legatum per modum compenſationis,ergo ſtatutum de præſcriptione literarum cambij,non habet locum in eo, cū
41 ſit † caſus omiſſus à ſtatuto qui remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſsime. de libe. & poſthu. l.ſi cum dotem.ſol.mat.ſed de iure communi litera priuata probat contra ſcribentem,etiam ultra biennium,er-
42 go &c.nec debet † extendi ſtatutum ad caſum quando literæ cambij per modum exceptionis producuntur, cū ſtatutum ſit contra ius commune, & intelligitur ut minus deroget iuri communi:ad no.in l.omnes populi.de
43 iuſti.& iur.& ideo dixit † Anto.in c. dilecti.de donatio. ſtatutum quod unum & duo operari poteſt contra ius commune, ſemper debet interpretari ut unum tantum operetur contra ius commune,ergo tantum reſpectu uendicat ſibi locum. ¶ Præterea omnes præſcriptiones quæ
44 ſunt de iure communi introductæ reſpiciunt † actiones, & non exceptiones.l.ubi pure. §.fi.de excep. ergo ſtatutum loquens de præſcriptione debet intelligi reſpectu
45 actionis,& non exceptionis,cum ſtatutum † recipiat interpretationem à iure communi.l.ſi ſerui ueſtri.de noxa. & facit,quia licèt ſtatutum non uelit,niſi ſint recognitę eis non credi intelligi debet quo ad priuilegia: quæ ei tri-
46 buit ſtatutum,cum † lex ſuum,nō tibi tuum deneget auxilium.l.aſsiduis.qui potio. in pig. habean.& merito quia
47 aliàs ſtatutum per † præſcriptionem modicam excludēs ius partis non ualet:ſecundum communem opi. doc. in l.omnes populi.de iuſti.& iure.in illa.q. an per ſtatutum poſsit tolli actio per decennium:& ita aliàs latius ſcripſi.ponunt Imo.& alij in l.ſequitur. §. ſi uiam. de uſucapionib. Iaſ.Gom. & alij inſtit.de actionib. in princip.
¶ Tertiò dico ex quo per teſtes etiam poſt præſcriptionem probant Auguſtinum confeſſum fuiſſe debitum dictæ literę,& petebat tempus ſoluendi ſibi prorogari, &
48 ſic habemus confeſsionem † partis, amplius non eſt diſputandum, cum nulla ſit melior probatio quàm partis aduerſæ confeſsio.l.generaliter.C.de non nume. pecu.&
49 no.in l.j.de confeſ.adeo quod † ipſa confeſsio per ſtatutum non eſt excluſa, licèt omnis probatio excludatur, quia intelligitur,niſi conſtet per confeſsionem partis:ad no.in rubr.& in l.j.ff.& C.de confeſ.& in c. ſi cautio. de fide inſtru.facit.l.ubicunque.de interrog.act. ¶ Quartò reſpondeo dato præſcriptionem obſtare literæ, tamen Auguſtinus eſt debitor uirtute librorum,qui optime probant,& eis non obſtat præſcriptio, niſi decem annorum ex forma ſtatuti loci,ideo ſaltem per iſtos poteſt opponi exceptio compenſationis, & debebat admitti cum ex-
50 ceptione † compenſationis poſsit opponi etiā poſt ſententiam,& in executione ſententiæ.l.2.ubi Bal.& alij. C. de compen.Bal.in l.fi.in 3.oppo.eo.titu.Bar. in l.ſi cum dos.rerum amota.per Mod.in c.ſuborta.de ſenten.& re iudi.& ideò cum fuit oppoſita etiam dato ſententias ua-
51 lere ipſo iure † fuit extinctum debitum. d. Caroli opponentis.l.ſi ambo. cum concord.de compen.& propterea agens remanſit ſine aliquo iure, dato prius habuiſſe, ita conſtat nullum ius habere nec habuiſſe:ideo dictos ducatos quos de facto habuit uti indebitos reſtituere debet, uel tantundem ſoluere uigore librorum qui habent executionem paratam ex forma ſtatuti.Et ex his omnib.ſaltem ſimul iunctis liquidiſsime conſtat.d. Auguſtinum in negotio principali nullum penitus ius habere,ſed d.Carolum maximam fouere iuſtitiam : præſertim cum ſæpe ac ſæpius coram diuerſis perſonis Auguſtinus confeſſus eſt, ac publicę dixit ducatos dictæ literę nunquam ſoluiſſe.¶ Circa ultimum dubium,& ſi prima fronte uidebatur poſſe ſcire,uel de cauſa cognoſcere principali, & attentatū propter uerba reſcripti, & ſupplicationis in qua id expreſſe dicitur ibi cauſam attentatorum quorūcunque,una cum negotio principali:nam dictio una, ſignifi-
52 cat † idem quod ſimul:ut inſt.de attil.tuto. §. nos autē.
53 & inde reſcribens cōcedit ut petitur,& † hoc cum ſit pōtifex

tifex facere poteſt:ad no.in c.ut debitus.circa fin. de ap-
pellationib. ¶Hoc non obſtante determino contrariũ,
& præſuppono iſtas cauſas de iure in ſe habere ordinem:
54 quia † primo uidendum eſt de cauſa appellationis.
¶Secundò de negotio principali:ut eſt tex.in d. c.cum
debitus.de appell.& in c.Romana.& in c. non ſolum.de
appel. in 6.& hoc tanto magis in caſu noſtro locum ha-
bet,cum cauſa appellationis eſt cauſa attentatorum: quę
non ſolum propter naturam appellationis, ſed ſui natu-
ram ante omnia debet cognoſci:ut no.in dicto. cap.non
ſolum.§.1.& in l.ſi quis ad ſe fundum.C.unde ui. & late
dictum fuit in primo dubio. hoc præſuppoſito,dico i-
ſtud reſcriptum debere intelligi ſecundum ordinem iu-
55 ris † prout quodlibet reſcriptum à bono iudice debet in
terpretari.cap.cum dilecta.de reſcrip. cum ibi plenè no-
ta.per Moder.in rubr.& in c.eod.titu. ergo dum dictũ
eſt conceſſum ut petitur debet intelligi ſeruato iuris or-
dine, & ſic commiſſum eſſe principale negotium tractan
dum ſeruato iuris ordine,& cognito primo quod de iu-
re cognoſci debeat,& faciunt nota in l.ſiue pars. C.de di-
56 la. ubi † acta iudicialia non ſunt inculcanda, & hoc com
probatur,quia in ſupplicatione dicitur iuſtitia median-
57 te,quæ † uerba debent referri tam ad ordinem, quàm
ad deciſionem, cum attento hoc intellectu minus dero-
getur iuri communi:argumen.nota.in iuribus ſupra al-
lega.& late per Moder.in rubric.extra de reſcrip.
¶Nec uerbum una cum negotio principali, habet ob-
ſtare, quia intelliguntur ſeruato tamen ordine, ſed in-
58 continenti,& immediate,quod † dicitur ſimul fieri. l.an
tiqui.iuncta gloſſ.in uerbo, eodem tempore. de petitio.
hæredita.& ita in terminis conſuluit Corne. in conſilio.
312.Circa primum. uolum.3.quod eo magis in caſu no-
ſtro procedere debet, quia ultra fundamenta de quibus
ſupra,ac omnia alia fundamenta Cornei quæ in caſu no
ſtro concurrunt: adſunt quoque quamplura alia, uide-
licet non ſolum natura appellationis, ſed natura cauſæ
attentatorum in appellatione, quæ de neceſſitate ante
omnia debet cognoſci inſtante parte: adſunt etiam ul-
tra uerba mediante iuſtitia,hęc uerba prout iuris eſt,er-
go cum ex illa iteratione, & uerborum geminatione de-
59 monſtratur † præciſam mentem ſupplicantis, quàm re-
ſcribentis eſſe ut ordo iuris ſeruetur:argumen. not.in l.
cum ſcimus.de agric.& cenſi.cum ſimi. ſequitur neceſſa-
rio quod ſi in caſu Corn.ita intelligatur,multo magis in
caſu noſtro debet intelligi prius magnificum. d. iudicẽ
cognoſcere de attentatis,& quod iuſtum ſibi eſſe uidebi
tur pronũciare & ſucceſſiue,& immediate,ſuper princi
pali negotio procedere prout iuris eſt:ſecundum quod à
pontifice reſcriptum eſt. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio aliàs,importat conditionem.*
2 *Agens ex promiſſione conditionali,debet probare conditionem fuiſſe adimpletam.*
3 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
4 *Verbum aliàs, poteſt intelligi ut non ſignificet conditionem,ſed aliud tempus.*
5 *Interpretatio in dubio fit ut diſpoſitio non ſit conditionalis.*
6 *Promittens debet probare ea quæ promiſit adimpleuiſſe.*
7 *Numerus pluralis in uno non uerificatur.*
8 *Copulatiua ad eius ueritatem requirit implementum utriuſque copulati.*
9 *Filia non poteſt dici diues,cuius pater eſt pauper.*
10 *Præſumitur quis in dubio non idoneus facultatum, licèt idoneus morum.*
11 *Dies interpellat pro homine,& conſtituit in mora.*
12 *Interpretatio illa capitur per quam excluditur delictum.*
13 *Præſumptio iuris transfert onus probandi in aduerſam partẽ.*
14 *Exceptio de iure tertij non admittitur quando pendet à ſua uoluntate,niſi ipſe declaret.*

RESPONSVM XIIII.

¶An ille qui promiſit quod aliquis erit exigibilis,tam fa-
cultate ſoluendi,quàm idoneitate bonorum,tempore de
ſtinatæ ſolutionis,aliàs de ſuo ſoluere,poſſit conueniri,
maximè ſi probatum fuerit tempore ſolutionis cum pro
quo fideiuſsit,non fuiſſe ſoluendo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Thema ta
le eſt.Titius Lucenſis erat creditor Sempronij
exiſtentis:ut puta Florentiæ in magna quanti-
tate,Sempronius Florentiæ fecit in carceribus
detrudi Ludouicum ſuum debitorem in libris mille, Lu
douicus & Elizabeth,ac Elia uxor Ludouici carcerati e-
xiſtentes Lucæ,promiſerunt Titio cum iuramento dare
intra annum proximum dictas libras mille, ſi faciet qđ
carceratus earum pater & maritus relaxaretur à carceri-
bus Florentiæ,& fiat ſibi abſolutio à Sempronio ſuo cre
ditore de dictis mille libris, pro quib. promiſit Caius ꝑ
hæc uerba,ꝓmitto qđ Ludouicus carceratus,& dictæ fœ
minæ erũt exigibiles & poterunt exigi,& erunt idoneæ,
tam facilitate ſoluendi quàm idoneitate bonorum tem-
pore deſtinatæ ſolutionis, aliàs de ſuo ſoluere. Titius a-
dimpleuit promiſſa per ſe,ſcilicet fecit relaxare.d. Ludo
uicum à carceribus,& ſibi fieri abſolutionem,& antequã
ſibi nunciatum fuiſſet carceratum fuiſſe relaxatum fecit
ſibi adiudicari quædam bona.d.Sempronij ſui debitoris
exiſtentia in agro Lucenſi,deinde non exacta illa quan-
titate a.d.Ludouico relaxato à carcerib. & ab eius uxo-
re,& filia poſt biennium deceſsit relictis filijs, qui nunc
agunt contra.d.Caium promiſſorem, ſeu eius hæredes:
quæritur an poſsint agere,& debeant obtinere, maxime
ſi probauerint tempore ſolutionis.d.Ludouicum nõ fuiſ
ſe ſoluendo.¶Præſuppoſito themate ſupraſcripto, uide-
batur prima fronte quod non,quia iſte Caius uidetur ꝓ
miſiſſe de ſuo ſoluere ſub conditione, ſi iſte Ludouicus,
& illę fœminæ principales idonei non erunt, cum illud
1 † uerbum aliàs,uideatur importare conditionem: ut per
Barto.in l.j.uerſicu.quinto.de condi.& demon. ſed qui
2 † uult agere ex promiſsione conditionali debet probare
implementum conditionis,cum ſit fundamentum ſuę in
tentionis,& quilibet ſuum fundamentum debet proba-
re.l.ei qui.l.actor.de prob.& licèt probauerint Ludoui-
cum non fuiſſe ſoluendo tempore ſolutionis, per hoc nõ
ſequitur q. illæ aliæ fœminæ non eſſent ſoluendo, à quib.
potuiſſet ſibi ſatisfieri.¶Secũdò uidetur obſtare illa ad-
iudicatio facta Titio de bonis Titij creditoris carcerati,
cum ei uidetur ſatisfactum de eo,quod ſibi debitum eſt,
3 & † ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obliga-
tio.inſt.quib.modis tollitur oblig.in prin.& licèt iſta ſo
lutio non concernat hæredes promiſſoris, ſed Titiũ cre-
ditorem Caij carcerati,cuius bona fuerunt adiudicata,
nihilominus de iure tertij poteſt opponi,quando eſt ex-
cluſiuum ad abundanter tradita in l.ij.de excep.rei iudi.
ſed iſtud uidetur excluſiuum; cum ſolutione eius, ergo
&c.¶Melius uero conſiderans determino contrarium.
4 Et primò quia † illa uerba aliàs de ſuo ſoluere, poſſunt
intelligi ut non importent conditionem, ſed ſignificant
aliud tempus,prout de ſui natura ſignant.l.diem profer
re.de arbi.& ponit Bart.in dicta.l.j.de condi. & demon.
5 † & in dubio fit interpretatio ut nõ inducatur conditio.
l.ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.de uerb. oblig.& quia ſu
pra eſt facta mentio de tempore deſtinatæ ſolutionis, &
ſubdit aliàs,id eſt alio tempore,& ita ſenſus eſt ꝙ pro il-
lo tempore deſtinatæ ſolutionis promittit illos eſſe ido-
neos,pro alijs temporibus promittit ſoluere, & hoc ut
euitetur conditio prout de iure fieri debet, & inſtrumen
tum interpretatur contra illum qui ſe fundat in condi-
tione.ad tradita in l.ueteribus.de pact.hoc ſtante,cum ſi
mus extra tempus deſtinatæ ſolutionis, abſque aliqua
exceptione hæredes fideiuſſoris uirtute illius obligatio-
nis ſoluere teneantur,ſed circunſcripta iſta intelligentia
conſidero realius procedendo,quod iſte fideiuſſor pro-
miſit duo. ¶Primò illos idoneos eſſe in facultatibus, &
bonis,

bonis, tempore deſtinatæ ſolutionis: aliàs ſoluere de ſuo,
id eſt caſu quo non ſint idonei: eſſe igitur idoneos illos
tempore deſtinatæ ſolutionis, eſt de promiſsis per fide-
iuſſorem, & iam per ipſum uel eius hæredes debet pro-
bari adimpletum fuiſſe, ne teneatur ſoluere de ſuo, cũ qs
teneatur probare id quod promiſit, ne ſoluat id qđ pro-
miſit in caſu quo primum promiſſum non fuerit adim-
pletum, cum ſit fundamentum intentionis ſuæ, ad euitã
dum ſecundo loco promiſſum, ergo &c. l. eum actum. de
6 neg. geſt. cum ſimilib. ¶ Præterea ſemper † quis debet ꝓ-
bare ea quæ promiſit adimpleuiſſe: ad not. in l. quæro. §.
inter locatorem. locati. in l. Iulianus. §. offerri. de actio-
ne empt. ſed iſti aduerſarij nihil probarũt quod ↄcludat,
immo non articularunt illas fœminas fuiſſe idoneas tẽ-
pore deſtinatæ ſolutionis, quod quidem erat faciendũ;
cum promittat illos tres eſſe idoneos: adeo quod & ſi ꝓ
7 barunt unum fuiſſe ſoluendo, cum † numerus pluralis
non uerificetur in uno. l. ubi numerus. de teſtib. & in ſti-
pulationib. a uerbis non eſt recedendum. l. quicquid a-
ſtringendæ. de uerb. oblig. & etiam copulatiue loquitur
de illis tribus, ergo requiritur quod omnes tres ſint ido-
8 nei, cum † ad ueritatem copulatiuæ requiritur implemẽ-
tum utriuſque. l. ſi cohæredi plures. de condi. inſti. & ma
xime cum ſint compatibilia: ut per Bar. in l. ſi is qui du-
centa. §. utrum. de reb. dub. ergo de neceſsitate erat pro-
bandum omnes illos tres fuiſſe idoneos; quod minime
eſt factum. ¶ Item dico, cum per partem actorum eſt ꝓ-
batum patrem, & maritum illarum mulierum non fuiſſe
ſoluendo, & idoneum: res redditur clariſsima, cum pro-
bando quod unus non erat idoneus, ſequitur quod om-
nes tres non erant idonei, cũ de iſtis trib. tollatur unus:
immo dico præſuppoſito quod ſit probatũ pater & ma-
ritus non erat idoneus, ꝙ iuris cenſura non ſunt idoneę,
& exigibiles illæ fœminæ. ¶ Et primo uxor: cum iure mu
nicipali illius cautum eſſe dicitur, quod uxor non po-
teſt obligare dotem cum iuramento & conſenſu mariti,
quando maritus non eſt ſoluendo: immo in fortioribus
terminis uult quod obligatio non ualeat in ultimis bo-
nis mariti, & ſubiungit quod omne pactum, & omnis o-
bligatio in contrarium facta ſint ipſo iure nulla, ergo u-
xor uirtute iſtius obligationis non eſt idonea & exigibi
9 lis, idem dici uidetur iuris cenſura in filia, cum † filia nõ
poteſt dici diues cuius pater eſt pauper, niſi aliter probe
tur: ad plene no. in l. in ſuis. de liber. & poſth. dum tracta-
tur de æſtimo patris: ex quibus recte conſideratis ſequi-
tur neceſſario per iſtos agentes probatum fuiſſe illos tres
principales, & neminem eorum tempore deſtinatæ ſolu-
tionis fuiſſe idoneos & exigibiles, immo fuiſſe inexigibi
les & non idoneos, & per conſequens eueniſſe caſum,
quo fideiuſſor de ſuo ſoluere tenetur, & ita res redditur
clariſsima, & amplius non eſſet aliquib. adminiculis ad-
iuuanda: nihilominus ut magis ſit conſultum conſcien-
tiæ magnifici domini mei iudicare debẽtis, dico & ſi om
nia ſupradicta ceſſarent, & eſſet fundamentum intentio-
nis actoris, tempore deſtinatæ ſolutionis illos principa-
les non fuiſſe idoneos, & id non probarent adhuc fide-
iuſſor, & eius hæredes de ſuo ſoluere tenentur: ex quo qs
10 † in dubio præſumitur non idoneus facultatum, licèt i-
doneus morum: ut per Iaſ. poſt alios in l. ſi uero. §. ꝓ rei.
ff. qui ſatiſd. cog. & iſta eſt præſumptio generalis. Sed cõ-
currunt aliæ particulares, & primo quia illi principales
promiſerunt ſoluere intra annum proximum & iurarũt,
11 & ita aderat dies, quæ interpellat † pro homine & con-
ſtituit in mora. l. magnam. de contrahen. & committen.
ſtipu. & plene no. in l. ſi inſulam. de uerb. oblig. immo ex
forma ſtatuti, ut præſupponitur in facto, tenebàtur por-
tare ad domum creditoris. ſi igitur non ſoluerunt & con
ſtituti in mora, facti ſunt periuri, dici debet quod id fece
rint potius ex impotentia ſoluendi, & quia nõ erant ido-
nei, quę excuſat à periurio, quàm ꝙ facti ſunt periuri, cũ
12 capiatur † interpretatio ut excludatur delictum, & ma-
xime periurium: & faciunt no. in l. ſi conſtante. ſol. matr.
dum loquũtur de eo qui non ſoluebat debita ſua, & ſatis
conſtat ex eo quod erat incarceratus pro debito, & coge
bantur uxor & filia promittere pro eo, quia alios quidẽ
non inueniebat: immo quidam ſuus negotiorum geſtor
ita dixit in inſtrumento ꝙ non uolebat obligare aliquo
modo bona ſua: uideatur inſtrumentum: quod quidem
non eſt uериſimile eum feciſſe, niſi quia non erat ſoluen-
do: quæ coniecturę & præſumptiones ſaltem ſimul iun-
ctæ transferunt onus probandi in aduerſam partem, e-
tiam ſi eſſet fundamentum intentionis agentium, cum
13 † una præſumptio iuris ſit potẽs: ut eſt tex. in l. quintus.
de dona. inter uir. & uxo. l. nec codicillos. de codicil. l. ſi-
ue poſsidetis. de prob. gl. in l. actor. & ibi Sal. & omnes de
prob. ſed iſti non probarunt, ergo &c. & ex his ſaltem ſi-
mul iunctis liquidiſsime conſtat hæredes fideiuſſoris
obligatos eſſe ſoluere quantitatem promiſſam, iſtis agẽ-
tibus: qui omnia promiſſa per eorum patrem, ſ. liberatio
nem à carceribus, & abſolutionem à debito eſſe obſerua
ta, pleniſsime probat per inſtrumenta authentica. ¶ Nõ
ob. adducta in contrarium: & primo quod ante omnia
debeat probare conditionem obligationis eſſe purifica-
tam, ſ. illos principales tempore deſtinatæ ſolutionis nõ
fuiſſe idoneos, quia ex ſupra deductis apparet reſpõſum
ꝙ non eſt conditio, & caſu quo ſit ſpectabat ad partẽ ad
uerſam uti promiſſum per ipſum, & caſu quo non eſſet
promiſſum, ſpectabat propter præſumptiones iuris quæ
transferunt onus probandi: ad no. in l. ſiue poſsidetis. de
proba. & in hoc non inſiſto, cum recipiat declarationẽ,
cum probatum eſt per agentes illos non fuiſſe idoneos
ut ſupra dixi, nec repeto. ¶ Nec ob. ſecundum de ſatisfa
ctione, quia aduertendum eſt ꝙ hic ſunt duæ obligatio-
nes principales, prima Sempronij exiſtentis Florentiæ,
qui tenebatur Titio Lucenſi in magna quantitate, alia
adeſt obligatio Ludouici, & promittentium pro eo: & i-
ta Titius habet duas actiuas obligationes diuerſas ex di-
uerſis cauſis: una cum Sempronio, aliam cum Ludouico
& cum promittentibus pro eo ex cauſa, quia fecit libera
re eum à carceribus & fecit eum abſolui, ita quod licèt
ſit ſatisfactum Titio à Sempronio per adiudicationem
ſuorum bonorum, & ita Sempronius eſt liberatus & ſo-
lutione eius &c. tollitur obligatio Sempronij, ſed ꝑ hoc
non tollitur obligatio Ludouici quæ eſt ex alia cauſa, ſ.
quia fuit relaxatus à carceribus, pro qua obligatione ni
hil eſt ſolutum, & ita illa opinio non facit ad propoſitũ:
14 immo caſu quo faceret ad propoſitum non † poteſt op-
poni de iure tertij, quando pendet à ſua uoluntate: ut
hic, niſi tertius declaret: ut no. Bar. Soc. & alij, in l. j. de ex
cep. rei iud. & plene no. in l. 2. C. de iure emph. ſed ille ter-
tius id non declarauit: immo offerunt ſe promittere fidè
iubendo, quod tertius non ita declarabit, & conuentos
nunquam moleſtabit. ¶ Præterea ſi iſti principales & eo
rum fideiuſſores conuenti eſſent liberati, ſequeretur qđ
illas mille libras lucrarentur, ſeu liberationem gratis: nã
fuiſſent liberati à Sempronio ad inſtantiam Titij, & Ti-
tius cui erant promiſſa poſtea agere nõ poſſet. quod qui-
dem quam abſurdum foret neminem fugit, & habes no-
tare iſta. cum uidi iſtud ſtatutum, cognoui hanc cauſam
eſſe Bononienſem, & propterea timens ne eſſet contra ali
quem amicum, uel affinem meum me retraxi: quouſque
reuerendiſsimus & illuſtriſsimus gubernator noſter epi-
ſcopus Biſignani mihi impetrauit ac iuſsit ut ſcriberẽ,
& tunc non potui deficere, ſed rem leuiter magis quàm
potuerim pertractaui: hanc notulam, & additionem, cũ
in fine originalis reſponſi authoris manu ſua ſcriptam rè
peri: non incongruum mihi uiſum fuit eam ſubijcere.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Prima inſtantia de iure ſuſpendi non poteſt.*
2 *Pronuncia facta per iudicem de conſenſu partium, quod inſtantia non currat, donec per alteram partium aliquid fuerit actitatum, nullius eſt momenti.*
3 *Iudex ſecundum opi. communem pronunciare debet.*
4 *Intellectus & ponderationes ad l. properandum. C. de iudic.*

5 *Indefinita*

5 *Indefinita legis æquipollet uniuerſali.*
6 *Diſpoſitio ibi habet locum ubi conuenit ratio diſpoſitionis.*
7 *Ratio comprehendit caſum, ſicut genus ſpeciem.*
8 *Diſpoſitio quantumcunque pœnalis & odioſa loquens in uno caſu habet locum in alio, ſi aliàs poſſet reddi eluſoria,*
9 *Prohibita una uia per aliam non debent admitti.*
10 *Procurator in cauſa appellationis, non poteſt inſtantiam ſuſpendere, niſi habeat ſpeciale mandatum.*
11 *Statuta à ſuis ciuibus obſeruari debent.*
12 *Scriptura poſita in archiuo publico optime probat.*
13 *Decurſu longi temporis omnia præſumuntur ſolenniter acta.*
14 *Stylus ut fidem faciat probari debet per acta, uel teſtes iuratos.*

RESPONSVM XV.

¶ An prima inſtantia ſuſpendi poſsit, & caſu quo poſſet, an requiratur quòd procuràtor habeat ſpeciale mandatú.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In præſenti cauſa celebratiſsimi d. Franciſci de Molza, omiſsis argumentis propter breuitatem
1 temporis dico de iure primam † inſtantiam ſuſpendi non poſſe; ut ſentit Bart. in l. properandum. de iud. in prin. dum dicit, quis erit modus; cogita qđ eſt tñ unus modus ut renouetur inſtantia &c. ergo ſentit & expreſſe uult quòd non poſsit ſuſpendi, quia non eſſet tantum unus modus renouationis. idque clarius atteſtatur Pau. de Caſt. in dicta. l. properandum. in prin. de iudic. idem expreſſe dicit Soc. in conſi. 31. colum. 4. uerſi. ex quibus. uol. 1. idem reſpondit Abb. in conſi. 16. uol. 1. ubi loquitur de ſuſpenſione: & in fine dicit, quod utraque pars non poteſt conſentire quod per certum tempus inſtantia non currat: quod tantundem eſt ac ſi diceret quod ſit ſuſpenſa, immo pro eodem ponit, cum loquatur de ſuſpenſione. idem dixit Alex. in conſi. 136. uolu. 2. col. 2. licèt de conſi. Abb. nullam mentionem fecerit, & plus uoluit idẽ Alex. in conſi. 180. in cauſa. in 1. col. uolu. 6. ꝙ pronuncia
2 facta † per iudicem de conſenſu partium quod inſtantia non currat donec per aliquam partem aliquid actitatum fuerit, nullius ſit momenti, & ſic non poteſt de conſenſu partium etiam cum authoritate iudicis ſuſpendi inſtantia, & licèt ex iſtis authoritatibus & alijs quas breuitatis cauſa omitto, apparet quod ita eſt communis opi. ad no. per Iac. Butr. in l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. & ita
3 † pronunciandum eſt ad no. in c. 1. de conſti. ubi per omnes: nihilominus ut magis ſit conſultum conſcientiæ magnifici iudicis. demonſtro hanc opi. in puncto iuris ueriſſimam, & pro ea pondero text. in dicta. l. properandum.
4 in † prin. nam tex. uult omnes lites non ultra triennij metas poſt litem conteſtatam, eſſe protrahendas, & non ultra: quæ uerba ex ſui proprietate comprehendunt ſuſpenſionem, cum per ſuſpenſionem lites ultra triennij metas protraherent, cum uerum eſſet à die litis conteſtatæ, tempus maius triennio præterijſſe, ſeu præterire potuiſſe, qđ quidem expreſſe per legem uetatur. ſi igitur uerbis legis caſus ſuſpenſionis comprehenditur, ergo amplius nõ eſt laborandum, l. ille aut ille. §. ſed cum in uerbis. de legat. 2. & maxime, quia loquitur indefinite: & indefinita legis
5 † æquipollet uniuerſali. l. ſi plurib. de leg. 2. unde perinde eſt ac ſi dixiſſet nullo modo protrahantur, ergo &c. & etiam quia ſumus in materia fauorabili & publica ut lites finiantur, quo caſu uerba generalia ita generaliter intelliguntur ut non patiantur aliquam reſtrictionem, ſed latiſsime interpretantur: ad no. in l. talis ſcriptura. de le. 1. & per Moder. in rubr. ſolu. matrimo. adeo ꝙ non recipiunt reſtrictionem ad caſum habilem. l. ſi quis in graui. §. utrum. ad Sylla. & per Moder. in l. j. §. nunciatio. de noui oper. nunc. ergo comprehendunt quemlibet modum abſque aliqua diſtinctione, per quem qualitercunque lis intra biennium non terminaretur, ſed data ſuſpenſione uerum eſt intra triennij metas poſt litem conteſtatam non terminari, ergo abſque difficultate dicere debemus ſuſpenſionem prohibitam eſſe, ſed comprobatur etiam ex rationibus expreſsis in dicta. l. ibi ne lites fiant immortales, & uitæ hominum modum excedant, ſed per ſuſpenſionem lites poſſunt fieri immortales, & uitæ hominum modum excedere, ut de ſe patet: ergo cum illę ratio
6 nes † conueniant ſuſpenſioni, conuenit etiam diſpoſitio, cum ubi ratio expreſſa diſpoſitionis habet locum, habet etiam diſpoſitio, etiam ſi eſſemus in correctorijs, & in quibus fit ſtrictiſsima interpretatio ad abundanter tradita in l. ſi conſtante. ſolu. matrimo. & in auth. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccle. ergo quanto fortius hic, cum ſu-
7 mus in fauorabilibus, ut dixi: & merito quia † ratio comprehẽdit caſum, ſicut genus ſpeciem: ut per Bal. in auth. poſt fratres. C. de legi. hære. Pe. & Cy. in l. iura non ſingulis. C. de leg. & ita non eſt extenſio, ſed comprehenſio. facit. l. nominis & rei, §. uerbum ex legib. de uerb. ſig. cum uulg. ſed dato ꝙ nec ratio. nec uerba ſuſpenſionem comprehenderent, adhuc dico urgenti ratione dictam. l. ſibi
8 uendicare locum in ſuſpenſionem, cum diſpoſitio † quantuncuuque pœnalis & odioſa loquens in uno caſu habet locum in alio, ſi aliàs diſpoſitio reddi poſſet eluſoria. gl. fi. in c. quanquam. de uſur. in 6. & ibi no. omnes. Alex. & alij in l. j. in prin. in 4. col. de uerb. oblig. cum uulg. ſed ſic eſt ꝙ diſpoſitio legis, properandum, prohibens litem excedere triennium à tempore litis conteſtatæ: ſi non prohiberet ſuſpenſionem poſſet eludi per modum ſuſpenſionis, cum ſuſpendendo à tempore litis conteſtatæ triennium, & decennium, vt dr̃ fuiſſe in hoc caſu laberet̃,
9 & ſic qđ una uia † eſſet prohibitum, alia uia concederetur contra regulam. c. cum quid. de reg. iur. cum uulg. & fortius in caſu. l. properandum. hoc dici debet, cum non ſolum una uia eſt prohibitũ, ſed indefinite & omni uia eſt prohibitum, & uerba & ratio comprehendunt, & ſumus in fauorabilib. tendentib. ad utilitatem publicã, & ita res vr̃ clariſsima, maxime cum ſuſpenſio fuit talis, qđ litem iſtam, ut dr̃, protraxit ultra decennium, & fuit facta ſine iuſta cauſa, & per procuratorem non habentẽ ſpeciale mandatum ut mihi præſupponitur, & cum pro-
10 curator † in cauſa appellationis quæ de iure ſuſpendi poteſt, non põt ſuſpendere ſi non hꝫ ſpeciale mandatum: ut per Fel. poſt Cald. citatum per eum in c. uenerabilis. de iud. nu. 13. quanto minus in cauſa principali poterit, cũ de iure nullo modo poſsit ſuſpendi, uel ſaltem difficilius admittitur qđ tñ negatur per ea quæ ſup. diximus: quis .n. diceret ſi in caſu expreſſe de iure permiſſo procurator ſine ſpeciali mandato non põt ſuſpendere: qđ in hoc caſu prohibito, uel ſaltem difficili poſſet ſuſpendere abſq; ſpeciali mandato, poſſet dico ſine cã, & ita qđ ultra decẽnium lis protraheretur, profecto nemo ſani capitis & pręſertim doctiſsimus ac iuſtiſsimus iudex, cuius nomẽ apud me plurimum põt, & maxime cum adſit ſtatutũ pro
11 hibens ultra octo dies ſuſpendi poſſe qđ † obſeruandũ eſt: ad no. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. qđ cum ſit in
12 archiuo † publico Mutinæ ut præſupponit excellentiſsi. iurecõſultus d. Io. de Caſtro. uitreo, qui hanc difficultatẽ ad me miſit optime probat: ad no. per Fel. in c. cum cauſam. de app. in 3. col. & in c. ad audientiam. de præſcri. &
13 cum † ſit iam tranſactum longum tempus omnia pręſumuntur ſolenniter acta: ad no. in l. ſciendum. de uerb. ob. ubi per Rom. Iaſ. & Mod. ita qđ ei non poteſt opponi de aliqua ſolennitate, tam intrinſeca q̃ extrinſeca non obſeruata: quæ omnia ſi recte ſpectentur à dño meo prout pro comperto habeo eum facturum hic caſu adeo indubitatus eſt ut nullus in proprijs terminis ꝯdictor reperiatur: nec de ſtylo uerba faciam, cum non ſit probatus
14 † per acta uel teſtes iuratos: ad no. in l. de quib. de leg. & aliquid per Alex. in conſi. 212. uol. 6. & cum teſtes ſunt ꝯrij, & ei repugnat ius cõe, & ſtatutum: nec ut audio fuit articulatus iuxta qualitatem ſuſpenſionis hoc eſt uſque ad decennium, & per ꝓcuratorem non habentẽ ſpeciale mandatum & ſuſpendentem ſine cã, & ẽt ex alijs rõnib. uti nullius momenti ipſum ꝑtereo, & his paucis ꝯtentus ero in hac temporis anguſtia, cum maius ociũ dabit̃ ſi opus erit plurib. hanc partem comprobare contendam.

Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Leges quæ dicunt ab executione appellari non poſſe multis modis limitantur.*
2 *Ratio quare ab executione appellari non poſsit.*
3 *Appellatio ab executione non fit quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam.*
4 *Executio nulla eſt, quæ fit intra tempus quod datur iudicatis.*
5 *Iudex non tenetur impartiri officium ſuum, niſi petatur.*
6 *Executio facta intra tempus quod datur ad appellandum eſt nulla.*
7 *Declaratio ad dictum Bar. in l.2. de appel. recip.*
8 *Limitatio ad dictum Bartol. in l. a diuo Pio. in §. ſi ſuper. de re iudica.*
9 *Ignorantia excuſat hæredem.*
10 *Tertius non admittitur ad impediendum executionem ſentētiæ, quando ſciuit cauſam agitari, & interuenit, & nō appellauit.*
11 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam facit ius irreuocabile.*
12 *Appellatio non admittitur in his quæ dilationem non recipiūt, declara ut ibi.*
13 *Limitatio ad. l. fi. de app. recip.*
14 *Appellatio quæ in effectu continet ne hæres mittatur in poſſeſſionem non admittitur.*
15 *Appellatio in iudicio poſſeſſorio non admittitur, niſi quando ultra appellationem tractatur de nullitate.*
16 *Appellatio de iure canonico admittitur in iudicio poſſeſſorio.*
17 *Ius canonicum in terris eccleſiæ ſeruari debet.*
18 *Appellatio in iudicio poſſeſſorio admittitur, quādo libellus fuit implicitus ad petitorium.*
19 *Appellatio non deuoluit alium articulum, quam uerteretur coram iudice a quo.*
20 *Tertius poteſt appellare.*

RESPONSVM XVI.

¶An ab executione appellari poſsit, & quando tertius admittatur ad impediendam executionem, & quādo in iudicio poſſeſſerio admittatur appellatio.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis ac conſideratis elegantiſsimis dubijs datis mihi per dominum iudicem ordinarium poteſtatem Bononiæ olim acutiſsimum diſcipu-
1 lum meum, paucis agam. Et præſuppono †leges dicentes ab executione appellari non poſſe, non procedere quando executio fuit lata intra tempus appellādi, & quando fuit diffinitiua ſententia. Item quando non præceſsit ſententia ad cuius executionem ipſa ueniat. Item quando non continet expreſſum. Item quando eſt nulla: quæ omnia concurrunt in caſu noſtro: ut late in hac cauſa conſulendo deduxi. non repeto. & Ang. Are. in l. fi. de app. reci. & Bar. in l.2. col.2. eo. ti. & in l. a diuo Pio. §. ſuper reb. de re iudi. non loquuntur quādo executio patitur defectus, de quib. ſup. ſed loquuntur de executione nullum defectum continente, ergo nihil ad nos. ¶Præterea ultra ea quæ dixi conſidero quod uoluit Pau. de Ca. in d. l. ab exe-
2 cutore. ideo non†appellatur ab executione, quia ſibi imputandum eſt ſi non appellauit a prima. Item ſubdit in
3 ſeq. opi. tex. in d. l. ab executore. procedere qñ † ſententia tranſiuit in rem iudicatam: uide eum ibi col.2. uerſi. ulti. pono. ſed hic nos appellauimus: & ſententia prima non tranſiuit in rem iudicatam, ergo nihil ad nos executionē impedire appellationem & tertium non admitti, q.a ꝓcedunt in executione ſuper ſententia quæ tranſiuit in rē iudicatam: ſed ut magis ſatisfaciam ſigillatim rñdeo, &
4 ad primum dico hāc†executionem nullam, cū fuit facta intra tp̄s, qđ datur iudicatis. l. intra dies. cum ibi plene no. de re iud. & patitur defectus de quib. ſup. & iura quæ loquuntur de executione, intelliguntur de ualida: ad plene no. in l.4. §. condemnatum. de re iu. & ipſam executionem petitam fuiſſe nihil officit, cū id ſit ex natura rei: &
5 ꝓpterea non alterat actum, cum†iudex non teneaē officium ſuum impartiri, niſi petatur. l.4. §. quod autē. de dāno infec. & ſi petitio eſt iniuſta, ut erat iſta, ei obtēperare non debet aliàs faceret litem ſuam: iuxta no. inſti. de off. iudic. in prin. cum ſi. & etiam poteſt dici petitionem procedere, ſi a ſententia non fuerit appellatum, & ſic fuerit extincta ſeu ſuſpenſa ſententia. l. j. ad Turpil. cum cōcor. at hic appellatum fuit, quo caſu omnia ſunt ſuſpenſa, & petitio erat iniuſta: ut late in uoce ī ꝯdictorio iudicio, & in ſcriptis dixi, ſequitur igitur minime ꝯſiderādam eſſe.
6 ¶Non ob. dictum Ang. in l. fi. † de app. recip. quia non procedit quando executio fuit facta intra tempus appellandi, quia tunc executio eſt nulla, & debet reuocari: ut no. Abb. in c. cum ſuper. de re iud. in notabi. ubi alij ſequuntur, & Moderni plura cumulant, quæ non tranſcri-
7 benda putaui, uideantur. ¶Non obſt. dictum†Bar. in l.2. de app. non recip. colū. 2. quia licèt dicat in caſu. l. j. ſi de momen. poſ. appel. fuer. appellationem inducere effectū deuolutiuum tantum, tamen inquantum loquitur de appellatione ab executione dicit executionem ſuſpendere licèt non in totum, quia poteſt facere ſequeſtrari fructus, ergo excepta ſequeſtratione ſuſpenditur executio, ergo expreſſe uult ibi Bar. executionem ſuſpendi per appellationem exceptis illis caſib. uide ibi in uer. item appellatur. nam & exceptio firmat regulam. l. nam quod liquidæ. de penu leg. & ſic probat pro nobis. ¶Non
12 cum ſimilib. fideicommiſſum † n. ex coniectura, ac ueriſimili mente defuncti inducit̃. l. cum proponeret̃. de le. 2. l. uoluntas. l. cum uirum. C. de fideic. cum ſimilib. & hæc ſunt quæ pro hac parte aliquid dubii facere vñr. ¶ Maturius uero conſideranti facile apparebit fideicommiſſum tm̃ filiis iniunctum fuiſſe. nam teſtõr inſtituit Franciſcũ & Zenobium filios, & ꝯſiderauit quod aut decederẽt cũ filiis & natos ex eis ſubſtituit, & ſi obierint ſine filiis ſubſtituit nepotes ex fratre, hæc fuit intentio teſtantis in utroq; caſu ſubſtituere filiis inſtitutis tam decedentib. cũ eorum filiis q̃ nullis poſt ſe relictis, itaq; facta ſubſtõne filiis inſtitutis de eorum natis, in altero caſu ꝓuidere uolens illa uerba ꝓtulit ſi obierint ſine filiis legitimis &c. Et hanc clauſulam ad filios inſtitutos referri debere
13 multipliciter demonſtratur: & primo per locum † ab

incontinenti quod de iure procedir,& ut euitetur recedi
tur à proprietate,& multa contra regulas iuris tolerant.
l. nam abſurdum.de bonis liber.cum uulgarib. Abſurdũ
quippe eſt teſtatorem ſubſtituiſſe filijs inſtitutis,cum fi-
lios habuerint,& cum certum eſt iure naturæ,ac pio pa-
rentũ uoto bona in familia permanere , & caſum in quo
ſine filijs obierinr omiſiſſe,& ubi certum eſt bona de fa-
miliæ nomine exire:quod quidem eueniret ſi clauſula nõ
obierint,ad filios inſtitutos non referretur: nam in caſu
quo filij decederent ſine filijs, prouiſionem non feciſſet.
¶Secundò demonſtro per locum ab inſufficienti diſpoſi
14 tione & minus neceſſaria.Nam ut † diſpoſitio ſufficiẽter
prouideat,& caſui magis neceſſario fit interpretatio.l. ſi
fideiuſſor.§.neceſſaria.qui ſatiſd.cog. & faciunt nota.in
l.j. de ſolutioni.quod autem ſufficienter nõ prouidiſſet,
& caſum magis neceſſarium omiſiſſet ſi aliter interpreta
remur, ex ſuperiori declaratione apparet. ¶Tertiò de-
monſtratur per locum à non ueriſimili , quod procedit,
15 & præſertim in fideicommiſsis,in quib.uolunras & † ve
riſimilitudo diſponentis tanquam regina dominatur , &
uerbis præfertur.l.in conditionib.primum locum. de cõ
di.& demon.cum ibi plene nota. & in l. nuptura.de iure
dot.cum uulgarib.ſed ueriſimile non eſt teſtatorem ca-
ſum iſtum in ſubſtitutione facta filijs omiſiſſe , & caſum
omiſſum conſideraſſe in filijs filiorum,cum hic caſus tẽ
dat ad conſeruandum bona in familia, quod magis in fi
lijs inſtitutis,quàm in filijs filiorum teſtator conſidera-
uit,ut colligitur ex prohibitione facta tantum filijs , de
quo ſup.uerba fecimus. ¶Quartò facit, nam ſubſtitutio
iſta habet duo capita in caſu mortis,ſ.exiſtentib. filijs &
non exiſtentib. & certum eſt caput exiſtentiæ referri ad
filios inſtitutos & non ad filios filiorum , ergo & caput
non exiſtentiæ filiorum, quod habet aliquam difficulta
tem,cum indigeat ſubauditione , referri debet ad filios
16 inſtitutos,cum † pars dubia diſpoſitionis ab alia certa
declarari debeat:ut plene traditur in l.ſi ſeruus plurium.
§.fi.de leg.1.& in l.qui filiab.eo.ti. ¶Quinto facir,ſi uer
ba ſi obierint,referantur ad filios inſtitutos,ſubſtõ facta
in caſu exiſtentiæ filiorum porrigitur ad caſum non exi-
ſtentiæ inter eaſdem perſonas filiorum.ſi autem referant
ad filios filiorum , ſubſtitutio porrigitur ad aliũ caſum
inter alias perſonas penitus diuerſas , in diuerſo gradu
17 exiſtentes,& fit interpretatio † ut ſubſtõ non porrigat
ad alias perſonas.arg.eorum quæ ponit Arc.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.de libe.& poſthu.poſt gl.in l. Titius.
eod.tit. ¶Sexto probatur, nam illa uerba ſi obierint &c.
ſunt poſita abſque perſona & continent in ſe fideicom-
miſſariam ſubſtitutionem , & perſona debet ſubaudiri :
18 ſed quando † in fideicommiſſo ſubaudienda eſt perſona,
debet ſubaudiri perſona primi hæredis & non ſubſtituti,
ita quod grauamen cenſeatur iniunctum primo hæredi
& non ſecundo.ita conſuluit Soc.in conſi. 218.Conſide-
ratis.uol. 2.col.2.uer.aliquando.ubi Bar.Imo.Bal.Sal. &
alios citat,ut per ipſum.Et per hanc communem deciſio
nem caſus noſter determinari uidetur, qui alijs quoque
rationib.comprobari poſſet:quas tanquam non neceſſa-
rias prætermitto. ¶Nec obſtat ꝙ uerba ſuadent ut ſub-
audiantur nati ex filijs,quoniam receditur à uerbis pro-
pter euitandum abſurdum,& ueriſimilem mentem diſ-
ponentis obſeruandam,cum uoluntas pręferatur uerbis
ſicut anima corpori,iurib.uulgarib. Vel ſecundo dicas
ſaltem per ſupradicta ad uerba remotiora referri , quod
poteſt ſalua ratione recti ſermonis . Tertiò hoc non fieri
per relationem,ſed per ſubauditionem,quę debet admit
ti ex rationib.ſup.adductis. Subſtõ igitur de nepotibus
fuit facta filijs inſtitutis,in caſu quo decederent ſine fi-
lijs:& caſu quo decedant cum natis eorum filij ſunt ſub-
ſtituti:filijs uero filiorum,ſ.Franciſci & Zenobij deceden
tibus uel cum liberis,uel abſque liberis , nulla reperitur
facta ſubſtitutio, ideo iſte caſus non eſt conſideratus, cũ
19 † id quod teſtator non dicit , uelle non præſumitur : ut
no.Bal.per illum tex,in l.j. §. ſinautem ad deficienris. C.
20 de cad.tol.nec † ſufficit teſtatorem ita uoluiſſe , niſi di-
ſponat,l.quidam cum filium.de hære.inſt.& ibi no. Bal.
& Imo.& caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris
communis.l.commodiſsimè.de lib.& poſth. adeo quod
dixit Cy.in l.quod fauore.de legib. & ſequitur Pe.de An
21 cha.in conſi.357.Ex ſerie teſtamenti. col. 3. & 4.† ꝙ ca-
ſus contingens præter ordinationem teſtatoris nõ inclu
ditur ſub diſpoſitione, etiam ſi maior ratio diſponendi
adeſſet:ex quo dicto Cy.& Pe.de Anch.tollitur obiectio,
dum dicebatur, quòd quemadmodum ſubſtituit perſo-
nis filiorum decedentib.ſine filijs: ita ſi fuiſſet interroga
tus ſubſtituiſſet in perſona natorum ex filijs: per gl.in l.
tale pactum.in §.fi.de pac.ut non procedat eo caſu quã
22 do longam diſpoſitionem fecit † teſtator, & prouidit
plurib.caſib.quoniam eo caſu ex induſtria uidetur omi-
ſiſſe,cum ex alijs de eius diligentia conſtet pariter ac vo
luntate:& ita per illud dictum limitabitur in hoc caſu il
la glo. Vel ſecundo dicas illam gl.non procedere,quãdo
23 † diſpoſitio fuit facta ſub conditione uoluntaria ut ſi de
cederet ſine liberis:ſecundum Bar. in l.Gallus.§. & quid
24 ſi tantum.de lib.& poſth.& quod ꝯdõ † ſi decedat ſine li
beris expiret exiſtentib.liberis tempore mortis, licèt po-
ſtea illi liberi decedant ſine liberis.ita conſuluit Oldr. in
conſi.21.Thema eſt tale.& uoluit Io.And.in addi. Spe.in
tit.de teſt.§.in primis.in ult.q.ſequitur Pau.de Caſt. in l.
ex facto.§.pen.ad Treb.& in conſi.170.Abb.in conſi.40.
lib.1.Alex.in conſi.31.Ponderatis.lib.3. Decius in con-
ſi.63.colum.2.& 3.& in plurib.alijs conſilijs quæ breui-
tatis cauſa omitto.Et ex his ſequitur per exiſtentiã Leo
nardi filij Zenobij inſtituti ſubſtitutionem nepotum ex-
piraſſe,ac perpetuo excluſos eſſe , & ſi poſtea Leonardus
abſque filijs deceſsit : quod eo magis uerum eſſe puto ,
etiam dato nepotes eſſent ſubſtituti filijs filiorum ſub
cõditione,ſi obierint ſine filijs, cum nepotes deceſſerint
antequam Leonardus deceſſerit abſque filijs, & ſic condi
tio ſubſtitutionis purificata eſſet ut fidei commiſſum cõ-
25 ditionale † ad hæredes ſaltem collaterales nõ tranſmit-
tatur,ut eſt communis opinio:de qua per omnes in l.hę
redes mei.§.cum ita.ad Treb.& in l.cum filio. de leg. 1.
cum concord.ut per ipſos:& præcipue per hoc ultimum
teneo nepotes perpetuo per exiſtentiam Leonardi ex-
cluſos fuiſſe. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ad hoc ut non ualeat,ſufficit probatum fuiſſe defunctum uoluiſſe teſtari , & talem inſtituere , ſed impeditum fuiſſe.*
2 *Impedimentum teſtandi ex uarijs cauſis probari poteſt. declara late ut ibi.*
3 *Metus probatur ex coniecturis & indicijs ſeu præſumptionib.*
4 *Declaratio per publicum inſtrumentum à defuncto facta,ſcilicet quòd non fuerit impeditus teſtari , eſt inſolita & inuſitata.*
5 *Declaratio,cautela,ſeu quilibet actus inſolitus arguunt fraudẽ & fallaciam ſeu falſitatem in quacunque diſpoſitione.*
6 *Inſtrumentum ex inſolitis redditur ſuſpectum.*
7 *Cautelæ inſolitæ reddunt actum uſurarium ſimulatum,ac fictũ.*
8 *Metus ex ſequenti actu libero purgatur.limita ut nu.ſeq.*
9 *Metus ex ſequenti actu ſine declaratione non purgatur,quando durat eadem cauſa metus.*
10 *Maritus ſi intulit metum uxori ut promittat, & deinde mulier ex interuallo ſponte promittat,dicitur metu promiſiſſe.*
11 *Reus non tenetur edere actori.limita ut nu.ſeq.*
12 *Reus tenetur edere actori fauore ultimæ uoluntatis , & ut ipſius morientis uoluntas ſeruetur.declara ut ibi.*
13 *Item officio iudicis tenetur edere,quando in retentione peccatũ argueretur.*
14 *Vſurarius tenetur edere actori.*
15 *Reus fraude uſus officio iudicis tenetur edere actori.*
16 *Reipublicæ intereſt ne delicta committantur, & commiſſa puniantur.*
17 *Reus tenetur edere actori, in cauſa fauorabili , ut puta liberorum.*

18 *Item*

18 *Item in cauſa matrimonij.*
19 *Item in cauſa dotis.*
20 *Item in cauſa miſerabilium perſonarum.*
21 *Reipublicæ intereſt, ut uoluntas defuncti ſortiatur effectum.*
22 *Iudex, ex officio ſuo, quando ſibi uidetur, poteſt cogere actorem edere reo.*
23 *Iudex, in his quæ aperte lex non exprimit, poteſt partes ſuas interponere & ſtatuere.*

RESPONSVM XX.

¶An teſtamentum ualet ſi probetur teſtatorem fuiſſe impeditum illud reuocare: & ex quibus probetur impedimentũ teſtandi: & actus inſolitus, quid operetur: & quando reus teneatur edere actori.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Placet concluſio dominorum conſulentiũ qui docte, & copoſe ueritatem amplexi ſunt: pro
1 quibus facit dum dicunt † ſufficere ſi probatum ſit defunctum uoluiſſe teſtari, & talem inſtituere, ſed impeditum fuiſſe. conſi. Iaſ. 31. in q. vol. 1. col. 3. & ad probandum in caſu noſtro fuiſſe impeditum defunctum, ſufficere coniecturas & probationes late deductas per domi
2 nos conſulentes. ¶Conſidero ꝙ † impedimentum poteſt prouenire ex uarijs cauſis: ut quia notarium probarunt accedere. l. j. ſi quis aliquem teſt. prohib. & not. in l. 1. C. eo. tit. teſtes dimiſerunt iuxta nota. per Bal. in l. teſtamenti. C. de inoffi. teſta. inuenerunt oſtium clauſum, & ex multis alijs modis: vt per Iaſ. in dicto conſil. hic uero prouenit ex metu illato ipſi teſtatori per generum ut ipſe fatetur, & teſtes deponunt, & ſic ſufficit metum probari qui
3 fuit in cauſa, ſed † metus probatur ex coniecturis, & indicijs, ſeu præſumptionibus: ut per Bal. & omnes in l. interpoſitas. C. de tranſa. & in c. ſi iuſtus metus. de appel. & ꝑpterea relinquitur arbitrio iudicis: ut latè ponit Dec. in reg. in omnibus cauſis. de reg. iur. & per Alex. in conſi. 48. Quoniam. li. 4. ergo hoc caſu probationes & coniecturæ conſideratæ ſufficiunt, & rem ipſam manifeſtam reddũt. ¶Secundò conſiderandum eſt: vt mihi præſupponitur in facto, quod defunctus per publicum inſtrumentum decla
4 rauit non fuiſſe impeditum teſtari, quæ † declaratio eſt inſolita, & inuſitata: ut docet experientia quę eſt rerum magiſtra. c. quam ſit. de electio. & arguendo à ſolitis: & à cõmuniter accidentibus: iuxta nota. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ſi cer. pet. & in l. neque natales. C. de proba. nã regulariter illi qui non faciunt teſtamentum non faciunt huiuſmodi inſtrumenta, & nunquam uidi nec audiui talia inſtrumenta celebrata fuiſſe à decedentibus abinteſtato: quod cum factum ſit, ſequitur quod fuit, quia uere interuenit prohibitio teſtandi & metus, & ut ſcelus ſuũ prohibentes tegerent procurarunt fieri talem declarationẽ, non animaduertentes qđ iuſtiſsimo, ac oculatiſsimo iudici per talem declarationem de fraude & dolo prohibentium, ac metum inferentium apparebit, cum declaratio,
5 † cautela, ſeu quilibet actus inſolitus arguunt fraudẽ, & fallaciam ſeu falſitatem in quacunque diſpoſitione. gloſ. in l. ſi quis ſub conditione. ubi Barto. & Bal. exclamant. de cond. inſtitu. & dixit Bal. in prælud. feud. §. expedita. circa. v. col. quod ex inſolitis circunuentionem iura præſumunt. idem Bal. in c. tertio loco. in vlt. col. de probationibus, quod ex inſolitis redditur ſuſpectum inſtrumentũ. Item ꝙ præſumatur dolus, propter cautelas inſolitas, voluit Bal. in c. quia ueriſimile. extra de pręſumpt. & late per Cur. in conſi. 73. col. penul. & circa actus inſoliti ma
6 teriam, plura uti notiſsima prætereo, † ſcilicet ꝙ reddãt
7 actum † uſurarium, ſimulatum, ac fictum: ut per Imo. in l. ſi prius. §. recte. de aqua pluuia arcen. per Bal. in l. error. in 4. colum. de iuris & fac. igno. & multa ſimilia ſatis conferentia ad hũc caſum. Nec poteſt dici interueniſſe dictã declarationem ad tollendum omne dubium & ad purgã
8 dum metum, ſi quis adfuit, quoniam metus ex actu † ſequenti libero purgatur. l. 2. C. quod metus cau. Alexan. in conſi. ccxxvij. Viſo inſtrumento. col. v. lib. v. cum ſimi. ſed ſi uere interuenit metus prout interuenit, ut cõſtat ex ſua confeſsione, iſta declaratio non potuit purgare præcedẽtem metum, cum declaratio ſe referat ad primum actũ ut nihil de nouo inducat: iuxta nota. in l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. de teſtamen. & ſic actus prout fuit factus non alteratur, ergo ſi uerus metus adfuit, non poteſt facere iſta declaratio quod non adfuit. l. uerum. de reg. iur. cũ ſimili. & ſic ſi propter metum. & prohibitionem pęna fuit commiſſa, non facit quin ſit commiſſa, & actus ſequens uoluntarius licèt conualidat actum meticuloſum, non tamen tollit pęnam incurſam, maxime cum pęna reſpiciat aliam perſonam cui ius acquiſitum eſt: iuxta plene tradita in l. tranſigere. C. de tranſactionib. cum ſimilibus.
9 ¶Præterea non † poteſt ex ſequenti declaratione uel alio actu metus purgari, quando durat eadem cauſa metus: vt ꝑ Bal. & doct. in d. l. 2. quod met. cau. & Alexan. in conſil. 48. li. 4. per Alex. in l. qui in aliena. §. Celſus. de acquiren. hæred. & ideo dixit Bart. in l. ob turpem cauſam. colum.
10 fi. de condi. ob turpem cau. ꝙ † ſi maritus intulit metum uxori, ut promittat, & deinde mulier ex interuallo ſponte promittat, dicitur metu promiſiſſe, cum durabat matrimonium, & ſic eadem cauſa metus & poteſtas, ſed cauſa metus fuit, quia defunctus erat in manibus & poteſtate generi & filiæ, & iſta cauſa durauit uſque ad mortem, ergo declaratio nihil facit, cum fuit facta durante cauſa metus. Et circa illud quod voluerunt inſtituere agentes vltra confeſsionem factam coram teſtibus, & in præſentia ſacerdotis confeſſos, quæ & ſi ſit maior quacunq; probatione. l. generaliter. C. de non nume. pecu. cum ibi not. manifeſtiſsime rem ipſam demonſtrat, ut alia probatio non deſideretur: tamen accedat euidens coniectura quæ colligitur ex ſcheda denegata, quæ profecto non denegaretur ſi agentium inſtitutionem non contineret: præſertim cum teneatur illam edere: quod demonſtratur: nam licèt ratione dominij non poſsit conueniri ad edendum, ac etiam uidebatur quod ratione intereſſe non teneretur, cum ultra intereſſe requiratur mandatum, ſaltem tacitũ ut dicantur inſtrumenta pertinere ad effectum editionis. l. quædam. l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. de eden.
11 quod nullo pacto hic interuenit, & quia † reus non tenetur edere actori. l. fi. C. de eden. attamen dico ꝙ fauore ul
12 timæ † voluntatis, & ut ipſius morientis uoluntas ſeruetur, reus tenetur actori, & ſufficit ſolum prætenſum intereſſe, abſque mandato, ut quia dicat ſe inſtitutum uel legatarium, & an ſit uerum uelle uidere, ita Aret. in c. 1. de prob. ſequitur & exclamat Soci. in d. l. fi. in ſui ratione. C. de eden. per tex. in l. 2. cum gl. iuncta l. 1. in ratione decidendi. ff. quemadmo. teſta. aper. & ſequitur Dec. in d. l. fi. ergo cum iſti agentes prætendant ſe eſſe inſtitutos, ſibi eden
13 dum eſt. ¶Secundo † reus tenetur edere quando in retẽtione peccatum argueretur, quia tunc officio iudicis edere tenetur: ita Aret. in cap. 1. de probatio. Alexan. in d. l. fi. ſed ita eſt hic: nam arguitur peccatum, quod non ſeruat uoluntatem defuncti & contra eam, & diſpoſitionem legis retinet bona defuncti, maxime ſtante prohibitione teſtaudi, & hoc tanto magis, cum actores ſatis probarunt intentionem ſuam, ita ꝙ iſta editio eſt ad coadiuuandũ: quod licet: ut per omnes in d. l. fi. & d. cap. 1. Aduertendũ etiam puto ad vnum quod fuit mihi dictum: hos reos cõuentos ſolitos eſſe vendere res ſuas ad tempus chariori pretio, qđ ſi probatum eſt dico illos teneri ad edendum iura, & ſcripturas petitas ab eis agentibus, quoniam iu
14 re cautum eſt † uſurarios teneri ad edendum actori: ut in clemen. 1. de vſur. & plene per omnes in l. 1. de eden. in uerbo, ex cauſa. & in cap. 1. de proba. & illud habet locum ẽt in eo qui ad tempus bona ſua charius uendit: ita Abb. in conſi. xxij. quanquam conſultum. in 1. uol. & idem uoluit in c. ad noſtram. in 1. col. de empt. & uend. ſequitur Iaſ. in d. l. 1. C. de eden. & hoc ſit dictũ ex abundanti. Non omitto etiam in hoc caſu conſiderandum eſſe coniecturas probatas illati metus ſuſpiciones uehementes, quibus ueniẽtes ab inteſtato laborant vt videantur fraude vſi, quo ca
15 ſu ego dicerem, reos † teneri ad edendum actori officio iudicis, qui fraudibus quantum poteſt obuiare debet. l. in fundo.

fundo.de rei ven.cum ibi not. & hoc per text. in l.1. C.de
eden.ibi, niſi ex cauſa.puto autem iuſtam cauſam eſſe qñ
uehementes coniecturæ & indicia laborant contra eum,
à quo poſtulabatur editio officio iudicis implorato qđ
ſcripturas non occultet & occultare ſua intereſt, & cum
conſtant quod egit quicquid potuit,ut illa ſcriptura non
fieret fraude & metu,ac ui vtendo, pro dij quæ iuſtior po
teſt eſſe quàm iſta, cum principaliter intereſt reipublicæ
ne fraudes,metus,& uiolentiæ perpetrentur,cum hęc om
16 nia contineant delictum, & principaliter † intereſt reipu
blicæ ut delicta non committantur,& commiſſa puniantur.l.ita vulneratus.ad leg.aquil. l.2.§. exercitum.de his
qui noran.infa.plene in l.ſi id quod.de iuriſ.om. iud. ſed
fauore cauſæ publicæ ſecundario uerbum cauſa prolatũ
17 in illa l.1.uerificatur:vt † in cauſa liberorum, quia fauorabilis.Dec.& alij in l.fi.de eden.& in c.j.de proba.in ma
18 trimonio † quoque verificatur.Io.And. in addi. ad Spe.
in tit.de inſtr.edi.§.uidendum.uerſi.ex præmiſsis.Bal.In
19 noc.in tract.de dote.in xj.parte.in 11. ſpeciali. Item † in
cauſa dotis Alex.in d.l.1.in 13.limitatione.C.de eden. idẽ
20 in miſerabilibus † perſonis:in quibus cauſa propter qua
litâtem perſonarum iudicatur pia.Specu.in tit.de inſtru.
edit.in §.nunc aliqua.col.16.uerſi.tu ſcias. & in multis ſimilibus caſibus,de quibus per Anto.de But. Abb.Dec.&
alios Mod.in c.1.de proba.& doct.in d.l.1.& fi.C.de edẽ.
in quibus agitur de publica utilitate ſecũdario,ergo fortius in caſu in quo principaliter agitur de utilitate publi
ca:ut fraudes,violentiæ,& metus,non perpetrentur,& perpetrati puniantur:vel ſaltem ex eis non lucrentur: & ma
21 xime in hoc caſu aduerſus uoluntatem teſtantis,in † qua
etiam verſatur publica utilitas.l.uel negare.quemadmo.
teſta.aper.l.ſiue pars.de inoffi.teſta.c.fi. de re iudi. prout
in hoc caſu accideret.nam ſi teſtamentum non poſſet reperiri:hi qui occultum retinent illud. & qui vim, & metũ
ac fraudem adhibuerunt ne teſtaretur, eius hæreditatem
lucrarentur, & hoc eo magis eſſe debet, cum illud uerbũ
ex cauſa,ſecundum Alexan.& Ant.de Alex.in d.l. fi. C.de
22 eden.intelligitur generaliter, ut iudex † ex officio ſuo,cũ
ſibi uidebitur poſsit cogere actorem edere reo,& merito,
cum lex generaliter loquatur.arg.l.de pretio.de publi.&
23 iudex in his quæ † apertè lex non exprimit poteſt partes
ſuas interponere,& ſtatuere.l.1.ff.de iure delib.& à ſimili
procedere.l.non poſſunt.ff.de legi.cum ibi nota.ergo abſ
que difficultate in hoc caſu id facere poteſt, ac debet, cũ
non ſolum ſimilis caſus eſt,ſed fortior rationibus, de quibus ſupra:& maxime accedentibus omnibus ſimul ſuperius conſideratis,& puto iuſtiſsimum iudicẽ facturũ eſſe.

¶Ita reſpon.Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis,ſine cauſa,non ualet.*
2 *Probibitus alienare irrequiſita familia, facta requiſitione ſi illi nolint,poterit alienare.*
3 *Res probibitæ alienari, ſi alienentur, in quartam alienanti computantur.*
4 *Verba debent aliquid operari.*
5 *Correctio eſt euitanda.*
6 *Correctio præſumitur ut ſuperfluitas euitetur.*
7 *Bona ſubiecta reſtitutioni,tacite cenſentur probibita alienari.*
8 *Dominium rerum quæ grauatæ erant fideicommiſſo ipſo iure trã ſit in fideicommiſſarium,ſi earum fiat alienatio, & demum eueniant caſus reſtitutionis.*
9 *Alienatio facta aduerſus expreſſam teſtatoris probibitionem eſt ipſo iure nulla.*
10 *Probibitio expreſſa teſtatoris quæ concurrit cum tacita quæ colligitur ex fideicommiſſo fortior eſt, & inualidat alienationem quæ alias per tacitam non tollebatur.*
11 *Duo uincula magis ſtringunt quàm unum.*
12 *Probibitio quæ ſeparata non ſufficit ad inualidandam alienationem iuncta fideicommiſſo ſufficere debet.*
13 *Probibitio alienationis facta ſine cauſa ualet, quando ſunt plures probibiti alienare.*
14 *Probibitio alienationis facta ſine cauſa ualet, quando res de qua eſt facta expreſſa probibitio ex alia ratione probibita eſſet alienari.*
15 *Probibitio alienationis facta in fideicommiſſo cenſetur facta contemplatione ipſius fideicommiſſi.*
16 *Conceſſio facta à lege,à conceſſione facta ab homine, diuerſimode iudicatur.*
17 *Argumentum de diſpoſitione teſtantis ad legem ualet.*
18 *Diſpoſitio teſtatoris lex eſſe dicitur.*
19 *Teſtator uidetur ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis.*
20 *Teſtator cenſetur ſe magis confirmare cum diſpoſitione propria quàm cum diſpoſitione iuris communis.*
21 *Declaratio ad doctrinam Barto. in l.ſtipulationes non diuiduntur. in viij. quæſt.de uerbor. obliga. & in l.miles.§.decem.de re iudic.*
22 *Probibitio alienationis cauſam ſufficientem dicitur continere, quando poteſt coniecturari eam fuiſſe factam contemplatione aliquorum.*
23 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
24 *Verba inducta ad diminuendam facultatem alienandi, non debent importare augmentum & facultatem alienandi.*
25 *Legitima eſt quota bonorum.*
26 *Verbum ſua,intelligitur in potiori ſignificatu.*
27 *Expreſſio eius quod tacite ineſt ſuperflua non iudicatur.*
28 *Expreſſio illius quod tacite ineſt in dubio præſumitur facta prout tacite ineſt.*
29 *Appellatione ſuæ partis legitima intelligitur, quando teſtator aliquem grauauit, & fecit mentionem de parte ſua.*
30 *Impugnatio & declaratio ad doctrinam Bart. in l.qui Romæ.§. cohæredes.de uerb.oblig.*
31 *Vxor grauata per fideicommiſſum reſtituere prædium, ſi iuſte ignorans fideicommiſſum uendiderit ipſum prædium, ſecuram reddit emptorem,ita ut contra eum agi non poſſit.*
32 *Hæres ſuus præſumitur ignorare contenta in teſtamento.*
33 *Ignorantia tua mihi nocere non debet.*
34 *Textus in l.fi.§.fi.de leg.2,non procedit quando eſt expreſſa probibitio alienationis in teſtamento.*
35 *Item non habet locum quando ille qui alienauit non eſt ſoluendo,*
36 *Spatio triginta annorum præſcribitur iuri fideicommiſſi, & rebus alienari probibitis.*
37 *Limita non procedere reſpectu ſequentium quibus non competebat ius reuocandi alienationem.*
38 *Præſcriptio. 30. annorum non nocet ſubſtitutis ignorantibus fideicommiſſum & alienationis probibitionem.*
39 *Duplex alienatio facta de re probibita alienari,nocet ſubſtitutis.*
40 *Merum imperium non poteſt delegari.*
41 *Merum imperium ſi ſemel fuerit delegatum efficitur delegabile.*
42 *Probibitio alienationis de prima alienatione intelligi debet.*
43 *Fideicommiſſa regulariter fiunt ſub mortis conditione.*
44 *Interpretatio ſemper illa capitur per quam diſpoſitio non redditur eluſoria,etiam recedendo à regulis iuris.*
45 *Diſpoſitio odioſa & pœnalis loquens in uno caſu extenditur ad alium,ne reddatur eluſoria.*
46 *Hæres nec directo nec per indirectum contra uoluntatem defuncti uenire poteſt.*
47 *Intellectus.§.quindecim.l.pater filium.de leg.3.*
48 *Limitatio ad dictum.§. quindecim. ut non procedat quando ita dictum fuit,nolo bona mea nec hæreditatem alienari.*
49 *Declaratio Iaſ.ad dictum.§.quindecim.de qua in l.uoluntas,C. de fideicom.*
50 *Diſpoſitio.d.§.quindecim. non habet locum quando adeſt expreſſum fideicommiſſum.*
51 *Diſpoſitio teſtatoris non intelligitur ſolum de prima uice, quando ita intelligendo non eſſet ſatisfactum illius uoluntati.*
52 *Regula.§.hoc ſermone.l.boues.de uerb. ſignifi. non habet locum in diſpoſitione negatiua ſeu probibitiua.*
53 *Filij inſtituti legitimam & Trebellianicam detrahere poſſunt.*
54 *Fructus in legitimam & Trebellianicam filijs non computantur.*
55 *Alienatio facta à filijs de re probibita alienari, ualet quantum ad legitimam & Trebellianicam.*

56 *Hæres*

56 *Hæres non conficiens inuentarium, amittit beneficium Trebellia nicæ.*

57 *Trebellianica non poteſt detrahi de prohibitis alienari, quando teſtator non uult omnia bona ſua alienari poſſe.*

58 *Verba in dubio naturaliter & non ciuiliter intelligi debent.*

59 *Mortis appellatio in dubio naturalem, & non ciuilem comprehendit.*

60 *Verbum mors, prolatum ab homine, quando ſumus in materia ſtricta nunquam trahitur ad ciuilem.*

61 *Interpretatio in teſtamentis larga fit.*

62 *Fideicommiſſum eſt onus.*

63 *Interpretatio illa capitur per quam excluditur fideicommiſſum.*

64 *Conditio uoluntaria proprie debet adimpleri.*

65 *Mors ciuilis ficta eſt & non uera.*

66 *Conditio appoſita grauato reſtituere in caſu mortis per deportationem non dicitur adimpleta.*

67 *Bannitus æquiparatur deportato.*

68 *Res prohibita deuenire in extraneum, in fiſcum deuenire non poteſt, & tempore quo deueniret dicitur adimpleta conditio, & pertinet ad ſubſtitutos.*

69 *Verbum mortis uel deceſſus, uerificatur in morte ciuili, quoties mors ciuilis operatur eundem effectum, quem mors naturalis in caſu de quo quæritur.*

70 *Fiſcus dicitur extraneus.*

71 *Effectus multi licet conſiderari poſſent, tamen ſufficit adeſſe effectum quem conſiderauit ipſe diſponens.*

72 *Veriſimile eſt teſtatorem uelle conditionem uerificatam eſſe, & bona ſua potius ad nepotes quàm ad fiſcum peruenire.*

73 *Verbum decedentibus, in morte ciuili uerificari debet.*

74 *Veriſimilitudo operatur ut ſub uno uerbo aliquid comprehendatur, quod alias nullo modo comprehenderetur.*

75 *Subſtitutio facta poſt mortem uerificatur etiam in uita ſi euenerit caſus de quo ſi fuiſſet interrogatus teſtator, ueriſimile eſt quod idem reſpondiſſet.*

76 *Verba hæc quomodocunque deceſſerit, includunt omnem mortem tam ciuilem quàm naturalem.*

77 *Dictio quomodocunque, eſt eius naturæ ut includat illud quod improprie tale eſt, etiam in materia ſtricta.*

78 *Emphyteuſis eccleſiaſtica licèt non tranſeat ad extraneum hæredem, tamen ſi conceſſio fuerit facta pro quibuſcunque hæredibus, ad extraneum tranſibit.*

79 *Appellatione hæredis comprehenditur legatarius in conceſſione facta pro quibuſcunque hæredibus.*

80 *Dictio ſit, eſt limitatiua & declaratiua diſpoſitionis.*

81 *Pactum eſt contractus innominatus, & ſtricti iuris.*

82 *Conditio proprie & uere ſumi debet, niſi aliud appareat uoluiſſe teſtatorem.*

83 *Conditio tacita dicitur quæ non eſt expreſſa per uerba importantia meram conditionem.*

84 *Regula quæ habet conditionem non poſſe adimpleri in caſu æquipollenti, non procedit in tacita conditione.*

85 *Item non procedit quando reſultaret abſurdum.*

86 *Item non habet locum quando ueriſimile eſt teſtatorem ſi interrogatus fuiſſet, conceſſurum fuiſſe, ut per æquipollens adimpleri poſſet.*

87 *Limitatio ad l. Statius. in §. Cornelio felici. de iure fiſci.*

88 *Intellectus. ad l. Statius. in §. Cornelio felici. de iure fiſci.*

89 *Ceſſante ratione legis, eius quoque diſpoſitio ceſſat.*

90 *Argumentum de diſpoſitione loquente in extraneo ad diſpoſitionem loquentem in coniuncto non ualet.*

RESPONSVM XXI.

¶ An ualeat prohibitio alienationis facta non expreſſa cauſa, & an alienatio facta ab ignorante ignoranti præiudicet ſubſtitutis, etiam interueniente uſucapione, & multiplici alienatione, & an ſaltem præiudicet quo ad legitimam & trebellianicam inſtitutorum, & an fideicommiſſum iniunctũ in caſu mortis, verificetur in morte ciu.li.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Eximius artiũ & medicinę doctor magiſter Baldaſar quondam Petri de Zoanitis Bononienſis inſtituit Iacobum, Floria:.um, Franc:.ſcum, &
Ioannem eius filios, & inuicem ſubſtituit vulgariter & pupillariter, & per fideicommiſſum: & uoluit ꝙ in ſuis bonis non poſſint inſtituere extraneum præter filios ſuos vel deſcendentes, & ſi deceſſerint ſine filijs, quomodocunque ſubſtituit filios Marſilij fratris ſui, prohibens & omnino uetans alienationem & uenditionem bonorum ſuorum. tribus filiis mortuis naturaliter ſine filijs, & uno ultimo bannito, etiam ſine filiis, filii. d. Marſilii ſubſtituti uolunt uenire ad multa bona alienata per iſtos prohibitos alienare. vnde de quinque contingit dubitari. Primo, an ualeat fideicommiſſum, & prohibitio alienationis. Secũdo, an ex quo alienatio fuit facta ab ignorante ignoranti, an potuit pręiudicare etiam per uſucapionem. Tertio, ex quo per multas manus iuit, & ſaltem bis aliquę res fuerint uenditę, an iſta noceant illis. Quarto an alienatio ualeat in duabus quartis. Quinto, an per bannum dicitur mortuus, adeo quòd euenerit caſus fideicommiſ.

¶ Circa primum, an ualeat prohibitio alienationis, primo dicendum uidetur non ualere: quia ſimpliciter prohibet alienationem & uenditionem bonorum, & non aſſi-
1 gnat cãm, ſcilicet quare hoc faciat: ſed prohibitio † alienationis ſine cauſa non ualet. l. filiusfamilias. §. diui. de lega. 1. & ibi omnes. l. pater filium. §. Iulius Agrippa. & in l. Lucius. in prin. de le. 3. quia teſtator potius uidetur præſtare conſilium filiis quàm præceptum.

¶ Secundo, quia prohibitio alienationis uidetur facta ſimpliciter: ſed ſolum quia iuſſit vt ſtarent ſimul, ne unus ita alienaret ſimul habitando, ꝙ partem alterius alienaret. Et præterea ſubdit ꝙ ſi alienauerit, intelligat:r alienata de parte ſua, & ſic fuit facta ad iſtum effectum ut auferat poteſtatem alienandi. ¶ Tertiò, iſta prohibitio uidetũ facta non ut impediatur omnino alienatio, ſed ut prius requirantur illi de familia antequam alienet, & ſi illi no-
2 lint tunc poſſint alienare, argumento eorum † quæ ponit Bar. poſt Dy. in l. qui Romæ. in §. cohæredes. de uerb. obli. ubi hoc dicit in fortioribus terminis. ſ. quando prohibuiſſet alienationem, etiam cum hoc extra familiam.

¶ Quarto, teſtator dicit in caſu quo ſint alienata, intelligatur facta alienatio de parte ſua & non de parte aliorũ, ſentit ergo teſtator alienationem ualere, quia ſi alienatio non ualeret, non refert an eſſet de parte ſua uel aliorum, cum nullo caſu ualeret. & aduerte ꝙ dicit de parte ſua, non de legitima uel Trebellianica, ergo uidetur non prohibere alienationem partis ſuæ, & declarare illam prohibitionem, quod intelligatur reſpectu aliorum fratrum, aliàs ſi uelles reſtringere ad Trebellianicam uel legitimam, illa uerba nihil operarentur, quia de iure ita eſt, ꝙ
3 † alienatio intelligitur facta de legitima uel Trebellianica. l. Marcellus. §. res quæ. & ibi Bar. & omnes. ad Trebel.
4 uerba autem † debent aliquid operari. l. ſi quando. de le-
5 ga. 1. l. 1. §. dicunt. de publica. adeo ꝙ licèt † correctio ſit euitanda. c. cum expediat. de electioni. tamen præſumitũ
6 ut euitetur † ſuperfluum, vt per Alex. in l. 1. de offic. eius cui manda. eſt iuriſ. eſt in materia argumenti à contrario ſenſu. ¶ His non obſtantibus ueritas uidetur eſſe in contrarium. Et primo, quia iſti filii. d. Marſilii fratris. d. magiſtri Baldaſaris teſtantis ſunt expreſſe inſtituti vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum filiis d. Baldaſaris te-
7 ſtantis, ergo illa bona ſunt tacite † prohibita alienari. l. Marcellus. §. res quæ. ad Trebel. l. fin. §. ſed quia noſtra. & §. ſequen. C. commu. de leg. & ibi per omnes, adeo quidẽ cenſentur prohibita alienari, ꝙ ſi alienata fuerint, & eue-
8 niat caſus reſtitutionis ipſo iure ſine alia † reſtitutione tranſit dominium in fideicommiſſarios: ſecundum gloſ. & Bar. in d. l. Marcellus. in §. res quæ. & ibi late per Alex. & Iaſ. col. penul. qui dicunt hanc opinionem communẽ, & ubique ſeruari, & in ſcholis & in palatiis. ergo iſti tales ſubſtituti, ſecundum communem poſſunt petere alienata proprio iure. ¶ Secundò facit, quia in teſtamento eſt expreſſa prohibitio alienationis, ergo alienatio facta in contrarium ipſo iure eſt nulla, & † eſt fortior quàm ſit
9 prohibitio tacita legis, ſecundum gloſſ. & ibi Barto. in l. cum pater. in §. liberis. de leg. 2. per docto. in l. filiusfamilias in §. diui. de legat. 1. in notab.

¶ Tertiò

¶Tertiò facit, quia hic expreſſa prohibitio conuenit cũ
tacita, quæ colligitur ex fideicommiſſo, quo caſu eſt for-
10 tior prohibitio, & inualidat † alienationem quæ aliàs ꝑ
tacitam non tollebatur: ſecundum Bal. in l. 1. in 7. col. C.
de pactis. per Imo. & Alex. & mod. in d. §. diui. in prin. &
11 facit quia duo uincula † magis ſtringunt quam vnum. au
then. itaque. C. commu. de ſucceſsio. cap. 1. de treug. & pa
ce. in authen. de conſang. & vter. fratr. in princip.
¶Corroboratur: nam licèt prohibitio de ſe non eſſet ſuf
ficiens, quod tamen nego, nec fideicommiſſum de per ſe,
12 tamen ſimul iuncta † debent ſufficere, cum quæ ſingula
non proſunt unita iuuant. l. neque. & ibi docto. C. de pro-
batio. per Bart. in l. admonendi. circa fi. de iureiuran. per
Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. in §. 1. de eden.
¶Non obſt. adducta in contrarium: & primo ꝙ non ha-
bet cauſam, quia illa regula non habet locum quando
13 ſunt plures † prohibiti. glo. in l. codicillis. in §. inſtituto.
in uerb. filijs. de legat. 2. quam Imol. ibi not. & ſequitur
Alexan. in l. qui Romæ. in §. cohæredes. in 3. colu. de uer-
bor. oblig. & ratio eſt, quia uidetur facta contemplatione
aliorum non alienantium, ſed in caſu noſtro ſunt plures
prohibiti, immo non ſolum inſtituti, ſed etiam ſubſtituti
ſunt prohibiti, ergo licèt non ſit expreſſa cauſa, ualet pro
hibitio. Item illa regula nõ habet locum, quando ex alia
14 ratione † de qua diſputatur, & de qua eſſet facta expreſſa
prohibitio alienationis eſſet prohibita alienari, quia tũc
prohibitio alienationis ualet ſine cauſa, & multum opera
tur: ſecundum Bald. in l. quoties. C. de fideicom. Rapha.
Imol. Alex. & Iaſ. in d. l. filiusfamil. in §. diui. de leg. 1. ſed
iſtę res ſunt prohibitę alienari ratione fideicommiſsi. d.
l. marcellus. §. res quæ. ad Treb. ergo iſta prohibitio ſine
cauſa expreſſa ualet, quia cauſam fideicommiſsi cenſetur
habere, & propter † ipſum cenſetur facta, & ſi dicatur do
15 cto. ſupra adducti loquuntur, quando eſt facta prohibi-
tio de re ꝓhibita alienari ex diſpoſitione legis, ſed hic eſt
facta de re prohibita alienari ex diſpoſitione hominis,
id eſt ex fideicommiſſo: & de una ad aliam inferri nõ po-
teſt: ut colligitur ex nota. per Bar. in l. miles. in §. decem.
de re iudic. ubi de occaſione facta à lege † aliter iudica-
16 tur quàm de eadem conceſsione facta ab homine, & per
Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8. q. de uerb. ob.
reſpondetur ꝙ idem debet eſſe, quia argumentum de di-
ſpoſitione † teſtantis ad legem ualet. l. ſeruus hac lege.
17 de manumiſſ. & ibi no. & facit quia ipſa diſpoſitio lex eſſe
† dicitur. §. diſponat. in authen. de nup. cum vulgaribus.
18 & maxime in caſu noſtro, quia militat eadem ratio: nam
ideo ualet in caſu ſcribentium, quia ex quo de iure non
poterat alienari ſi poſtea prohibeat ſine cauſa, uidetur ha
buiſſe reſpectum ad prohibitionem iuris, & illud pro cau
ſa conſideraſſe, ita hic teſtator uidetur habuiſſe reſpectũ
ad ſuum fideicommiſſum, & fortius quàm ad diſpoſitio-
nem legis, quia licèt ſit regula, quod † teſtator uideatur
19 ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis. l. hære-
des mei. §. cum ita. ad Trebel. & ibi Bar. & alij, tamen ma-
gis uidetur ſe † confirmare cum diſpoſitione propria, &
20 ideo magis cum ſtatuto quàm cum lege communi præſu
mitur ſe uelle confirmare, quia ſtatutum quodammodo
diſpoſitio propria eſt, cum à ſuis ciuibus fabricatum ſit:
late per Soci. in l. Gallus. in §. 1. de lib. & poſthum. poſt
multos in locis per eum allegatis, & adducta per Bart. in
dicto §. decem. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. pro-
cedunt quando non † apparet militare eandem rationẽ,
21 ſed hic militat, ergo &c. ¶Tertio prohibitio cauſam ſuf
ficientem dicitur continere quando poteſt coniecturari
† fuiſſe factam contemplatione aliquorum: ſecundũ do-
22 cto. in d. §. diui. ſed hic eſt facta contemplatione aliquo-
rum: patet, quia in teſtamento uult quod non poſsit inſti
tuere extraneum, ſed tamen illos ſubſtitutos, ergo contẽ-
platione eorum apparet facta. ¶Secundo non obſt. uide
ri factam ut non poſsit alienare partem ſuam, ſed partẽ
ſocii, quia reſpondetur in codicillis magis aperuiſſet mẽ
tem ſuam, & dicit poſt enumerationem omnium hęredũ
quod dictis ſuis hæredibus, & deſcendentibus inſtitutis,
& ſubſtitutis prohibet, & omnino uetat alienationem, &
venditionem bonorum hęreditariorum & hæreditatis ip-
ſius, & cuiuslibet partis eorum, ergo expreſſe ſentit non
uelle aliquid de hæreditate ſua vendi, & ſic ꝙ nullus hæ-
res nec partem ſuam nec aliorum vendere poſsit, patet
ibi cuiuslibet partis bonorum eorum: nam falſa eſſet iſta
præpoſitio ſi aliqua vendi poſſent, ut de parte ſua, & uana
uidetur illa conſideratio quod habuit reſpectum ad alie
nationem partis fratris: quia non fuiſſet neceſſaria, cum
de iure hæres hoc facere non poteſt, nec habuit reſpectũ
quod erat in communi, quia illud eſt temporale, id eſt uſ
que ad. xxv. annos, & prohibitio eſt perpetua, immo ha-
bet locum in ſubſtitutis quos non iuſsit ſtare in commu-
ni, ergo non fuit ex illa ratione, quia aliàs prohibitio ul-
23 tra non extenderetur, cum limitata † cauſa limitatũ pro
ducit effectum. l. in agris. de acquir. rerum domi. nec illa
uerba quod ſi facta ſit alienatio intelligatur facta de par-
te ſua, inferunt quod poſsit alienare uſque ad partẽ ſuã,
quia ſunt uerba prohibitionis poſita in teſtamento, ſed
poſita in codicillis, tanquam ultimo loco poſita debent
attendi in quibus non adſunt illa uerba, quia dicit quod
confirmat teſtamentum cum prohibitione de qua in ip-
ſis codicillis, & ſic attenditur prohibitio de qua in codi-
cillis, uel ſi uis attendere prohibitionem de qua in dicto
teſtamento, dico illa uerba fuiſſe inducta ad diminutio-
24 nem, & ad † diminuendum facultatem alienandi, ergo
non debent importare augmentum & facultatem alienan
di. l. legata inutiliter. de adimen. leg. l. legata inutiliter. de
leg. 1. & ibi plene. l. quod fauore. de leg. cum vulg. intelli-
guntur igitur de parte ſua reſpectu legitimę: quia illa eſt
25 quota † bonorum & eſt proprie ſua, cum ex ea omne o-
nus reijciatur. l. omni modo. & in l. ſcimus. de inoffi. teſt.
quo ad alia non ita uerificatur uerbum ſua, cum in ulti-
ma uoluntate & inter uiuos de alijs non poſsit diſpone-
26 re uigore fideicommiſsi, debet ergo † intelligi de ſua in
potiori ſignificatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ſi ager uecti.
vel emphy. pet. & ſi dicatur quid operarentur illa uerba,
reſpon. ideo operatur prohibitionem reſpectu Trebellia-
nicę: quia vult ꝙ ſolum ſit poteſtas alienandi legitimam,
cum illa uerba referantur tantum ad legitimam, uel di-
27 cas eſſe expreſsionem eius quod tacite ineſt, † quæ non
iudicatur ſuperflua: ſecundum gloſſ. in c. 1. in uerſi. ut fi-
lio. de ſumma trini. & fide cath. & ibi Domi. & in dubio
28 præſumitur † facta prout tacite ineſt: ſecundum Paul. de
Caſt. & Iaſ. in l. 3. in 2. notab. de leg. 1. & quando quis eſt
29 grauatus & teſtator fecit † mentionem de parte ſua qđ
intelligatur de legitima eſt text. & ibi no. Bar. in l. peto. in
princ. de legat. ij. Barto. in l. ſi quando. in §. & generaliter.
C. de inofficio. teſta. ergo &c. & præſertim quia in codicil
lis qui attenduntur non adſunt illa verba, ut dixi ſupra.
¶Vltimo nõ obſt. uideri factam prohibitionem ut prius
requirantur illi de agnatione in caſu quo uelint illi prohi
biti alienare: ſecundum Barto. in dicta, l. qui Romę. in §,
cohæredes. de uerbor. oblig. quia contra Barto. tenet ibi
30 Raph. Cuma. Alex. † & Iaſ. glo. Cyn. Pau. de Caſt. & Sali,
in l. quoties. C. de fideicommiſſ. & latè per Ioan. de Ana. in
conſi. 37. incip. Illud præſupponitur. adeo quod parum vi
detur curandum eſſe de Barto, uel ſecundo illa doctrina
non facit ad caſum noſtrum, quia non procedit quando
adeſt fideicommiſſum, uel aliqua uerba, ex quibus colli-
gi poſsit fideicommiſſum, ſecundum eundem Bar. & cæ-
teros ſcribentes in dicto. §. cohæredes. ſed hic adeſt ex-
preſſum fideicommiſſum, ergo &c. ¶Secundum dubium
eſt, an ex quo eſt facta alienatio ab ignorante ignoranti
potuerit præiudicare ſubſtitutis. Et primo uidetur dicen
dum potuiſſe præiudicare per tex. ubi eſt caſus in l. fin. in
31 §. fina. de lega. ij. vbi vxor † grauata per fideicommiſſum
reſtituere prædium ſi iuſte ignorans fideicommiſſum uẽ
diderit ipſum prædium ſecurus eſt emptor, & contra eũ
agi non poteſt, & illum tex. not. Barto. & communiter do
32 ctor. valde commendant, ſed in caſu noſtro † præſumi-
tur hæredem ignorare teſtamentum, cum ſit de ſuis q. ip
ſo iure hæres ſit, & non vigore teſtamenti: vt late per Bar.
& doct. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. in 3. q. de uerbo.
obliga. per Bar. & doct. in l. ſi eius. ff. ſi certum peta. ergo
iſti

iſti emptores non debent inquietari ab iſtis ſubſtitutis. & ita conſuluit Alex. in conſi. 3. in 3. uolu. incip. Viſo proceſſu cauſæ principalis. hac. l. non obſtante puto contra-
33 rium eſſe uerius, quia † ignorantia tua mihi nocere non debet, cum res inter alios acta alijs nocere non debet & ſi non malo animo acta ſit. l. circa. loca. l. 1. & per totum tit. C. res inter alios acta. l. ſepe. cum ibi nota. de re iudic. pro hoc facit text. in l. qui autem. §. ſi quis cum pupillo. de his quæ in frau. cre. & in l. iniquiſsimum. de iur. & fact. igno. & ad probandum iſtud latius non inſiſto, cum notiſsimum ſit, & quia tota uis conſiſtit in reſponſione: ad text. in dicta. l. fina. in §. fin. de legat. 2.

¶ Reſpondeas igitur primo ad illum tex. & dicas non ha-
34 bere locum quando eſt expreſſa prohibitio † alienationis in teſtamento. ita Pau. de Caſtr. in d. l. fin. §. ſi. & idem Pau. in conſi. 16. incip. In cauſa quę vertitur. in x. col. quē ſequitur & cōprobat Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. col. 2. ff. ad Treb. ſed in caſu noſtro eſt expreſſa prohibitio er-
35 go &c. ¶ Secundo dicas † illum text. non habere locum quando ille qui alienauit non eſt ſoluendo, ſecundū Pau. de Caſt. in conſi. x. incip. Clarum eſt &c. & ſequitur Alexā. in d. §. res quæ. & Iaſ. in auth. res quæ. col. 2. C. commu. de leg. ſed hic nihil habet ergo &c. nec dicatur eos ſatis dici excluſos, ex quo poſt iſtam venditionem lapſum fuit tē-
36 pus triginta annorum, quo ſpatio præſcribitur † iuri fideicommiſsi, & rebus alienari prohibitis, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. ſi. C. commu. de legat. in pen. colum. & per Alexā. in conſi. lx. incip. Omiſsis uerbis teſtamenti. in 3. colum. quia iſtud dictum communiter approbatum non
37 procedit reſpectu † ſequentium quibus non competebat ius reuocandi alienationem: ut per multa concludit Ioā. de Monteferrato in repe. dicti. §. diui. char. xj. de leg. j. ſed iſti ſubſtituti ſunt ſequētes & adhuc non eſt. annus quod competit ſibi ius reuocandi alienationem, ergo præſcri-
38 ptio ipſis nocere non poteſt. Scdō præſcriptio † non nocet quando illi ſubſtituti ignorabant fideicommiſſum & prohibitionem, quia licèt millies ſit decurſa poſſunt petere reſtitutionem in integrum: vt per eundem Monferratū in loco prælleg. qui alleg. Alex. in l. cum filius. §. in hac. de verb. oblig. & in conſi. 116. incip. Perſpectis. in v. uolu. & multos alios de quibus ibi per eum, ſed iſti ignorabāt prohibitionem, immo non ſunt adhuc quinque menſes tranſacti poſtquam inuenerunt codicillos &c.

¶ Tertium dubium eſt, an ex quo reperiuntur aliquę res quæ bis fuerunt uenditę, an iſta duplex alienatio noceat
39 ſubſtitutis, † & uidetur nocere per tex. & ibi omnes in l. pater filium. in §. quindecim. de legat. 3. ibi, res ſemel alienata efficitur alienabilis & poteſt ad libitum alienari, er-
40 go &c. & facit quia merum † imperium non poteſt delegari. l. 1. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. & tamen ſi ſe-
41 mel fuerit delegatum † efficitur delegabile. l. 1. & ibi no. C. qui pro ſua iuriſd. & no. Guil. & doct. in d. l. 1. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. & plene per Iaſ. in l. uoluntas. C. de fidei. ita in propoſito, cum res ſemel fuit alienata facta eſt alienabilis, ergo impune potuit alienari. Et tertio
42 facit quia † prohibitio alienationis debet intelligi de prima alienatione, quia uerba intelliguntur in primo actu. l. boues. §. hoc ſermone. de uerbo. ſignifi. & maxime hic cum iſta prohibitio ſit odioſa. ¶ His non obſtantib. teneo contrarium, & ratio, quia attento hoc diſpoſitio teſtatoris de facili redderetur eluſoria fruſtra quidem in teſtamentis fideicommiſſa apponeretur: cum ſint regulari-
43 ter fideicommiſſa ſub conditione † mortis: quo caſu interim pendente conditione ualet alienatio: vt not. in authen. res quæ. C. commu. de legat. unde prima alienatio ſtaret & de facili ſecunda ſequi poſſet, & ſequeretur quo-
44 ties uellent euitare diſpoſitionem teſtatoris, ſed † ſemp capitur interpretatio ut diſpoſitio non reddatur eluſoria, etiam recedendo à regulis iuris. gl. & ibi docto. in ca. quanquam. de uſuris. in 6. Alex. in l. 1. in x. col. de uerbo. oblig. in princip. quod adeo uerum eſt ſecundum doct. in
45 locis prælleg. ut diſpoſitio odioſa † & pęnalis loquens in uno caſu extendatur ad alium ne reddatur eluſoria, ita hic diſpoſitio teſtatoris loquens de ſimplici alienetione extendi debet ad duplicem alienationem ne reddatur eluſoria: & facit quia uoluntas defuncti eſt ut res non alienetur, ergo nullo modo non poterit alienari, quia illud eſ-
46 ſet uenire contra uoluntatem defuncti, & hæres † nec directo nec per indirectum contra uoluntatem defuncti uenire poteſt. in l. mater. C. de rei uendi. per doct. in l. 2. C. de dona. in l. ſi. ſi quid in fraud. patro. aliquid in l. Lucius. ſolut. matrim. ¶ Non obſt. adducta in contrarium, & primo. §. quindecim. quia ille tex. habet locum quando pri-
47 ma alienatio fuit facta in pſonam pmiſſam, cui † poterat relinqui uel alienari ex conſenſu teſtantis, aliàs non procedit: ſecundum Barto. in l. peto. in §. fratre. de legat. 2. Pau. de Caſtr. in conſi. 17. incip. In cauſa quę uertitur. in 7. colum. ſed in caſu noſtro fuit alienatum in perſonā extraneam, ergo &c. Item non habet locum dictus. §. quindecim. quando ita dictum fuit nolo † bona mea nec hæ-
48 reditatem alienari, & ſic eſt prohibitio quæ reſpicit totū patrimonium, ſecus quando reſpicit partem. ita Bart. in d. §. fratre. Pau. de Caſtr. in l. uoluntas. C. de fideicom. & ibi Iaſ. ſed prohibitio de qua in caſu noſtro eſt de tota hęreditate, ergo &c. & ratio huius limitationis eſt, quia qn̄ eſt de parte ſua: unus non eſt ꝓhibitus parte alterius alienare, ſed quando eſt de tota re unus etiam partem alterius ſibi obuentam non poterit alienare, quia res in totū eſt prohibita: ex quo infero in caſu noſtro hunc prohibitum non potuiſſe alienare non ſolum partem ſuam, ſed
49 nec partem aliorum fratrum ſibi quoquomodo † acquiſitam. & ita Iaſ. poſt alios declarat in d. l. uoluntas. C. de fideicom. Vel tertio cogita ſi potes dicere. §. quindecim.
50 non habere locum † quando adeſt fideicommiſſum expſſum, vt eſt in caſu noſtro: patet in tex. illo ubi non adeſt, ergo non debet extendi ad caſum in quo adſit, cum non militet eadem ratio, quia ibi eſt ſimplex prohibitio, hic duplex. & duo vincula magis ſtringunt quàm unum. l. de functo. C. ad tertul. & ita etiam reſpondetur ad illud de imperio facto delegabili, quia procedit quando prima vice recte fuit delegatum, quod non fuit in caſu noſtro ut dixi, ergo &c. Præterea illud habet difficultatem, & multum pendet a. §. quindecim. vbi dixi. Vltimo non ob. debere intelligi de prima alienatione, quia illa regula non
51 habet locum quando ita intelligendo † non eſſet ſatisfactum voluntati diſponentis, ſecundum Bald. in l. fideicōmiſſa. in §. ſi quis decem. de leg. 3. & in l. innuit. de procu. per Alex. in l. ueluti. §. hæc uox. in 2. col. ff. de eden. ſed hic non eſt ſatisfactum intentioni teſtantis, quia vult quod ſubſtituti habeant, & ipſi non haberent, ergo &c.
52 ¶ Secundo non habet locum † in diſpoſitione negatiua ſeu prohibitiua: ſecundum Dec. in l. 1. C. de pact. poſt gl. in l. hoc genus. de condi. & demon. ſed hic eſt ſermo prohibitus, ergo non eſt contentus. de prima alienatione.

¶ Quarto dubitatur an ſaltē alienationes factæ per iſtos inſtitutos præiudicēt ſubſtitutis quo ad legitimā & Tre-
53 bellianicam quas iſti filij inſtituti poterant † detrahere. ſecundum communem opi. de qua per Alex. & alios in l. in ratione. in §. quod uulgo. ad leg. Falc. in ca. Raynutius.
54 de teſta. & in omnibus non † computantur fructus. l. iubemus. C. ad Treb. per Alex. & ſcriben. in l. in fideicōmiſ-
55 ſariam. ff. ad Treb. & breuiter videtur dicendum † alienationem ualere quantum ad illas duas quartas, & ita eſt, tex. in l. Marcellus. in §. res quę. ad Trebel. & ibi Alexand. & doc. & ita conſuluit Alex. in ꝯſi. 111. incip. Viſo proceſſu. in 3. uolum. col. 3. & per Roma. in conſi. 208. incip. Licet ex communi. ¶ His non obſt. videtur dici poſſe hunc hæredem non poſſe detrahere Trebellianicam, quia non
56 confecit inuētarium quo † caſu amittit beneficium Trebellianicę: ſm magis communem opi. de qua per Bart. in conſi. 51. incip. Bonauentura. & idem Bart. in conſi. 234. incip. Lena. & in l. ſi. in §. licentiam. C. de iure deliber. ubi Ange. Raph. Pau. de Caſt. Ludo. Roma. per Oldra. in conſi. 134. incipien. Satis credo. Pau. de Caſt. in conſi. 209. incip. Super primo dubio. Bald. Paul. & doc. in l. cum tale. §. j. de cōd. & demon. Cyn. & Sali. & Raph. Fulg. in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falci. Corne. in conſi. 180. incip. Multitudo. in vij. col. in iiii. uol. & in conſ. 303. inci. Plura.

in ij.

in 2.col.in 1.uol.ubi late diſputat,& hanc partem firmat, & idem in conſi.22.incip.In hac conſultatione.in penult. col.in 2.uolum.Raphael.Fulg.in conſi.41.incip.Caſus ta lis.idem in conſi.87.incip.Proponitur.& in conſi.56.inc. Pro deciſione.& Raph.Cuma.in conſi.141.incip.Viſis.& per Alex.in conſi. 129. incip. Eleganter fuit conſultum. col.2.Dec.in conſil. 236. incip. Non parua difficultas in 4. col. & licèt longius uagatus ſum ad demonſtrandum hanc communem opi. quia ſunt aliqui qui tenent cōtra: quæ & per puncta rationis & per plures alias authoritates alias ſuper hoc articulo latius ſcripſi & declaraui, quomodo intelligam iſtam concluſionem ad ibi dicta me remitto:nec hic refero, cum hoc ad præſentem caſum non uidetur eſſe neceſſarium. ¶Secundo facit,quia ſi qñ
57 teſtator omnia bona ſua non vult alienari † non poteſt detrahi Trebellianica de prohibitis,& nō poteſt fieri alie natio quo ad Trebellianicam : ut per Io. Crot. in repe.§. diui.l.filiusfamil.de leg.1.col.8.poſt Ang.in aut.de hære di.& Falc.in §. ſi uero expreſſim.Roma. in conſi. 208. in penul.col.Aret.in conſi.37.incip. Sequendo ordinem qſi torum.col.pen.& latius per.d. Crot.in loco prælleg. ſed ita fuit in caſu noſtro,ergo cēſetur prohibita: circa iſtud latius non inſiſto, nec illud per plura demonſtro, quia in caſu de quo nunc uertitur lis non cadit iſtud dubium, cū multa fuerunt alienata ante ipſa quæ nunc petuntur.

¶Quinto & ultimo dubitatur, an euenerit caſus fideicō miſſ.per bannum, & ſic per mortem ciuilem:& primo uidetur non eueniſſe,quia in teſtamento fit mentio de mor te ibi, ipſis decedentibus ſubſtituit, ut late in codicillis:
58 ſed in dubio uerba † debent intelligi naturaliter non autem ciuiliter.l.ſi.cum ibi not.C.de his qui ueniam ęta.im petr.cum vulg. ergo debent intelligi illa uerba de morte
59 naturali:& in dubio appellatione mortis † comprehendi tantum naturalem & non ciuilem uoluit gl. in c. placuit. 16.q.1.glo. in c.ſuſceptum. de reſcrip.in 6. Bar.in l.ex ea parte.in §.inſulam.de uerbo.obligat.ergo &c.

¶Secundo facit dictum Anto.de But.in c.cum ſit.de cleric.coniuga.ubi quotieſcunque ſumus in materia ſtricta,
60 & uerbum mors, † fuerit prolatum ab homine nunquā comprehendit mortem ciuilem,ſed hic ſumus in mate ria
61 ſtricta,quia † licet in teſtamētis fiat larga interpretatio. l.in teſtamentis. de regul. iur. tamen quia fideicommiſ-
62 ſum † eſt onus.l.cohæredi.§.cum filiæ. de uulga.& pup. ideo in eo fit ſtricta interpretatio, & capitur interpreta-
63 tio, ut † magis excludatur ipſum fideicommiſſum. ſecun dum Paul.de Caſtr.in conſil.cl.incip. In cauſa quæ uertitur.& per Moder.in l.poteſt.in 2.colum. de vulg. & pup. ergo non uenit mors ciuilis. ¶Tertio ſubſtitutio iſta ha bet conditionem ſi illi inſtituti primo moriantur ſubſti-
64 tuti admittantur, ſed conditio uoluntaria ut eſt † iſta de bet proprie adimpleri.l.qui hæredi.l.Męuius.de condi.& demonſt.per Bar.in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum. de li
65 ber.& poſthum. † mors uero ciuilis eſt ficta & non uera: vt per doct.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ergo condi tio de qua in caſu noſtro non dicitur adimpleta per ipſam mortem fictam. ¶Quarto de hoc eſt caſus in l. ſtatius.in §.Cornelio ſelici.& ibi Bar.de iure fiſci.ubi graua
66 tus † reſtituere in caſu mortis per deportationem non dicitur adimpleta conditio nec tenetur reſtituere, ſed trā ſit in fiſcum,& expectatur mors naturalis. ad idem text. in l. ex facto.in §.ſi quis rogatus.ad Trebel. & ibi Alexā.
67 & doct.ſed bannitus † æquiparatur deportato, ſecundū Bar.in q.incip.Statuto Lucanæ ciuitatis cauetur.& in tra cta.de banni.& Bal.& ſcribit.in l.1.C.de hær.inſt.ergo di cendum eſt per bannum caſum fideicommiſsi non eueniſſe.¶His non obſtantibus ueritas eſt in contrariū eueniſſe caſum fideicommiſsi probatur:nam quoties eſt pro hibitum rem deuenire in extraneum:tunc non poteſt de-
68 uenire in fiſcum:& tempore quo † deueniret dicitur adimpleta conditio,& peruenit ad ſubſtitutos in l. imperator.& ibi Barto.& doct.ff.de fideicommiſſ.libertatib.ſed ita hic fuit:quia in teſtamento teſtator uoluit hæredes nō poſſe inſtituere extraneum, ergo expreſſe uult rem illam non peruenire ad extraneum, ergo &c. & ita in terminis noſtris per iſtam rationem, & per plures alias conſuluit Alexand.in conſi.23.in 1. uol.& uoluit Ioan. de Montefer rato poſt Paul.de Caſtr.ibi in l.filiusfamilias. §. diui. de leg.1. fol.4.colum.1. Et pro iſta parte facit ultra Alex. &
69 alios † quoties mors ciuilis operatur eundem effectum quem mors naturalis in caſu de quo quæritur tunc uerbum mors,uel deceſſus uerificatur in morte ciuili.l.actio ne.§.publicatione.ff. pro ſoc.per doct. in d. c. cum ſit.de conuer.coniu.per Cy.Bal.& alios in l.deo nobis.C.de epi ſco.& cler. ſed hic operatur eundem effectum, quia fuerunt ſubſtituti in caſum mortis, & quo deficerent inſtitu ti ſui hæredes hac ratione ne bona deuenirent ad extraneos, & extranei præferrentur filijs ſui fratris argu. eorū quæ ponunt doct.in l. cum auus. de condi. & demonſt.& & in l.generaliter. C.de inſtit. & ſubſti. ſub condi.factis. ſed per iſtam mortem ciuilem bona peruenirent ad extra
70 neum, cum fiſcus dicatur † extraneus: iuxta nota. per Bar.in l.iura libertorum.ff. de iure patro. in l.eum qui.de interdi.& releg.& licet dari & conſiderari poſſent diuerſi
71 effectus,tamen ſatis eſt quod † adſit effectus quem conſiderauit ipſe diſponens:ut dicunt doct. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum.de liber.& poſthu. ¶Tertio facit, quia ſi iſte teſtator de hoc caſu fuiſſet interrogatus, an uellet potius in fiſcum peruenire bona ſua, uel an ad nepotes ſuos ſubſtitutos, & diceretur uerificata conditio mortis
72 † veriſimile eſt reſpondiſſe uelle conditionem eſſe adimpletam, & potius ad nepotes quàm ad fiſcum pertinere. arg.dictæ.l.cum auus.de condit. & demonſt. ergo uerbū
73 decedentibus † de quo in codicillis debet uerificari in morte ciuili,cum ſaltem ſublata ſignificatione uocabuli comprehendatur:ut not.omnes in d.§.& quid ſi tantum. cum & in caſu quo nullo modo comprehenderetur habe
74 ret locum † ſi adeſſet uerìſimilitudo.gl.in l. tale pactum. in §.fina.& ibi not.doct.ff.de pactis.Pau.de Caſt.& Alex. in l.Titius.in §.Lucius.de liber. & poſthum. ergo &c. & pro hoc facit quod uoluit Pau.de Caſtr.& Aret.in l.ſi ita hæres ſcriptus.de acquir.hære.poſt Ioan. And.in rubr.de ſecun.nup.in addi. Spec. ubi volunt quod ſubſtitutio fa-
75 cta poſt mortem † uerificatur etiam in uita ſi euenerit caſus, de quo ſi fuiſſet interrogatus teſtator ueriſimile eſt quod idem reſpondiſſet. ¶Quarto id fuiſſe expreſſe de mente teſtantis probatur ex uerbis teſtamenti ibi, quomodocunque deceſſerint ſine filijs maſculis ſubſtituit ſuperuiuentes.pondera illa uerba quomodocunq; deceſſe-
76 rint † quæ includunt omnem mortem,tam ciuilem q̄ naturalem : nam natura huius dictionis quomodocunque
77 † eſt includere illud quod improprie tale eſt etiam in ma
78 teria ſtricta, & ideo licèt † emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſeat ad extraneum, tamen ſi conceſsio fuit facta pro quibuſcunque hæredibus tranſit ad extraneum,ſecundū Moder.in cap.ſedes.de reſcrip.per Iaſ.poſt Alexā. in l.ēt. ſolut.matrim.in princip. immo † volunt appellatione hę
79 redis tunc comprehendi legatarium: ut per Alexā.in l.ſi patroni.in 8.col. ff.ad Trebel. & facit, quia illammet dictionem refert etiam in codicillis:nec turbet mentem tuā ea uerba fuiſſe appoſita in ſubſtitutione reciproca facta inter inſtitutos,non autem in ſubſtitutione facta de filiis Marſilij ipſis inſtitutis, quia illos ſubſtituit inſtitutis,& inuicem ſubſtitutis non ſimpliciter, ſed hoc modo, ipſis omnibus filijs ſic inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus ſubſtituit &c.dixit ſic,ergo cum illa qualitate quomocū
80 que decedant &c.cum dictio † ſic,ſit limitatiua & declaratiua diſpoſitionis. & not. in cap. examinata. de confir. uti.uel uniti.& in cap.Abbate.de uerb.ſigni.

¶Ex his & alijs quæ adducerentur ſi opus erit cenſeo caſum ſubſtitutionis ueniſſe, & ſubſtitutos omnino admittendos eſſe, & ad adducta in contrarium reſponderi pt. Et primo uerba debent intelligi naturaliter, & in dubio appellatione mortis non uenit ciuilis:fateor eſſe uerum, ſed non habere locum in caſu quo eundem effectum importaret ciuilis quem naturalis:ſecundum doct. in l.deo nobis.C.de epiſcop.& cler.& communiter doct.in l.Gallus.in §.& quid ſi tantum.de lib.& poſthum.ſed hic operatur eundem effectum:ut dixi ſupra,ergo &c.

¶Secun-

¶Secundo reſpondetur non procedere quando adeſt ueriſimilis mens teſtantis: iuxta not. in l. tale pactum. in §. fi.ff.de pact.& dixi ſupra. ex quibus reſpondetur ad dictũ Ant.de But.in c.cum ſit.de conuer. coniug. ſ.ꝙ immo ſtãtibus ſupra adductis mors ciuilis comprehenditur etiã
81 in materia ſtricta: ut patet in l. deo nobis. ubi † pactũ qđ eſt contractus innominatus & ſtricti iuris: ſecundum gl. in l.2. de actio. & obli. loquens de morte comprehendit mortem ciuilem, ergo &c. ¶Ad tertium reſpondetur.ſ.ꝙ conditio proprie & uere debet ſumi uerum eſſe, niſi teſta
82 tor aliud uoluerit: ut hic ibi, quomodocunque † deceſſerint. ¶Secundo dico eſſe quodammodo conditionẽ taci
83 tam: quia non eſt expreſſa per uerba importantia † merã conditionem, quo caſu licèt ex uerbis colligatur dicitur tacita, ſecundum Paul.de Caſt.& Soci. per illum tex. in l. quibus diebus.§.quidam Titio.de condi.& demon.& re
84 gula quæ habet conditionem † non poſſe adimpleri in caſu æquipollenti non procedit in tacita conditione: ut colligitur ex dictis Ange.in l.generaliter.in §.cum autẽ. C.de inſtit.& ſubſti.ſub condi.fact. Item non procedit qñ
85 † reſultaret abſurdum, ſecundum Soc. in l.in conditione. in §.ſi patronus.de condi.& demon. ſed hic reſultaret abſurdum ꝙ potius fiſcus q̃ deſcendentes ſubſtituti admit
86 teretur, ergo &c. Item non habet locum quando eſt † ueriſimile teſtatorem conceſsiſſe ſi fuiſſet interrogatus: qđ alio caſu adimpleatur, ut probatur ex ſupra adductis p Io.And.in addi.Specu.in rubr.de ſecun.nupt.ubi ſubſtitutio facta uxori poſt mortem ſuam, & ſic in terminis noſtris uerificatur ſi tranſiuerit ad ſecunda uota, quia ueriſimile eſt iſtud teſtantẽ uoluiſſe ita in caſu noſtro, ergo &c. ¶Vltimo non obſt.l.Statius.§.Cornelio felici.cum ſimi. quia non procedit quando vltra fideicommiſſum eſt ex
87 preſſa † alienatio. Item & ſecundo quando teſtator nolebat bona deuenire in extraneum, ſed vt peruenirent ad ſuos deſcendentes: ſm Alex.in d.conſi.23.in 1. uol.incip. Opportune cõſideratis.in v.col. qui ita formaliter rñdet ad illum text. ſed in caſu noſtro eſt expreſſa alienatio, & prohibuit deuenire ad extraneum etiam ex teſtamento, & ſubſtituit deſcendentes ſuos, ergo &c.& ultra Alex. poteſt reſponderi illum text. loqui quando teſtator expreſ
88 ſit mortem ſimpliciter, ſed in caſu noſtro † omnem mortem comprehendit ibi, quomodocunque decedentibus, & dixi ſupra: vnde in claris non eſt opus coniecturis. l.cõtinuus.§.cum ita.de uerb.oblig.l.ille aut ille.de leg.1. Itẽ reſpondeo in caſu noſtro ceſſare rationem illius.§.quare ibi per mortem ciuilem non eſt adimpleta conditio fideicommiſsi: quia interim antequam hæres deportatus naturaliter moriatur poſſet mori fideicommiſſarius quo caſu deficeret fideicommiſſum.l.unica.§.ſinautem. C.de ca
89 duc. tollen. iſta ratio † ceſſat in caſu noſtro, quia unus fideicommiſſarius non fuit ſubſtitutus, ſed filij dicti Marſilij, & eorum deſcendentes, & nunc reperiuntur forſan viginti ſuperſtites, & aliqui habentes uxores adeo quod præſumptione iuris, & de iure ex parte fideicommiſſariorum non poteſt deficere fideicommiſſum. ¶Tertio potes reſpondere ꝙ ibi ille felix fideicõmiſſarius non erat coniunctus ipſi teſtanti nec de eius ſtirpe, quod probatur, qa hoc non dicit, & dum loquitur de hærede, & dicit illum affinem eſſe, cum appellat matrem, ergo datur intelligi fideicommiſſarium non eſſe affinem, ex quo non dicit eum eſſe affinem, & dixit hæredem eſſe affinem. arg. illo.l.cum prætor.de iud. c.nonne.de pręſump. unde cum fideicommiſſarius non eſt coniunctus ibi de illo tex. ad noſtrũ caſum non poteſt argumentari in quo fideicommiſſarius
90 eſt cõiunctus, quia † de diſpoſitione loquente in extrãneo ad diſpoſitionem loquentem in coniuncto non ualet argumentum.l.rem alienam.C.de leg.cum ibi not. in l.cũ auus.de cond.demon.cum ibi not.ergo &c. Laus Deo.

¶Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio de non alienando facta pluribus, cenſetur facta contemplatione non alienantium.*
2 *Glo.in l.codicillis.in §.inſtituto.de leg.2.non procedit, niſi ultra prohibitionem adſint aliqua alia uerba.*
3 *Verba hæc quia uult rem eſſe penes ipſos prohibitos faciunt ut ualeat prohibitio alienationis nulla alia inſerta cauſa.*
4 *Coniectura qualibet ex qua appareat teſtatorem feciſſe fauore non alienantium, ualidat prohibitionem alienationis factam non inſerta cauſa.*
5 *Prohibitio alienationis tendit ad hoc ut bona remaneant in familia.*
6 *Prohibitio alienationis facta ab homine ſine cauſa ualet, quando cum ea concurrit prohibitio legis.*
7 *Expreſſa prohibitio tacitam ceſſare facit.*
8 *Duo uincula magis ſtringunt quàm unum.*
9 *Doctor intelligitur ſecundum legem quam allegat.*
10 *Doctor legem allegans intelligitur etiam ultra diſpoſitionem illius legis prout rationis generalitas dictat, quando non ſolum ſe fundat in illa lege, ſed in ratione generali.*
11 *Fortius & potentius eſt ius commune quàm priuilegium.*
12 *Prohibitio alienationis ratione fideicommiſsi, impedit alienationem perpetuam ratione delicti.*
13 *Prohibitio alienationis comprehenſa in fideicommiſſo ualidat ſequentem prohibitionem ſine cauſa.*
14 *Expreſſum facit ceſſare tacitum quando ita concurrunt, quod tacitum nihil operaretur.*
15 *Caſus excepti à tacita prohibitione alienationis includuntur ab expreſſa.*
16 *Sequens actus per quem receditur à primo, ſi non ualeat, non operabitur ut à primo dicatur eſſe receſſum.*
17 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

RESPONSVM XXII.

¶An prohibitio alienandi facta pluribus ſine cauſa ualeat, & quando expreſſum faciat ceſſare tacitum.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Vt nouiſsime cerno in cauſa filiorum Marſilij dubium erat, quia prohibitio de non alienando &c. quia uidebatur non habebat cauſam expreſſam quo caſu non ualet.l.filiusfamil.§.diui. de leg.1. ad quem tex. multipliciter fuit reſponſum, nunc uero reſponſionibus noſtris doctiſsime ac ſubtiliter replicatum uideo per excellentiſsimum ac doctiſsimum iudicem. ¶Et primo fuit reſponſum.§.diui. non procedere quan
1 do plures ſunt prohibiti, quia uidetur † facta contemplatione non alienantium.gl.in l.codicillis.in §.inſtituto.de leg.2.ad quod fuit replicatum illam glo. non procedere,
2 niſi † ultra prohibitionem adſint aliqua alia uerba: ſecundũ Alex.in d.§.diui. in fi. ut puta illa uerba ut in familia relinquantur, ſm Alex.in l.qui Romę. in §.cohæredes.de verb.obli.col.3.uel iſta uerba, quia † uolebat rem eſſe pe
3 nes ipſos prohibitos, ſm Monferratum in §. diui.col.1.q̃ uerba non aderant in caſu noſtro, ergo &c. ſigillatim procedendo hæc replicatio euitari poteſt, quia licèt non adſint in pſenti prohibitione talia uerba, adeſt tamen illud pp quod uerba proferuntur: nam proferũtur ut tacitum fideicommiſſum inducant: ſm Alex. in d.§.cohæredes.& Monferratum in d.§. diui. col. 1. ſed in caſu noſtro adeſt fideicommiſſum expreſſum, ergo illa uerba non fuerunt neceſſaria, & ſine illis prohibitio tenet: & propterea licèt non aderant illa uerba, tamen alia uia ſatisfactum erat ſcilicet p fideicõmiſſum expreſſum: maxime quia in caſu
4 illo qñ ſunt † plures prohibiti ſine cauſa quælibet coniectura qđ fecerit fauore non alienantium ualidat prohibitionem: vt per Soci.in d.§.cohæredes.col.6.uer. qđ uerũ. ſed quæ maior coniectura quàm fideicõmiſſum pręcedẽs ex quo expſſe apparet ꝙ uolebat bona permanere in fa
5 milia, & prohibitio alienationis † tẽdit ad hoc ut bona remaneant in familia: ut dixit Soci.in d.§.cohrẽdes.col.8. ergo contemplatione illorum qui ueniunt p fideicõmiſsũ vr̃ facta. ¶Scđo rñſum fuit quod aderat duplex prohibitio, vna legis rõne fideicommiſsi, alia hominis prohiben
6 tis alienare † quo caſu ꝓhibitio ſine cã ualet.l. 2. de vſuc. pro empto.p Alex.& alios in d.§.diui.col.2.ad qđ fuit replicatum,

plicatum,quod doct.in d.§. diui.loquuntur quando pro
hibitio facta à lege fuit facta ob fauorem alicuius perſo-
næ priuilegiatę: ut puta minoris, ſed tacita prohibitio
de qua in caſu noſtro non fuit inducta ratione alicuius
perſonæ priuilegiatę,ſed ratione fideicommiſsi,ergo ni-
hil ad caſum noſtrum. ¶Præterea ambę prohibitiones
in caſu noſtro fuerunt inductæ ab homine,una tacita cō-
7 prehenſa in fideicōmiſſo,alia expreſſa non habens † cau-
ſam,ergo expreſſa debent attendi, cum expreſſum facit ſi
lere tacitum.l.cum filio.§.filio.de vulg.& pup. ſed ad iſta
poteſt dici qđ doc.non conſiderant ꝙ ideo ſecunda pro-
hibitio facta ſine cauſa eſt efficax, quia præcedit prima
facta contemplatione certæ perſonę priuilegiatę,& ſic ra
tione priuilegij, ſed quia ſecunda uidetur habere primā
8 prohibitionem pro cauſa, & duo † uincula magis ſtrin-
gunt q̄ unum.aut.itaque.C.commu.de ſucceſ.& ita dicit
Iaſ.in §.diui.in 4.col.in 1.lectu.quæ regula habet locum,
& ſi primum uinculum non ſit fundatum in ratione ſpe-
ciali,ergo doct. non conſiderant illam ſpecialitatem, ſed
generaliter illud intelligunt ubi etiam non adſit illa ſpe-
cialitas,& hic patet ex uerbis Alex.in d. §.diui.col.2.ubi
cunque adeſt prohibitio de iure cōi,quæ uerba ſunt gene
ralia,& ꝯprehendunt quācunque prohibitionem. arg.no
tatur. per moder. in l. quicunque. C. qui admit. ¶Non
obſt.ſi dicatur, doctor intelligitur ſm legem quam alle-
9 gat,† per Bar.in l.non ſolum.in §. liberationis uerba. de
liber.lega.ergo doct. allegando illam legem intelligunt
ſm illam.reſpondetur non procedere qn̄ non ſolū ſe fun-
dant in illa lege,ſed in ratione generali: quo caſu intelli-
10 guntur † etiam ultra diſpoſitionē illius legis,prout ratio
nis generalitas dictat.arg.l.regula.§.fi.de iur.& fac.igno
ran.ut in caſu noſtro:ubi dicunt qđ duo uincula &c. quæ
ratio eſt generalis. ¶Præterea licèt in illis legibus ſit pro
hibitio fauore priuilegiatę perſonæ, & ſic illa prohibitio
ſit priuilegium perſonę,per hoc non ſequitur quod ſit ſpe
ciale rōne perſonæ qđ ſecūda prohibitio habeat primam
pro cauſa, ſed iſtud eſt ratione primæ prohibitionis uali-
dæ quomodocunque ſit ibi ſpecialitas pſonæ inducit pro
hibitionē ualidam,hic uoluntas teſtatoris, & ſimili rn̄ſio
ne circa caſum ſpecialem utitur Bart. licèt in alijs termi-
nis in l.1.col.8.de vulg.& pup. dū reſpondetur ad. l.neq;
enim.de mili.teſt.& doct.ſequuntur cum. Itē cōſideratio
ſua poteſt retorqueri,quia ſi ratione priuilegij pſonæ ꝓ-
hibitio validat ſequentem prohibitionem ſine cā, quan-
to fortius prohibitio valida de iure cōi ratione fideicom
11 miſsi &c.cum † fortius & potētius ſit ius cōmune quàm
priuilegium.l.eius militis.§.militia miſſus.de mili.teſta.
cum vulgarib.& quod prohibitio ratione fideicommiſ-
12 ſi ſit † ualidior patet, quia impedit alienationem perpe-
tuam ratione delicti:ut no.in l.Statius.§. Cornelio felici:
de iure fiſci.per moder.in aut.res quæ.C. commu.de leg.
quod non habet locum in prohibitione rōne perſonę pri
13 uilegiatę,ut puta minoris,& ꝙ prohibitio † comprehen
ſa in fideicommiſſo validet ſequentē prohibitionem ſine
cā, expreſſe affirmauit præceptor noſter Carolus Rui. in
d.§.diui.col. 6. uerſi. tertio not. ubi per ipſum deciditur
caſus noſter,& pro hoc,licèt ipſe nihil alleget,adduco gl.
in §.ſingulis.de pupil.ſubſti.& ibi not.Ang. Aret.ſimilis
glo.in l.Titia.§.Seio.de lega.2. ¶Non obſt.ꝙ expreſſum
14 facit ceſſare tacitū, quia † procedit qn̄ concurrunt adeo
ꝙ tacitum nihil operaretur,in d.l.cū filio.§. filio. de vul.
ſed hic expreſſum non ita operatur ꝙ excludat uires taci
15 ti,ſed ultra comprehendit, adeo ꝙ caſus excepti † tacita
ꝓhibitione includuntur ab expreſſa: ſm Pau.de Caſtr.in
conſi.17.incip. In cauſa quæ uertitur Parmę. per Alex.in
l.Marcellus.in §.res quæ. ad Treb. ubi licèt ab ignoranti
ignorāte alienato facta ualeret iſto tamen caſu non ualet.
¶Secundo rn̄detur ꝙ expreſſum facit ceſſare tacitum qn̄
eſt ualidum: ut in terminis.§.cum filio.ſed hic præſuppo
nitur per reſpondentem quod expreſſa prohibitio eſſet
inefficax ſiue tacita, ergo non facit eam ceſſare. facit qđ
uoluit Bal.in l.ſi diuerſa.C. de tranſac. & poſt eum Soci.
in l.ſi filius qui patri.de uulg.col.14.ubi uolunt ꝙ quan-
16 do quis facit actum † per quem receditur à primo,a pri-
mo actu non intelligatur recedere ſi ſequens non ualeret,
ſed hic ſequens non ualeret, ergo &c. Nec uerū eſt quod
ipſa tacita prohibitio ſit hominis ſed legis, ſm omnes &
præſertim Pau.de Caſtr.col.1.in l. fi.§. ſed quia.C.cōmu.
17 de leg.& ſi adhuc inſtatur ꝙ prouiſio illa hominis† debet
facere prouiſionē legis.l.fi.C.de pact. conuen.poteſt rn̄-
deri ut ſupra dictum eſt,uel qđ non procedit qn̄ prouiſio
legis eſt de iure cōi,ſm Bar.in d.l.fi. C.de pac. ſed prohi-
bitio comprehenſa in fideicommiſſo eſt de iure cōi, ergo
&c.& ad hoc facit,quia iſta prohibitio expreſſa fuit indu
cta ad augmentum,& operaretur diminutionem, qa nec
ſecunda prohibitio ualeret tanquam ſine cauſa, nec pri-
ma tanquam euacuata ſublata à ſecunda, quod eſſe non
debet.l.legata inutiliter.de adimend.legatis.l.legata inu
tiliter.de leg.1.not.in l.quod fauore.de legibus.Ex his ſa
tisfactum puto, & ſi in his & alijs dubitetur me paratum
offert ueritas cauſæ ac euidens iuſtitia. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento in ſingulari numero obtenta non prodeſt quando plura iuramenta in diuerſis inſtrumentis præſtita fuere.*
2 *Promiſsio eiuſdem rei licet bis fiat,nihilominus primum pactum, & ſecundum non ſunt idem.*
3 *Factum ab homine una die, ſi idmet fiat alia die,non tamen dicitur idem.*
4 *Tranſactio finem litis continet.*
5 *Compromiſſum principium litis continet, & iuriſdictionis ſeu notionis conceſsionem.*
6 *Inſtrumentum referens aliud contenta in relato referre uidetur.*
7 *Referens & relatum non idem ſunt.*
8 *Mentio de relato proprie facta non dicitur quando fit mentio de referente.*
9 *Abſolutio proprie & ſtricte debet interpretari.*
10 *Abſolutio a iuramento parte citata fieri debet.*
11 *Conſuetudo inueterata iuſtificat abſolutionem à iuramento factam parte non citata.*
12 *Pactum de uendendo,& uenditio ſunt diuerſa.*
13 *Sententia differt ab eius executione, & ex eis diuerſæ oriuntur actiones.*
14 *Vbi duo propter unum,ibi unum tantum.*
15 *Regula ubi duo propter unum &c. procedit quando illa duo eodem tempore fuerint in eſſe producta,ſecus ſi diuerſo.*
16 *Numerus ſingularis de proprietate non continet niſi unum.*
17 *Indefinita legis æquipollet uniuerſali.*
18 *Indefinita hominis non æquipollet uniuerſali.*
19 *Petens habilitationem à iuramento præſtito per eum qui mandatum non habebat, & dicens nullum eſſe,& ſe annullare uelle, dicitur ratum habere geſta per illum.*

RESPONSVM XXIII.

¶An habilitatio à iuramento obtenta in numero ſingulari proſit, quando plura iuramenta ſuper eodem facto in diuerſis inſtrumentis præſtita fuerunt.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶Video in
præſenti cauſa, ab utraque parte, tam rei q̄
actoris duo præſuppoſita fuiſſe: primum eſt
ꝙ conſiſtit in facto plura iuramenta in diuer
ſis inſtrumentis præſtita fuiſſe: ſecundum quod iuris eſt
1 in huiuſcemodi caſu habilitationem à iuramento † in ſin
gulari numero obtentam non prodeſſe per ea quæ ponit
Soci.in conſi.lix.uol.3.col.3.poſt Bal.in l.2. de iureiuran.
col.9.& Ro.in conſi. 326. & alios per eum citatos, cuius
dicta cum ab utraque parte fateantur alijs rationibus &
authoritatibus comprobare ſuperuacaneum puto, ſed
ad obiectiones in ꝯtrium factas, reſoluēdas me conuerto.
¶Et primo dū dr̄ iuramēta tranſactionis & compromiſ-
ſi eſſe eadē & eiuſdem tenoris:ut colligit̄ ex uerbis.rn̄det̄
hic

hic adeſſe fallaciam : nam licet iuramenta tranſactionis
& compromiſsi ſint ſuper eodem nõ ſunt tamen eadem,
2 cum diuerſo tempore ſint adhibita , & ideo ſi † bis idem
promittatur, primum pactum & ſm non ſunt idẽ, ſed uno
caſu oritur actio ex pacto, alio non. l. 1. & 2. & toto tit. de
conſti. pecu. §. de conſtituta. inſti. de actio. & quicquid a-
3 git homo † una die, ſi idem net agat alia die non eſt idem.
l. ſi non ſortem. §. libertus. de cond. inde. cũ ibi plene no.
per Bar. & omnes, ergo abſque dubio in caſu iſto nõ ſunt
eadẽ, cũ ſint diuerſa , & diuerſo tpe præſtita : & eo magis
qa ſuper diuerſis, cũ unũ ſit ſuper trãſactione, aliud ſuper
ꝯpromiſſo. quæ q̃ ſint diuerſa, & differant ſpecie neminẽ
4 fugit, cũ tranſactio finẽ litis † contineat. l. 1. de tranſa. cũ
5 ſim. promiſſum † litis principium, & iuriſdictionis, ſeu no
tionis conceſsionem. l. 1. cum ſeq. & in l. quid tñ. cum ibi
nota. de arbit. ¶ Scdo illud ex quo fit mentio in inſtro ꝯ-
promiſsi de inſtrumento tranſactionis: & ita cũ eſt in re-
6 ferente ſit † relato. aſſe toto. de hæred. inſtitu. non probat
7 prout allegatur, quod idẽ ſit iurm, cũ referens † & relatũ
nõ idẽ ſunt: iuxta tex. in l. 2. de ſtipu. ſeruo. c. fi. de inſti. c.
ut debitũ. de baptiſ. & profecto huic conſiderationi rñdẽ
dũ non erat, non eſt igitur in iſta relatione facienda uis,
quia ſit idẽ, ut fecit iſte doctor excellens, nec ẽt quia ex
quo fit mentio de referente uideatur facta de relato , qũ
8 rñdetur quod proprie non continetur, nec † de relato ꝓ-
prie dr facta mentio. l. ait prætor. §. ſi iudex. ibi quaſi quã
titatem nominauerit. & ibi no. Iaſ. in 2. notab. ff. de re iu-
di. ſed abſolutio cũ ſit quędam ſnia , & ꝑ ꝯñs ſtricti iuris,
9 proprie † ſtricte debet interpretari. l. 1. ſi plur. una ſentẽ,
cum ꝯcord. & tanto magis iſta abſolutio quæ fuit facta ſi
10 ne citatione partis , & ꝯ̃ † regulas iuris : prout cõiter te-
nent docto. in c. 1. de iureiur. & licèt iuſtificetur propter
11 † inueteratam conſuetudinẽ hic Bononię uigentẽ: ut per
aliquos in d. c. & in c. qua fronte. de appel. tñ cũ ſit exor-
bitans & diſpenſatiua ſuper iure naturali, omnes fatẽtur
ſtricte debere intelligi, ergo nõ ꝯprehenditur relatio quo
ad iurm cũ impropriatione, maxime cũ adſit aliud iurm
in quo uerificatur. ¶ Præterea dr im habilitatione à iuro
pręſtito in inſtro aſſerti compromiſsi rogato per ſer Mat
thæum de Caponibus, & inſtrm tranſactionis fuit roga-
tum per alium notarium , & cũ dicit pſtitum in inſtro: nã
licèt iurm tranſactionis poſſit contineri in inſtro laudi,
tñ in eo non fuit præſtitum , ergo pp hoc uerbum nõ ſen
tit de illo iuro reuerendiſ. d. vicarius abſoluens: ar. no. in
l. 4. §. toties. de dam. infe. cum ſimilib. Ex quibus apparet
à iuro tranſactionis eum non intendiſſe abſoluere, & ma
xime quia illud uerbum præſtitum, eſt ſæpe repetitum, er
go &c. arg. nota. ꝑ Bal. in c. cum tu. de reſcr. ¶ Minus quo
que concludit illa conſideratio qđ compromiſſum fuit
factũ ꝓ executione trãſactionis, qđ ſit idẽ qđ iurm in trã
12 ſactione, ſicut pactum † de uendendo & uenditio ſunt di
uerſa: ut per Alex. & oẽs in l. iuris gẽtiũ. in prin. ff. de pac.
& tũ uenditio fit ad exequendũ pactũ , & aliud eſt ſnia a-
13 liud eius executio , & ex eis diuerſę † actiones oriuntur:
ut nota. in l. à diuo Pio. de re iudic. & in rub. nec iſtæ duę
actiones pro una & eadem habentur, ſed differunt ſpecie,
ergo & iſta duo iuramenta. ¶ Præterea hoc non tollit ra-
tionẽ Roma. & Soci. de quibus ſ̃ dum dicunt ex quo ſunt
plura iuramenta, & unũ eſt narratum non prodeſt abſolu
tio, quia non pręſumitur qđ ſi omnia fuiſſent narrata ita
conceſsiſſet: nã ſua dicta procedunt non ſolũ ſi unũ iurm
ſit ſuper alio, & ueniat ad executionẽ primi, ſed ẽt ſi ſit ſu
per eodem: ut quia ſit geminatum, ergo iſta conſideratio
14 non eueruat ꝯ̃rium. ¶ Nec obſt. † quod ubi duo pp unũ,
ibi unum tm. l. qui libertates. §. ſi ſeruus. de euictionibus.
per Iaſ. in l. quominus. de flum. in notabilibus. quia iſtud
procedit ficte & improprie, nõ aũt uere, alias pactũ de vẽ
dendo, & uenditio idẽ eſſent: quod eſt falſum, ut ſupra di-
xi, ſed iſta abſolutio uere debet intelligi per ea quæ ſupra
diximus, ergo &c. ¶ Præterea illud procedit quando illa
15 duo eodem in tempore † fuerint in eſſe producta, ſecus ſi
diuerſo. l. illud. §. fi. ad leg. Aquil. & ibi not. & hunc tex: tã
quam meliorem alleg. Iaſ. in d. l. quominus. ſed iſta iura-
menta diuerſo tempore fuerunt præſtita, ergo &c. ¶ Ac-
cedat quoque quod dicti habilitans, & petens loquunẽ
de iuramento in numero ſingulari qui de proprietate nõ
16 continet † niſi unum: ut per Iaſ. inſtitu. de obligationib.
quæ ex quaſi contrac. naſcun. in gl. in uerbo, negotium. &
inſti. de iure perſona. in prin. & notatur in l. falſa. de cond.
17 & demon. ¶ Nec obſtat quod ſit indefinita † quæ ęqui-
pollet uniuerſali. l. ſi pluribus. de legat. 2. quia non habet
18 locum in indefinita † hominis, ſed legis: ut per Bart. in d.
l. ſi pluribus. per. l. ſi ſeruitus, de ſeruitutibus. ubi illud eſt
ex impropriętate, ergo &c.

¶ Secundo dico hic non adeſſe indefinitam, quia diffinit
illud iuramentum declarando illud eſſe quod fuit inter-
poſitum in tali inſtrumento, & hoc caſu dicitur diffiniti-
ua: iuxta notata in dicta l. ſi pluribus. & in l. prima. de re-
gul. iur.

¶ Nec etiam placet dum reſpondetur ad dicta per Socin.
uolentem non prodeſſe habilitatem quando iurauit non
petere habilitatem quod iſte Simon non habebat manda-
tum , quia dico quod petendo habilitationem & dicendo
19 nullum eſſe , & ſe uelle annullare , dicitur † ratum ha-
bere contractum geſtum per ipſum : ut eſt caſus ſingula-
ris ſecundum doctores in l. cum minor. in § . falſus pro-
curator. ff. rem ratam haber. & ratio eſt , quia non debe-
bat petere annullari , ſed agere abſque habilitatione tan-
quam non neceſſaria: ex quibus apparet habilitationem
ſibi nullo pacto prodeſſe poſſe, & adducta per Soci. uige-
re in caſu noſtro. Laus Deo.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Reclamatio aduerſus laudum datur parti læſę in dimidia parte quando fuit latum dolo arbitratorum, & extra formam compromiſsi, & ſi partes reclamationi renunciauerint, & iurauerint per quæcunque uerba in ampliſsima forma.*
2 *Renunciatio nulla reperitur quæ impediat reductionem ad arbitrium boni uiri ſtante enormiſsima læſione.*
3 *Onus probandi laudum dolo fuiſſe latum, & præter formam cõpromiſsi ei incumbit qui dicit contra laudum.*
4 *Præſumptio eſt laudum recte fuiſſe latum.*
5 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem.*
6 *Laudum ſecundum formam compromiſsi cenſetur eſſe latum quando uerba compromiſsi conueniunt omnibus contentis in illo.*
7 *Dolus non præſumitur.*
8 *Teſtis dictum de neceſsitate concludere debet.*
9 *Teſtis ſingularis non probat.*
10 *Solutio ſemper præſumitur potius ex cauſa neceſſaria facta quàm cauſa creandi nouum debitum.*
11 *Debitum in foro conſcientię , licet in foro contentioſo exigi non poſsit , tamen ſi ſoluatur uidetur ſolutum animo compenſandi.*
12 *Teſti deponenti de concernentibus utilitatem ſuam minime creditur.*
13 *Abſolutio fieri debet quia non fuit probatum, quando is qui proclamauit à laudo, ea quæ ad retractandum laudum erant neceſſaria non probauit.*

RESPONSVM XXIIII.

¶ An ab arbitramento poſsit appellari ſeu peti reductio &c. non obſtante quacunque renunciatione, quando interuenit dolus & excedit terminos compromiſsi, uel adeſt maxima læſio, &. quando dicatur probatum hæc in laudo interueniſſe.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Et ſi materia ſit tritiſsima & ueritas in paucis conſiſtat, & reſponſum debet eſſe deciſiuum in hac cauſa ex ciuitate Piſauri trãſmiſſa à iudice loci, breuibus me abſoluam: nam de iure clariſsimum eſt, ſecundum magis communes opin. qđ aduerſus laudũ

1 † datur reclamatio parti læſę in dimidia parte, & eo ma-
gis quando fuit laudum dolo arbitratorum, & extra for-
mam compromiſsi, & ſi partes reclamationi renuncia-
uerint, & iurauerint per quæcunque uerba in ampliſsi-
2 ma forma, cum nulla renunciatio † reperiatur quæ impe
diat reductionem ad arbitrium boni uiri ſtante enormiſ-
ſima lęſione: ut inquit Bal. in l. cum antea. in 2. col. de ar-
bi. quem ſequuntur Anto. & Abb. in c. quintaualis. colũ.
15. de iureiuran. quoniam habet in ſe tacitam conditio-
nem ſi non inique arbitratus eſt. l. ſi libertus. de bon. libe.
cum vulg. & ita plures conſuluerunt: ut Anto. de Butr. in
conſi. 24. q. hæc. Ang. in conſi. 172. Laudũ arbitratoris. &
Pau. de Caſt. conſi. 74. Quia fruſtra. & late per Dec. in con
ſi. 39. col. pen. & fin. & per multos alios quos uti non ne-
ceſſarios prętermitto, & pręſertim quando dolus adfuit,
vel extra formam compromiſsi laudum latum eſt, & con
ſequẽter manifeſtiſsimi iuris eſt. d. Marcum Anto. & Lau
rentiũ aſſerentes laudum latum fuiſſe ꝑ dolum & extra
formam compromiſsi, & eum eorum enormiſsima leſio-
ne reclamare potuiſſe, & punctus difficultatis in hoc con
ſiſtere vr̃, an ea quorum occaſione reclamarunt, & ꝯ lau-
dũ deduxerunt probauerint, cum ad eos onus probandi
3 prędicta † pertineat, cum ſit fundamentum intentionis
ſuę. l. ei qui. l. uerius. de proba. l. actor. eo. titu. cum vulg.
4 & maxime † cum pro laudo præſumatur: ut per Abb. An-
to. de Butr. poſt Dyn. & Ioan. And. & multos relatos ꝑ Fe
li. in c. qm̃ ꝯ. de prob. nu. 37. ubi vult quod ſaltem quo ad
transferendum onus probandi in aduerſam partem, & di
centem ꝯrium id procedat, etiam pendẽte reclamatione,
quod eſt ueriſsimum: ut alias pleniſsime cõprobaui ꝯſu-
lendo: immo vult ibi Dec. qd̃ immo præſumatur pro lau
do pendente reclamatione indiſtincte, quod pro nunc nõ
5 admitto, & ad hunc caſum non eſt neceſſarium, & † præ-
ſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem:
ut no. in l. in pari. de reg. iur. & in l. ſiue poſsidetis. de pro
ba. cum vul. ¶ Et in hoc concluſiue procedendo dico do
minum Marcum Antonium & Laurentium allegata ꝯtra
laudum minime probaſſe, & primo factum ipſum riman-
do, cum id potius in facto quàm in iure conſiſtat, reperio
allegaſſe ſupradictos laudum eſſe latũ dolo, & extra for-
mam compromiſsi. de his autem in probationibus ac at-
teſtationibus nullum uerbum habetur, ergo &c. ¶ Acce-
dat quoq; quod verba ꝯpromiſsi ſunt clariſsima & cõue-
niunt ſi recte ſpectentur omnibus contentis in laudo, er-
6 go & eius † forma & diſpoſitio: ad plene tradita in l. 4. §.
7 toties. de dam. infec. cul vulga. nec † dolus præſumitur. l.
quoties. §. qui dolo. de prob. cum concord. ¶ Ex quibus
ſequitur illa duo ſupra dicta minime ꝓbaſſe, ſed potius
ꝯrium ex uerbis compromiſsi, & iuris pręſumptionibus
ac arbitratorũ atteſtationibus demonſtrari: reperio quo
que allegaſſe laudum iniquum & iniuſtum tanquam le-
dens in dimidia parte, & præſertim dum pronunciarunt
eos teneri ad diuerſas & uarias quantitates denariorũ. d.
Hiero. & eſſe excluſos è duobus tertijs molendini, & tene
ri ad penſionem domus &c. ut late in reclamatione. ea au
tem minime eos legitime probaſſe arbitror, & conſidero
teſtes productos pro parte eorum: & primo Octauianum
Petronium, & Ouindum, qui ſolum deponũt uidiſſe Mar
cum Antonium, & Hieronymum conſtituentes ſe debito
res. d. Hieronymi de Franchis, & quod Hieronymus rece
pit quantitatem ſolutam, ſed neſciuit de quãtitate, adeo
qd̃ iſti teſtes nihil deponunt de molẽdino, de penſione do
mus, & iniqua ꝯdemnatione q̃titatũ pecunię, & ſic de gra
uaminibus poſitis in reclamatione: maxime qa ſtãt ſimul
qd̃ Marcus Antonius & Laurentius teneantur ad quanti
tates pecuniarũ in quibus fuerunt condemnati, & Hiero-
nymum habuiſſe pecunias de quibus ipſi deponunt, ergo
8 nihil concludunt, cum de neceſsitate † dictum teſtis ha-
beat concludere. c. in præſentia. de prob. l. non hoc. unde
cogn. & maxime qa deponũt de incerta q̃titate, & ſic ſua
diſpoſitio eſt incerta, ergo nulla iuribus vulga. alius quo
que teſtis Bartholomeus rubei, de grauaminibus expreſ-
ſis in reclamatione nihil deponit, ſed ſolum de quadam
apocha facta manu ſua, quam recognoſcit, quę eſt de par
9 ua quantitate, & eſt ſingularis qui non † probat: ad plene
tradita per Moder. in l. admonendi. de iureiuran. in mate
ria teſtis ſingularis uideatur ibi. adſunt quoq; Petrus fa-
mulus & Conſtantius, qui & ſi deponant de certis quan-
titatibus frumenti habitis per Hier. à d. Marco Antonio
nihilominus non probant ob hoc Hieronymum teneri,
cum pro parte Hieronymi eſt probatũ. d. Marcum Anto-
niũ cões redditus habuiſſe, & potuerit ac præſumatur lo
co præceptorum de cõi Hiero. debitorum illud frumẽtũ
10 dediſſe, cum quis † ſemper p̃ſumitur potius ex cã neceſſa
ria ſoluiſſe q̃ dediſſe cã creandi nouum debitum: ar. no. in
l. 1. cum ſeq. de ſolu. faciunt plene tradita in l. ſi cum do-
tẽ. §. ſi pater. ſolut. matr. & in auth. ꝑterea. C. unde uir. &
uxor. qd̃ adeo procedit ut ſi uendicet locũ in debito tñ
11 in foro ꝯſcientiæ, quod licẽt exigi † non poſsit in foro cõ
tentioſo, tñ ille qui ſoluit vr̃ ſoluiſſe animo cõpenſandi:
ut per Aret. in conſi. 92. aliàs. 93. col. 3. cum vulg. & ita ẽt
rñdet ad Octauianũ teſtem confitentẽ habuiſſe certã q̃ti
tatem grani à Marco Antonio: id quoq; deponit dictus
Conſtantius ꝯ ea quæ laudata fuerũt nihil concludit ſi
12 recte inſpiciatur, & ei cum deponat de † concernentibus
utilitatem ſuam minime credendum eſt: ut not. ꝑ Pau. de
Caſ. & Alex. in l. 2. §. ſi abſens. in fi. ſi ex noxa. cã aga. decla
rãdo dictũ Sali. in l. ſi quis decurio. de falſis. & uolunt An
to. de But. Io. de Imo. in locis relatis ꝑ Alex. in conſ. 186.
Viſis dubitationibus. in 2. uol. faciunt not. in l. deferre. §.
idẽ decreuerunt. de iure fiſci. ubi Tho. diplo. cũ ſimilibus.
¶ Et ex his & alijs defectibus quos iudicio meo, hi teſtes
patiunt dico ꝑ. d. Marcũ Antoniũ & Laurentiũ ea quæ in
reclamatione laudi propoſuerunt, & quę ad reclamandũ
de iure neceſſaria ſunt minime probaſſe, & propterea ar-
bitror & conſulo. d. Hieronymum abſoluendũ fore, & lau
dũ exequendum eſſe, quia ea quę ad retractandum laudũ
13 neceſſaria erant probata non fuerunt, & ſic † quia nõ ꝓ
batum fiat abſolutio: iuxta theoricam Bar. in l. Iulianus
uerum debitorem. de cond. indeb. col. 3. uerſi. & prædicta
ſunt ualdẽ utilia. ubi per Iaſ. & communiter doctores: &
late per Alex. & alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uer
bo. oblig. dum præſupponunt cauſam reclamationis ita
ſopitam fuiſſe, & quærunt poſtea de pœna compromiſsi,
ut per eos quæ ad nos nunc pertinent: & ita pronuncian-
do puto partes domini iudicantis eſſe debere. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuſta eſt in rebus alienis.*
2 *Hæres inuentario apponens omnia bona, quæ in hæreditate eſſe ſciuerit, & ita iurans ac proteſtans ſe quęcunque in futurum deprehenderit additurum, ſemper addere poterit.*
3 *Hæres omittens ponere ſolum unam rem in inuentario, quo ad omnes res & in omnibus, inuentarij beneficio priuatur.*
4 *Ea quæ frequentiſsime accidunt, ſingulariſsime ſunt notanda.*
5 *Hæres illa ſcire præſumitur, quæ ratione facti proprij indagare tenetur.*
6 *Tutor omittens aliquid ſcribere in inuentario, dolo omiſiſſe præſumitur.*
7 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
8 *Domeſticus, in domo contenta ſcire præſumitur.*
9 *Hæres omittens aliquid ſcribere in inuentario, niſi iuſtam doceat ignorantiæ cauſam, dolo omiſiſſe præſumitur, ita ut inuentarij beneficio careat.*
10 *Additio ab hærede facta inuentario, quando aliter aufugere nõ poterat, cum manifeſtiſsimis probationibus foret conuictus, illum non releuat, & ſi proteſtatio de addendo proceſſiſſet.*
11 *Via fraudibus non eſt aperienda.*
12 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, in iure procedit.*
13 *Acta faciunt notorium.*
14 *Lex non debet eſſe impoſita uerbis.*
15 *Cautela eſt ut interrogetur hæres, & ſi negat, & fideicommiſſarius probet contra negata, hæres amittit beneficium inuentarij.*

16 *Inuentarium intra triginta dies à die ſcientiæ ab hærede non inchoatum,non ualet.*
17 *Inuentarium intra ſexaginta dies,perfici debet.*
18 *Proteſtatio de addẽdo inuentario quæ poſtmodum reperientur, releuat hæredem quando ſcientia de nouo peruenit, & iuſta prius aderat ignorantia.*
19 *Dolus præſumptus eſt,ignorare quod omnes intelligunt.*
20 *Dolum alicubi ineſſe,ex indicijs duntaxat colligi poteſt.*
21 *Ea quæ non ſint ueriſimilia,imaginem continent falſitatis.*

RESPONSVM XXV.

¶An hæres doloſe omittens aliquid hæreditarium ſcribere in inuentario teneatur ad duplum rei omiſſæ, & amittat Trebellianicam.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Videtur hæredes Iacobi de Recordatis qui ex perſona dicti Iacobi cõfecerunt inuentarium, omnia commoda conficientibus inuentarium conceſſa conſequi debere: non obſtante ꝙ omnia bona non poſuerint in inuentario:quia omnia bona quæ ſciuerunt appoſuerunt,& ea quæ omiſerunt ignorarunt. Nam
1 iuſta eſt † ignorantia in rebus alienis, & in eo qui ſuccedit in locum alterius.reg.qui in alterius.de reg. iur. in 6. ¶Præterea non uidetur aliquid poſſe imputari iſtis hæredibus cum poſuerunt omnia bona prout ſciuerunt,& ita iurarunt & proteſtati ſunt ſe addere omnia & quæcunq;
2 in futurũ reperientur: † quo caſu ſemper poſſunt addere: ſm Bal.Iaſ.& alios in l.ſcimus.C. de iure delib. in princ. & Ange.in l.1. §. hæc ſtipulatio. ſi cui pluſquam per leg. Falc.& prout poſtea inuenerunt bis & ter addiderunt inuentario: ex quibus apparet dictos hęredes, & ſi aliqua omiſerint in inuentario recte inuentarium feciſſe, & per conſequens omnibus beneficijs inuentarij potiri debere. ¶Maturius uero ꝯſiderans determino ꝯ̃trium: qm̃ multa bona in confectione inuentarij omiſerunt, ut apparet tã ex ſequentibus additionibus factis per hæredes poſtquã per fideicommiſſarios illa bona non ſolum fuerunt nominata ſed legitime probata,q̃ ẽt ex multis alijs, quæ ꝑ dictos hęredes non fuerunt deſcripta in primo inuentario,
3 nec in additionibus poſita: ſed hæres omittens † ponere ſolum unam rem in inuentario priuatur beneficio inuentarij,quo ad omnes res & in omnibus:ſm gl.per illũ tex. in §.ſancimus.in auth.de hæred.& Falc. quam ſequit̃ Iacob.de Beluiſ.ibi.Nicol.de Neap.Bar.Ang.Pau. de Caſt. & Imo.ac Alex.in l. Paulus.ad l.Falc.Bar.Alex. Ful.Sali. Iaſ.in l.fi.§.licentiam.de iure delib. ubi Alex. aſſerit fore cõem opin.& dicit Iaſ. quod ad hoc ut hęres teneatur ad duplum rei non deſcriptę in inuentario & amittat Falcidiam & Trebellianicam: omnes tranſeunt cum Bar. & di-
4 cit ibi Fulg.eſſe ſingulariſsime notandum:quia † frequẽtiſsime occurrit.& plus uoluit Bal.in conſi.189. uol.1.ut ibi per eum. Sed iſti hæredes omiſerunt non ſolum unam rem,ſed plura & infinita bona, vt apparet ex ſuis additionibus factis ut dixi:ergo debent teneri ad duplum illarũ rerum non deſcriptarum in primo inuentario & amittere Trebellianicam. ¶Nec obſtat eos ignoraſſe & fuiſſe iuſtam ignorantiam, & cũ peruenit ad eorum notitiam ſtatim inuentario addidiſſe:quia reſpondetur,ex quo iſti hęredes non probant ignorantiam, & iuſtificant, in dubio debet p̃ſumi ſciuiſſe omnia bona teſtatoris & fraude omiſiſſe:quia licèt hæres pręſumatur regulariter ignorare iu-
5 ra defuncti, iuribus ſupra adductis. † tamen ubi tenetur factum indagare rõne facti proprij,pręſumitur illud ſcire. ita eſt tex.iun.glo.in ca.innotuit de elect. & ibi notant doctores. Et bene facit quod uoluit Barto. in l.tutor qui repertorium.de adminiſtr.tuto.uer.quæro quid ſi tutor.
6 ubi † ſi tutor omittit aliquid ſcribere in inuentario lex præſumit per dolum illud omiſiſſe:quia tenebatur perquirere, & deſcribere, licèt alias iuſta ſit ignorantia in facto alterius, & potius præſumatur error quàm dolus. ita debet dici in hærede uolente conficere inuentarium: & eſt minus tolerabilis ignorantia in ſorore hærede abinteſta-
7 to tam coniuncta quàm in tutore extraneo, † cum coniunctus præſumatur ſcire factum coniuncti.l.octaui.unde cogn.cum ſi.& maxime in ſororibus quę ſteterant per multum tempus in domo dicti Iacobi & eorum patris
8 de cuius bonis agitur. Et domeſticus † præſumitur ſcire contenta in domo:ut plene per Feli. & omnes in c. in literis.de teſti.& tantomagis quia iſti hæredes fatentur in poſitionibus habuiſſe cognitionem illarum rerum.Si igitur ita eſt in tutore ut præſumatur dolus ſi omiſit aliquid in inuentario,quanto magis debet pręſumi dolus in hærede iſto omittente aliquid in inuentario, cum in eo non ita præſumatur ignorantia ſicut in tutore penitus extraneo.
9 Et † quod in hærede omittente aliquid ſcribere in inuentario præſumatur dolus niſi doceat iuſtam cauſam ignorantiæ, ita ꝙ careat beneficio inuentarij, conſuluit Abb.in conſi.73.circa primum.col.3. uol. 2. ¶Et ex hoc apparet reſponſum ad illud præſumi ignorantiam. Nec obſtat ſi addiderint, quando ſciuerunt: quia præſumitur ꝙ ſciuerint,per ſupra dicta.nec additio illos habet excuſare: quia non ſtatim quando ſibi fuit notificatum addiderunt ſed expectarunt ſe conuinci manifeſtiſsimis probationibus iudicialiter productis ac uentilatis, ut con-
10 ſtat in proceſſu.ex q̇bus apparet ꝙ † additio fuit facta in caſu quo aliter aufugere non poterant, non in caſu ſimplicis ſcientiæ, immo poſtquam fuit ſibi dictum & notificatum,& iurati erant teſtes, uoluerunt ut examinarentur:& fecerunt interrogatoria ut uacillarent: ex quibus manifeſte colligitur perfidia ſua & animus fraudandi:ita ꝙ iſte proceſſus hoc modo agitatus arguit & manifeſte oſtendit fraudem ac animum fraudandi adfuiſſe: nec per additionem purgatum fuiſſe,cum tempore aditionis nullus amplius ſubterfugiis locus relictus erat: & proteſtatio ſolum operatur ꝙ poſſunt addere poſt tempus conficiendi inuentarium, ſi modo fraus non adfuit, & probet iuſtam ignorantiam, per ſupradicta: aliàs fraudibus uia
11 aperiretur contra.l.in † fundo. de rei uend. cum ibi not. Nam ſemper hęres proteſtaretur & multa omitteret confiſus in eo ꝙ ſi reperirentur poſtea & probarentur, ſemper addere poſſet:quod quidem non eſt dicendum. ¶Præterea dico ꝯſtare de euidenti fraude,dolo, & ſcientia hrdũ omittentiũ bona deſcribere in inuẽtario, qđ manifeſtiſsime, probat̃ ex multis.Et primo, nam p̃dicti hæredes fecerũt unũ inuentarium mortuo Iacobo de bonis tẽtis ꝑ dictũ Iacobũ tã ꝓuentis à Ioanne Baptiſta patre dicti Iacobi q̃ aliunde: deinde fecerunt inuẽtariũ ex ꝑſona dicti Iacobi de bonis Ioãnis Baptiſtę eius patris reſtituendis ꝑ fideicõmiſſum,de quo agit̃. Et in primo inuentario aliquos libros poſuerũt,quorũ quatuor ſunt de bonis Ioannis Baptiſtæ, vt ex eorũ inſpectione apparet. In ſecũdo uero inuẽtario facto ſpãliter de bonis dicti Ioannis Baptiſtæ eos ponere omiſerũt, qđ quidẽ non põt eſſe ſine dolo & fraude. Nã ſciebãt qđ aderat quia poſuerunt in primo inuentario. ꝙ aũt eſſent potius de hæreditate Iacobi q̃ Ioannis Baptiſtę non poterãt hoc ſcire, & uni hr̃ditati magis q̃ alteri attribuere prout fecerũt non deſcribẽdo illos in hæreditate Ioãnis Baptiſtæ niſi uidiſſent. ſi aũt viderũt ꝯſtat de dolo & ſcia,cum ex eorũ inſpectione apparet ꝙ erãt Ioãnis Baptiſtæ:inſpectio aũt fuit neceſſaria, cũ ſine ea nõ poterãt magis uni hr̃ditati attribuere
12 q̃ alteri,ut dixi:ergo † argr̃ẽdo à ſufficienti partiũ enumeratione,qđ argm̃ procedit.l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris.§.omniũ.inſt.de actio.ex actis ꝓbat̃ ma-
13 nifeſtus dolus & fraus dictorũ hr̃dũ,q̃ † acta faciunt notoriũ.gl.& doc.in c.ſignificauerũt.in uerbo,liquere, de teſti.& plene in c.qm̃ ꝯ̃.de ꝓba. & hoc ſolũ ſufficeret ad demõſtrãdũ dolũ,quo ſtãte nõ potuerũt amplius facere additionẽ de his libris omiſsis dolo & fraude, aliàs lex pu-
14 niẽs dolo & fraude omittẽtẽ res hr̃ditarias eẽt † impoſita uerbis:ꝯ̃.l.2.C.cõia de leg.& de facili poſſet reddi eluſoria:ꝯ̃.c.q̃q̃.de vſur.iũcta.gl.& cõi ſchola ſcribentiũ.Nã vt euitaret pęnas ſemper adderet res omiſſas probatas ꝑ fideicommiſſarios,cum & omnino illas reſtituere cogeretur cum foret probatum fuiſſe in hæreditate, quod quidem eſt ꝯ̃ iura & intentionem Bart. ac ſcribentium,dũ in d.l. paulus. dant modum ꝙ interrogetur hæres, & ſi ne-

gat, & fideicommiſſarius probat contra negata, hæres
15 amittit beneficium inuentarij,& cautela † eſt quod inter
roget &c. ut ibi per eos: quę cautela & modus eſſent elu-
ſorij, ſi poſt negationem, uel omiſsionem dolo factam,
poſſet poſtea negata addere inuentario.

¶Probatur etiam iſte dolus in omittendo res hæredita-
rias adhibitus, cum in inuentario non appoſuerunt inter
alia inſtrumentum locationis cum poteſtate francandi,
quod continet libras ſeptingentas, & expectarunt quod
in iudicio produceretur illud inſtrumentū, & conuince-
rentur de perfidia ſua, & illis copia daretur, & poſtea fecę
runt additionem inuentarij: ad quam conſiderandam &
animaduertendam rogo ac deprecor doctiſsimos ac iu-
ſtiſsimos iudices. Nam ex ipſa probatione omiſsio ſcien
ter ac doloſe facta, cum poſt omiſsionem factam in inuē
tario, & poſt inſtrumentum productum & parti accom-
modatum, non appoſuerunt niſi quingentas libras & o-
miſerunt ducentas, de quibus per illudmet inſtrumentū
habebant notitiam & pleniſsimam cognitionem, & non
potuerunt uiderę quingentas quin uiderint alias ducen-
tas, ideo quod conſtat de ſcientia, & omiſsione ſcienter
facta, ergo &c. ¶Nec poteſt fieri poſtea alia additio de
his quis quæ ſcienter omiſſa fuerunt, per ea quæ ſupra di
cta ſunt; & caſu quo poſſet, nō poteſt in terminis noſtris:
quia iſta additio, aut uis quod ſit nouum inuentarium, &
tunc non ualet: quia non fuit cepta intra triginta dies à
die ſcientiæ collectæ ex productione inſtrumenti, immo
16 poſt multum temporis, † ut apparet ex proceſſu, quo ca
ſu inuentarium non ualet: ut per Iaſ. & cōiter doct. in l.
fi. C. de iure delibe. in prin. col. 2. ergo &c. aut uis quod ſit
pars primi inuentarij, & tunc cum à tempore quo ceptū
erat inuentarium lapſi ſunt ultra ſexaginta dies, ut con-
ſtat ex inſtrūmentis productis, additio tanquam in tem-
17 pore debito non ualet, † cum inuentariū debuerat perfi
ci intra ſexaginta dies ſm omnes doct. in d. l. fi. in princ.
18 nec obſtat proteſtatio de addendo, quia † uendicat ſibi
locū qn̄ ſcientia de nouo ſuperuenit, & iuſta aderat prius
ignorantia, vt ſ. dixi: ex quibus cōſtat apertiſsime de frau
de, & omiſsione ſcienter facta, ergo &c. ¶Apparet quoq;
iſta fraus, dum in inuētario dicunt ꝙ tm̄ ſunt quadragin
ta & octo corbes uaſculorum uini, & ommittunt uinum,
in additione poſtea addunt uinum, & dicunt ꝙ aderant
corbes ſexaginta uini, profecto nō poterant ſcire corbes
uaſculorum uini illa menſurando quin etiam ſcirent vi-
num adeſſe uel non adeſſe. & certe iſtud eſſet ignorare il-
19 lud quod omnes intelligunt, & ſic dolus † præſumptus.
l. lata. de uerb. ſig. per Bar. & alios in l. qđ nerua. ff. depo.
immo impoſsibile eſt ꝙ menſurando uaſa & tangēdo nō
uideant vinum, quæ omnia dolum manifeſtiſsimum oſtē
dunt per eum modum per quem melius probari poſsit,
20 cum † niſi ex indicijs demonſtretur. l. dolum. C. de dolo.
cum ſimilib. immo illum ex alio demonſtrant, dum dicūt
ꝙ uaſculorū erant quadraginta & octo corbes, uini uero
ſexaginta, & ſic uinum erat pluſquam erant uaſa in nota-
bili ſumma, ergo &c. Item addunt frumentum & farinā,
quod omiſerant in inuentario, qđ quidē ſaltem in aliquo
minimo hæredes cum erant in domo & ibi habitabant,
21 non eſt uerisſimile ignorare, & non uerisſimile † eſt imago
falſitatis: iuxta notata in c. quia uerisſimile. de pręſumpt.
& pręſumptio eſt contra illos, ergo &c. committunt etiā
certam quantitatem debitorum tam in primo inuenta-
rio q̄ in prima & ſecūda additione, & tū nō poterat igno
rare, cum fuit productum in actis inſtr̄m in quo aderāt,
ergo &c. nec ultima additio habet ſibi prodeſſe, cum non
fuit facta in tēpore à die ſcientię probatæ per productio-
nē illius inſtrumenti: ut apparet in actis per ea quæ dicta
ſunt ſupra circa aliud inſtr̄m, non repeto. ¶Ex quibus &
ex multis alijs quę tanq̄ non neceſſaria prætermitto: &
ut de ſe nota & in proceſſu expreſſa, liquidiſsime conſtat
multa fuiſſe omiſſa dolo & fraude, & per conſequens hæ-
redes declarandos eſſe non debere potiri beneficio inuen
tarij reſpectu fideicommiſſariorum. Laus Deo.

¶Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa nullitatis quando principaliter fuit intentata cum proteſtatione, ut appellatio ſtet in ſuſpenſo, principaliter ſuper nullitate pronunciandum eſt.*
2 *Et interim non currit tempus in cauſa appellationis.*
3 *Verba reſcripti debent conformari iuri communi.*
4 *Clauſulę omnes poſitæ in reſcripto recipiunt interpretationem, quam recipit ius commune.*
5 *Reſcriptum potius ut nihil operetur interpretari debet quàm ut operetur contra ius commune,*
6 *Cauſæ continentia ſatis dicitur non diuidi, quando coram eodem iudice litigatur, ordine tamen ſucceſsiuo & ſeruata cauſarum natura.*
7 *Reſcribentem non eſt uerisſimile, tam ius commune quàm municipale ſub inuolucro uerborum deſtruere uoluiſſe.*
8 *Sententia eſt ſtrictiſsimi iuris.*
9 *Delegatus excitatus tanquam ordinarius iudicare poteſt.*
10 *Defectus incompetentiæ iudicis, reddit ſententiam nullam magis quàm quilibet alius defectus.*
11 *Sententia lata pendente appellatione, à iudice à quo, eſt nulla, & tanquam de facto, & uti attentatum debet reuocari.*
12 *Sententia interlocutoria lata pendente appellatione etiam inſerta cauſa eſt nulla.*
13 *Appellatio de quolibet grauamine fieri poteſt.*
14 *Conſtitutiones ſecundum quas cauſa non fuit agitata, non debent in ea cauſa haberi in conſideratione.*
15 *Sententia nulla eſt quæ continet falſam cauſam.*
16 *Reſcriptum ſecundum conceſsioni factæ in primo nihil nocere debet.*
17 *Principes ab inconſtantia & uariatione uacuos eſſe maxime decet.*
18 *Princeps reuocans aliquid quod prius conceſſerat fingitur eſſe circumuentus, adeo ut contrarium probari non poſsit.*
19 *Secunda principis conceſsio primæ non habet derogare, quando in ea non fuit expreſſa cauſa.*
20 *Secundum reſcriptum non tollit primum, quando in eo non eſt expreſſa cauſa ſaltem ſufficiens.*
21 *Dictio ſi, importat conditionem.*
22 *Conditio nihil ponit in eſſe, donec ſit declaratum illam eſſe adimpletam.*
23 *Sententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.*
24 *Dictio ſecundum, ſtat limitatiue & reſtrictiue.*
25 *Reſcriptum delegatorium, cum ſit ſtricti iuris, ab eius uerbis non eſt recedendum.*
26 *Res ſuos excedens terminos, exceditur quoque à non ſuis terminis.*
27 *Sententia lata, non ſeruato ordine ſtatuti uel iuris, eſt nulla.*

RESPONSVM XXVI.

¶An quando principaliter fuit intentata cauſa nullitatis cum proteſtatione quod appellatio ſtet in ſuſpenſo, principaliter ſuper nullitate ſit pronunciandum: & an per ſecundum reſcriptum tollatur primum: & quando ſententia eſt nulla.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi cau
ſa ſit maximi ponderis, & quamplurimum
mille ducatorum: uerum cum agitur coram
peritiſsimo rem ipſam breuibus perſtringā,
omiſsis generalibus & argumentis ad partes, pro cuius
reſolutione præſuppono, hic cauſam nullitatis intenta-
1 tam principaliter cum proteſtatione † quod appellatio
ſtet in ſuſpenſo, ut ex actis apertiſsime conſtat: quo caſu
principaliter ſuper nullitate pronunciandum eſt, & inte-
2 rim non currit tempus † in cauſa appellationis: ut ple-
ne notatur per Peruſi. in capitulo cum ex ratione. de ap-
pellationibus. in l. contra maiores. de inofficioſo teſta-
men. ubi Bald. Paul. de Caſtro, Iaſon. & communiter
alij: & ſpecialiter lege municipali cautum reperitur ſub
rubric. de cauſa nullitatis.

¶Nec

¶Nec obſt. per partem aduerſam fuiſſe obtentum reſcriptum, ut idem iudex tā cauſam appellationis quàm nullitatis,& totum negotium cognoſcat, quando intelligitē
3 ſucceſsiue,& ſeruato iuris ordine, cum † verba reſcripti debeant conformari iuri communi. glo. in cap. paratus.
4 23.q.1.in uerſi. ſi uero. † & omnes clauſulę poſitæ in reſcripto recipiunt interpretationem, quam ius commune recipit.c.licet cauſa.in §.fin. de electionib. immo potius
5 † debet interpretari ut nihil operetur:ut late per Decium
6 in rubr.de reſcrip.col.3.& ſatis dicitur non diuidi † continentia cauſæ,quando coram eodem iudice litigatur ordine tamen ſucceſsiuo,& ſeruata cauſarum natura: ut notatur maxime per modernos in l.nulli prorſus.C.de iudi. & hoc dixit tex.in d.l.nulli prorſus.iuncta gl. in uerbo,iudicio.& Paul.de Caſtr. ibi in prin.intelligit in his quæ ſimul poſſunt terminari de iure.Nec eſt ueriſimile reſcribē
7 tem tam ius cōe quàm municipale ſub quodam † inuolucro uerborum deſtruere uoluiſſe. l. ſi quando talis. C. de inoffi.teſta. ¶Hoc præſuppoſito dico ante omnia partes domini iudicantis eſſe in pronunciando ſententiam latā contra fideiuſſores eſſe nullam & inualidam.Et primo ratione incompetentiæ iudicum, qui protulerunt ſententiam ut delegati, & nō ſunt delegati quo ad fideiuſſores, cum tēpore delegationis non erant dati: & eſt facta quo ad Camillum & illos de Cupraria tantum, & in ea nullū
8 uerbum de fideiuſſoribus: ergo † cum ſtrictiſsimi iuris ſit non habet illos comprehendere.c.1.de offi.deleg. in 6.
9 cum ibi plene notatis. Nec poteſt dici quod † tanquā ordinarij excitati iudicarint:iuxta notata in l.& quia. de iuriſd.om.iudic. quia in ſententia aliter exprimunt: immo in procedendo & terminando, non ſeruarunt capitula Rotæ:dando dubia, & alia prætermittendo,quæ requirebantur ſecundum capitula Rotę, ut ex actis apertiſsime conſtat: ergo in hoc non poteſt conſiderari eorum ordinaria iuriſdictio: iuxta notata in d.l.& quia. cum contra
10 eorum famam proceſſerint;& † defectus incompetentiæ iudicis reddit ſententiam nullam,magis q̄ quilibet alius defectus:ut notat gl.ordinaria per illum text. in cle.1.de ſequeſtra.poſſeſ.& fruct.& notatur in cap. 1.de ſententia & re iudic.in c.cum in iure.de offi.deleg. ¶Secundo probatur, quia fuit lata pendente appellatione à nimis breui
11 dilatione ad pręſentandum, & ſententia † lata pendente appellatione à iudice à quo, eſt nulla, & tanquam de facto,& ut attentatum debet reuocari:iuxta no. in c.non ſolum.de appellat.in 6.toto titu.nihil innoua.appella. pen
12 den.quod procedit † etiam in interlocutoria inſerta cā: ut per Felinum in c.cum I. & A.de offi. deleg.cum ſimil.
13 Nec poteſt dici non potuiſſe appellari: quia à † quolibet grauamine poteſt appellari.ca.ut debitus. de appellatio. cum concordantib.de quibus ibi per modernos. Nec cōſtitutiones Rotę repugnant, ſi recte intueantur: immo
14 hoc caſu non debent conſiderari, † cum ſecundum illas non proceſſerint.argum.l.auxilium.de minorib.

¶Tertio dico eſſe nullam, quoniam fuit lata pendente licentia data Camillo de diſcedendo per reſcriptum principis, & ſic continet falſam cauſam,cum fuerit lata contra eum tanquam non comparentem, & contumacem,& contra fideiuſſores tanquam non præſentantes in termino monitionis: & tamen ex actis iudicibus & omnibus etiam lippis apertiſsime cōſtat propter reſcriptum iuſtā cauſam habuiſſe non pręſentandi: & per conſequens non
15 erat contumax: & id ſciebant: ſed ſententia † continens falſam cauſam eſt nulla.c.1.de ſententia.& re iudic.

¶Nec obſtat reſcriptum quod reuocat primum ſi & inquantum poteſt:quia hoc nihil habet officere,cum quod
16 † ſemel placuit non poteſt amplius diſplicere. regul. qđ ſemel.de reg.iur. in 6. & cauſa ſemel approbata amplius improbari non poteſt.§.ſemel autem. inſtitut. quibus ex
17 cauſis manumittere non licet. quod † maxime in principe locum habet,cū in eis magis reijciatur uariatio & inconſtantia:& plus conueniant illa uerba,quod ſcripſi ſcripſi:& quæ proceſſerunt de labijs meis non faciam irrita: ut late per Bald.in conſi.cclxxix.Pridie.libr.3.ubi conclu
18 dit † principem reuocantem aliquid etiam motu ꝓprio, quod prius conceſſit fingi circunuentum, adeo quod cōtrarium probari non poteſt: quod maxime habet locum
19 † quando non eſt expreſſa cauſa: iuxta tradita per Romā in conſi.117.Circa primum. ubi conſuluit per plura ſecūdam conceſsionem factam contra primam non ualere. p Paulum de Caſtro in conſi.156.Viſo examine.per Alexandrum in conſi.3.Viſo.libr.v.& in conſi. 23.eod.libro,col.
20 3.cum ſimilib.& ſic iſtud ſecundum † reſcriptum nō tollit primum,cum in eo non ſit expreſſa cauſa ſaltem ſufficiens,& fingitur ſubreptitium : ita ꝙ non poteſt probari contrarium per ſupradicta:& maxime non habet nocere. cum non ſit ſimpliciter conceſſum : ſed ſub conditione q̄
21 importatur † per illam dictionem ſi & inquantum : iuxta tradita per Bar.in l.ambitioſa.de decre. ab ordi. faciē.&
22 per Romanum in conſi.cccccj.col.2.ubi late:ſed † conditio nihil ponit in eſſe,donec ſit declaratum illam eſſe adimpletam.l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. de conditio.inſtitu.l. ex facto agitatum.de hæredib.inſtitu. ergo quouſque declaratum fuerit ſcribentem potuiſſe,& debuiſſe,de iure reuocare primum reſcriptum, & ſic conditionem poſitam in ſecundo reſcripto extare remanet firmum primum reſcriptum; ſed iſti ante aliquam declarationem factam, & antequam conſtaret adimpletam eſſe conditionem ſecundi reſcripti citarunt & mandarunt pręſentari, ac ſententiam protulerunt: ergo omnia nulliter geſſerunt,ac non ſeruatis ſeruādis : ad quod rogo animaduertat iuſtiſsimus ac doctiſsimus iudex noſter:& uidebit errorem manifeſtum iudicum à quo. ¶Quarto ſen
23 tentia eſt † nulla ipſo iure, cum ſit lata perempta inſtantia.l.properandum.de iudic.C.in prin. cum glo.& ibi doctores:& l.ſcire oportet.§.conſequens. de excuſatio. tut. not.Bald.in authen.clericus.C.de epiſc.& cleric. per Alexan.in conſi. 162.In cauſa & lite.col.1.uol.6.cum vulga. Quod autem ſit perempta inſtantia, patet ex actis quibus apparet fuiſſe commiſſam cauſam de menſe Iunij, & de menſe Februarij fuiſſe latam ſententiam,& ſic ſunt fere octo menſes tranſacti in quibus nemo diceret inſtantiam uiginti dierum fore continuorum præfixam à ſtatuto mercatorum peremptam non eſſe : ſecundum quod ſtatutum procedere debent ex forma reſcripti,ibi, & procedendi ut poterant conſules fori mercatorum ſecundum eorum ſtylum & ſtatuta &c.nam dictio ſecundum,ſtat li-
24 mitatiue † & reſtrictiue:ut plene notatur in l. edita. C.de eden.per Bart.in titulo ad reprimendum.in uerbo,prout.
25 ergo &c.maxime cum à uerbis † reſcripti delegatorij nō ſit recedendum,cum ſit ſtrictiſsimi iuris,d.c.1.de officio delega.in 6. cum vulgaribus.inſtantia autem non potuit conſiderari,cum iudicarint ut delegati,& fuit proceſſum tempore quo Rota ſilet.ſ.de mēſe Auguſti.& Septembris,
26 ita ꝙ cum res † excedit terminos ſuos, exceditur quoq; ipſa à non ſuis terminis.gl.Bar.& cōis ſchola in l. fi. C.de edicto diui Hadria.tollen. cum ſimiib. ꝑterea ēt ſm̄ conſtitutiones Rotæ perempta eſt inſtantia,q̄ cū nulla ſit facta prorogatio erat tm̄. xxx. dierum utilium, qui abſque difficultate trāſacti ſunt à tempore commiſsionis, ita ꝙ clariſsimum eſt inſtantiam peremptam fuiſſe, & per conſequens ſentētiā ipſo iure nullam. ¶Vltimo apparet nullam eſſe,cum non ſeruauerint ſtatuta mercatorum ſm̄ q̄
27 procedere debebant,ut dixi, ſed ſententia lata † non ſeruato ſtatuto uel iure eſt nulla.c.1.de ſenten.& re iudi.ubi Abb.& Feli.in ſpē no.poſt Bar.in l.cū ꝓlatis.de re iu.ubi no.oēs.ꝙ autē non ſeruauerūt,ſed expſſe ꝯfecerunt,in actis ex multis apparet quorū unū tm̄ pro nūc dicā:ut dn̄i mei aures nō obtūdā. Nōne iſti iudices cōmiſerūt executionē realē & ꝑſonalē, qđ expſſe mercatorū legi refragatur:cęteras quoq; nullitatis cās tanq̄ nō neceſſarias ꝑtermitto. Ex qbus oibus ſaltem ſimul iunctis liqdiſsime cōſtat hanc ſniam ipſo iure nullā eſſe,& ita ꝓnūciādū fore.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus,

SVMMARIVM.

1 *Probatio nulla eſt maior quàm partis aduerſæ confeſsio.*
2 *Teſtes deponentes, nonnullis uicibus ſe uidiſſe Sempronium* *cum*

cum Titio comedentem, ex hoc non probant ſemper expenſis Titij uixiſſe Sempronium.

3 *Expenſas aliquem alteri feciſſe, cum ſit actus ſucceſsiuus, à teſtibus de aliquo tempore tantum deponentibus probari non poteſt.*

4 *Teſtes uolentes probare poſſeſsionem uſque ad certum tempus: concludenter non probant, licèt probent aliquos actus, niſi probent continuam poſſeſsionem uſque ad illud tempus.*

5 *Mille teſtes ſingulares unus unico probant.*

6 *Teſtes ubi ſunt ſingulares, parti non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis.*

7 *Teſtis ſalariatus nullam facit fidem.*

8 *Famulus in cauſa patroni non eſt idoneus teſtis.*

9 *Pauper & miſerabilis a teſtimonio uenit repellendus.*

10 *Socij habentes magnam familiaritatem, inuicem ferentes teſtimonium non probant.*

11 *Arbiter in cauſa in qua arbitratur non eſt idoneus teſtis.*

12 *Mediator in cauſa in qua fuit mediator non recte teſtimonium dicit.*

13 *Teſtis de auditu non probat, maxime quando audiuit ab inimico.*

14 *Teſtis de auditu non probat, niſi probet a pluribus audiuiſſe.*

15 *Confeſsio facta extra iudicium, abſente parte, non probat.*

16 *Conſuetudo eſt Bononiæ, operarium manentem in domo ad exercitium, diu noctuque debere habere expenſas.*

17 *Operarius conductus ad aliquod exercitium, ſecundum loci conſuetudinem cenſetur fuiſſe conductus.*

18 *Confeſsio erronea & indebita reuocari poteſt.*

19 *Expenſæ in diuiſione, per diuiſores calculatæ & computatæ ueri militer fuiſſe cenſentur, quando de eis coram diuiſoribus agebatur.*

20 *Geminatio dictionis uniuerſalis facit id uenire in diſpoſitione, quod alias non ueniret.*

21 *Generalis clauſula, & compoſitio appoſita uel facta poſtquam de aliqua re particulariter actum fuit, ad illud refertur de quo antea probatur actum.*

22 *Quilibet id ad quod iure tenebatur, feciſſe præſumitur.*

23 *Bona fama de aliquo probata purgat omnem ſuſpicionem & indicium.*

RESPONSVM XXVII.

¶An ſalariati, pauperes, ſocij, domeſtici, arbitri, amici, mediatores ſint idonei teſtes: & quando confeſsio partis probet.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In præſenti cauſa conſiderandum eſt tria in effectu peti à Nicolao Gallo, ſ. expenſæ factæ ut ipſe dicit per eum magiſtro Ioãni de Magris. Itẽ petit quædam nomina debitorum, quæ ut aſſerit fuerunt ſibi aſsignata à dicto Ioanne, & non ſunt uera. Tertio petit ſibi ſatisfieri à dicto Ioanne de quibuſdam mercibus quas accepit de apotheca communi. & punctus difficultatis conſiſtit in hoc an probauerit intentionem ſuam dictus Nicolaus, quia ſi non probauit dictus Ioannes uenit abſoluendus, cum actore non probante reus abſoluẽdus ſit. l. qui accuſare. C. de eden. ¶Et uidebatur circa expenſas ſatis probaſſe intentionem ſuam, cum probauerit per multos teſtes dictum Ioannem comediſſe in menſa dicti Nicolai. Item dictum Ioannem dixiſſe illis teſtibus ſe uelle ſoluere triginta aureos ſingulo anno pro expenſis factis ſibi per dictum Nicolaum, & ipſum non contentum eſſe, & ſic probatur ex confeſsione dicti Ioannis, &
1 † nulla maior probatio q̃ partis aduerſę confeſsio. l. generaliter. cum ibi nota. C. de non numerata pecun. cum ſimilib. nam in confeſſum nullæ ſunt iudicis partes &c. l. 1. de re iudic. cum concordantibus. ¶Circa uero nomina debitorum non eſſe uera, & quaſdam merces accepiſſe de dicta apotheca, ſatis uidetur probari per teſtes dicti Nicolai, nam deponunt miſſum fuiſſe famulum ad debitores, quorum nonnulli dixerunt dictum Ioannem & Nicolaum non cognoſcere, nonnulli quoque dixerunt ſe non eſſe debitores. Item deponunt uidiſſe uendere quæda bona, & non ponere in capſa pecunias, ex quibus manifeſte uidetur probari intentio dicti Nicolai, & per conſequens dictum Ioannem condemnandum fore. ¶Maturius uero cogitanti ueritas uidetur eſſe in ꝯtrium, ad quam apertiſſime demonſtrandam nõnulla præſuppono. ¶Et primo, Nicolaum & Ioannem fuiſſe ſocios, & licèt Ioannes minus de capitali poſuerit in cõi, tamen propter eius induſtriam & operam ſtabat ad dimidium lucri & damni: ut probatur per teſtes productos pro parte. d. Nicolai, & ẽt per confeſsionem dicti Nicolai ſuper poſitionibus dicti Ioannis, maxime in 6. 7. 9. cum ſequenti, & licèt in aliquibus ſe referat ad libros ſeu liſtas, tamen in illis hoc exp̃ſſe ponitur. ¶Secundo præſuppono factam fuiſſe diuiſionem dictę ſocietatis per duos arbitros, & cuique fuit aſſignata pars ſui capitalis debitorũ & lucrorum: ut conſtat per ſuos teſtes & per confeſsionem ipſius reſpõdentis poſitionibus dicti Ioannis, & in aliquibus referentis ſe ad liſtas in quibus optime probantur iſta. Et hæc diuiſio fuit facta uiſis omnibus uidendis, & calculatis omnibus rationibus & computis dictæ ſocietatis: ut ipſe fatetur in octaua & nona poſitione dicti Ioannis. ¶Tertio prȩſuppono Nicolaum nõ habuiſſe nec habere bona ſtabilia in ciuitate & comitatu Bononienſi. Item mercatorem eſſe forenſem retinentem apothecam, & domum conductã, & ſic uiuebat ſuper lucro dictæ ſocietatis: ut ipſe fatetur in 45. & 46. poſitio. dicti Ioannis. ¶His ſic præſuppoſitis dico expenſas non eſſe probatas per Nicolaum, quia teſtes deponunt quod nonnullis uicibus uiderunt Ioannẽ comedere cum Nicolao, quod autem continue & expen-
2 ſis dicti Nicolai non dicunt, ergo † non probant, cũ non probat adeſſe quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc. vn de cogna. l. neque natales. de probationibus. proba io. r. debet concludere de neceſsitate. c. in præſentia. de proba-
3 tionib. cum ſimilib. Nam iſtud facere † expenſas, cum ſit actus ſuceſsiuus & continuus per certum tempus teſtes nihil concludentes dicuntur probare, ex quo non probãt dicta continua expreſſa, ſicut in ſimili dicunt doctores te-
4 ſtes volentes † probare poſſeſsionem, uſque ad certum tẽpus non probare, licet aliquos actus probent, niſi probẽt continuam poſſeſsionem uſque ad illud tempus: declarat. Barto. in l. celſus. de uſuca. ponit Alex. in conſi. 64. In cã. uol. 6. col. 2. cum ſimilib. ¶Præterea iſti teſtes ſunt ſingulares, cum unus deponat de uno prandio, alter de alio, &
5 de diuerſis temporibus: ideo ſequitur, † & ſi mille teſtes eſſent minus probare uno, cum unus fidem alterius debi-
6 litet: adeo quod non poteſt † deferri parti iuramentum in ſupplementum probationis: ſm Bald. in l. de quibus. col. antepe. de leg. & in l. iuriſiurandi. col. 3. de rebus cred. ſequitur Deci. in conſi. 133. col. 4. & in conſi. 189. col. v. per Alex. in conſi. 74. Viſo. col. v. uol. 1. cum ſimil. Item alia ratione teſtes ſunt inhabiles: nam pro parte dicti Nicolai, ſunt tantum examinati ſex teſtes: quorum quatuor circa expenſas deponunt de uiſu, ſcilicet ſe uidiſſe Ioannem comedentem in menſa dicti Nicolai, & alia de quibus ſupra, alij duo deponunt nihil de uiſu, ſed de quadam confeſsione de qua infra dicemus. Sed illi quatuor deponentes de uiſu vltra defectus quos patiuntur, una cum alijs teſtibus, ſcilicet eſſe ſingulares, neceſſario non concludunt, ut dixi, primus teſtis eſt famulus ſalariatus, & pauperrimus, ut ipſemet fatetur in ſuo dicto: ergo nullam fidem facit, & erat repellendus à teſtimonio;
7 vt de ſalariatis tradit † Rota. 12. deciſio. in titu. de teſtib. in nouis. Dominic. in ca. Romana de teſtibus in 6. Roma.
8 in conſil. cccxx. Præſuppoſita quæſtio. in princip. & † famulos idoneos non eſſe. gloſſ. & doctores in l. idonei. de
9 teſtibus. & † pauperem eſſe repellendum. eſt text. in l. teſtium. de teſtib. & in §. ſancimus. in authen. de teſtib. & in l. ſpadonem. §. fina. de excuſat. tutor. De famulis ponunt omnes in cap. in literis. de teſtib. Alius teſtis Lactantius erat iam ſalariatus, & nunc domeſticus, & remanſit familiaris, & ſic non eſt in conſideratione dicti c. in literis &c, Alij uero duo, ſcilicet Hieronymus de Sareçeno, & ille de Mariotis ſunt ſocij & domeſtici, vt ipſi fatentur in ſuis di-
10 ctis: ſed ſocij † habentes magnam familiaritatem non probant:

probant:vt uoluit Abb.in c.inſuper. de teſtib. & ibi Feli-
nus.col.fi.& alij ſequuntur : ergo nihil habent nocere di-
cto Ioãni in ſuis dictis,quicquid dixerint: & ſupradictos
teſtes ſupradictis morbis laborantes non probare: ponit
per Baldum,Nellum,Iacobum Aegidij in trac. de teſtib.
Alij tres teſtes nihil deponunt niſi circa expenſas, & de il
lis ſolum deponunt quandam confeſsionem factam à di-
cto Ioanne, ſed tamen non ſunt ſufficientes teſtes. Vincẽ
11 tius de Burſellis erat † arbiter & mediator circa diuiſio-
nem,ſed talis non eſt idoneus teſtis,& repellendus eſt:ut
voluit Nellus in dicto tractatu de teſtibus.in uerſi.iudex
12 & arbiter.& de mediatore † ponit gl.in authẽ. de inſtru.
caute.& fide.§.in his.Alex.in cõſi.117.uol.7.col.1.& ma
xime deponit pro Nicolao cuius fuit arbiter. Vltimus te
ſtis Carolus &c. qui fuit ſuus aduerſarius & litigauit ſe-
cum,& ego interueni pro parte Caroli,& ſic tanquam ini
micus eſt repellendus : nã inter litigantes odia,& diſcor-
diç oriuntur:deponit de auditu ab ipſo Nicolao de expẽ
13 ſis, ſed teſtis de auditu non probat , maxime † quando
audiuit ab inimico:ut notatur in c. licèt ex quadam. per
illum textum de teſtibus . ergo quantominus debet pro-
bare,quando audiuit ab aduerſario. ¶Præterea nõ pro-
14 bat † teſtis de auditu,niſi probet á pluribus audiuiſſe : ut
notatur in d.c.licet ex quadam. Aret.in conſi.73.Diligen
ter.& in conſi.37.ſequendo ordinem: & licèt aliqui con-
tradicant, tamen iſta eſt cõmunis opi.ita atteſtatur Cur.
in nu.59.in l.1.ſi cer.peta.quæ abſque dubio procedit qñ
ille unus erat aduerſarius uel ſuſpectus,ut hic.¶Et ex his
apparet manifeſte quod iſti teſtes ſunt inhabiles, ſingula
res,ſalariati,familiares,inimici, & patiuntur multos de-
fectus:nec concludenter & neceſſario deponunt, & ſic ni
hil probant: nec obſtat & ſi deponant de confeſsione ip-
ſius Ioannis : quoniam ex omnibus ſupra adductis non
ſunt habiles ad probandum.¶Præterea illa confeſsio eſt
15 facta abſente † parte & extra iudicium , ergo nõ probat:
ut notatur per glo.in l.1.de interrogat.actio. per Bart. &
omnes in l.admonendi.de iureiuran. per Abb. & alios in
c.ſi cautio.de fide inſtr. immo ex quo non probatur con-
uentio ꝑ aliquem ex teſtibus de ſoluendis expenſis : &
16 † conſuetudo eſt Bonoñ.operarium manentem in domo
ad exercitium diu noctuque debere habere expẽ as à con
ducente,ut probatum eſt: quo caſu uidetur ſemper rece-
17 ptus † ſm conſuetudinem.l.excepto.C.locati.ponit Bar.
& omnes in l.ſi non ſortem.§.libertus. de condit. indeb.
col.fi.cum ſimilib. ¶Ergo licèt millies probarentur legi
timę confeſsiones ipſius Ioannis, ex quo de iure non te-
18 nebatur,fuit erronea & indebita:ideo tanquam † indebi
ta reuocari poteſt. l. ſed ſi me putem. de condi.indeb.cũ
concordantibus. Immo & ſi hac opinione ductus ſoluiſ-
ſet,poſſet repetere tanquam indebite ſolutam . toto titu.
de condict.indeb.cum tractat de damno euitando : ergo
fruſtra diſputatur de probatione illius confeſsionis,cum
& ſi probata eſſet non noceret,cum fuerit erronea & inde
bita,ut ſupra demonſtraui,& præſertim cum adſint teſtes
producti per dictum Ioannem,probantes uidiſſe ſæpe ac
ſæpius eum ementem cęnam & prandium de proprijs pe
cunijs,ac de per ſe cęnare ac comedere:profecto tot con-
currentibus partes iudicum debent eſſe in abſoluendo
dictum Ioannem à petitis.

¶Præterea ex quo facta eſt diuiſio uiſis omnibus uiden-
dis,& calculatis omnibus rationibus & computis dictæ
ſocietatis,ut ipſe fatetur in 8.& 9.poſitio. & dixi ſupra in
ſecundo pręſuppoſito.Et Vincentius de Burſellis unus ex
diuiſoribus,electus pro parte dicti Nicolai , dicit quod
cum erat arbiter Ioannes confeſſus eſt ſibi uelle dare tan-
tum nomine expenſarum tantum &c. & idem Carolus Pe
racinus & alij teſtes; & ſic tempore quo agebatur de iſtis
expenſis,& diuiſerunt eo modo de quo per ipſos uiſis om
nibus uidendis & calculatis omnibus rationibus : ergo
ueriſimiliter in illa diuiſione fuerunt computatæ expen-
19 ſæ,cum † de eis agebatur coram illis.

¶Item quia dicit omnibus,& qui omne dicit nihil exclu
dit.l.Iulianus nec.de leg.1. & geminat hoc nomen omni
bus,ibi,omnibus uiſis & omnibus calculatis . Nam iſta
geminatio huius dictionis uniuerſalis omnibus &c.facit
20 † uenire in diſpoſitione id quod aliàs non ueniret. argu-
mento eorum quæ ponit Barto.in l.cum ſcimus.de agri-
col.& cenſi.lib.xj.C.faciunt notata per Baldum,Paulum
de Caſtr.in l.publia. depoſi. dum loquuntur de gemina-
tione,cum ſimilibus,quæ breuitatis cauſa omitto.

¶Item quando probatur de aliqua re actum fuiſſe, & po
21 ſtea fit compoſitio generalis,tunc † generalis clauſula re
fertur ad illud.l.ſi de certa.de tranſact. & ibi plene nota-
tur:ſed ita fuit hic,ut ſupra dixi, & maxime quia iſtæ ex-
penſæ eſſent pertinentes ad ſocietatem. Nam præſuppoſi
to quod ei præſtabatur à Nicolao,hoc procedebat ut diu
noctuque eſſet promptior pro ſocietate , & in ea poſſet
magis operari prout operabatur.

¶Item cum iſte Nicolaus nihil haberet ſtabile , ſed tan-
tum bona uenalia,& Ioannes erat ſocius ad commune lu
crum,ut dixi & probaui ſupra in primo & ultimo pręſup
poſito: & iſte Nicolaus,ex capſa multas pecunias recipie
bat,& dicebat ponere in domo, ut conſtat per librum ꝓ-
ductum per ipſum : apparet manifeſte iſtas expenſas fuiſ
ſe factas de communi pecunia tam Nicolai quàm Ioan-
nis: & de illa communi pecunia fuerunt factæ iſtæ expen
ſe , non ſolum Ioanni ſed & Nicolao : unde deberet dari
mutua reconuentio,quapropter abſque aliqua difficulta
te dico iſtas expenſas non poſſe peti à Nicolao:tum quia
non probatur conuentio, nec ipſę neceſſario probantur,
& teſtes ſunt inhabiles , & caſu quo probarentur ueniunt
in computo, & calculo: & caſu quo non uenirent fuit fa-
cta de communi maſſa amborum:unde neuter poteſt cõ-
queri:quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis liquidiſsime
conſtat Ioannem ab eis abſoluendum fore .

¶Et ex iſtis apparet manifeſte alia duo petita per dictũ
Nicolaum,ſcilicet Ioannem non aſsignaſſe uera nomina
debitorum,& merces non poſuiſſe in apotheca, & accepiſ
ſe & non ſcripſiſſe,non eſſe probata, cum teſtes ſint ſingu
lares,ſalariati, domeſtici, pauperes, ſocij , familiares, ac
inimici,quibus nihil credendum eſt,ut late ſupra demon
ſtraui . nec aliquid concludenter deponunt illa nomina
non eſſe uera : deponunt tantum miſiſſe famulum ad pe-
tendas pecunias à debitorib. & negarunt famulo ſe debe
re:negatio debitorum extra iudicium,& famulo facta,fa
cit ne debitum non uerum profecto nec anniculus talia
proferret.ſed quid plura dicam: nonne conſtat ex confeſ
ſione dicti Nicolai fuiſſe diuiſores,qui aſsignarunt debi-
ta,ut ipſe fatetur in octaua & nona poſitione dicti Ioan
nis,& de rebus perceptis & non poſitis in apotheca, nul-
lus teſtis qui hoc dicat dempto ſuo ſalariato , & alio ſo-
cio,qui etiam ultra quod ſunt ſingulares , & patiantur de
fectus,de quibus ſupra,nihil etiam concludunt, quia ſolũ
dicunt non uidiſſe Ioannem ſcribere tunc temporis , ſed
22 certæ poteſt eſſe poſtea ſcripſiſſe,& præſumitur † ut euite
tur delictũ. l.merito.pro ſocio.& maxime quia eſt proba
23 ta ſua bona fama,q̃ † purgat omnem ſuſpicionem,& indi
cium,vt per Baldum in l.ea quidem.uerſi.quæro quidam
infamatus.de accuſationib.Cæpo.in conſ.xl.Lucius.col.
9.Corne.in conſi,18.Viſa requiſitione.col.4.uol.2.Deci.
in conſi.189.in penul.colum. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator in priori teſtamenti parte præferens deſcendentes alicuius in ſubſtitutione eccleſiæ,& in inferiori parte,ſaluis præmiſsis in caſu alienationis uocans ipſam eccleſiam,uidetur non exiſtentibus prædictis deſcendentibus uocaſſe.*

2 *Prohibitio alienationis aliquando inducit ſimplex fideicommiſſum,aliquando ſolum in caſu alienationis.*

3 *Subſtitutio de his facta qui nondum erant in rerum natura, præſumitur eorum parentis contemplatione facta.*

4 *Verba pleno iure , ſignificant iure directo ſine aliqua diminutione.*

5 *Verbum incontinenti,excludit omnem dilationem.*

6 *Verbis claris exiſtentibus,coniecturæ non eſt locus .*

Plurium ſpecialium non admittitur concurſus.
8 *Regulæ, quæ habet primo uocatum magis cenſeri dilectum, intel ligentia atque declaratio.*
9 *L. publius, de condit. & demonſtratio. loquitur quando teſtator uoluit dare ſubſtitutis aliquid, quod uerbis non eſt expreſſum.*
10 *Regula, quæ habet neminem præſumi ſe ſtatim corrigere, non procedit in caſu diuerſo & penitus ſeparato.*
11 *Nemo præſumitur alienaturus.*
12 *Diſpoſitio, cum poſsit ualere, & præſumatur eam effectum habituram, non dicitur eluſoria, licet ex aliqua conditione ſuperueniente poſsit reduci ad nihilum.*
13 *Præcedentia declarant ſequentia, quando uerba ſequentia hoc patiuntur.*
14 *L. cum auus, de condi. & demonſt. non habet locum in tranſuerſalibus.*
15 *Prohibitio alienationis intelligitur de alienatione inter uiuos.*

RESPONSVM XXVIII.

¶ An in ſubſtitutionibus una pars diſpoſitionis declaretur ſecundum aliam, & quando habeat locum regula. l. publius. de condi. & demon.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Et ſi aliquod dubium facere uideantur illa uerba, ſal
uis omnibus præmiſsis &c. & ſupra prætulit
in ſubſtitutione deſcendentes Caroli ipſi ec-
1 cleſiæ, ergo & infra uocando † eccleſiam in caſu aliena-
tionis uidetur uocaſſe non extantibus deſcendentibus.
d. Caroli, & hoc ut præmiſſa ſint ſalua: & facit regula. l. pu
blius. §. fi. & l. nam ad ea. de condit. & demonſt. cum ſimi
libus. ¶ Maturius tamen conſiderando tranſeo cum opi-
nione domini conſulentis pro eccleſia in caſu alienatio-
nis &c. Et conſidero ꝙ teſtator fecit unam ſubſtitutionē
uniuerſalem poſt Carolum in caſu mortis, ſeu non exiſtē
tiæ. d. Caroli. Secundo fecit unam aliam uiuente Carolo
in caſu alienationis, quæ alienationis prohibitio aliquan
do inducit ſimplex fideicommiſſum, aliquando ſolum in
2 caſu alienationis, † & ſic continet caſum ſeparatum à pri
mo: iuxta notata per Barto. Socinum, Aretinum, & om-
nes in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. obli. & per mo-
der. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. ubi plura allegan-
tur. ¶ Secundo præſuppono deſcendentes ex Carolo teſta
torem ſubſtituiſſe propter affectionem quam habebat ad
3 Carolum: quia † non erant in rerum natura, iuxta notata
in l. qui filiabus. de leg. 1. uel ſi erant, uerbum deſcenden-
tes: ſe habebat etiam ad illos, qui erant naſcituri, in qui-
bus non cadebat affectio niſi pp Carolū. d. l. qui filiabus.
& aliquid nota. in l. ſi cognatis. de rebus dub. & maxime
quia dicit deſcendentes ex eo: iuxta notata. in l. ſed ſi plu
res. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupilla.
¶ Tertio præſuppono ꝙ eccleſia ſubſtituta in caſu aliena
tionis fuit magis dilecta à teſtatore q̄ in ſubſtitutione in
caſu mortis, & hoc non ſolum quia primo loco fuit ſub-
ſtituta, & in caſu mortis ſecundo loco, ſed etiam quia in
caſu alienationis fuit in totum uocata & ipſo iure ſeu iu-
re directo, in caſu autem mortis fuit ſubſtituta pro dimi
dia, & iure fideicommiſsi. ¶ Quarto præmitto ꝙ prohibi
tio alienationis fuit facta tam extātibus deſcendentibus
q̄ non extantibus, cum fuit ſimpliciter & generaliter fa-
ctā, quo caſu debet generaliter intelligi. l. de pretio. de pu
blicia. Item quia non poteſt reddi ratio diuerſitatis, qua-
re magis ſit prohibitus alienare non extantibus deſcen-
dentibus q̄ extantibus: & econtra. immo maior ratio eſt
extantibus, ideo in utroque caſu intelligitur, iuxta nota.
in c. ſecundo requiris. de appel. ubi per Deci. & moder. &
in l. à Titio. de uerb. obli. item quia præcedentia loquunt
extantibus & non extantibus, ergo & ſequentia, cum ali-
ter non appareat in ꝯrium. ¶ His ſic præſuppoſitis, dico
ꝙ aut iſtę fęminę in caſu alienationis uolunt uenire ex
uerbis teſtatoris, & non poſſunt, qa non ſunt uocatę nec
nominatę in illo caſu, ſed eccleſia eſt uocata per talia uer
ba quæ excludunt quemcunque alium, nam dixit in caſu
4 alienationis, res ſint deuolutę ad eccleſiam pleno † iure,
quæ uerba ſignificant iure directo ſine aliqua diminutio
ne. ita not. in aut. hęc uſus præſtatio. C. de ſac. ſan. eccleſ.
in uerſi. pleno. Ang. in l. Iulianus. §. fi. de rei uendi. Alexā.
Iaſ. in l. Centurio. char. 7. col. 4. de vulg. & pu. ſi igitur iu-
re directo uenit eccleſia, ergo fęminæ & deſcendentes Ca
roli non admittuntur. Item dixit incontinenti, quod uer
5 bum excludit † omnē dilationem. c. prudētiam. §. ſexto.
de offi. delega. not. glo. 76. di. c. quicunque. Item uerbum
ſint, efficiantur, & alia ponderata per. d. conſulentem, ex
quibus manifeſte conſtat ex uerbis eas uenire non poſſe,
immo repugnāt, & ad illa uerba ſaluis &c. ſtatim dabo re
ſponſum. Aut uolunt uenire ex coniecturis, & tunc dico
6 cum uerba ſint clara non eſſe locū † coniecturis. l. ille aut
ille. §. cum in uerbis. de leg. 1. cum ſimil. immo repugnāt,
ut dixi, & plures impropriationes concurrerent, quarum
7 concurſus non admittit, ſicut non admittuntur † plura
ſpecialia, iuribus vulgaribus. ¶ Sed his omiſsis tanquam
generalibus me conuerto ad indiuidua, quæ ſunt iſtę con
iecturę quę faciant ſubintelligi deſcendentes Caroli in ca
ſu alienationis fore uocatos, quippe nullę adſunt quę ſint
alicuius momēti. Nam quod dr̄ primo uocatum eſſe ma
gis dilectum, & neminem præſumi ſe incontinenti corri-
gere, quia cum duę ſint ſubſtitutiones ſeparatæ, una in ca
ſu mortis, alia in caſu alienationis inter uiuos. iſtæ conie
cturę & regulæ non faciunt ad propoſitum, quia ille qui
8 primo uocatus eſt, magis † eſt dilectus in ea diſpoſitione
in qua primo uocatus, ſed in alia ſeparata, in qua nullo
mō eſt uocatus, nec de eo facta eſt mentio, nec uenit poſt
primam, ſed poteſt præcedere ſm contingentiam caſus,
iſtud non eſt in cōſideratione, nec hoc caſu loquitur. l. pu
9 blius. §. j. de cond. & demon. Item illud procedit qñ † uo-
luit dare ſubſtitutis aliquid, qđ uerbis non eſt expreſſum.
ita loquitur l. publius. ſed hic nihil concedimus, quod nō
ſit expreſſum à teſtatore per uerba geminata & pregnan-
tia, ergo nihil ad caſum. ¶ Nec hic ſe corrigit cum ſub-
ſtituendo in caſu alienationis loquatur inter uiuos. & ſu-
10 pra loquutus ſit in caſu mortis, & ſic in caſu † diuerſo &
penitus ſeparato, & correctio fit reſpectu eiuſdem rei in
omnibus, & in totum: ut per moder. in auth. quas actio-
nes. de ſacroſan. eccl. ¶ Nec ſubſtitutio in caſu mortis ꝑ
ſubſtitutionem inter uiuos reddit eluſoria, cū unaquęq;
11 habet ſuos terminos. Nam † pōt eſſe ꝙ non eueniet caſus
alienationis, & præſumitur, cum nemo præſumatur iacta
re ſuum. l. cum de indebito. de probation. cum vulgari, &
12 † diſpoſitio cum poſsit ualere, & pręſumatur habere effe
ctum, non dicitur eluſoria, licet ex aliqua conditione ſu-
perueniēte poſsit reduci ad nihilum, aliàs omnis diſpoſi
tio conditionalis diceretur eluſoria, quod eſt contra ter-
minos. toto titu. de condi. & demon. cum ſimil.
13 ¶ Nec obſtat pręcedentia declarare ſequentia † quia ꝓ-
cedit quando uerba ſequentia hoc patiuntur: ut notatur
in d. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ſed hic uerba repugnant, ut
dixi, ergo. Itē in claris non eſt opus declaratione: præte-
rea ſunt diſpoſitiones ſeparatę, & diuerſę, & habent diuer
ſam rationē: cum in primo caſu vocantur deſcendentes
Caroli pp Caroli affectionem: in ſecundo non uocantur
pp inobedientiā Caroli, & ꝯuentionem, pp quā ſicut pri
uat eum, priuat quoque & deſcendentes eius uocatos pp
illius affectionem, vt dixi ſupra in ſecundo præſuppoſito.
14 & l. cum auus. nō habet † locum in tranſuerſalibus, ut ibi
per Socinum & omnes. ¶ Nec obſt. illa uerba ſaluis om-
nibus præmiſsis; quia bene ſaluātur & remanent ſalua in
caſu ſuo, ſ. mortis in quo loquuntur: & prohibitio loquit
15 in caſu alienationis † inter uiuos, & illa uerba ſatis operā
tur hoc reſpectu: ꝓterea pñt ēt operari: qa aliqñ ꝓhibitio
facta inter uiuos circa alienationē includit ēt ꝓhibitio-
nē alienandi in morte, vtputa inſtituendi hæredem extra
neū, uel alijs modis de qbus per mod. in l. filiusfamil. §. di
ui. de leg. j. quia hoc caſu illa uerba faciūt ꝙ ꝓhibitio in-
ter uiuos nō extendit ad caſum mortis, & hoc ſit dictū ex
abundāti: pręterea illa uerba intelligunt ꝓterq̄ in caſu ſe
quenti. qđ ita ſit patet, quia infra ſubſtituit eccleſiā in to-
tum,

tum,& ſupra ſubſtituit pro parte:.ergo ſupra poſita non remanent ſalua in caſu alienationis nunc diſpoſito:unde non poſſunt intelligi niſi in caſu mortis ſint ſalua, & rebus ſic ſtantibus,id eſt non facta alienatione,prout intelligitur quælibet diſpoſitio.l.quod ſeruius. de condictio. ob cau. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 Per clauſulam ad habendum &c. intelligitur renunciatum fideicommiſſis.quod declara ut infra nu.32.33.34.& 35.

2 Clauſula ad habendum &c.concedit facultatem inſtituendi extraneum.

3 Licentia alienandi conceſſa expreſſe in diuiſione uni ex hæredib. alteri quoque conceſſa uidetur.

4 Clauſula de non contraueniendo,& renunciatio beneficiorum et omni legum auxilio continet renunciationem fideicommiſſi quando ad aliud referri non poteſt.

5 Verba ampliſſima continent renunciationem fideicommiſsi ſecū dum aliquos.quàm declara nu.36.

6 Fideicommiſſum reciprocum per clauſulas prægnantes facilius tollitur.

7 Si eſt renunciatum iurib.præſentib.& futuris intelligitur renunciatum fideicommiſſo.

8 Quando ſalua ratione recti ſermonis clauſulæ generales nō poſſunt referri niſi ad fideicommiſſum intelligitur renunciatum fideicommiſſo.

9 Generalis liberatio licèt ſoleat reſtringi ad caput de quo agitur, tamen quando ſalua ratione recti ſermonis non poteſt tantum ad illud referri,ad omnia etiam incogitata refertur.

10 Generalis renunciatio operatur ac ſi omnia remedia eſſent ſpecificata.

11 Hæc uerba hæredes & ſucceſſores,operantur ut non ſolum comprehenduntur hæredes extranei ſed ſingulares ſucceſſores.

12 Mortis mentio & ſi donationem cauſa mortis ſignet tantum, quando eſt facta mentio de hæredibus ſignat donationem inter uiuos.

13 Prohibitio ne uſufructuarius altius tollatur &c.operatur proprietatis legatum.

14 Prohibitio ne uſufructuarius alienet operatur proprietatis conceſſionem.

15 Diſpoſitiones tranſubſtantiantur ubi expreſſe diſpoſitioni uerba non conueniunt.

16 Leges fauent renunciationi fideicommiſſi.

17 Prohibitio alienationis inter uiuos inducit fideicommiſſum.

18 Reſeruatio fideicommiſsi reſtringitur per facultatem alienandi conceſſam.

19 Argumentum à ſufficienti partium enumeratione ualidum eſt in iure.

20 Per ſpeciem generi derogatur etiam in contractibus.

21 Voluntatis mutatio non præſumitur,præſertim in eodem actu.

22 Sermo generalis non comprehendit illud quod quis in ſpecie ueriſimiliter non conceſsiſſet.

23 Verba ſubſequentia & actus, interpretantur ut non derogent proteſtationi magis quàm ſit poſsibile.

24 Proteſtationi derogatoriæ uoluntatis per actum ſubſequentem non intelligitur derogatum,niſi expreſſe proteſtationi ſit derogatum.

25 Proteſtatio generaliter prolata refertur ad omnia,maxime quā do non poteſt reddi ratio cur magis ad unam partem quàm ad aliam referatur.

26 Negatiua præpoſita ſigno particulari æquipollet uniuerſali.

27 Verbum ſuccedere,eſt uerbum commune.

28 Interpretatio ſumitur ne quis ſibi contradicat, & ne falſum dicat etiam cum uerborum impropriatione.

29 Per ſimplicem diuiſionem non intelligitur renunciatum fideicō miſſo,ſecundum communem opinionem.

30 Iudex in dubio pro regula habet pronunciare.

31 Verbum generale non debet referri ad id quod eſſet contra uoluntatem teſtantis uel prohibitum.

32 Per diuiſionem non intelligitur renunciatum fideicommiſſo & ſi ſint clauſulæ & renunciationes generaliſsimæ quando inter diuidentes non eſt par & æqualis cauſa remittendi fideicommiſſum.

33 Per diuiſionem non intelligitur renunciatum fideicommiſſo quā do uni eſt data poteſtas alienandi & conſtat ex qua ratione,& non alteri.

34 Per diuiſionem bonorum quo ad uſumfructum iure cautum non reperitur quod cenſeatur renunciatum fideicommiſſo.

35 Doctores qui uolunt per clauſulam ad habendum &c. & per diuiſionem cum pleniſsimis clauſulis cenſeri renunciatum etc. non loquuntur quando adeſt clauſula derogatoria uoluntatis, inæqualitas renunciationis quo ad uſumfructum.

36 Clauſula omni legum auxilio induit renunciationem fideicommiſsi quando adeſt uerbum competituro.

37 Regula.l.uendicantem.non eſt potens ad renunciationem fideicommiſsi.

38 L.uendicantem.de euict.limitatur,quando ex facto authoris uel natura ipſius rei contingit euictio.

39 Clauſulæ executioni appoſitæ non ampliant diſpoſitionem.

40 Verbum hæredib.prolatū in diuiſione hæreditatis ſumitur ſecū dum fideicommiſſum iniunctum diuidentibus ut contradicant fideicommiſſo.

41 Verbum hæredib.prolatum in materia feudali intelligitur de deſcendentib.etiam ſi dictum ſit pro quibuſcunque.

42 Verba quæ continent id quod tacite ineſt non ſunt ſuperflua.

43 Legitimatus nihil differt à legitimis.

44 Legitimatus excludit ſubſtitutum,ſecundum communem opinionem.

45 Legitimatus non excludit ſubſtitutum quando tempore natiuitatis requirebat legitimitatem.

46 Legitimatus non excludit ſubſtitutum, quando de legitimo thoro natis eſt factum uerbum ſub conditione & per modum formæ.

47 Coniectura urgens eſt legitimatos excludere uoluiſſe teſtatorem quando requiſiuit legitime natos, & iam aderant naturales qui de facili poterant legitimari.

48 Legitimatus non excludit ſubſtitutum quando expreſſe eſt prohibita alienatio.

49 Legitimatus non excludit ſubſtitutum quando communis uſus loquendi tempore teſtamenti erat quòd legitimati non dicebantur legitimi.

50 Communis uſus loquendi eſſe præſumitur in quocūque loco quod legitimati non dicantur legitimi ut qui aliter dicere uelit illud debet probare.

51 Legitimatus non excludit ſubſtitutum quando teſtator erat nobilis.

52 Comes dicitur illuſtris.

53 Priuilegium concedens facultatem legitimandi ſtricte interpretatur,ut quicquid omiſſum eſt in eo habetur pro omiſſo.

54 Spurij non poſſunt dici nobiles propter eorum patres, cum non ſint de agnatione,nec poſſint gerere eorum arma.

55 Cauſa non præſumitur in legitimatione inferioris à principe.

56 Cauſa generalis in legitimatione non ſufficit.

57 Aſſertioni legitimantis non ſtatur in eo ſine quo non poſſet legitimari.

58 Legitimans non intendit teſtamentis ſibi non expoſitis præiudicare.

59 Clauſulæ generales in his quæ in diſpoſitione non ſunt expreſſæ nihil operantur.

60 Legitimans in dubio ſubſtituto præiudicare uoluiſſe non uidetur.

61 Vltra uerba priuilegij comes legitimans nihil agere poteſt.

62 Hæc uerba priuilegij,perinde ac ſi eſſent de legitimo thoro nati, non operantur,quando fit præiudicium alteri.

63 Non uidetur honeſtum non citare ſubſtitutum in legitimatione.

64 Non uidetur cauſa ſufficiens in legitimatione,quòd filios non habeant,& filius naturalis ſit bonæ indolis ut legitimet in præiudicium ſubſtituti,eo non citato.

65 Vbi cauſa iuſta præſumitur,ſi inefficax exprimatē,actus uitiatē.

66 Verba non citatis &c.procedunt urgentib.cauſis accidentib.& quo ad ualiditatem actus,non quo ad præiudicium.

67 Priuilegia concedentia facultatem legitimandi ſpurios &c. non ſuffragantur primo legitimato.

68 Dictio etiam,exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.

69 Subauditio

69- *Subauditio non ſit in his,quæ tendunt ad derogationem iuris cō munis.*
70: *Dicto etiam,aliquando ſtat diſpoſitiue.*
71 · *Non creditur priuilegio legitimantis, niſi oſtendatur originale uel exemplum ſumptum authoritate iudicis,etiam ſi ualere te netur,& plures legitimationes fecerit.*

RESPONSVM XXIX.

¶An per diuiſionem cenſeatur renunciatum fideicommiſſo:& an & quando proteſtatio & reſeruatio impediat renunciationem:& multi alij caſus ponuntur:an legitimatus excludat ſubſtitutum:& multi caſus ponūtur,in quibus non excludit.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶In pſenti cauſa quæritur de duob.Primo,an per diuiſionem factam inter Alexandrum, & Philippum ſit renunciatum fideicommiſsis domini Nicolai de Rampondis Lucenſis. Secundò, an Cæſar aſſertus filius naturalis.d. Alexandri ex quo fuit legitimatus,faciat deficere conditionem,ſi deceſſerit ſine filijs maſculis natis de legitimo matrimonio.¶Et uidetur ad primum quæſitum reſpondendum fore per diuſionem, ſi eius uerba recte ſpectantur, fideicommiſsis renunciatū fuiſſe, & hoc ex plurib.Et primo, quia in dicta diuiſione adeſt clauſula ad habendum &c.quæ uidetur continere
1 † facultatem alienandi,& per quam clauſulam intelligitur renunciatum fideicommiſsis:ut per Bar.& alios in l. qui Romæ.§.duo fratres.in 8.q.de uerb.ob. ſequitur Alex.in conſi.8.uol.6.& Cur.antiquus in conſi. 64.& uide
2 tur†data facultas faciendi hæredem extraneum. Bartol. Imo.& moder.in l.ſi ita.§.ea lege.de uerbo.oblig.& cum licentia de alienando ſit data per Alexandrnm Philippo
3 aſsignando ſuam partem,ita etiam†dicēdum eſt in parte aſsignata per Philippum Alexandro , ne contractus claudicet.l.uel litigatores.de arbitris.

¶Secundò probatur ex renunciationibus multum generalib. ibi omni tempore perpetuò rata grata habere, at-
4 tendere,obſeruare, & adimplere,& † contra in aliquo nō facere,dicere,opponere,de iure uel de facto,tacite uel expreſſe ut late in contractu,& in fine contractus, renūciauerunt omni legum auxilio ac ſtatutorum, ut late in dicto inſtrumento,ubi illa clauſula de non contraueniēdo, & renunciationes ſunt poſitæ per uerba multum ampliſ-
5 ſima,quo caſu†per ipſas intelligitur renunciatum fideicommiſsis , maxime quando non poſſunt referri niſi ad fideicommiſſum,cum nulla alia cauſa contraueniēdi apparebat quàm reſpectu fideicommiſsi:ut uidetur ſentire Dec.in conſi.495.in 2.dubio,in fi.& Cur.Iunior in conſi. 49.nu.13.uol.1.& Soc.in conſi.43.nu.7. uol.4. & cum iſtę renunciationes ſunt ampliſsimę : ut per Alex. in d.§. duo fratres.col.18.poſt Io.And.in addi.Specu in titu.de teſt.in §.1.uer.quid ſi duobus.& maxime cum fideicō-
6 miſſum eſt†reciprocum,quo caſu nullam ſapit talis renūciatio donationem,& tollitur uotum captandæ mortis: ut per doct.in d.§.duo fratres.& ponderatur per Soc.in d.conſi.43.& Cur.Iunior in d.conſi.49.

¶Tertiò probatur, quia in inſtr̄o eſt renunciatum nō ſolum iurib.præſentib.ſed futuris ibi : omnib.alijs inde & ſuper eo competentib.ipſi Alexandro, & in antea compe-
7 tituris,ex quib.uerbis†ſolum conſideratis inducitur renunciatio fideicommiſsi:ut per Bart. & mod. in d.§.duo fratres.in 6.q.&Cur. Iuni.in d.ꝯſil.49.& Dec.in ꝯſ.449. ergo quanto fortius accedentib.alijs clauſulis ſup.deductis. & ita opinio aliorum doctorum tenentium ꝙ non renuncietur fideicommiſſo,per clauſulas generales limitatur ſecundum Cro. in d.§.duo fratres.nu.45.

¶Quarto demonſtratur ex no.per Crot.in d. §.duo fratres.nu.45.& per Cur.in d.conſi.49.nam ſemper intelligitur renunciatum fideicommiſſo per clauſulas generales,
8 quando†non poſſunt intelligi ſalua ratione recti ſermonis,niſi ut fideicommiſſo renunciatum ſit, ſed ita vr̄ eſſe In hoc caſu,ergo &c.cum dixit Cur.in d.conſi.49.ꝙ hæc uerba renuncians omni legum & ſtatutorum auxilio nō poſſunt intelligi ſalua ratione recti ſermonis,niſi inducatur renunciatio fideicommiſsi,ergo fortius in hoc caſu, cum adſit illa clauſula,& multæ aliæ de quib. ſup.quæ opinio uidetur comprobari poſſe ex nota.per Bal. & moder.citantes Cy.& multos alios in l.ſub prætextu. de trāſact.ubi generalis liberatio reſtringitur ad caput de quo
9 †agitur,tamen quando ſalua ratione recti ſermonis non poteſt ad illud tantum referri,ad omnia etiam incogitata refertur: faciunt no.per Bar.in l.Aurelius. §.Caio. de
10 lib.leg.& illa generalis renunciatio † operatur ac ſi omnia remedia eſſent ſpecificata:ut per Bar.in auth. matri & auiæ.C.quando mulier tute. offi.ſun.po.ut per Alexand. in conſi.153.col.4.nu.4.Continuato. in 2.uol.

¶Quintò probatur per illa uerba ſæpius poſita, ꝙ bona diuiſa deuenirent ad eorum hæredes & ſucceſſores, ibi ſi euincerētur ab ipſis fratrib.aut ſuis hæredibus, ibi dedit & tradidit Philippo recipienti pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſorib.Item ibi ita ꝙ deinceps.d.Philippus & ſui hęredes & ſucceſſores &c.Item ibi Alexandro ſtipulāti &c. pro ſe & ſuis hæredib.& ſucceſſorib. propter quæ uerba acquiſitum eſt ius hęredib. etiam extraneis ex proprietate uerbi.l.annalib.C.de leg.l.ſciendum.de uer. ſig.immo
11 quando ſunt cumulata illa duo uerba, † hæredes & ſucceſſores &c. comprehenduntur etiam ſingulares ſucceſſores.l.fluminum.§.abducitur.de damn.infec. cum aliis nota.per Alex.in conſi.338.Contra.uolu.2.nu. 8.& ſic erat intentio diuidentium,ꝙ illa bona poſſent peruenire ad hæredes extraneos,& ſingulares ſucceſſores,& per cōſequens ſit renunciatum fideicommiſſo , cum aliàs ad iſtos peruenire non poſſent,ſed tantum ad illos de familia de Rampondis,& ſic uerba diuiſionis non poſſunt ſtare,quin ſit renunciatum fideicommiſſo ſalua ratione recti ſermonis,& talis diuiſio eſt incompatibilis cum fideicommiſſo, & hoc fundamentum ex plurib. poteſt confirmari.Et primo ex dicto Bald.& Sal.in l.2.C.de iure dot. quos ſequitur Alex.in conſi.14.uol. 1.& in conſi.76.uol. 4.Are.in conſi.72. col.3.Soc.in conſi.53. col.2.in fi.& in conſi.137.col.1.in fi.uol.1.& Berta.in conſi. 103. uol.2. & in conſi.11.uol.3.cum ſimi.ubi dicunt ꝙ licèt quando
34 dum:arg. l. ſi minorem. quemadmo. ſer. amit. Item † ut
excludatur delictum notarii,& hæredis:arg. l. merito. ꝓ
ſoc. nam iudex pro ea parte qua euitatur peccatum hꝫ ꝓ
nunciare. ca. iuuenis. de ſponſa. faciunt no. per Bauer. in
trac. iur. colū. fi.& cum unum ex his inducat iudicem ad
pronunciandum pro teſtamento, quanto fortius in caſu
noſtro,cum omnia ſimul concurrant. pro comperto ha-
beo magnificum ac excellentiſsimum dominum iudicē
aliás acutiſsimum ſcholarem meum, & ſub me. l. q ſe pa
tris. unde lib. egregie diſputantem ita pronunciare debe
re,cui me ac cauſam iſtam plurimum commendo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Hæres quando non fuit grauatus, poteſt ad libitum ſuum de bonis diſponere.*
2 *Grauamen perſonam eius cui appoſitum fuit non egreditur.*
3 *Grauamen cenſetur odioſum.*
4 *Grauamen impoſitum filijs, non extenditur ad nepotes.*
5 *Grauamen alicui ſpecialiter impoſitum, non habet locum in alio, ut uerbum ſpecialiter aliquid operetur.*
6 *Grauamen alicui perſonæ ratione aliqua iniunctum, ad alium non extenditur, in qua grauaminis ratio ceſſat.*
7 *Diſpoſitio de filijs loquens non procedit in nepotib. quando ratio quæ militabat in filijs ceſſat in nepotibus.*
8 *Voluntas teſtatoris ex præcedentib. & ſequentib. declaratur.*
9 *Diſpoſitio loquens de alienatione inter uiuos, ſibi locum non uendicat in alienatione facta per ultimam uoluntatem.*
10 *Teſtator liberam teſtandi facultatem auferre non poteſt.*
11 *Fideicommiſſum ſimplex & abſolutum factum ut bona conſeruentur in familia, operatur ut decedentib. hæredib. ſine liberis, proximior de familia, & agnatus teſtatoris in perpetuum cenſeatur ad bona uocatus, & impedit hæredis extranei inſtitutionem.*
12 *Fideicommiſſum ſola teſtatoris uoluntate inducitur.*
13 *Fideicommiſſum per quæcunque uerba inducitur.*
14 *Voluntas teſtatoris in inducendis fideicommiſſis adeo attenditur ut uerbis præferatur.*
15 *Verbum uadat, eſt diſpoſitiuum.*
16 *Hæredis appellatione, quicunque extraneus qui ſit inſtitusus uel ab inteſtato ſit ſucceſſurus, continetur.*
17 *Teſtatoris diſpoſitio de hærede maſculo loquens tantum complectitur deſcendentes.*
18 *Perſonæ in conditione poſitæ, non cenſentur uocatæ in diſpoſitione.*
19 *Verbũ maſculis diſpoſitioni appoſitum, operatur ut'bi qui ſunt poſiti in conditione uideantur uocati in diſpoſitione.*
20 *Fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, eo tunc cenſetur inductum quando teſtator uoluit bona ſua uenire de hærede in hæredem maſculum, in perpetuum.*
21 *Teſtantis uoluntas, ante omnia attendenda eſt.*
22 *Fideicommiſſum ſimplex inducitur ita ut excludatur extraneus hæres, quando aliàs non eſſet ſatisfactum uoluntati teſtãtis quæ ex aliquibus uerbis colligitur.*
23 *Fideicommiſſum ſimplex & abſolutum teſtator inducit, ubi poſt prohibitionem alienationis bonorum ea debere apud filios & nepotes in perpetuum remanere diſponit.*
24 *Verbum in perpetuum operatur ut fideicommiſſum quod non ſolet excedere quartum gradum extendatur in infinitum.*
25 *Declaratio conſi. Ang. 59. & Alex. 155.*
26 *Teſtator poteſt reſtringere teſtandi facultatem.*
27 *Regula quæ habet prohibitionem alienationis non debere perſonam egredi, non procedit quando teſtator generaliter diſponẽdo proceſſit ulterius.*
28 *Teſtator aliquibus alienandi liberam permittens facultatem, alios alienare uetare uidetur.*
29 *Quis non præſumitur ſtatim ſe corrigere.*
30 *Diſpoſitio interpretari debet, ne uarius uideatur fuiſſe teſtator.*

RESPONSVM XXXI.

¶An hæc uerba, uadant de hærede in hęredem maſculum, inducant fideicommiſſum ſimplex; & qñ inducatur, & an prohibitio alienationis extendatur ultra perſonam prohibitam alienari.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Thema tale ex ciuitate Raguſię ad me tranſmiſſum eſt, Nobilis uir do. Franciſc. de Beneſſa hæredes ſuos fecit Franciſcum, & Stephanũ fratres filios do. Pancratii de Beneſſa eius fratris, & ſubiunxit hæc uerba, ſpecialiter appono iſtam conditionem Stephano, ne poſsit aliquod ſtabile, ac mobile, uendere, donare, pignorare, nec aliquo modo alienare etiam ex cauſa nuptiarum, ſed uadat de hærede in hæredem maſculum in perpetuum: ut latius in eius teſtamento. deinde poſt mortem teſtatoris mortuus eſt Stephanus, grauatus ſine filiis, & eius bona ad Franciſcum alium fratrẽ non grauatum peruenerunt, qui ultimo loco deceſsit ſine filijs, & inſtituit extraneum. ¶Ex hoc themate contigit dubitari, an frater ultimo loco mortuus in bonis peruentis ex hæreditate Stephani grauati potuerit hæredẽ extraneum inſtituere, an uero bona dicti Stephani debeant ſpectare ad proximiorem de familia qui ab inteſtato, ſucceſſurus eſt. ¶Et uidebatur abſque dubio potuiſſe extraneum inſtituere, & hoc ex plurib. Et primo quia
1 iſte Franciſcus qui ultimo loco deceſsit non fuit†grauatus, ergo potuit ad libitum ſuum de bonis diſponere. l. in re mandata. C. mand. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. de peti. hær. nec obſtare uidetur ſi affirmetur bona Stephani grauati perueniſſe ad eum, quia grauamen fuit impoſitum
2 Stephano, & ſic perſonæ, ergo†non debet egredi perſo-
3 nam, cum grauamen†ſit odioſum: ut no. in l. non uſq; adeo. ſi quis a paren. fuer. manumiſ. & in l. teſtõ Centu-
4 rio. de manu. teſt. & ideo † grauamen impoſitum filiis nõ extenditur ad nepotes: ut eſt tex. iuncta gl. in §. nos igitur. in auth. de reſt. fideic. col. 9. ponit Bar. in l. filiusfa. §. diui. de leg. 1. & eſt communis opi. ut per Alex. & alios. in d. §. diui. quod eo magis in caſu noſtro eſſe debet, quia ſpecialiter Stephano fuit iniunctum grauamen, ergo nõ hẽt
5 locum in alio fratre, aliàs uerbum†ſpecialiter nihil operaretur, cum aliis etiam competeret: cõtra not. in l. ſi qñ. de leg. 1. & in c. ſi Papa. de priuile. in 6. cum uulg. ¶Corroboratur: nam teſtator Stephanum grauauit, uti diſſolutum, & magis prodigum, Franciſcum uero non grauauit uti magis aptum ad conſeruandum bona, licèt igitur bona Stephani grauati peruenerint ad Franciſcum non grauatum, per hoc in illis bonis Franciſcus non debet eſſe grauatus, quia ratio grauaminis impoſita Stephano, ſ. propter eius prodigalitatem ceſſat in Frãciſco ex approbatione teſtatoris, ergo & grauamen, & prohibitio alie-
6 nationis, cum ubicunq; ceſſat†ratio diſpoſitionis, ceſſat & diſpoſitio. l. adigete. §. quamuis. de iure patr. c. cũ ceſ-
7 ſante. de app. faciunt no. per Bar.†in l. liberorum. de uer. ſig. in 3. col. ubi uoluit diſpoſitionem loquentem in filiis non procedere in nepotib. ubi ratio in filiis militans in nepotib. ceſſat. Confirmatur ex ſequenti parte teſti ubi uult, ſi dictus Stephanus habuerit filios maſculos, poſt annum. 14. eos liberos fore, ergo ex ſequentib. & ex præcedentib. apparet illum uelle, grauamẽ ſolum eſſe in
8 perſona Stephani: nam ex præcedentib.† & ſequentib. declaratur uoluntas teſtatoris. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de le. 1. ¶Præterea aduertendum puto, & ſi iſtud grauamen de non alienando appoſitum in perſona Stephani haberet locum etiam in perſona Franciſci, maxime in bonis Stephani ad eum peruentis, nihilominus cum loquatur
9 de alienatione inter uiuos non habebit locum†in inſtitutione, & ſic in alienatione facta per ultimam uoluntatẽ: ſecundum Ang. in conſi. 59. domina Andrea. per tex. in l. ex hoc edicto. §. alienare. de aliena. iud. mutan. cau. facta. & quia ſi teſtator uoluiſſet iſtud uetare non potuiſſet, cũ
10 auferret liberam teſtandi†facultatem: qđ fieri non poteſt. l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerbo. obli. l. illę autem inſtitutiones. de hæred. inſti. & iſtam deciſionem refert & ſequitur Alex. in conſi. 155. incip. Viſis & accurate conſideratis. uol. 2. ergo uidetur concludendum eſſe, ad libitum potuiſſe alium inſtituere hæredem non ſolũ Franciſcum, qui non eſt grauatus, ſed & Stephanum grauatum, cum prohibitione non ueniat hæredis etiam extranei inſtitutio, & hæc ſunt quæ principaliter rem dubiam facere uidentur. ¶Quibus tamen non obſtantibus rem ipſam accuratius contemplando determino contrarium, & conſidero punctum difficultatis conſiſtere uideri, an ſit inductum fideicommiſſum ſimplex in perpetuũ in parte obuenta dicto Stephano, per quod uocentur agnati proximiores in perpetuum de familia teſtantis, an uero ſit tantum inductum fideicommiſſum in caſu alienationis: quoniam ſi inductũ erit fideicõmiſsũ ſimplex, & abſolutum in perpetuum non ſolum decedente Ste-

phano ſine filijs Franciſcus eius frater uti proximior erit
uocatus,ſed poſtea decedente Franciſco ſine filiis,prout
11 euenit: proximior de familia,& agnatus teſtantis † erit
uocatus,& poterit ſuccedere,& Franciſcus non potuit
inſtituere alium extraneum hęredem in eius pręiudiciũ:
ut no.per Bar.Ang.Pau.Imo. Alex.Soc. Arc. & omnes in
l.qui Romæ.§.cohrdes.de uer.ob.per Bar. Iaſ. & cõmu-
niter oẽs in l.ſi ita quis.§.ea lege.e.ti.de uer.ob.cum cõ
cordan.ibi traditis:& cum hoc ſit commune, & non ha-
beat difficultatem aliter non comprobo. A teſtatore au
tem fuiſſe inductum fideicommiſſum,non ſolum in caſu
alienationis,ſed ſimplex & abſolutum,multipliciter o-
12 ſtendo, & præſuppono illud tritiſsimum:†fideicommiſ
ſum ſola uoluntate induci.l.uoluntatis.& l.cum uirum.
l. uoluntas.C.de fideic.etiam ſi uoluntas fuerit tacita, &
ex coniecturis colligatur.l.cum proponeretur. in fi.de le
ga.2.l.ꝫ imperator.de leg.1.ubi per omnes, & iõ per q̃-
13 cunque†uerba inducitur.l.omne uerbum.C.commu.de
leg.§.libertas.inſt.de ſing.reb.per fideic.rel. etiam ſi uer
ba ſint enunciatiua:ut no.per Bar.in l.Pamphilo.per illũ
tex.in prin.de leg.3.in l.fideicommiſſa. §. hæc uerba. de
leg.3. & mens iſta teſtantis in fideicommiſsis inducen-
14 dis†adeo attenditur ut uerbis præferatur:ut no. in d. l.
cum uirum.C.de fideic.& in l. cum auus.de ꝯd. & demõ.
cum uulg. ¶Hoc præſuppoſito dico,præter prohibitio-
nem alienationis hic non ſolum adeſſe uerba enunciati-
ua fideicommiſsi,quæ poſſunt fideicommiſſum induce-
re,ut dixi:ſed diſpoſitiua ibi uadat de hærede in hæredẽ
15 maſculum in perpetuum:nam iſtud uerbum uadat,† eſt
diſpoſitiuũ,ergo inductum eſt fideicommiſſum d.l.om-
ne uerbum.commu.de leg.cum concor. ¶Secundò pon
dero uerba de hærede in hæredem maſculum,quæ uerba
ſignant mentem diſponentis fuiſſe conſeruare agnatio-
16 nem:nam lꝫ†appellatione hæredis ueniat quicunque ex
traneus,qui ſit inſtitutus uel ab inteſtato ſit ſucceſſurus,
l.ſciendum.de uer.ob.l.ſi pactum.de prob.tñ qñ ſit men
17 tio de hærede maſculo†ueniunt tm̃ deſcendentes, quia
vr̃ uoluiſſe ꝯſeruare agnationem quæ per maſculos ꝯſer-
uat̃:ſecundum Bal.in l.Gallus.in §.ẽt ſi parente.de lib.&
poſth.alle.tex.in c.1.qualiter olim feu.alie.pot.& cum ſe
quũtur ibi Arc.Alex.& communiter Mod. ubi multa ad
hoc alle.& præſertim Io.And.in addi.Spe.in rub. de teſt.
qd' hic eo magis eſſe debet, quia dixit de hærede in hære
dem maſculum in perpetuum.quę uerba magis oſtẽdũt
animum perpetuandi bona in agnatione,quod eſſe non
potuiſſet ſi fideicommiſſum non eſſet inductum, & ad li-
bitum potuiſſet inſtitui extraneus hæres,ergo &c. ¶Ter
tio conſidero qñ aliquę perſonæ, uel aliquod nomen nõ
18 eſt poſitum in diſpõne,ſed in ꝯdõne, tunc † illæ perſonæ
non ſunt uocatæ nec honoratæ.gl.Bart.Bal.Pau.Imo.ac
alii in l.Lucius.de hæred.inſti.tamen quando eſt adiecta
hæc qualitas maſculis,operatur ut illi qui ſunt poſiti in
19 † ꝯdõne,cenſeantur poſiti in diſpõne, & inuitati ac uoca
ti ad hæreditatem,ſm Guido. Papæ.in q.184. incip.Illa
quæſtio qua quæritur.quem late comprobat Dec.in ꝯſi.
270.col.3.poſt Bar.in l.2.§.uidendum. ad Tertul.quia vr̃
teſtator ſexum maſculinum conſideraſſe ad conſeruatio
nem familiæ,qd' effectum habere non potuiſſet ſi fidei-
commiſſum non eſſet inductum,ac illi maſculi per fidei
commiſſum non eſſent uocati,& ita limitatur glo. in d.l.
Lucius.de cuius dicti ueritate aliàs dixi, & conſulendo,
& legendo,& ad ea loca me remitto,maxime in l.Centu-
rio.de uul.& pup.ergo quanto fortius hæredes maſculi,
& ſic perſonæ de agnatione cenſent̃ inuitatæ & uocatæ p
fideicommiſſum in perpetuum , cum non fuerunt poſitę
in ꝯdõne, ſicut in d.l. Lucius.ſed in ipſa diſpõne ibi ua-
dat de hrde in hæredem maſculum in perpetuũ. ¶Quar
tò probatur de neceſsitate ex uoluntate teſtatoris,fidei-
commiſſum abſolutum & ſimplex induci : nam teſtator
20 uult bona ſua uenire de hærede†in hęredem maſculũ in
perpetuum,ſed ſi extraneus hæres potuiſſet inſtitui, uel
poſſet ab inteſtato ſuccedere,& ſolum induceret̃ fideicõ
miſſum in caſu alienationis,& non ſimpl'r poſt mortem,
non eſſet ſatisfactum uoluntati teſtantis, & intentio ſua
fraudaretur,cum non irent bona de hærede in hæredem
maſculum in perpetuum, ſed ad extraneum : qd' eſſet ꝯ
21 uerba,& mentem teſtantis quæ†ante omnia attendenda
eſt.l.in ꝯdõnib.primum locum. de condi.& demon.cum
uulgarib.& quando non eſſet ſatisfactum intentioni te-
22 ſtantis,quę†colligitur ex aliquib.uerbis,induci fideicõ-
miſſum ſimplex,ita ut excludatur extraneus hæres : uo-
luit Soc.poſt Are.in l.qui Romæ. §.cohæredes. col.6.de
uer.ob.uer.quartus & ultimus caſus.in fi.& in conſi.43.
uol.3.& per Dec.in conſi.23.uol.1. ¶Quinto pro iſta o-
pi.allego tex.ubi uidetur caſus in l.codicillis.in §.inſtitu
to.de le.2.ubi poſt prohibitionem alienationis domorũ
23 teſtator diſpoſuit eas debere remanere apud†filios,& ne
potes in perpetuum:nam propter hæc uerba inductum
eſt fideicommiſſum abſolutum:ſecundum docto.ibi : &
Dec.in dicto conſi.23.colum.2.ſed magis ſunt diſpoſiti
ua hæc uerba quod uadant bona de hęrede in hæredem
maſculum in perpetuum quàm uerba dicti. §. inſtituto.
ergo fortius in hoc caſu inductũ ẽ fideicommiſſum pro
pter dicta uerba.¶Sexto facit,quia illud uerbum,in per
24 petuum operatur ut † fideicommiſſum quod non ſolet
excedere quartum gradum extendatur in infinitum:ar.
l.ſi.C.de ſuis & leg.& l.cognoſcere.in §.fi.de uer.ſig. & i-
ta dicit Ioan.de Monteferra.in l.filiusfa.§.diui.de leg.1.
char.6.col.1.uer.quarto caſu.allegat Alex. in conſil.56.
incipien. Conſideratis.in 1. uolumi. & quamplura alia
conſilia,& præſertim And.Barba.in l.cum acutiſsimi.C.
de fideicom.colum.68.aſſerentem ita fuiſſe conſultum,
per uenerandum collegium noſtrum doctorum ciuita-
tis Bononiæ.ergo non ſolum Franciſcus cenſetur graua
tus reſtituere proximiorib.ſed omnes in perpetuum, qd'
effectum habere non poſſet ſi extraneum hæredem inſti-
tuere potuiſſet. ¶Et cum ex his etiam particulariter con
ſideratis apertiſsime conſtat non ſolum fuiſſe prohibi-
tam alienationem,& inductum fideicommiſſum in caſu
alienationis , ſed etiam eſſe inductum fideicommiſſum
ſimplex & abſolutum, abſque dubio omnib. ſup.dedu-
ctis ſimul conſideratis id affirmandum eſt, & per conſe-
quens Franciſcum non potuiſſe hæredem extraneum in
ſtituere,& proximiores de familia debere,& poſſe de iu
re conſequi bona Stephani peruenta ad Franciſcum uti
fideicommiſſo ſubiecta ut ſint perpetua maſculorum de
familia teſtantis.¶Non ob.adducta in contrarium, qa
nou loquuntur quando præter prohibitionem alienatio
nis,fuit iniunctum fideicommiſſum ſimpliciter & abſo-
lute, ſed quando duntaxat fideicommiſſum aderat in ca
ſu alienationis,ita reſpondent Soci.in d.conſi.43.uol. 3.
& Dec. in dicto conſi. 23.colum.fina. & ita reſpondetur
25 †ad contrarium Ang.in conſi.59.& Alex. in conſi. 155.
& aliis ſupra ultimo loco allegatis.ſed hic fideicommiſ
ſum ſimplex fuit inductum,ergo nihil ad hunc caſum ſa
ciunt,cum loquantur in diuerſis terminis , diuerſam ra-
tionem habentibus:argumen.notato.in l. Papinianus e-
xuli.de minorib.l. fina.de calumniato.cum uulgarib.
26 ¶Nec eſt uerum impediri facultatem † teſtandi, ſed re-
ſtringi , quod fieri poteſt : ut nota.in d.l.ſtipulatio hoc
modo concepta.de uerb.oblig.¶Non obſt. prohibitio-
nem alienationis,reſpexiſſe perſonam Stephani ſpeciali-
ter & eſſe ſtricti iuris , & non debere perſonam egredi ,
quoniam illud procederet,quando tantum prohibuiſſet,
& ulterius non diſpoſuiſſet, ita loquitur Alexand. & com
munis opinio in dicto. §. diui.ſecus eſt quando ulterius
27 † proceſsiſſet generaliter diſponendo in perpetuum ut
fecit hic,quia tunc habet locum fideicommiſſum in quo
cunque de familia non uirtute prohibitionis factę de nõ
alienando,ſed uirtute diſpoſitionis ſubſequentis,& fidei
commiſsi generalis,ut declarant Arc.Soc. & alii in d.§.
cohæredes.& in conſilijs ſupra allegatis:& Ioan.de Mon
teferrato.in dicto.§.diui. ¶Et ita reſpondetur ad il-
lud quod dicebatur , teſtantem conſideraſſe Stephanum
tanquam magis prodigum,quæ ratio ceſſabat in Fran-
ciſco:nam id procedit reſpectu prohibitionis non reſ-
pectu fideicommiſsi,& diſpoſitionis, quia illa fuit gene-
ralis de hærede in hæredem maſculum in perpetuum , &
ubi

ubi uerba ſunt clara & conueniunt,non eſt opus coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in.uerbis.de leg.3.& in l. continuus.§.cum ita.de uer.ob.& maxime quia in illo teſtamento nullum factum fuit uerbum de prodigalitate Stephani,& illud de filijs Stephani poſt.14.annum, ſup.conſideratum probat contrarium,quia ſi illis permittit, er-
28 go†alijs uetat.l. cum prætor.de iudi.cap. nonne.de præ
29 ſumptionib.&†maxime ne ſtatim ſe corrigat:ut no.in l.
30 nam ad ea.de cond.& demon.& ne†tam uarius: uideatur:arg.l.cum tacitum.de proba.& in c.maiores. de Baptiſ.cum ſimilib.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Gl.in l.Lucius.de hæred.inſtituen.quæ dicit filios poſitos in conditione non cenſeri poſitos in diſpoſitione, communiter eſt recepta.*
2 *Gl.in l.Lucius.de hæredib. inſtituend.ſibi locum non uendicat, quando uerbũ ſine filiis,eſt poſitum cum hac dictione maſculis.*
3 *Verbum maſculos,diſpoſitioni alicui appoſitum,non tantum ex teſtamento,ſed & ab inteſtato agnationis conſeruationem inducit.*
4 *Teſtator ſucceſſionem ab inteſtato contra legem communem inducere non poteſt.*
5 *Succeſsio ab inteſtato ea proprie dicitur,quæ legitima eſt, & immediate à lege prouenit.*
6 *Inſtitutio facilius inducitur,quàm admittatur probatio.*
7 *Diſpoſitio facilius inducitur reſpectu expreſſi quàm taciti.*
8 *Diſpoſitio tacita quæ oritur ab expreſſa,non plus operari pōt quàm operetur expreſſa.*
9 *Teſtator, ſe confirmans ſtatuta,non plus tribuit quàm tribuat ſtatutum.*
10 *Gl.in l.Lucius.de hær.inſti.ſibi locum non uendicat,ubi reſultaret abſurdum.*
11 *Abſurdum ut euitetur,receditur a regulis iuris communis.*
12 *Subſtitutio facta filio,& ſi nihil dictum fuerit,intelligitur ſi deceſſerit ſine liberis.*
13 *Statuto in ciuitate exiſtente,ne extantibus maſculis fœminæ ſuccedant: & teſtatore proprias filias excludente, non duntaxat conditio ſine filijs ſubintelligitur,ſed etiam cum hac qualitate,maſculis.*
14 *Conditio ſi ſine filijs maſculis deceſſerit, ut aliquid operetur ubi aliàs nihil operaretur,inducit diſpoſitionem.*
15 *Gl.in l.Lucius.de hær.inſti.non procedit quando reſultaret,minus dilectum magis dilecto præferri.*
16 *Dotis conſtitutio tam in teſtamento quam inter uiuos fieri poteſt.*
17 *Filii poſiti in conditione cenſentur uocati in diſpoſitione,quando aliàs teſtatoris uoluntas non ſortiretur effectum.*
18 *Teſtator ſe cum ſtatuto confirmaſſe dici non poteſt, quando ſtatutum indiſtincte loquens in uno caſu tantum,in ſua diſpoſitione procedere ſanxit.*
19 *Opinio contra gl. in l.Lucius.de hær.inſti. in puncto iuris uerior eſſe uidetur.*
20 *Opinio contra gl.in l.Lucius. de hær.inſti.hodie communis eſt,ſecundum Socinum.*
21 *Doctori limitanti & diſtinguenti inhærendum eſt,tanquam magis ueritati appropinquanti.*
22 *Gl.in l.Lucius.de hær.inſti.non procedit quoties adeſt aliqua cōiectura ultra quod filii ſint poſiti in conditione,ſecundũ Corn.*
23 *Quæ non proſunt ſingula, unita iuuant.*

RESPONSVM XXXII.

¶An filij poſiti in conditione cenſeantur uocati in diſpoſitione quādo adeſt uerbum maſculis,ubi plura de ueritate & intellectu gl.in l.Lucius.de hęr.inſti.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſo teſtamento,ac diligenter conſiderato,concluſi ue procedendo uidetur dicendũm in caſu huius teſtamenti,filios poſitos ſub conditione
1 cenſeri poſitos in diſpoſitione:& glo.approbatam † in l. Lucius.de hær.inſtituend.quæ dicit filios poſitos in conditione, non cenſeri poſitos in diſpoſitione, in terminis noſtris non uendicare ſibi locum, & ſic communiter approbetur.& hoc multipliciter probatur.
2 ¶Et primo,quia illa gl.non†procedit quando uerbum ſine filiis,eſt poſitum cum hac dictione,maſculis.& ratio eſt,quia uidentur uocati maſculi ad excluſionem fœminarum,& fœminæ excluſæ,ergo maſculi ueniunt ex teſtamento,& non ab inteſtato, ſi tacite uenirent ab inteſtato uenirent,una cum fœminis.l.maximum uitium.C.de libe.præteri.& ita uoluit dominus Guido Papæ in deciſione.184.incipiente, In illa.Decius.in l.1.C.de pactis. colum.1.idem Decius ponit & ita determinat principaliter ſuper hoc conſulendo in conſi.318.& in conſi.207. & in conſi.546.& in conſi.574.& Curt. in d. l.prima. de pact.nume.14.atteſtans ita fuiſſe iudicatum.idem in cō ſi.87.& in conſi.113. ¶Nec Soci.in conſi. 62. uolumine 3.huic opinioni contrariatur:nam licèt dicat uerbũ maſculos,inducere conſeruationem agnationis non tãtum
3 ex†teſtamenro,ſed ab inteſtato:ſicut facit ſtatutum extãtibus maſculis,fœminæ non ſuccedant.Nam uendicat ſibi locum non ab inteſtato, quia iſtud non poteſt eſſe in caſu noſtro,quia ab inteſtato filii non ſuccedunt in totũ ſed pro parte:pro alia parte neceſſe eſt eos ſuccedere ex teſtamento,etiam ex uoluntate teſtatoris: ergo ex teſta-
4 mento,quia teſtator ſucceſsionem†ab inteſtato inducere non poteſt contra legem communem,cũ proprie ſuc-
5 ceſsio ab inteſtato ſit†legitima,& immediate ꝓueniat a lege.l.3.§.de illo.pro ſoc.ideo bene ſtatutum pōt concedere ſucceſsionem ab inteſtato,quia lex eſt.l. oēs populi.de iuſt.& iur.& non poteſt habere locum ſtatutum ex teſtamento,quia auferret liberam teſtandi factionē: qđ nonprocedit in teſtatore,cum poſsit reuocare teſtam eſt tum.l.1.§.ſi quis.in prin.de leg.3.& ita tollitur rō Socini.¶Preterea certum eſt illa uerba ſine filiis maſculis, diſponere priuando fœminas,ſicut igitur ſiant diſpoſitiue reſpectu priuationis:ergo fortius reſpectu inſtōnis filiorum,quæ eſt fauorabilis.bene faciunt nota.per doct. in l.cum quidam.de libe. & poſthu.iuncta.l.j.§.ſi ex fundo. de hære.inſti.& plene per Bar.& doct.in d.l.cum quidã.
6 ubi omnes concludunt†facilius induci inſtitutionē quã priuationem : ergo ſi in caſu noſtro priuatio inducitur fortius inſtitutio. ¶Item quia de fœminis non eſt factum uerbum, ſed per quandam tacitam coniecturam, ſeu per incluſionem unius excluduntur,& inducitur diſpoſitio,ergo fortius debet induci reſpectu maſculorũ
7 qui ſunt expreſsi,quia fortius & magis†potens eſt expreſſum quàm tacitum.l.cum filio.de uulg. & pup.ſubſti.¶Præterea ſi in caſu expreſſo illa uerba non diſponerēt,& ſic reſpectu maſculorũ,ergo nō poſſent diſponere, in caſu tacito reſpectu fęminarũ,cum tacitũ deſcēdat ex
8 expreſſo & cauſeř ab expreſſo,ſed†cã non pōt ſuo effectui plus tribuere quàm in ſe habeat.l.nemo plus iuris.de regu.iur.notatur in l.ſi uiua matre.de bonis maternis.in l. maritus.C.de procuratorib.ergo dicendum eſt ſtare diſpoſitiue illa uerba reſpectu maſculorum.Immo dico Socinum non loqui in terminis noſtris, quia uerbum maſculis,ibi non erat poſitum in conditione, ſed in alia diſpoſitione.Nam inſtituit filias,& ſi deceſſerint ſine filiis, & non dixit maſculis,ſed poſtea ſubſtituit filios maſculos:unde uerbum maſculos, non eſt in conditione, ideo non poteſt facere illam conditionem diſponere,unde nihil facit ad caſum noſtrum.¶Vnum tamen adhuc uidetur obſtare,quod ponit Soci.in conſi. 117. uol.3. colum. 5.ubi poſt rationes,ſeu ſimile ſtatuti,quod extantib.&c. quod ſtatutum procedit tantum ab inteſtato, dicit ideo non diſponere ex teſta mento illam conditionem,quia vi detur ſe confirmare cum ſtatuto Bononienſi, ꝙ extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,ſed dotentur: unde ſuccedunt ab inteſtato,& etiam ex tacita mente teſtantis,qui uidetur ſe confirmare cum ſtatuto : quia hic ex-
9 cellentiſsimus doctor erat.Nam†teſtatorem conformantem ſe cum ſtatuto,bene admitto.non plus tribuere quã

tribuat ſtatutum, ſed non eo iure, ſed ex teſtamento: & ita loquuntur docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. & in l. Gallus. §. quidam recte. de libe. & poſth.

¶ Nec in ꝯrium facit quod conditio nõ diſponit, & multa quę allegantur per doct. poſt gl. in l. Lucius. de hære. inſti. ſ. non præſumi inſtitutionem, & fideicommiſſum, niſi probetur, & ſimilia quæ non repeto: quia præſuppono gl. illam eſſe ueram, licet ſit dubia, ut infra dicam. ſed dico per doc. limitatam eſſe in multis caſib. & propter aliquas coniecturas in caſu noſtro ꝯcurrentes, & qñ adeſt uerbum maſculis, & aliæ coniecturæ de quib. infra dicã: quib. ſtantib. & ꝯdõ diſponit, & alia adducta pro cõi ceſſant: ut reſpondẽt latius doct. ſup. allegati, & infra allegandi prædictas limitationes ponentes: quæ omnia breuitatis cauſa, & ne fruſtra papyrum denigrem, non referam, ſed ad principale inſtitutum deueniam, ſ. ad demõſtrandum dictam gl. in terminis noſtris ſibi locum non uendicare. ¶ Et quoniam præter Sociuum alij plures ꝯ hanc limitationem tenuerunt: ut uidetur ſentire Alex. ꝯſ. 105. uol. 1. & conſi. 34. uol. 3. & conſi. 55. uol. 4. & Corn. conſi. 146. col. 2. uolumi. 1. & Cur. Iunior conſi. 42. & alii multi, de quorum dictis aliàs & conſulendo, & legendo diſſerui: ad quæ loca me remitto. in hoc caſu non determino per hanc ſolam limitationem, cum aliæ adſunt, & ſaltem erit adminiculum, & una cum alijs operabitur, ut cenſeantur inſtituti. ¶ Igitur ſecundo conſidero te‑ſtatorem, in dicto teſtamento, in caſu quo ſolum adſint fęminæ, non uelle eas ſuccedere in illis bonis, immo ne poſsint dotari niſi in caſu neceſsitatis: ubi nulla alia bona reperirẽtur, nec paterna, nec materna, modo ſic, ſi maſculi non cenſerentur uocati ex teſtamento extantib. maſculis, hæredes poſſent dotare fœminas de illis bonis, & eis non extantib. non poſſent: quod eſt abſurdum, immo

10 totum econtra eſſe debet, † quo caſu, ſ. qñ reſultat abſurdũ. gl. in l. Lucius. nõ ꝓcedit: ut ſentit Soc. in ꝯſ. 117. uol.

11 3. Nam † abſurdum ut euitetur, receditur a regulis iuris communis. l. nam abſurdum. de bo. lib. cum uulgarib.

¶ Tertio probatur, nam iſta conditio, ſine liberis maſculis, nihil operaretur niſi intelligatur quod ueniant per fi‑

12 deicommiſſum. Nam ab inteſtato † nulli dubium, eam & ſi non fuiſſet expreſſa, ſubintelligi debere. l. cum auus. de cond. & demonſtr. l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti. & cum ſumus in ciuitate in qua ſtatuto ſancitum eſt, ne extantib. maſculis fœminæ ſuccedant, & etiam teſtatrix proprias

13 filias excluſit: † non duntaxat conditio ſine filiis ſubintelligeretur, ſed etiam cum hac qualitate, ſ. maſculis: ut plene notatur per Soc. in l. cum auus. de cond. & demon. col. 67. uer. 7. quæro. ergo ut iſta uerba ſine filijs maſculis, aliquid operentur, dicendum eſt illa diſpoſitionem

14 inducere. Nam ſemper † fit interpretatio ut uerba operẽtur. l. ſi quando. de leg. 1. c. ſi Papa. de priuil. in 6. per Bal. in rub. de contrah. emp. & hæc adeo uera ſunt, ut huiuſce rei cauſa, a regulis iuris recedatur: ut notatur per docto. in dicta. l. ſi quando.

15 ¶ Quarto comprobatur, nam † gl. in l. Lucius. non procedit qñ minus dilectum, magis dilecto, & hoc præferri cõtingeret: ut plene deducit Cor. in conſi. 74. uol. 2. cum cõcordan. ſed hic magis dilecti, hoc eſt, maſculi excluderentur a fœminis ſaltem in parte: quæ fœminæ non ſolum ſunt minus dilecti quàm maſculi, ſed etiam ꝗ ſubſtituti, ergo dicendum eſt omnino cenſeri uocatos ex teſtõ ipſos maſculos quo caſu iſtud euenire non poteſt.

¶ Quinto comprobatur, nam teſtatrix in eodem c. uult expreſſe hæredes non poſſe dotare filias fœminas de illis bonis, niſi in uno caſu quando non adſunt alia bona:

16 quæ conſtitutio † dotis poteſt eſſe tam in teſtamento ꝗ inter uiuos: toto titulo. de dote prælegata. ergo iſta mulier excludit fœminas indiſtincte tam ex teſtamento ꝗ ab inteſtato, ergo uocat maſculos etiam ex teſtamento, cum excluſio fœminarum ſit ad fauorem maſculorum, & incluſio maſculorum eſt excluſio fœminarum, & una declaratur per aliam. ¶ Vltimo comprobatur, nam intentio teſtantis fuit maſculos excludere ſubſtitutos, & ſubſtitutos fęminas, ut patet de ſe: ſed ſi filij poſiti in con‑

17 dõne non eſſent uocati ex teſtõ, † uoluntas defuncti nõ habebit locum, ꝯ. l. in ꝯdõnib. de cond. & demon. & §. diſponat. in auth. de nup. Conſequentia probatur: Nam ſi unus ex hæredib. deceſſiſſet una cum filijs maſculis & fęminis, certe defecta conditione ſubſtituti excluderẽtur. l. filiusfa. §. cum quis. de leg. 1. & ſic ab inteſtato maſculi ſimul cum fœminis ſuccederent ꝯ intentionẽ teſtantis: quæ ratio eſt urgens & concludit, ita quod gl. in l. Lucius. non habet locum, ſecundum Soc. in conſi. 117. uol. 3. col. 4. in finalib. uerbis. cum col. ſeq. in uerſi. ſed contra hoc poſſet ingenioſe inſtari. & licèt dicat iſtam conſiderationem non procedere, quãdo extat ſtatutum in loco, ut Bononiæ: quod extantib. maſculis &c. quia iſto caſu ceſſat ratio, quod fœminæ habeant ſuccedere cum excluduntur à ſtatuto excepta dote, cum quo teſtator uidetur ſe confirmare: quia in terminis noſtris iſtud nòn poteſt conſiderari, quia teſtatrix non uult eos poſſe dotari de

18 illis bonis niſi in uno caſu, ſed † ſecundum ſtatutum indiſtincte debent dotari, ergo teſtatrix non uidetur ſe cõfirmare cum ſtatuto, & uigore ſtatuti ſuccedendo: quantũ ad dotem ueniunt contra intentionem teſtatricis, merito ne aliquo modo ſuccedant contra intentionem teſtantis dictæ fœminæ, dicendum eſt dictos filios cenſeri uocatos ex teſtamento: & ſic gloſſ. in l. Lucius. non procedere ratione de qua ſupra, quæ eſt ueriſsima, niſi ſit ſtatutum quod extantibus maſculis &c. cum quo teſtator. ſe confirmet: & in caſu noſtro etiam reſpectu dotiũ non ſe confirmat, ut demonſtraui.

¶ Ex his ergo apparet manifeſte hos filios poſitos in cõditione cenſeri uocatos per fideicommiſſum, ẽt conceſſo ueram eſſe opinionem gloſſæ in l. Lucius. de hæredi. inſtituen. Nam multi tenuerunt contrarium, adeo ut nec om‑

19 nino † tuta uideatur opinio illa ſed dubia, & alia opin. eſt in puncto iuris uerior: ut atteſtatur Soc. poſt Paulum de Caſt. & alios allegatos per eum in conſi. 33. uol. 4. col. 2. immo dicit idem Soc. in conſi. 77. uol. 1. In præſenti conſultatione. quod illa opinio non eſt tuta, & uidit multos

20 doctores Bononienſes conſulentes contra gloſſam, † & dicentes hodie eſſe communem contra gloſſam: & ita ẽt uoluit Cor. in conſi. 36. col. 2. uer. his tamen non obſtantibus. ideo de facili iuſtiſsimus ac doctiſsimus iudex in ſententiam iſtam poterit uenire, cum per eam limitatur

21 gl. illa. nam † doctori limitanti & diſtinguenti inhærendum ęſt tanquam magis appropinquanti ueritati: ſecundum Senecam, quem refert Sal. in l. filiæ cuius pater: uer. expeditis gl. C. fami. erciſ. & Roch. in c. ſi quis contra clericum. col. 7. de for. compe. Immo dicit Cor. in cõſi. 146.

22 uol. 2. opinionem glo. in d. l. Lucius. non † procedere quoties adeſt aliqua coniectura ultra quod filii ſint poſiti in cõditione, ſed in caſu noſtro non ſolum una adeſt una coniectura a ſcribentibus conſiderata, ſed plures ac plures, ergo dicendum eſt nullo modo nobis obſtare poſſe, cum etiam circunſcripta opinione illorum qui uolunt ſingulas limitationes id operari, quæ ad præſentem caſum nõ eſt neceſſaria, omnes tamen ſimul concurrentes debent

23 ſufficere trita extante iuris regula, ea † quæ non proſunt ſingula, unita iuuare. l. neque. cum materia. C. de proba. & notatur in l. ſpadonem. §. qui iura. de excuſationib. tutorum. cum ſimilibus. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Verba hæc, & caſu quo hæres inſtitutus, & eius pater deceſſerint ſine liberis &c. ſeu eorum liberi &c. uult quod dicta bona deueniant ad Petrum, ſignant compendioſam ſubſtitutionem.*

2 *Verbum deueniat, eſt commune.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta per uerbum commune, comprehẽdit etiam uulgarem.*

4 *Subſtitutio habens tractum ſucceſsiuum in futurum abſque diſtributione quandocunque ut quia ſimpliciter dicatur, ſi deceſſerit*

ceſſerit ſine liberis, eſt compendioſa, & continet uulgarem.
5 *Et hoc locum ſibi uendicat, ſi eueniat caſus uulgaris comprehenſæ ſub compendioſa, poſt mortem teſtatoris, ſiue ante, ut quia inſtitutus mortuus ſit uiuo teſtatore, ſubſtitutus poterit ſuccedere ex uulgari.*
6 *Subſtitutus abſque difficultate admittitur, ex eo caſu quem de proprietate comprehendunt uerba ſubſtitutionis.*
7 *Subſtitutio facta in bonis, ſiue patrimonio certi loci, dicitur facta in re particulari.*
8 *Inſtitutus in reb. Gallicis, dicitur inſtitutus in re particulari.*
9 *Quod quidem abſque dubio admittit author, quando eſt datus alius hæres uniuerſalis.*
10 *Appellatione bonorum exiſtentium in locis &c. non ueniunt iura & actiones.*
11 *Iura & actiones loco non circunſcribuntur.*
12 *Hæreditatis pars illa cenſeri non poteſt, quæ nõ comprehendit iura & actiones.*
13 *Subſtitutio compendioſa facta per uerbum commune in re particulari eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
14 *Subſtitutio compendioſa supradicto modo facta non includit exemplariam.*
15 *Hæres uniuerſalis cuius cohæres qui nullum habuit ſubſtitutum, uiuo teſtatore deceſsit, integram hæreditatem conſequi poteſt.*
19 *Teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere nõ poteſt.*
17 *Teſtator non poteſt facere quin hæres cui dederat cohæredem abſque ſubſtituto, mortuo illo cohærede integram conſequatur hæreditatem.*
18 *Gl. in l. ſi ſeruus communis ab extero. de acq. hære. communiter approbatur.*

RESPONSVM XXXIII.

¶An ſubſtitutio compendioſa facta per uerbum commune in re particulari comprehendat uulgarem: & an hęres uniuerſalis ex quo eius cohæres uiuo teſtatore deceſsit integram hæreditatem conſequi poſsit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Dubijs mihi exhibitis a reuerendo uicario epiſcopi Viennenſis ſub compendio reſpondeo, & ad primum quo quęritur an ſub ſecunda ſubſtitutione facta de Petro per hæc uerba, & caſu quo dominus Stephanus ſupra inſtitutus, & eius pater decederent ſine liberis &c. ſeu eorũ liberi naturales & legitimi, uult quod dicta bona deueniant ad Petrum &c. comprehendatur ſubſtitutio uulgaris? uidebatur abſque difficultate
1 comprehendi ipſa uulgaris uerbis generalib. cum † ea
uerba ſignant compendioſam, ſecundum theoricã communem doctorum in l. Centurio. in illa quæſtione, quid ſit compendioſa, de uulg. & pup. ſubſti. in l. precib. C. de impub. & alijs ſubſtitu. in c. Raynutius. de teſtamen. & in c. ſi pater. eod. titu. in 6. & eſt facta per uerbum deueniat,
2 quod † eſt commune. Bal. in l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. allegat textum in l. penul. de ſolutionib. idem probat tex. in l. 2. de bonis quę liberis: ubi notat Ange. & in conſil. 22. Iacobus habens unicam filiam. ſequuntur Iaſ. & cęteri in d. l. Centurio. colum. pen. ſed ſubſtitutio † compendioſa
3 facta per uerbum commune comprehendit etiam uulgarem. Bar. in d. l. Centurio. quem ſequuntur Alexand. Iaſ. & communiter alii. Barto. in l. quamdiu. de acquir. hær. & in conſilio incipiente, Nardus Philippi. ut per Alexan. ibi: & in terminis caſus noſtri, quando habet tractũ ſucceſsiuum in futurum abſque diſtributiuo quandocunque: ut quia ſimpliciter dicatur, ſi deceſſerit ſine liberis,
4 ſit † compendioſa & contineat uulgarem. uoluit Bart. & ſequuntur alij in d. l. Centurio. in 10. colum. & licèt aliq dicant iure non probari, tamen pro eo allego tex. in l. generaliter. in prin. in uer. ſubſtitutioni uel reſtitutioni. C. de inſti. & ſubſt. ſub cond. factis. & eum notat Are. ibi. & ſequuntur Iaſ. & alij in d. l. Centurio. & ita conſuluit Barto. conſi. 338. Paulus Vgo de Bonon. Alexan. in conſi. 12. colum. 1. lib. 2. & conſi. 1. uol. 1. ubi ita tenet & multa allegat licèt recedat ab eo, quando teſtator uocauit ſubſtitutum in caſu quo primus ſit hæres, quod non eſt hic. & ita intelligatur conſilium Cornei. 129. In præſenti. uol. 2. ubi conſuluit in eadem cauſa in qua conſuluit Alexã. in d. conſi. 1. idem uoluit Bertrand. licèt de his non faciat uerbum in conſi. 375. Viſis. col. 1. uol. 1. & hoc locum ſibi
5 uendicat, ſiue † eueniat caſus uulgaris comprehenſæ ſub compendioſa poſt mortem teſtatoris, ſiue ante: ut quia inſtitutus mortuus ſit uiuo teſtatore, ſubſtitutus poterit ſuccedere ex uulgari. ita reſpondit Bal. in terminis in ꝯſ. 151. Inter alia. libro. 4. & in conſi. 170. Quidam. & in ꝯſi. 319. ubi ſe refert ad præcedens conſilium. 170. lib. 5. idẽ uoluit Steph. Bertrandus in conſi. 166. uol. 2. in princ. licèt de Baldo non faciat uerbum. & latius in terminis per plura conſuluit Corneus in conſi. 297. In hac. col. 2. lib. 1. & probatur uiua ratione. Nam illa uerba ſi deceſſerit ſine filijs, ita de proprietate comprehendunt caſum mortis inſtituti uel ſubſtituti qui accidat in uita teſtatoris ſicut poſt mortem, quoniam & ſi deceſſerint uiuo teſtatore ſine filijs: uerum eſt proprie ſecundum uerba eos deceſsiſſe, itaque ſubſtitutus primus uel ſecundus uocatus in illum caſum ex uerbis propriis ſubſtitutionis ſuccedere
6 poteſt: igitur abſque difficultate † admittitur. l. non aliter. de leg. 3. l. ille aut ille. de leg. 1. & id expreſſe dicit Soc. licèt de prædictis non meminerit in d. l. Centurio. in j. q. de uulg. & pup. & ex his caſus iſte uidetur clarus.

¶Melius uero conſiderando facti ſpeciem dico uulgarẽ non contineri, ſed ſolam fideicommiſſariam, quoniam hæc ſubſtitutio fuit facta in reb. S. Pauli, & aliis circunuicinis exiſtentib. quo caſu dicitur † facta in re particulari.
7
l. ex facto. ff. de hæredib. inſti. per quem tex. determinant
8 doctores ibi, inſtitutum in reb. † Gallicis, dici debere inſtitutum in re particulari. idem probatur in l. cogi. §. ſed ſi ſimiles. uer. ex re certa. ff. ad Treb. ubi notant omnes. & in ſpecie Alex. exemplificat inſtitutum in re certa & particulari, in inſtituto in patrimonio certi loci, ut eſt in caſu
9 noſtro S. Pauli. quod quidem † abſque dubio admitto quando eſt datus alius hæres uniuerſalis, prout hic fuit: ſecundum gl. & alios in d. l. ex facto. & in l. quoties. C. de hæredib. inſtituen. eoque magis admitto in hoc caſu in quo dictum eſt, in bonis exiſtentib. in locis &c. Nam eo
10 caſu † appellatione bonorum non ueniunt iura & actiones. ita Are. in conſi. 54. In cauſa magiſtri. circa finẽ. poſt Bar. in l. vxorẽ. §. legauerat. de le. 3. qui loquitur de uerbo, omnib. & in uerbo bonis, uoluit Aquenſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerb. oblig. & ratio eſt, quia
11 † iura & actiones non circunſcribuntur loco, iurib. uul-
12 garib. † igitur non poteſt dici pars hæreditatis: ut notaẽ
13 in l. Papinianus. §. quarta. de inof. teſt. ſubſtitutio † compendioſa facta per uerbum commune in re particulari ẽ omni tempore fideicommiſſaria, & non comprehendit uulgarem. l. cogi. §. generaliter. uerſi. inde quæritur. & in §. 1. ubi Bar. & doctores notant ad Treb. ad idem tex. in §. aliud quoque capitulum. iuncto. §. cæterum. in authẽ. ut cum de appel. cognoſca. facit tex. in l. Lucius. §. filiũ. de leg. 2. notant Bar. Imo. & alij in d. l. Centurio. colum. 6. uer. quæro quid ſi teſtator ſubſtituit compendioſæ. & in pe. col. uer. quid ſi ſubſtitutio compendioſa. Imo. & alii in c. Raynutius. de teſtamen. Corneus in conſi. 47. Videtur. colum. fi. lib. 1. quod extendit etiam Alex. ad exem
14 plariam, ut † non includat, in conſi. 25. uolu. 1. Circa primum. in fine. ergo omni tempore eſt fideicommiſſaria iſta ſubſtitutio, nec continet uulgarem, nec aliam directam. idque multis authoritatib. comprobaſſem, nonnullaſque difficultates ac declarationes circa præmiſſa enucleaſſem, niſi conſideraſſem in iſtis terminis ſecundo loco ſubſtitutum in bonis particularibus mortuus inſtituto, & primo ſubſtituto uiuẽte teſtatore fuiſſe in aliis bonis uniuerſaliter inſtitutum, ita quod res eſt deducta ad eum caſum quod ad iſtũ Petrum bona particularia ſpectant iure ſecundæ ſubſtitutionis quæ accidit, bona uniuerſalia iure inſtitutionis, ut ſtatim dicam, & conſequẽter licèt uulgaris nõ ſit, cum ipſemet ſit hæres & ſolus, & fideicõmiſſum in re particulari uerificaẽ in perſona ſua,

propter qualitatem caſus,licèt non ex natura rei habe-
bit integrum fideicommiſſum particulare & propria au
thoritate,& hic caſus rarus eſt & notandus, & ſupradi-
cta allegaui ut & dubitantes ac iudicantes ſcirent diſcer
nere lepram a lepra,& quia petierunt a me an contineat
uulgarem.¶ Circa fin dubium an hæres uniuerſalis, ex
quo eius cohæres uiuo teſtatore deceſsit,integram hęre
ditatem conſequi poſsit,dico cum nullum præſuppona-
15 tur adeſſe ſubſtitutum in teſtõ ad eum totam†hæredita-
tem ſpectare:caſus eſt in l.j.§.pro ſecundo.C.de cad. tol.
ibi, niſi in hunc caſum, uel ſubſtitutus, uel coniunctus
eos antecedat,etiam ſi diſiuncti ſint.l.j.§.his ita.eo.tit.
& ibi notant omnes:& in l.fine partib.de hære.inſti.pro-
16 bat tex.in l.j.in ſui gñalitate.C.qñ non † petentium par-
tes.& ibi notant omnes,& aſsignant rationem poſt glo.
in l.ſi ſeruus communis ab extero. de acquirenda hære.
& in l.Celſus.§.fi.de leg.ſecundo.quia niſi cohæres mor
tuo alio hęrede totum conſequerečt, teſtator decederet
pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus, cõtra.l.ius no
ſtrum.de regulis iuris.de cuius rationis ueritate ibi di-
xi,& adeo hoc uerum eſt ut teſtator non potuiſſet facere
17 quin†hic cohæres totum conſequeretur mortuo alio co
hærede:ſecundum gl. in d.l.ſi ſeruus communis.quã ap-
18 probant Ang.Imo.Pau.de Caſt.ibi,& eſt†communis:,p-
ut eam communem appellat Alex.in l. ſi quis priore. ad
Treb.Cur.in conſi.75.Andreas de caſa noua.itaque ali-
ter iſtud non comprobo,nec refero aliàs quinque opinio
nes,quas ponit Imo.in l.j.§.ſi ex fundo.de hæredib. inſt.
& Peruſi.in c.ſi pater.colum.14.& ſequenti.de teſta. in 6.
cum hæc ſit communis,& nullam habet difficultatem in
caſu noſtro,cum teſtator non prohibuerit partem cohæ
redis accipere:immo ſuperuiuentem uocauit, & ex his
apparent reſoluta dubia mihi tradita a reuerendo uica-
rio,cui me plurimum commendo.
¶Hæc autem intelligo præſuppoſita ualiditate teſtĩ,de
cuius tamen uirib.multum dubito plurib. rationib. nec
quid ſentiam determino,cum de eo non fuerim interro-
gatus,nec adhuc ſim reſolutus:proteſtor tamen non in-
telligere per hanc allegationẽ ligatas mihi fore manus:
ut non reſpondeam pro ueritate circa inualiditatem te-
ſtamenti,etiam ad fauorem uenientis ab inteſtato, caſu
quo de iure ita mihi eſſe uidebitur.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio iudicatum ſolui finitur prima inſtantia finita.*
2 *Fideiuſſor non cenſetur,ſed principalis , ille qui eſt ceſſionarius & procurator in rem ſuam.*
3 *Promittens ſoluere ſecundum formam ſtatutorum, uidetur pro miſiſſe prout in eis continetur.*
4 *Partes referendo ſe ad formam ſtatutorum,in aliquo negotio,ſu per quo unicum tantum ſtatutum diſponit , perinde operantur ac ſi expreſſe ad illud ſtatutum ſe retuliſſent.*
5 *Fideiuſſor iudicatum ſolui in alijs inſtantijs tenetur, quando uer ba fideiuſsionis ſunt generalia.*
6 *Doctorem multi negant fideiuſſorem iudicatum ſolui finita prima inſtantia liberari.*
7 *Fideiuſſor iudicatum ſolui etiam ultra primam inſtantiam tenetur,quando aliæ ſententiæ ſunt conformes primæ.*
8 *Opinio continens concordiam in iudicando ſequenda eſt.*
9 *Iudex his quæ dependent a ſententijs,quæ tranſiuerunt in rem iudicatam,contradicere non poteſt.*
10 *Falſitas præſumitur in poſitionib. adeſſe, quando interuenit in eis, manus alterius quàm notarii.*
11 *Falſitas ab eo potius præſumitur commiſſa cuius intererat committi,& qui facultatem habuit committendi quàm ab alio.*
12 *Interfectus ab inimico præſumitur interfectus quando ignoratur occiſor.*
13 *Falſitas in perſona malæ famæ præſumitur,ſicut non præſumitur in perſona bonæ famæ.*
14 *Suſpicio falſitatis pro falſitate habetur.*
15 *Probatio uera requiritur,ut de falſo quis condemnari poſsit.*
16 *Vtens falſis teſtibus,dicitur falſarius,cauſam amittit & puniri debet.*
17 *Teſtis dicens falſum in uno,eſt falſus in totum,nec in aliqua parte ſui dicti approbari poteſt , quin approbans dicatur falſarius.*
18 *Diſpoſitio ſtatuti non competit ei caſui,cui eius uerba non conueniunt.*
19 *Caſus omiſſus à ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

RESPONSVM XXXIIII.

¶An fideiuſſor iudicatum ſolui finita prima inſtantia liberetur:& quando falſitas præſumatur:& a quo falſum præſumatur fuiſſe commiſſum, & aliqua de incameratione ſententiarum.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis ele
gantiſsimis dubijs,paucis agam propter pe
ritiam ac iuſtitiam iudicis, ac cauſæ clarita-
tem.Et in primis,dum dicitur ꝙ cum in cau-
ſa huiuſmodi plures latę fuerint ſententiæ, & per conſe
1 quens plures fuerint inſtantiæ, & finita †prima inſtantia
ſtipulatio iudicatum ſolui finiatur:ut notat gl.magna in
auth.de his qui ingrediuntur ad appellationem. in prin.
Bar.in l.ſi quis alio.ff.de iudicijs. & in l.3. & in l.cum a-
pud.iudicatum ſolui.& per doc.in l.Iulianus. qui ſatiſd.
cog.cum alijs allegatis per dominum iudicem dominũ
meum &c. & ultra eum notatur per Rom.in conſi. 210.
Circa primum.& in conſi.270. In caſu propoſito. & per
Dec.in l.2.C.de eden.col.7.& ultra Dec.per Soc.in cõſi.
91.Concludo.uol.4.ergo uidebatur fideiuſſorem iudica
tum ſolui in caſu iſto non fuiſſe obligatum niſi pro pri-
ma ſententia,pro alijs uero non,cum ſint latę in alijs in-
ſtantiis & a diuerſis iudicib. ¶Ad iſta tamen reſponden
do dico.Et primo ꝙ in caſu noſtro fideiuſſor nõ fuit ſim
2 pliciter fideiuſſor,ſed fuit†ceſsionarius & procurator in
rem ſuam,& ſic principalis: iuxta.l.licèt.§.ea obligatio.
de procuratorib.& notatur in l. ab Anaſtaſio. C. manda
ti.cum concor.& in hoc caſu Bar.& alij,qui uolunt fide-
iuſſorem in alia inſtantia non teneri, non loquuntur, &
hoc non habet aliquam difficultatem , cum ſit principa-
lis:& illum eſſe ceſsionarium apparet per publicum in-
ſtrumentum ceſsionis poſitum in proceſſu fol. 34.in quo
poſt ceſsionem factam ſe obligat ad omnes expenſas &
ad ſatisfaciendum omnib.& ſingulis quib. ſatisfaciẽdũ
eſſet per.d.Benedictam principalem,& poſtea ipſe ceſsio
narius egit tanquam ceſsionarius & ꝓcurator in rẽ ſuã,
ut pꝫ in ſuis capitulis fol. 11.& in ulti.c.fol.14. & in plu-
rib.locis illius proceſſus,ergo nulli dubium qđ tenetur.
¶Secundò reſpondeo hunc aduerſarium promiſiſſe iu-
dicatum ſoluere ſecundum formam ſtatutorum Bono-
3 nienſium,& ſic prout†in eis continetur:iuxta.l. in teſtõ .
de condi.& demon.& notatur plene in auth.ſi quis in a-
liquo.C.de eden.ſed in ſtatutis ſub rubr.de ſatiſd.dand.
&c.circa finem dicitur,promiſſorem iudicatum ſolui te
neri,& ſi facta ſit noua inſtantia,nec liberari mutatione
iudicis, uel iudicij cauſæ appellationis uel alterius pro-
uocationis &c. ut in eo,& licèt rubr.illius ſtatuti loquať
in ſatiſdatione pręſtanda a forenſib. tamen poſtea in §.
& idem diſponit.idem in fideiuſſorib.mulierum & ſimi-
lium perſonarum,quæ ſint ſubditæ.Item cum non repe-
riatur aliud ſtatutum Bononiæ loquens de ſatiſdatiõe ,
4 †partes ſe referendo ad formã ſtatuti , perinde operanť
ac ſi expreſſe ad illud ſe retuliſſent.l.2.cum materia.de li
be.& poſth.quo caſu & ſi loqueretur in alijs perſonis, tñ
ex uoluntate partium habet locum in iſtis perſonis : &
aduertẽdum eſt ad finem illius ſtatuti,ubi dř quod talis
fideiuſſor teneatur ut principalis,quo caſu nulli dubium
eum teneri in omnib.inſtantiis.& bene facit quod uoluit
Arer,inſti.de ſatiſd.§.1.poſt alios,ubi dicit fideiuſſorem
5 † teneri in alijs inſtantijs,quãdo uerba fideiuſsionis ſunt
generalia,ſed in hac fideiuſsione ſunt generaliſsima,ma
xime per relationem ad aliud, ut ſup.dixi,ergo &c.

¶Tertio

6 ¶Tertio reſpondeo q̃ †ſupra allegata multos tenere, ut
Martinus Silimanus, Bal. Fulgoſius & alij, quos citat Iaſ.
in l. 2. C. de procuratorib. Et propterea cum Bald. in d. l.
Iulianus. qui ſatiſdare cog. concordat opiniones, diſtin-
7 guens ut per eum, & dicens ſup. allegata †non procedere
quando aliæ ſententiæ ſunt conformes primæ, quia tunc
dicitur agi ex prima. Item hæc opinio eſt multum æqua,
cum alias eſſet in poteſtate rei, & fideiuſſoris euitare pro
8 miſsionem de iudicatum ſoluendo, appellãdo: & idõ † hęc
opinio tanquam continens concordiam, in iudicãdo ſe
quenda eſt: ut dicit Sal. in l. filiæ. famil. erciſc. & præſer-
tim cum ęquiſsima ſit. ſed ita fuit in caſu noſtro. Nã fue-
runt non ſolum tres ſententiæ cõformes, ſed quinq;: duę
executiuę, & tres principales, ut apparet in proceſſu: & in
quib. ſemper interuenit aduerſarius fideiuſſor, & facie-
bat ut principalis: ut uere erat: & in his non multũ inſi-
ſto, cum conſtet illum fuiſſe principalem, & tanquã prin
cipalem egiſſe, & ut magis teneretur ſatiſdediſſe ut prin
cipalem decet referendo ſe ad ſtatutum &c. non repeto.
¶Et ex his apparet dictum aduerſarium cõdemnandũ
fore ad omnem ſortem & expenſas, de quib. in dictis ſen
tentiis, & q̃ eum executiones iam commiſſas dictarũ ſen
tentiarum eſſe explicandas, & ſine debito terminandas,
& realiter & perſonaliter, maxime cum ita ſe obligauit,
ut poſsit fieri contra eum executio perſonaliter, ſe obli-
gando ſecundum formam ſtatuti de ſatiſdationib. ubi
hoc dicitur in fine. Nam iudici incumbit ne lites fiãt im
mortales, profecto ſi huic denegaretur executio perſona
lis, cui nunquam poſtea concedenda foret: cum, ut dixi-
mus, quinque ſententias conformes pro ſe habeat: ꝓ dij
quod monſtrum eſt iſtud ubi fides humana, ubi ipſa iuſti
tia? quippe periit, & ad aſtra ſe iam ꝯtulit: ſed ut ſpero
nunc redijt. ¶Circa ſecundam difficultatem breuib. me
abſoluo, & præmitto non poſſe intelligi niſi de expenſis
factis in ultimo iudicio, cum de expenſis factis in præce
dentibus iudiciis aduerſarium teneri ſatis conſtet ex de-
ductis in ſuperiori articulo: quib. & ſi iſte ultimus iudex
9 uoluiſſet † q̃ dicere non potuiſſet, cum dependeant a quin
que ſententiis, quæ tranſiuerunt in rem iudicatam: iuxta
cle. 1. de re iud. & no. & maxime quia non fuit declarata
nulla per ipſum, ut patet in ſua ſententia: nec potuiſſet,
cum iam erat commiſſa executio, nec principaliter erat
intentata cauſa nullitatis: nec potuiſſet intentari cum e-
rat extra tempus: iuxta ſtatutum de nullitate ſententię.
& ſuper expenſis illius ultimi iudicij, licet uidebatur q̃d
aduerſarius habuiſſet iuſtam cauſam litigandi: quia, ut
dicitur per ipſum, ſententiæ non erant incameratę ſecun
dum formam ſtatutorum: & per conſequens non debe-
ret teneri in expenſis: tamen recte conſiderando omnino
eum obligatum eſſe conſtat,
¶Et primo, quia uſus eſt falſis teſtib. & poſitionib. nam
nulli dubium eſt poſitiones eſſe falſificatas, cum interue
10 nit manus alterius q̃ notarij: quo caſu †præſumitur falſi
tas: ut uoluit Bal. in l. contractus. C. de fid. inſtr. col. 4. &
tradit Alex. in conſi. 41. Viſo themate. colum. 1. lib. 1. im-
mo conſtat per fidem notarii, qui atteſtatur quædã uer-
ba non eſſe de manu ſua. Et ſi dicatur, fateor adeſſe falſi-
tatem: ſed non probatur fuiſſe factam per aduerſarium,
rñdetur ſatis probari, cum illa ſcriptura tendat ad ſuam
utilitatem, & ſua intererat, & ita uoluiſſet eſſe: unde po-
11 tius †præſumitur eum feciſſe quam alium: ſicut dr̃ de in-
12 terfecto, qui ab inimico præſumitur †occiſus, qñ ignora
tur occiſor, maxime ſi habuerit commoditatem, ut nota
tur, ſed iſte habuit commoditatem, cũ retinuit ꝓceſſum
penes ipſum, ergo &c. præterea eſt perſona malæ famæ,
ut mihi fuit dictum, & eſt notorium in ciuitate: & in per-
13 ſona †malæ famæ pſumitur falſitas, ſicut non pſumit in
perſona bonæ famæ: ut notat Bal. in l. 2. de falſis. in l. quo
ties. §. ſed non in corpore. de hæredib. inſti. Et ſi dicatur,
iſtę ſunt ſuſpiciones & non uerę probationes, reſpõdeo,
14 †ſuſpicionem falſitatis pro falſitate haberi, illud eſt ꝓp
enormitatem delicti: ut uolunt Archi. & Domi. in c. me-
moriam. 19. diſ. Io. de Ana. in rub. de crimi. falſ. Alexã. in
conſi. 77. In cauſa accuſationis. colum. penul. libr. 1. per
Abb. & doc. in c. porrecta. de confirma. utili uel inut. Et
ſi dicatur multos contrarium aſſerere, & uelle requiri ue
ram probationem: ut per Alex. in conſi. 70. Viſo proceſſu
inquiſitionis. col. 1. lib. 2. & in conſ. 74. Viſo teſtamento.
15 lib. 1. reſpondetur hoc †procedere quantum ad condem-
nationem, ſed quantum ad capturam, expẽſas & alia ſuf
ficere ſuſpicionem. ita declarat Dec. in dicto cap. porre-
cta. & in conſi. 175. colum. 6.
¶Præterea dico adeſſe falſitatem expreſſam, cũ teſtes ꝓ-
ducti per partẽ aduerſam dicant falſum, ut patet in Vin-
centio teſte adducto fol. 250. qui dicit Io. Dominicũ de-
ceſsiſſe duodecimo uel decimoquinto die poſt patrẽ, &
tamen deceſsit ante: ut cõſtat per teſtm̃ Florianæ, produ
ctum in proceſſu: quod fuit factum poſt mortem Ioãnis
Dominici, ut colligitur ex eo & teſtib. ſupra adductis. im
mo per unum alium teſtem præcedentem qui tantum di
cit de octo dieb. ex quib. colligitur manifeſta falſitas, &
ex plurib. aliis deductis per ipſos, ipſa falſitas etiam col-
ligitur, dum dicant adiuiſſe eum hæreditatem, & eſſe pu
pillum, & mutũ, ac epidimię morbo laborare, in quo im-
poſsibilis eſt aditio, ut de ſe conſtat. & latius probarem
ſi tempus daretur, ſed neceſſe eſt nunc, nunc, me, expedi-
re conſilium: ideo non me extendo, cum ſatis probata ẽ.
16 Nam †utens talib. teſtib. dicitur falſarius, amittit cãm,
& eſt puniendus: ut notatur in c. ad falſarium. de crimi.
falſ. no. Spe. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. cum ſimilib.
¶Nec ob. eum proteſtatum fuiſſe, ſe non uti, niſi ſint ue
ri: quia non fuit facta proteſtatio in tempore, nam cœpit
uti, & quando fuit oppoſitum de falſitate proteſtatus ẽ.
¶Secundo non fuit proteſtatus ſimpliciter, ſed tm̃ illis
partib. non uelle uti, in quib. falſum dicebant, ſed in a-
17 liis ſic, ut in ea patet. Sed teſtis †dicens falſum in uno, eſt
falſus in totum, nec in aliqua parte ſui dicti illum appro
bare poſſum, quin efficiat falſarius.
¶Ergo omnib. iſtis cõcurrentib. oĩno uenit puniendus
de falſo, & ſaltem dici poteſt non habuiſſe iuſtam cãm li
tigandi: nec ſtatutum de trib. ſententiis: potuit ei prodeſ
ſe, quia non habet locum in caſu iſto, cum pars noſtra e-
rat in tempore incamerandi, ſtante compromiſſo facto
ſuper illis ſententiis, ut patet ex inſtrumento compro-
miſsi, & ex ultima ſententia, de quib. in proceſſu.
¶Secundo non habet locum in caſu noſtro, cum hic nõ
ſunt tres ſententiæ ſed quinq;, & hoc caſu non loquitr̃ ſta
18 tutum: & cui †non competunt uerba legis, nec eius diſ-
poſitio. l. 4. §. toties. de dam. infec. in l. ſi mancipia. ꝓ doc.
C. de ſer. fugi. præterea non uendicat ſibi locum qñ fue-
runt miſſæ executioni per duas ſententias conformes ut
fuit hic, cum iſte ſit caſus non comprehenſus a ſtatuto: idõ
19 remanet †ſub diſpoſitione iuris cõis. l. commodiſsime.
de lib. & poſth. cum ſimilib. Et per hæc ſatiſfactum quæ-
ſitis iuſtiſsimi ac doctiſsimi iudicis domini mei colendiſ-
ſimi, cui plurimum me commendo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio teſtatoris ualet, quando illam præceſsit diſpoſitio ſimplex, & poſt ademptio ſi ita non fecerit.*

2 *Hæreditas propter contrauentionem hæredis applicanda eſt hæredi ab inteſtato ſucceſſuro, quando non fuit facta mentio cui applicaretur.*

3 *Præceptum teſtatoris factum hæredi, ne ducat ſecum ad habitãdum matrem pauperrimam, ac fratres mendicos ac famelicos, uidetur probroſum & contra bonos mores.*

4 *præceptum teſtatoris continens duram ſeparationem ab hærede ſperni poteſt.*

5 *Præceptum teſtatoris probroſum & contra pietatem non ualet.*

6 *Hæres præcepto teſtatoris facto ad eius fauorem renunciare poteſt.*

7 *Teſtator ſine cauſa rationabili hæredem priuare non poteſt.*

8 *Gerundium ſignificat cauſam finalem.*

9 *Teſtator prohibens hæredem ne ducat aliquem ad habitandum*

ſecum,non cenſetur prohibere,ne eum recipiat in colonum.
10 *Præceptum teſtatoris eum caſum non comprehendit, cui ipſius uerba non conueniunt.*
11 *Diſpoſitio teſtatoris de domo ſimpliciter loquens,in nobiliori ue rificatur.*
12 *Hæres inſtitutus præſumitur noſcere uoluntatem defuncti,et me lius declarare quàm quilibet alius.*
13 *Declaratio iſta facto ipſo,ſicuti uerbis fieri poteſt.*
14 *Priuatio pœna eſt.*
15 *Indefinita in pœnis non æquipollet uniuerſali.*
16 *Indefinita prolata ab homine non æquipollet uniuerſali, ſecundũ proprietatem uerborum.*
17 *Prohibitio habitationis debet intelligi de ordinaria, & non de extraordinaria.*
18 *Pœna non committitur,nec priuatio,niſi formaliter contra mã datum teſtatoris actum ſit.*
19 *Probatio liquidiſſima requiritur,ubi agitur de pœna.*

RESPONSVM XXXV.

¶An ualeat præceptum teſtatoris factum hæredi,ne ducat ſecum ad habitandum matrem ac fratres,& quõ illud in terpretetur,& quando hæres dicatur præcepto continen ti priuationem contrauenisse.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Diligen
ter conſideratis uerbis teſtamenti,prima fa-
cie uidebatur dicendum ꝙ Gaſpar inſtitu-
tus in teſtamento Iuliani,ſit priuandus om-
ni commodo hæreditatis,cum prohibuit & mandauit ip
ſum Gaſparem hȩredem inſtitutum non poſſe reducere
ſecum ad habitandum in domo ſuæ hæreditatis matrem
ipſius Gaſparis,ac etiam fratres:& ipſe, ut dicitur,redu-
xit ſecum ad habitandum matrem ac fratres, & ſic con-
trafecit: quo caſu eſt priuatus a teſtatore,& ualet priua-
1 tio,cum præcedit†diſpoſitio ſimplex , & poſt ademptio,
ſi ita non fecerit:ſecundum Bald.Sal.Pau. & communi-
ter doctores in l.j.C.de his quæ pœnæ nomi. per Socinũ
& alios in rubric.& in l. prima. ff. de his quæ pœnæ no.
& licèt non dicat cui ueniat applicanda dicta hæréditas,
certe debetur.d.Caterinæ eius filiæ,quæ fuiſſet hæres ab
2 inteſtato,cum quando†non ſit mentio cui applicetur,hȩ
redi ab inteſtato ſucceſſuro applicanda eſt.l.peto.in prin
cip.cum ibi no.de leg.1.ponunt Sal. Pau.de Caſtr. & alij
docto.in dicta.l.j.C.de his quæ pœnæ nomi.Soc.in d.ru-
bri.de his quæ pœnȩ nomi.
¶Maturius tamen conſiderando dico ꝙ de iure Gaſpar
non eſt priuatus,nec priuari debet hæreditate, & per cõ
ſequens dominæ Catarinæ non debet applicari, & hoc
multipliciter oſtendo.
¶Et primo conſidero ꝙ iſtud præceptum ut non ducat
ſecum ad habitandum matrem pauperrimam, ac fratres
3 mendicos ac famelicos, uidetur † probroſum, & contra
bonos mores: argumento textus in l.conditiones.la. 2.
de conditio.& demonſtrationi.& eſt contra pietatem, &
4 duram † ſeparationem in ſe continet, ut dicit gloſſ.&
ibi doctores in l.uxorem.§.concubinæ.de lega. ſecundo.
& ut hæc ſeparatio non fiat,lex recedit a proprietate uer
borum, & a regula.l.liberorum.§. 1.de uerborum ſigni.
5 ſed quando præceptum†eſt probroſum, & contra pieta-
tem,præceptum non ualet, & remanet diſpoſitio firma.
d.l.j.C.de his quæ pœnæ nomine.cum ibi plene notatis.
ergo licèt contrauentum ſit præcepto nihil officit,cũ ha
beatur pro non adiecto,& a iure reijciatur.
¶Secundo conſidero ꝙ iſtud præceptum qđ nõ reducat
matrem pauperrimam ſecum ad habitandum eſt irratio
nabile,nam aut uis ꝙ ad fauorem inſtituti hoc fecit, &
6 tunc ei renunciare†poſſet,cum reſolueretur in cõſilium,
argumento eorum quæ ponunt doct.in l.filiusfa.§.diui.
de le.1,in ꝓhibitione alienationis factæ contemplatione
prohibiti,quæ reſoluitur in cõſilium:aut uis qđ in odiũ
matris & fratrum hoc fecerit:quod tñ negaт, cum odiũ
non præſumatur:& præſertim cum non denegauit inſti-
tuto,ut bona dicti teſtõris ad ipſum peruenta matri ac
fratrib.non donaret,ſed ſolum cohabitationẽ ꝓhibuit.
nam ſi odio ꝓſequutus fuiſſet matrem & fratres inſtitu-
ti,magis ne aliquid daret hæres q̃ cohabitationem ꝓhi-
buiſſet, vñ ſolum apparet ꝙ iſta ꝓhibitio duram, ac ↄtra
pietatem ſeparationem matris & filij ↄtinet. Ex quib.ma
niſeſte cõſtat ꝙ iſta priuatio hæreditatis eſt facta ſine cã
7 rõnabili,quo caſu non vȝ, cum teſtõr†non poſsit priuare
hȩredem ſine cauſa rõnabili:ut per Bar.in l. pater filium.
de hære.inſt. Bal.in l.j.C.de his q̃ pœ.no. per Are.in ↄſil.
58.col.pe.¶Tertio ↄſidero dato & non ↄceſſo qđ talis in
diſcreta priuatio ualeret,nihilominus dico ꝙ non eſt ↄ-
uentum p̃cepto ipſius teſtantis,& hoc aperte demonſtro.
nam dicitur in teſtamento prohibens, & mandans non
poſſe reducere ſecum ad habitandum in domo hȩredita
tis,matrem ipſius Gaſparis &c.pondero illud gerundiũ
8 ad habitandum quod ſignificat † cauſam finalem.l.j.de
dolo.inſti.de tute.in princ.in tit.ad reprimen.per docto.
in rubr.de edendo.Sed Gaſpar non reduxit matrem, &
fratres ſuos,ut principaliter cum eo habitarent:,ſed ut
colerẽt fundum,& in colonos recepit,ergo cum cauſa fi-
nalis non fuit habitatio ſed agricultura, & teſtator conſi
derat habitationem pro cauſa finali, ergo ponendo fra-
tres ſuos in domo poſſeſsionis ad colendum campos,
quantumcunque etiam ipſe habitaret non dicitur con-
trauenisse, cum ubi ceſſet cauſa finalis,ceſſet diſpoſitio.
l.generaliter. C.de epiſ.& cler.nec teſtator dixit quod in
illa domo ubi ſtabat in colonos nõ reciperet, cum ibi a-
9 lij coloni morabantur,ergo caſus iſte omiſſus † remanet
ſub diſpoſitione iuris communis.l.commodiſsime.de li-
be.& poſth.cum concor.de quib.& maxime cum ſumus
in pœnis ſtricta debet fieri interpretatio,ſic ut non com
prehendat iſtum caſum.¶Præterea facit quod dicit ſecũ
ad habitandum,ſed licèt mater & fratres habitarunt i-
bi,habitarunt ſeparatim,& non una cum Gaſpare,ut p̃
10 ſupponitur in facto:ergo cum uerba†præcepti & prohi-
bitionis non conueniant huic caſui, nec eius diſpoſitio
& priuatio.l.4.§.toties.de dam.infec.licèt in plurib.uer
ba conuenirent.ſi tamen in uno minimo uerbo non con
ueniant,in aliquo non conuenit diſpõ: ſecundum Iaco.
Butrig.Sal.& Fulgoſium in l.ſi mancipia. C. de ſer.fugi.
quos ſequitur Roma.in ſingulari.486.inci.Statutum pu-
niens.quorum dicta,licèt ſint in alia diſpoſitione, ad iſtã
poſſunt adaptari:ergo cum uerbum ſecum,hic non ueri
ficatur,ceſſat tota diſpoſitio. ¶Pondero etiam illa uer-
ba in domo hæreditatis, & prȩſuppono ꝙ teſtõr habe-
bat duas domos,unam in caſtro,aliam in uilla, & in illa
quȩ erat in uilla dicitur matrem & fratres reduxiſſe, & te
ſtator prohibuit ſimpliciter in domo hæreditatis, & ĩ nu
mero ſingulari,& non declarauit de qua domo: quo caſu
11 debet intelligi de domo†exiſtente in caſtro tãquam po-
tiori,& nobiliori.cum uerba intelligantur in potiori ſi-
gnificato.l.1.§.qui in pȩrpetuum.ſi ager uectig. uel em-
phyteuticus petatur.gl.in l.minor uigintiquinq; annis.
§.ſi ſeruus.in uer.ſupererit.de euictionib.§.ſed quoties.
inſt.de iure naturali gentium & ciuili.ſi de iſta ergo in-
telligitur prout intelligi debet,cum in ſingulari loquaт,
& ſic tantum de una & de exiſtenti in caſtro tanquã no-
biliori,ſequitur ꝙ dato qđ Gaſpar reducendo ad habitã
dum ſecum mr̃em in domo uille,licèt ueritas ſit in ↄriũ,
ut ſup.dixi,ꝙ nõ contrauenit præcepto teſtantis, cum in
telligatur loqui de domo exiſtenti in caſtro.& bene facit
cum tractamus hic de interpretando mentem defuncti,
12 de qua domo intellexerit,& hæres inſtitutus † præſumiт
noſcere uoluntatem defuncti,& melius declarare quàm
quilibet alius:ſecundum glo.in l.ſi quis a filio. §.ſi quis
plures.de lega.1.& notat Bar.in l. ita ſtipulatus.la gran
de.in 5.col.de uer.ob.interpretatus eſt & declarauit fa-
cto ipſo ꝙ teſtator intelligebat de domo exiſtẽte in ca-
13 ſtro:nã ita quid† declaraт facto ipſo,ſicut uerbis. l. Pau-
lus reſpondet.rem ra.habe.notatur in l. de quib.de leg.
ergo huic declarationi ſtandum eſt tanquam melius in-
formato,& hoc maxime ut euitetur pȩna.l. ſi de interpre
14 tatione.de pœnis.nam priuatio†pœna eſt.l. in teſtamen-
to Cẽturio.de manumiſ. teſtõ.l. mutus.§.pȩna de ꝓcura
toribus.

toribus.Cardinal.in cle.1.de iure patro.nec obſtat ſi dica
tur quòd illud uerbum in domo,eſt indefinite prolatum,
& ſic æquipollet uniuerſali.l.ſi pluribus.de lega.2.q̄m re-
ſpondetur ꝙ ex quo ſumus in priuatione, & ſic in pœna,
15 indefinita † non æquipollet uniuerſali, nam in his in qui
bus fit ſtricta interpretatio, indefinita non æquipollet v-
niuerſali, & hoc maxime quando eſt prolata ab homine:
ut per Oldradum in conſi.100.Pet.de Anch.in c.quanto.
Soci.in l.ſi quis cum totum. in prin. de exceptione rei iu-
dica.probatur, in pœnis non receditur à proprietate ma
gis q̄ in alijs.argumento notatorum in l.quidam.de libe-
16 ris & poſthu.& indefinita † prolata ab homine non ęqui-
pollet vniuerſali:ſecundum proprietatem uerborum.l.ſi
cui.de ſeruitutibus.not.Bart.in d.l. ſi pluribus. ergo non
æquipollet in caſu noſtro.

¶Quarto principaliter conſidero quod præſupponitur
dictum Gaſparem continue non habitaſſe in domo uillæ
ubi habitabant coloni, ſ.mater, & fratres, ſed aliquando
ueniebat ad uillã:& ibi per aliquos dies ſtabat,ut faciunt
alij domini quando eunt ad rura ſua:adeo quod & ſi ha-
bitaſſet illa habitatio non eſt ordinaria ſed extraordina-
17 ria: ſed prohibitio habitationis † debet intelligi de ordi
naria,& non de extraordinaria:ſicut quęlibet alia diſpo-
ſitio intelligitur.l.Scio.§.medico.de annu.lega.& ibi Bar.
cum concordan.

¶Vltimò conſidero quod uoluit Bal. & alij in d.l.j.C.de
18 his quę pœnæ nom.non † committi pœnam & priuatio-
nem,niſi formaliter ꝯ mandatum actum ſit. Item requirit
19 probatio † liquidiſsima, cum agatur de pœna: ſecundũ
eundem Baldum in d.l.1.col.2.hic autem habitatio liqui
diſsime non eſt probata,quod contrauenerit Gaſpar prę
ceptor teſtatoris, & minus quod ſit formaliter contrauē
tum:immo in nullo contrauentum,cum non ſecum habi
tauerit in domo hæreditatis nobiliori prout intelligit.
Item cum extraordinarie habitauerit,& etiam cum erant
coloni:quæ omnia de per ſe ſufficiunt & demonſtrant cõ
trauentum non fuiſſe: ergo quanto fortius ſimul iuncta
hoc oſtendunt: & pręſertim cùm ſit indiſcretum & irra-
tionabile præceptum: quibus omnibus concurrentibus
clariſsime demonſtratur dictum Gaſparem iuſtitiam fo-
uere. ¶Ex his apparet reſponſum ad deducta in contra-
rium: quod procedunt quando præceptum non eſt indi-
ſcretum,irrationabile,& contra pietatem,ut hic eſt.Item
procedunt quando contrauentum eſt præcepto formali-
ter,& liquidiſsime probatur: quæ omnia ceſſant in caſu
noſtro,vt ex ſupra deductis apparet. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſemel in curia Romana exiſtens, nunquam exit de curia niſi ſummus pontifex remittat ad ordinarium.*

2 *Princeps ubi appoſuit manum inferior non poteſt ſe intromittere.*

3 *Sequeſtro ſtante,pars non poteſt ſe in re intromittere.*

4 *Fructus percipiens pluribus uicibus ex aliqua re, dicitur eſſe in poſſeſsione percipiendi.*

5 *Appellatione pendente quis non debet poſſeſsione rei, quæ ſibi fuit adiudicata,priuari.*

6 *Appellatione pendente,etiam per uiam iudiciariam aliquid non eſt innouandum.*

7 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam,facit ius.*

8 *Appellatio extraiudicialis nullius eſt momenti, quando non aderat iuſtus metus,uel iudicis copia dabatur.*

9 *Reſcriptum principis contra ſententiam emanatum, ex quibus cauſis nullius ſit momenti.*

10 *Reſcriptum impetrans aduerſus rem iudicatam, amittit totam cauſam,& efficitur infamis.*

11 *Præfatio reſcripti denotat atque declarat eius rationem finalem.*

12 *Actus ſuperioris nullus ex falſa cauſa, non ligat manus inferioris.ampliã ut ibi.*

RESPONSVM XXXVI.

¶An & quando poſſeſſor debeat manuteneri ab ordina
rio,non obſtãte commiſsione, & inhibitione ſuperioris.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Vt fru-
ctus ſeu affictus inhibiti per reuerendiſsimũ
auditorem Rotæ Romanę non ſint ſoluendi:
nonnulla uidentur urgere. Et primo incom-
petentia iudicis ordinarij loci ubi ſunt fructus: quia ex
quo cauſa deuoluta eſt ad Rotam Romanã,nullus ſe po-
1 teſt intromittere: & cauſa † ſemel in curia Romana exi-
ſtens nunquam exit de curia,niſi ſummus pontifex remit
tat ad ordinarium. Bal.in l.ſi ut proponis. la prima. col.
2 pen.uer.& nota.C.quomodo & quando iud. & ubi † prin
ceps appoſuit manum,inferior non poteſt ſe intromitte-
re.cap.ut noſtrum.de appellationib. cum ibi plene nota-
tis:per Ancha.in conſi.58.circunſcriptis.Bal. Ang.in l.iu
dicium ſoluitur. de iud. ¶Secundum eſt, quia pendente
lite nihil eſt innouandum::oto titu.ut lite pendente.cum
ſimilib.ſed iſti prætendunt ſe poſsidere, ergo &c.

¶Tertium eſt, quia uidetur ſonare in ſequeſtrum iſta in-
3 hibitio: ut ex eius uerbis uidetur colligi: ſed † ſtante ſe-
queſtro pars non poteſt ſe intromittere:ut plene notatur
in l.1.& rubr.de prohib.ſequeſtra.pecu.

¶Contrarium determino, & præſuppono Hannibalē de
Contelmis eſſe in poſſeſsione percipiendi fructus: qđ ap-
4 paret:quia † percepit pluribus uicibus: ad notata in l.q-
uis.§.ſi conductor.& in l.1.§.ſi ex plurimis.de acqu.poſſ.
in c.querelam.de electionib.& c.Item quia ſibi adiudica-
5 ti fuerunt: quo caſu † pendente appellatione non debet
ſua poſſeſsione priuari.c.cum teneamur. de appellationi
bus.gl.in c.non ſolum.de appella.in vj.Card.in c.2.ut li-
te penden.ẽt ſi ſit ꝯ ius cõe. c. 1.ut lite penden.& ibi not.
Abb.& eſt deciſio Rotæ.x.de appell.in antiquis.immo ẽt
6 per uiam † iudiciariam pendente appellatione aliquid
non eſt innouandum:ſecundum Anto.& Imol. in cap.ex
inſinuatione.de procuratoribus. & in terminis hoc dicit
Deci.in conſil. cc.

¶Secundo conſidero quod ſuper iſtis fructibus bis iudi
catum fuit ad fauorem Hannibalis: & ultima ſententia
tranſiuit in rem iudicatam: quia non fuit appellatũ: quo
7 † caſu res iudicata facit ius:toto titu. de re iud. & l.res iu
dicata.de reg.iur.cum concordantib.ibi traditis,& ſi di-
catur qđ appellatũ eſt coram honeſtiſsimis perſonis, re-
ſpondetur iſtud nõ eſſe probatum: & ſi probatum ſit qua
litates,ſ.iuſtus metus,non habere copiam iudicis.c.ſi in-
ſtus.de appellatio.plene per Soci.in conſ.45.in primo du
8 bio.uol. 1.non ſunt probatæ, quo caſu appellatio † talis
nullius eſt momenti, & ea non oſtenſa legitime, & cum
ſuis qualitatibus non habet impedire rem iudicatam.

¶Tertio conſidero quod reſpectu perceptionis fructuũ
& illius poſſeſsionis non potuerunt appellare, cum bis
fuerit iudicatum ſuper ea:& hoc uigore ſtatuti poſiti ſub
rubr. de ſequeſtr. ergo & caſu quo interueniſſet, & nulla
ſit,nihil habet nocere:ut notatur in l.1.nil no.penden.ap-
pel.& per Soci.in d.conſi.45.in octauo dubio.

9 ¶Non obſt.inhibitio facta & reſcriptũ principis: † quo-
niam eſt nullum:quia nõ facit mentionē de colorata poſ-
ſeſsione aduerſarij.c.quod noſtris.de conceſ. præben.Itē
quia non facit mentionē de duabus ſententijs latis,à qua
rũ vltima non fuit appellatum:ita quod ſuſpendat, q̄a ex
traiudicialis, quo caſu non ualet.l.fi. C.ſentent. reſcindi
10 non poſſe.& ibi glo.& Bal.immo † amittit totam cãm,&
efficitur infamis.l.pen.& fi.& ibi Bald.& omnes.C.ut lite
pend.Item non ualet, quia eſt ad impediendã poſſeſsio-
nem.l.fi.& ibi notant omnes. C.ſi per uim uel alio modo.
Item eſt nullum,quia continet narrationem falſi, cum di
catur in eo quod exiſtunt homines in poſſeſsione exigen
di fructus,à dictis Bernardino & ſocijs.c.cæterum.& ca.
ex parte.pe reſcr.Item non ualet, quia non facit mentio-
nem de proceſſu negotij antecedẽte. c. inter monaſteriũ.
de ſenten.& re iudic.& ſic non poteſt habere effectum ſe-
queſtri:& ſic tollitur ultimum quod obijciebatur.

¶Præ-

¶Præterea dico, dato quod ualeret reſcriptum non lo-
quitur in hoc caſu:quia in procemio dicit ut nihil ſic in-
11 nouandum:& ex præfatione†colligitur ratio finalis.l.fi-
na.de hęredib.inſtituen.quę vbi ceſſat,ceſſat diſpoſitio.l.
adigere.§.quamuis.de iure patro. ubicunque nihil inno
uatur ceſſat reſcriptum,ſed hic nihil innouat: ergo &c.nã
qui proſequitur ius ſuum, & habet ius percipiendi, non
dicitur innouare:ut plene notatur in l.1.nil noua.appell.
penden.& in l.1.de bonorum poſſeſ. ſecundum tabul.

¶Pręterea dico ꝙ iſtud reſcriptum facit contra illos, qa
dicit ꝙ nihil habent innouare,ſed cum ſimus in poſſeſsio
ne nihil poterunt dicere & opponere, cum nihil habeant
innouare: nam innouare dicitur etiam mediante iudice:
ut per Dec.in d.conſi.cc.& dixi ſupra.& nota. in d.c.cum
teneamur.de appellationi.& allegantur nota. per Bal. in
conſi.348.Spoliatus.& in conſi.cccl.Proponitur.lib.1.&
multa allegantur per moder.in dicto cap.cum teneamur.
& ita tollitur quod in contrarium allegabatur appella-
tione pendente.

¶Non obſtat ꝙ ligatę ſunt manus inferioris etiam per
12 actum nullum, quia † non procedit quando actus Papæ
eſt nullus ex falſa cauſa, & inferior agit & adminiſtrat au
thoritate apoſtolica: ſecundum Roma. per bona iura in
conſi.335.ſed ita eſt hic, quia fuit conceſſum reſcriptum
ex falſa cauſa,quia dicebant aduerſarij ſe exiſtere in paci
fica poſſeſsione,quod eſt falſum, ut dixi ſupra & ordina-
rius hic agit authoritate apoſtolica, immo quãdo appel
latur ad ſedem apoſtolicam,ipſe committet. ¶Secundo
non ſunt ligatę manus, quando ex defectu ordinarię po-
teſtatis Papæ aliquid induceretur: ut ibi per Roma. in d.
conſi.ſed hic pars noſtra ſua poſſeſsione priuatur, ſeu in
ea turbatur, cum ſolita ſolutio penſionum impediretur
& ſuſpenderetur, & Papa de poteſtate ordinaria non po-
teſt aliquem ſuo iure priuare,uel illum in eo turbare,iu-
ribus vulgaribus: & maxime quia reſultaret abſurdum
ꝙ ſemper poſſem aliquem in ſua poſſeſsione turbare, &
illum ſpoliare,ſupplicando Papę ut committat illam cau
ſam,quod non eſt dicendum:poſſum etiam dicere ꝙ non
habet locum ſuper poſſeſsione:per c.1.ut lite penden.ubi
eſt caſus,& licèt Peruſi. uideatur tenere contrarium in c.
ut noſtrum.tamen dicit contra illum tex.idem procedit
quando Papa motu proprio &c.quod non eſt hic.

Laus Deo.

¶Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *L.fina.de rei uen.ut locum habeat,requiritur quòd neget, & de mendacio conuincatur.*
2 *Ignorantia in facto proprio non eſt tolerabilis.*
3 *L.fin.ut locum habeat, requiritur quòd negans fuerit in dolo uel lata culpa.*
4 *Poſitio continens quatuor copulatiue ut uerificetur, requiritur concurſus omnium, & ideo propter unum quod ſit falſum,poteſt ſimpliciter negari:ut infra.nu.14.*
5 *Dictio una,ponit æqualiter & principaliter.*
6 *Copula, & æqualiter coniungit.*
7 *Detinere aliud eſt, et aliud poſſidere.*
8 *Verbum occupat, regulariter ſonat in uitium,licèt aliquando ratione adiuncti capiatur ſine uitio.*
9 *Probandi onus ſpectat ad agentem regulariter.l.fina.de rei uendicat.non habet locum ſi non negat ſe poſſidere, licèt neget ſe occupare.*
10 *L.fina.&c.non habet locum quando per negationem non euitat reus rei uendicationem:ut quia primo confeſſus ſit, et confeſſio fuerit acceptata.unde etiam in nume.13.*
11 *Confeſsio acceptata non poteſt reuocari niſi docto de errore.*
12 *Verba ſi in totum non conueniunt, licèt in parte conueniant non conuenit diſpoſitio,& l.fi. eſt fundata in grauamine, probatur, ergo ubi ceſſat grauamen,ceſſat lex.*
13 *Si actor aſſumat in ſe onus probandi poſſeſsionem, & hoc non erat neceſſarium,quia aliter probatur propter illud.l.fi. de rei uendi.non habet locum.*
14 *Poſitio multiplex poteſt in totum impune negari.*
15 *Reſponſio ſimpliciter prolata intelligitur ſecundum interrogationem.*
16 *Diſpoſitio copulatiua ſi in parte eſt falſa, in totum dicitur falſa.*
17 *L.fina.non habet locum quando negat rem diuerſam à poſſeſsione, & propter copulatam interrogationem, uel aliter malam poterat impune negari.*
18 *Verbum tenere, eſt uerbum generale ſe habens ad detentationem & dominium.*
19 *Verbum intelligitur à proferente ſumptum in eo ſignificatu ut ſibi non contradicat, & ut euitet pœnam, & ne delinquat ac incidat in periurium.*
20 *Iudex etiam ita debet interpretari, ut quis non incidat in periurium,pœnam,debitum,uel peccatum,& pro reo.*
21 *Dolus euitatur non ſolum propter iuſtam cauſam,ſed etiam propter iniuſtam,dummodo aliquem habeant colorem,maxime ad euitandum pœnam.*
22 *Illatio quòd l.fina.de rei uendi.non habebit locum, quando in negante aderit aliqua cauſa, licèt iniuſta, propter quam negauerit.*
23 *L.fin.non loquitur quando primo confeſſa eſt,deinde negauit,poſtea negationem reuocauit.*
24 *Reuocatio negationis dicitur facta incontinenti,quando eſt facta re integra.*
25 *Reuocatio ad priſtinam naturam eſt facilis.*
26 *Neceſſaria in conſtructione non ſunt neceſſaria in deſtructione, quando res reuertitur ad primæuam naturam.*
27 *Mandatum ſpeciale requiritur ad reſpondendum poſitionibus.*
28 *Mandatum ſpeciale requiritur ad reuocandum confeſsionem factam poſitionibus, fallit ſecundum authorem quando per reuocationem fit reuerſio ad priſtinam confeſsionem ſeu reſponſionem.*
29 *Conditio noſtra per quemlibet poteſt fieri melior, non autem deterior.*
30 *Mandatum generale tantum operatur quantum ſpeciale, niſi in caſibus à iure expreſsis in quibus requiritur ſpeciale.*

RESPONSVM XXXVII.

¶Remedium. l. final. de rei uendica. quando locum habeat.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi
pręſens cauſa modicam contineat dubitatio
nem,& ſatis ex doctis allegationibus. d.Pau
li Vberti uti filij honorandi, de eius ueritate
conſtet,nihilominus ut petenti aliqua ex parte ſatisfaciã
nonnulla deducam.Punctus difficultatis eſt an.d. Abigai
inciderit in pœnam.l.fi. de rei uendi. Et prima fronte ui-
1 debatur ꝙ ſic,cum † diſpoſitio.d.l. fi. habet locum in ne-
gante conuicto de mendacio ut expreſſe dicit text.in d.l.
fi.& ſequuntur communiter doctores ibi:& in c.cum cau
ſam.de iuramen.calum.& alibi ſępe.ſed hæc mulier reſpõ
dendo poſitionibus negauit ſe detinere & occupare do-
mum de qua agitur una cum filijs ſuis,& poſtea per teſtes
pars aduerſa probauit contrarium, ergo uidetur dicen-
dum mulier in pœnam.d.l.fi.incidiſſe,nec poterit ſe excu
ſare quod ignorauerit ſe poſsidere: iuxta theoricam glo.
2 & ſcribentium in d.l.fi.cum in facto † proprio non ſit to
lerabilis ignorantia.l.fi.pro ſuo. & maxime cum prius in
terrogata an detineat & poſsideat dictam domum, reſpõ
dit mediante ſuo procuratore ſe tenere & poſsidere.

¶Maturius uero conſiderans determino ꝯrium & dico
de iure nullo pacto dici poſſe in hoc caſu.d. Abigai inci-
diſſe in pęnam.d.l.fi. Et pro ueritate demõſtranda nõ nul
la ſatis notiſsima præſuppono. ¶Primo ꝙ ut habeat lo-
3 cũ.l.† fi.de rei uen. requirit̃ ꝙ negãs fuerit in dolo uel la-
ta culpa:vt ꝑ Aret.Iaſ.& alios in §.omniũ.inſti. de actio.
col.16.poſt Bal.in c.uaſallus. ſi de feudo fue. ꝯtrou. inter
dom.& agna. ¶Scđo ꝑſuppono ꝙ illa poſitio. d. Abigai
vna cũ filijs ſuis detinet & occupat dictã domũ ẽt in ea
habitãdo:& de ipſa diſponẽ do ad eius libitũ ꝑtinet qua-
tuor,ſ.detentationẽ,& occupationẽ,habitationem,& de

ipſa

ipſa domo ad libitū diſpoſitionē,ut patet ex ipſorū enu-
meratione,licèt habitare & diſponere ſint poſita per mo-
dum declarationis, & qualificationis ipſius detentatio-
4 nis,& cum ſunt copulatiue poſita de proprietate † requi
ritur omnium concurſus.l.ſi hæredi plures. de condi. in-
ſti.& reſpicit ac ponit æqualiter & principaliter tam Abi
gai q̄ filios ſuos pp dictionē una, licèt utatur uerbo ſin-
gularis numeri detinet,ut eſt text. inſti. de attili.tuto.in
5 §.nos autem.ibi,una † cum Antiſtite.Bal.in l. fi.in 1.col.
C.de impu.& alijs ſubſti.in §.ſic itaque.in l.1. de cad.tol
6 len.& quia copula,&, æqualiter † ponit.l. reos.§.& cū in
tabulis.de duo. reis. ex quo apparet eos qui dixerunt fi-
lios non eſſe equaliter poſitos, & alias qualitates male di
xiſſe & ꝯ iura expreſſa, & caſu quo etiam uelimus admit-
tere ꝙ ſolum referatur ad meliorem non poteſt negari ꝙ
non ſit multiplex pp qualitates diſpoſitionis & habita-
tionis,& de diſpoſitione nihil eſt probatū, & propterea
non eſt coniuncta in reſponſione ad copulata: ut infra di
cam. ¶Tertio præſuppono quod aliud eſt detinere, ſeu
7 detentatio,aliud poſſidere,ſeu poſſeſsio, † & differunt in
ſubſtantia,cum unum ſit ſine iure inſiſtendi, aliud cum iu
re,& late declaratur per omnes in l.1.in prin.de acq. poſ.
8 circa diffinitionē poſſeſsionis, & uerbum occupat, † re-
gulariter & ſui natura ſonat in uitium.c.ex literis. de pro
ba.licèt aliqñ reſpectu adiuncti in caſu promiſſo capiat̄,
ita procedit tex.in l.ſequitur.§. item ſi occupans poſſeſ-
ſionem uacantem.de uſucap.cum alijs concord. ¶Quar
to præſuppono quod illa lex ut procedat non ſolum re-
quirit ꝙ reus negauerit ſe poſsidere, & in ueritate poſsi-
deat,ſed requirit ꝙ probetur ꝯ cū, & conuincatur de mē
dacio:ut per Bar.ibi:qui ita ſummat illā legē: & per Bal.
& omnes alios ſcriben.per Abb.in d.c.cum cām. de iura.
calum.col.6.in uerſi. requiritur ꝙ ꝯuincatur reus de men
dacio.& merito ita debet intelligi,cū pſumit pro negan-
te,& quod nō iniuſte grauauerit actorem in probatione,
9 maxime cum ad agentem regulariter † ſpectet onus pro
bandi intentionē ſuam.l.ab ea parte.l.uerius. de probat.
¶His ſic præſuppoſitis apertiſsime conſtat ꝙ diſpoſitio
d.l.fi.de rei uen.nō habet locum in hoc caſu, cum loquat̄
in negante ſe poſsidere,quæ negatio excludit rei uendic.
ſi actor nō aſſumpſerit onus probandi in ſe, & probaue-
rit,pꝫ ibi in rē actionem pati non compellimur,quia licèt
dicere ſe non poſsidere,ſed.d.Abigai non negauit poſsi-
10 dere,ſed † detinere & occupare,quę diuerſa ſunt ut in ter
tio pſuppoſito. Item per iſtam negationem nō euitat rei
vendicationem ēt ꝙ actor aliud non probauerit,cū p ſuā
confeſsionem factam per prius ꝯſtat de ſua poſſeſsione,
maxime cum confeſsio non fuerit reuocata nec potuit re
uocari,cum fuit acceptata per partem, & de errore nihil
ſit probatum,immo nec alleg.ad not.in l.non fatetur. de
confeſſ.& in l.error.de iuris & facti igno.& per Moder. in
c.ſi cautio. de fide inſtr. ſi igitur uerba legis non conue-
niūt,ergo nec diſpoſitio:ad plene tradita.in l.4. §. toties.
11 de dam. infec. & reqrit̄ ꝙ in totum ꝯueniant,ita ꝙ † non
ſufficit in parte:ad not. per Sali. & alios in l. ſi mancipia.
de ſeruis fugi. ergo quanto fortius hic, cum nulla uerba
ꝯueniant,& ſumus in pœnalibus:habemus dicere intrepi
de quod d.l.fi.ad caſum noſtrum adaptari non poteſt, &
12 hoc eo magis admittere debemus,cū † eſt fundata in hac
rōne ut negans qui dixit mendacium, & propter ſuā ne-
gationem grauauit actorem in probatione amittat poſ-
ſionē,ſm gl.& doct.cōiter ibi,& in d.§.omniū.ſed.d.Abi
gai licèt negauerit non grauauit actorem in probatione,
cum per primam reſponſionem non euitabat iudiciū rei
uendi.abſque eo ꝙ actor aliud probaret per ea quæ ſ̄ di-
xi.nec eſt in conſideratione quod poſtea probauit,quia ſi
13 bi imputandum eſt, cum † uoluit probare id qđ per pri-
mā ꝯfeſsionē partis probatur. facit regula, damnū.cū ibi
no.de reg.iur.in 6.& maxime quia ſolū probauit de poſ-
ſeſsione.d.Abigai & de poſſeſsione filiorum nihil proba-
uit,& ita tollitur id quod dicebatur quod poſitio fuit ne
ceſſaria pp filios de quibus nihil in prima rñſione:qñ q-
tū ad.d.Abigai non fuit neceſſaria pbatio pp primā rñ-
ſionē:qtum ad filios in probatione nihil capitulauit,nec

probauit, ex quo ſequitur qđ & ſi mendaciū dixiſſet re-
ſpectu filiorum, cum reſpectu ipſorum nihil in ꝯrium eſt
probatum non habet locū d.l.fi.ut dixi in quarto præſup
poſito,& ita reſpectu.d. Abigai negantis ceſſat rō graua-
minis,ergo cū ceſſat rō finalis illius legis,ceſſat & diſpo-
ſitio.l.adigere.§.quis. de iure patro.cum vulgaribus.re-
ſpectu uero filiorū ceſſat illa lex, quia non eſt conuicta
de mendacio.cum igitur à partibus ſufficienter enumera
tis nec uerba,nec rō legis conueniant huic caſui, impoſ-
ſibile eſt dicere quod diſpoſitio illius legis habear locum
in hoc caſu,& hæc ſolum ſufficere deberēt ad demonſtrā
dū ueritatē & reportandam ſnīam pro negante, maxime
pro iſta parte,cū in proprijs terminis de negante ſe poſsi
dere qđ prius rñdendo dixit ſe poſsidere: ꝯſuluit Abb.in
conſi.17.& Roma.in conſil. lix. quem citat Alex. in apo-
ſtil.in d.l.fi.de rei uen.moder.in §.ex maleficijs. inſti. de
actio.& Hippo.in rub. de fideiuſſ. qđ quidē tanto magis
ſine aliquo ſcrupulo admitendum eſt,cum poſitio illa uti
14 multiplex,& ꝯ diſpoſitionē iuris formata impune † nega
ri potuit:ut per Spec.& Sali. in tit. de poſit.§. 7. per gl.&
cōiter doct.in c.ſi poſt.de ꝯfeſſ.in 6. qđ aūt ſit multiplex,
pꝫ ex ſecundo pſuppoſito in quo apparet ꝙ quatuor ſunt,
ergo &c.immo dato qđ ei fuiſſet rñdendū, cum illa qua-
tuor ſint copulatiue propoſita, tanto magis cum pp unū
potuit poſitio in totū negari,immo ſicut copulatiue fuit
poſitū,ita dicendū eſt ꝙ copulatiue fuit reſponſum, cum
15 † reſponſio ſimpliciter prolata intelligatur ſm interroga
tionē.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.de interrog.actio.
§.pterea.inſti.de inuti. ſtipula. ſi igitur negauit illa qua-
tuor copulatiue poſita nō negauit ſingula,ſed omnia co-
pulata:ad not.in l.ſi is qui ducenta.§.utrum.de reb.dub.
16 & unum ex illis ſi non ſit uerum facit ꝙ † diſpoſitio co-
pulatiue propoſita eſt falſa.d. §. utrū ſi falſa ergo potuit
negari,& iſtud eſt unum aliud fundamentum ultra quod
eſt multiplex,ſed falſum eſt de filijs, falſum quoque de di
ſpoſitione domus ad libitum: nam illa uerba de ea intel-
liguntur de domo,cum conſtat per inſtrumenta etiam re
ſpectu ipſius mulieris quod filij nullum ius habent in do
mo. ¶Præterea de diſpoſitione domus nihil eſt pbatū,
nec capitulatū, & per ꝯñs quantū ad hoc nō eſt conuicta
de mēdacio prout requirit ut habeat locū.d.l.fi.& cū non
ſit conuicta in illis duabus partibus poſitionis ēt reſpi-
cientibus perſonā ſuam in nullo dr̄ conuicta,quia reſpō-
ſio ſua fuit ad omnia copulatiue ꝯſiderata,nō aūt ſingu-
lariter qđ eſt quid diuerſum,& à poſitione & rñſione, er-
go pbatio facta ſuper uno uel duobus,cū erant quatuor
copulatiue ppoſita & negata nihil nocet, cū nihil faciāt
ad omnia copulatiua conſiderata.& hęc rñſio ſola debe-
ret ſufficere,tamen ut magis ſit ꝯſultum integerrimę con
ſcientiæ domini iudicantis,& clarius appareat de uerita-
te cauſæ,hæc pauca nō prætermittam.¶Primo qđ iſta ne
gatio eſt de detentatione & occupatione, quæ differūt in
ſubſtantia à poſſeſsione ut in tertio præſuppoſito, prima
17 rñſio fuit de poſſeſsione. Item & probatio, ergo † potuit
negare licèt poſsideat, cū negauit rem diuerſam à poſſeſ
ſione.¶Nec obſt.qđ in probatione ſit uerbum tenere, qa
18 uerbū tenere, eſt † uerbū generale ſe habens ad detenta-
tionem poſſeſsionem dñium &c.ad not.in l. uerbum hr̄e.
de uerb.ſig.ergo cum ſit poſitum in probatione pars ad-
uerſa non pōt ſe fundare,cum de neceſsitate de detētatio
ne non probet:arg. not.in c.in pręſentia. de proba.pſup-
poſito qđ uerba debent capi in ſpecie.l. hoc legatū. de le
ga.3.& maxime ne reſultet pœna & abſurdū,qđ cōtineāt
dominiū,quod non facit ad propoſitum:qđ eſſet ſi gn̄ra-
liter illud uerbū ſtaret, ergo & licèt uerbū occupare poſ-
ſit ſe hr̄e ad poſſeſsionē, tñ cum poſsit ſe hr̄e ad detenta-
tionē ſolā & poſſeſsionē uitioſam,& pro maiori parte ita
19 ſe habeat, debemus dicere de neceſsitate † qđ à negante
in illo ſignificato fuerit prolatū ut ſibi nō ꝯdicat: ar.l.nā
ad ea.de cond.& demō.ut euitet pœnam,& ne delinquat:
ut p Dec.in conſi.2. ut non incidat in periuriū, ſed ſeruet
iurm:ut per Pau.in trac.iuramenti.col.fi. & ita dñs iudex
ſemp habet interpretari: vt p Neuiſa.in Sylua.fo. pe.ubi
late:maxime cū agitur de uitando peccatū:arg. no. in c.
iuuenis.

iuuenis. de ſponſa. & quia pro reo pronunciandū eſt: ut
20 † in l.fauorabiliores.de regul.iur. & ita retorquentur ɔ-
ſiderationes factæ pro parte aduerſa de interpretatione
uerbi occupauit,dato ſine præiudicio ueritatis quod hęc
aliq̄ uiderent hr̄e difficultatē,tamen neminem ſani capi-
tis fore exiſtimo qui aperto ore non fateatur ſufficere ad
excuſationē doli,uel latę culpę,cum non ſolū hæc quæ iu
21 ridica † ſunt excuſant à dolo : ſed ēt ea quæ iniuſta ſunt
dummodo aliquem habeant colorem:ad nota.p Albe.in
conſi.37.Circa primum.in 6.colū.& late per moder. in l.
ſi quis maior.C.de tranſac.& p Feli.in c.2.in 2.col.de ma
ior.& obe.& maxime q̄tū ad euitandū pœnam:ut p Dec.
in cōſi.170.col.4.uerſ.& eſt reg.cōis.poſt Ang.Bar.Alex.
Bal.Veronen.& alios citatos per eum: ergo de neceſsita-
te ſequitur ꝙ diſpoſitio.d.l.fi. de rei uen. non pōt hr̄e lo-
22 cum in hoc † caſu, cum non procedat, niſi negans fuerit
in dolo, uel lata culpa:ut in primo præſuppoſito dictum
eſt.ergo, quanto fortius ɔcurrē tibus tot fundamentis, ra
tionibus,legibus.& authoritatibus,quorum unumquod
que de p ſe ſufficiens eſſet, pro comperto habeo ita iudi-
candum eſſe,& hæc maxime quia ſi bene cōſideratur, iſte
eſt unus caſus qui nullam habet ɔ̄dictionē,nec aliquid fa
23 cit ad d.l.fi.alia rōne quā ſ̄dictum ſit:nā primo † confeſ-
ſa eſt,ſecundo negauit, tertio reuocauit negationē, & ita
redit ad primam rn̄ſionem quæ nullo modo interuene-
runt in d.l.fi.nec in alijs locis adductis in ɔ̄rium,& ꝓpte-
rea cū ſint termini diuerſam rōnem habētes nullo modo
per illam legem poteſt decidi caſus noſter, maxime cum
ſumus in pœnalibus:ad nota.in l. fi. de calumnia. & in l.
Papinianus.exuli.de minorib.& ex hoc tollitur id qđ di-
24 cebaẗ quod reuocatio nō fuit facta incontinenti: q̄a † ſa
tis fuit facta incontinenti:ex quo fuit facta re integra, &
anteq̄ fuit probatum,& pars grauata, qđ ſufficit ſ̄m Ro-
ma.& Abba. in conſilijs ſupra allegatis, & ultra eos hoc
uoluit Bal.in c.1.§.porro.in tit.quæ fuit prima cā.& p gl.
& cōiter docto.in §.ex maleficijs.inſti. de actio.& maxi-
25 me cū agitur de pœna euitanda.& rō,quia facilis † eſt re
uocatio ad priſtinā naturā:ad plene nota. in l. ſi unus. §.
pactus ne peteret.de pact. in quo caſu ea quæ requiruntẗ
26 in † ɔſtructione actus,non ſunt neceſſaria in eius deſtru-
ctione,cū res reuertitur ad primū actum:ſ̄m Bar.in l.om
nes populi.in 3.q.prin.de iuſti.& iur. p gl.& doct.in c.de
cauſis.de offi.deleg. per Iaſ. in §.& oēs.in d.§. pactus ne
peteret.in no.& ex hoc tolliẗ id qđ dicebaẗ ꝙ quemadmo
27 dū requirebaẗ † ſpeciale mandatum ad rn̄dendū poſitio
nibus:ut p Soci.in conſi.lv.j.uol.prope fi.ita ad reuocan-
dū reſponſionem per reg.nihil tam naturale.de reg.iu.q̄a
28 † non procedit q̄n per reuocationem fit reuerſio ad pri-
mā & priſtinā reſponſionem, per ea quæ dixi, & maxime
cū hic agitur de manifeſto præſidio,& beneficio præſtito
per procuratorem domino cū tendat ad euitandum pęnā
29 & periurium &c.& regula ſit quod quilibet poteſt † face
re meliorem conditionem alterius abſque mandato, de-
teriorē autem non, iuribus vulg. & quia regula eſt ꝙ tm̄
operatur generale mandatum quantū ſpeciale : ut p Spe.
in tit.de actore.uerſi.quid ſi pater.niſi in caſibus in diui-
30 duo † expreſsis requirentibus ſpeciale mandatum:& iſte
caſus reuocationis non reperitur in indiuiduo expreſſus,
ergo remanet ſub diſpōne iuris cōis ꝙ ſufficit gn̄ale. l. cō
modiſsime.de liber.& poſth.& hæc ſint dicta ex abundan
ti,cum ſatis p ſupra dicta,caſus iſte redditur clariſsimus,
& nonnullis oppoſitionibus in ɔ̄rium factis recte intuen-
ti apparet reſponſum,aliter non inſiſto . Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum raptore ualet & tenet.*

2 *L.1.C.de rapt.uirg. quæ prohibebat matrimonium inter raptorem & raptam de iure canonico eſt ſublata.*

3 *Ius canonicum in matrimonijs & ſpiritualibus ſeruatur.*

4 *Matrimonium inter raptorem & raptam, multomagis ualere debet quando fuit celebratum in præſentia multorum.*

5 *Metus praecedens ex ſequenti actu ſponte facto purgatur.*

6 *Raptus purgatur per ſubſequens matrimonium ſponte contractum quo ad ualiditatem matrimonij.*

7 *Metus & uis non excludunt conſenſum, & per conſequens non annullant actum ipſo iure.*

8 *Metus & uis in matrimonio, & alijs caſibus ſpiritualibus excludunt conſenſum,& anuullant actum ipſo iure.*

9 *Bona tria concurrunt in matrimonio, fides ſcilicet,proles,& ſacramentum.*

10 *Strepitus ſeu terror armorum eſt per ſe ſufficiens ad incutiendū metum talem qui in conſtantem uirum cadere poſsit.*

11 *Metus uerborum iuſtus eſt in cauſa matrimonij.*

12 *Iuſtus metus ſecundum qualitatem perſonæ,temporis, & rei,conſiderari debet,*

13 *Iudex debet arbitrari metum præcedentem in actu incontinenti ſecuto adfuiſſe,licèt uideatur ſponte factus.*

14 *Confeſsio facta in tormentis, ſi eadem die depoſita tortura ſit confirmata,dicitur facta metu tormentorum.*

15 *Actus dicitur meticuloſus, quando fuit celebratus durante eadem cauſa metus.*

16 *Promiſsio facta à muliere poſtquam fuit pulſata à marito ut promitteret etiam ex interuallo poſt longum tempus, nihilominus cenſetur meticuloſa.*

17 *Compromiſſum ſi fuerit factum metu tyranni,dicitur durare metus quouſque durabit tyrannus.*

18 *Matrimonium interim quod durat eadem cauſa metus contractum, licèt uideatur ſponte & alacri animo celebratum, nihilominus eſt nullum.*

19 *Statutum Bononiæ exiſtens puniens deſponſantē puellam ſine uoluntate patris,uel matris,uel alterius agnati,uel cognati, nunquid ualeat? aliàs dubitauit dominus conſulens propter matrimonij libertatem.*

20 *Statutum de quo ſupra, inducit præſumptionem metus, & uiolentiæ,& deceptionis,ſi aliter quàm diſponat celebretur matrimonium.*

21 *Interpretatio illa capi debet quæ fit contra eum qui uenit contra legem propriam ſuorum ciuium.*

22 *Vi retentus & cuſtoditus in domo alterius, nihil libere feciſſe præſumitur.*

23 *Animus præcedens meticuloſus ex ſequentibus declaratur.*

24 *Qualitates quæ ſeparatę non poſſunt unitę iuuant.*

25 *Indicia & præſumptiones ſufficiunt ad probandum metum.*

26 *Probatio ſpontaneæ uoluntatis non excludit metum qui aderat ex cauſa præcedenti,& quem teſtes uidere non poterant.*

27 *Teſtibus duobus deponentibus de metu plus creditur quàm centum deponentibus de libera uoluntate.*

28 *Cauſa matrimonij grauis eſt.*

29 *Cauſa matrimonij ex ſtylo curiæ epiſcopis plerunque committi ſolet.*

30 *Probationes neceſſariæ,pleniſsimæ,& omni exceptione maiores in cauſa matrimonij interuenire debent.*

31 *Iuramentum in cauſa matrimoniali non defertur in ſupplementum probationis.*

32 *Matrimonium per unicum teſtem iuncta fama non recte probatur.*

33 *Maritus qui petitur à muliere abſoluitur, niſi mulier plene probauerit matrimonium.*

34 *Teſtis de auditu non probat.*

35 *Affinis in criminalibus in totum repellitur à teſtimonio.*

36 *Concubina presbyteri eſt infamis.*

37 *Infamis etiam infamia facti tantum in grauibus cauſis non eſt integer teſtis.*

38 *Teſti non deponenti uериſimilia non creditur.*

39 *Receptator raptoris puniri debet.*

40 *Domeſticus non admittitur in teſtem, immo non facit indicium neque præſumptionem.*

41 *Domeſtici dicuntur qui currunt ad unum panem, & uinum.*

42 *Teſtes mille propter contrarietatem facti ſingulares, minus unico probant.*

43 *Raptorem recipiens in domo propria, uenit puniendus pœna uitæ.*

44 *Nullus eſt idoneus teſtis in cauſa propria.*

45 *Affinis raptorem affinem impune quo ad uitam, recipere poteſt.*

46 Demon-

46 *Demonſtra.io fruſtratoria eſt, quæ adijcitur rei ſatis demonſtratę.*

RESPONSVM XXXVIII.

¶ An matrimonium contractum cum raptore in faciem eccleſiæ durante cauſa præcedentis metus ualeat, ubi muita de reprobatione teſtium.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Et ſi ꝓbetur d.Miſinam raptã fuiſſe, uidetur nihilominus matrimonium ꝯctum cum raptore ualere & tenere: per tex.in c.pen.& fi.de rap.ubi
1 † ualet matrimonium ꝯctum cum raptore: per quę iura.
2 l.j.C.de rapt.virg.eſt ſublata quæ † prohibebat matrimonium inter raptorem & raptam, & ius canonicum in ma
3 trimonijs & ſpiritualibus † ſeruatur, & maxime in terris eccleſiæ, in quibus non ſolum in ſpiritualibus, ſed in omni caſu ſeruatur: ut nota. in c.1.de noui oper.nun.in l.priuilegia.de ſacroſan.eccl. ſed hic ſumus in matrimonijs & in terris eccleſiæ, ergo ualuit & ualet iſtud matrimonium ꝯctum, cum d.domina Miſina dato ꝙ fuerit rapta. & hoc tanto magis: quia in facie eccleſię ꝯctum fuit iſtud matri
4 monium.l.in † præſentia multorum, iuxta not.per Abba. in c.fi.de clandeſt.deſpon. & per uerba de pręſenti ac ſpõte ut dr̃ probatum per plurimos teſtes, quibus probatur metus, & raptus purgatus eſt, cum metus præcedẽs ex ſe
5 quenti actu † ſponte facto purgetur.l.2. C. quod met.cã. & ibi plene per Bal.Alex.& cõiter doct.& per Bal. in conſi.ccxl.Donatio facta.lib.1.per Alexã.in conſi. 227.Viſo inſtrumento.col.1.li.v. cum ſimi. & in terminis ꝙ raptus
6 † purgetur per ſubſequens matrimonium ſponte ꝯctum quo ad ualiditatem matrimonij: caſus eſt in d.c.fi. de rapto.& quod metus præcedens purgetur per copulam carnalem ſubſecutam text.eſt in c.conſultationi. de ſpon. & matr.& ibi not.glo.2.& Abbas.

¶ His tamen non obſtantibus maturius cõſiderando puto ꝯtriam partem de iure ueriorem, & præſuppono ꝙ iſta domina Miſina fuit rapta uiolẽter de nocte á pluribus viris armatis, cũ minis de eam interficiendo, niſi ſecũ iret, & incontinenti hoc eſt anteq̃ uiri armati ſe conferant ad extraneos actus fuit ad Ferrariam ducta, & ſtatim deſpõſata, ita ꝙ eadem die omnia iſta fuerunt expedita ut legitime deponunt teſtes producti pro parte dominę Miſinę, ac ipſa domina Miſina idem deponit conſtituta coram reuerendiſsimo epiſcopo Subaſtẽſi ciuitatis noſtræ uicario digniſsimo, ac idem depoſuit coram agente illuſtriſsimi ducis Ferrariæ, ſ.ſe fuiſſe raptã, & coacte ꝯxiſſe matrimonium, ac copulã carnalem non fuiſſe ſecutam. nonnulli ẽt teſtes pro parte raptoris producti ꝯ̄ dicta deponũt: ut primus teſtis qui deponit de coadunatione uirorum armatorum, & puellę coactę apprehenſionem &c.& ꝙ cum uiris armatis fuit ducta Ferrariam eadem die & ſtatim deſponſata deponunt Ludouica de Turi, & Ioan.Franciſcus de Salutijs & nonnulli alij.

¶ Secundo pręſuppono quod fuit deſponſata abſque pręſentia, & conſenſu aliquorum attinentium.d. dominæ Miſinæ ut deponunt teſtes producti pro parte raptoris, ſcilicet.d.Ludouica de Turi, & Ioan. Franciſcus de Salutijs, & Franciſca de Salutijs.

¶ His ſic præſuppoſitis dico qđ cum fuit ui & metu rapta & incontinenti deſponſata quod matrimonium tanquã ui & metu ꝯctum eſt ipſo iure nullum, quia licẽt metus &
7 uis non excludant † conſenſum, & per conſequens nõ annullent actum ipſo iure.l.ſi mulier.§.pe.& fi.quod me.cã. tamen ſecus eſt in matrimonio, & in alijs caſibus ſpiritua
8 libus.tex.eſt † in c.cum locum.& ibi glo. Abb. & doct.de ſponſa.& eſt cõis opi.ut atteſtatur Alex.in conſi. 89. uol. 3.in caſu.ſequitur idem Alex.in conſ.80.uol.7.Cor.in cõſi.41.in 2.uol. & rõ eſt ſm Gaſp. de Cald. & Abb. in loco
9 præalleg.quia in matrimonio concurrunt tria bona, ſ. † fides, proles, & ſacramentum.c.fi.de ꝯdi. app.q̃ omnia metus excludit, ergo actus tanq̃ ſine ſubſtantia eſt ipſo iure nullus, & ſuper qualitate metus quod ſit talis qui cadat in ꝯſtantem uirum uerba non facio, cum fuit raptus uiolenter factus de nocte cũ armis ab hominum multitudine incognitorũ unius miſerrimæ puellæ quæ uix agebat 12. annum, cum nulli dubium eſt ꝙ ſtrepitus, ſeu terror
10 † armorũ eſt ꝑ ſe ſufficiens abſq; eo ꝙ habentes arma illis vſi fuerint, & ſic abſque ulla cõminatione, uel percuſſione.l.3.§.qui armati. & ibi not. doct. de ui & ui armat. not.gl.& doct.in l.1.C.unde ui.& dicit gl.in d. §. qui armati.quã ſequitur Ang.ꝙ iſtud procedit, & ſi armati de
11 poſuerint arma, immo metus † uerborum eſt iuſtus. c.accedens.de ꝯuer.coniug.& ibi ꝑ Inn.ꝑ Bar. & Ang.in l.ad uendicandum.quod met.cau. & per doc.in c. cauſam matrimonij.de offic. deleg. ergo omnia iſta inducunt metũ qui cadit in conſtantem uirum, immo conſtantiſsimum, & tanto magis attenta qualitate perſonæ, temporis, & rei
12 † quæ conſideranda eſt. l. aut factæ. de pęnis. & in metu plenė per Dec.& omnes in c.ſi iuſtus metus.de appel.

¶ Nec poteſt dici metum ſolum hunc probari interueniſſe in captura & tranſductione ad Ferrariam, in matrimonio uero ꝯhendo minime probari, ſed potius probatum fuiſſe per teſtes raptoris dominam Miſinã matrimoniũ ſponte ꝯxiſſe, & copulam carnalem ſequutam fuiſſe, qm̃ reſpondeo ex quo probatus eſt iuſtiſsimus metus, & in captura, & in tranſductione ad Ferrariã, & incontinenti nuptiæ fuerunt ꝯctæ, ſequitur concludenter probatum fuiſſe metum quoq; in ipſis nuptijs interueniſſe, cum iudex
13 debet arbitrari † metum præcedentem in actu incontinẽti ſecuto adeſſe, licẽt uideatur ſponte factus: ſm Bar. Albe.& moder.in l.ſi ob turpem.de cõd.ob cau.Bal. & doc. in l.2.C.quod met.cau.Bal.& Ang.in l.qui aliena. in §. fi. de acqui.hæred.& per Imo.& doc.in c.1.quod met. cau.
14 & ideo confeſsio facta in tormentis ſi † eadem die depoſita tortura ſit facta dr̃ facta metu tormentorum: ſm Iaco.Butrig.Bal.& Ang.& moder.in d.l.2.C. quod met.cã. ergo cum eadem die, immo incontinenti nuptię ſecutę ſunt dicũtur metu celebratę: & facit quia iſta mulier erat in manibus & poteſtate illorum, & nulli eius attinentes aderant, & cauſa metus fuit ipſa rapina, & illud deuenire in manibus & poteſtate illorũ, quæ cum durent licẽt poſtea celebrando actum uideatur ſpõte agere, tamẽ actus
15 † dr̃ meticuloſus, cum durent eadem cã metus.& ideo dixit Bar.quem cæteri ſequuntur in d.l.ſi ob turpẽ. de con
17 *Ratio legis generalis attenditur, licèt eius dictum ſit ſpeciale.*
18 *Emptor conditionem, & qualitatem,ac iura uendentis ſcire debet,aliàs ſibi imputatur.*
19 *Forenſis cum alio contrahens, prætextu ignorantiæ excuſatur, quia debet inueſtigare conditionem, & iura cum ipſo contrahentis.*
20 *Regula,quæ habet in facto alieno præſumi ignorantiam, non procedit quando quis tenetur inueſtigare.*
21 *Declaratio ad dictum Bar.in l.creditores.C.de pignori.*
22 *Actionis nomen neceſſario libello non eſt exprimendum, ſed ſufficit narrare factum ex quo colligitur.*
23 *Dominus,ſecundum multos doctores, poſſeſsione non priuatur in terminis.l.fi.C.de acquiren.poſſeſsio.*

Remedia.

24 *Remedia.l.fi.C.de acquiren.poſſeſsione.l. creditores.de pignori. in ſpecie neceſſario non ſunt exprimenda, ſed ſatis eſt quòd intẽtentur à libellante, uel per expreſsionem, uel facti narrationem uel per clauſulas generales.*
25 *Libellans reſpectu poſſeſsionis rectè agit, ſi ſe referat ad inſtrumentum conſtituti, ubi agitur ſola facti ueritate inſpecta.*
26 *Scientia litis & ſententiæ interueniente, ad impediendam ſententiæ executionem, tertius amplius non admittitur.*
27 *Res euicta non dicitur, quantumcunque fuerit ſententia lata.*
28 *Epiſtola probat aduerſus ſcribentem.*
29 *Malæ fidei ædificans non debet habere melioramenta.*

RESPONSVM. XLII.

¶ An ad hoc ut per conſtitutum transferatur poſſeſsio requiratur probari, conſtituentem tpe cõſtituti poſſediſſe: & qualiter probetur poſſeſsio: & qñ habeat locum remedium.l.fi.C.de acq. poſſeſſ. & qñ dicatur intentatum remedium.l.creditores.C.de pigno. & quando admittatur tertius ad impediendam executionem.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Licèt primo rem dubiam faciebat, cum ad hoc ut cõſtituens transferat poſſeſsionem, requiritur
1 † probari conſtituentem tpe conſtituti poſſediſſe: iuxta tradita in l.quamuis.§.ſi conductor. & in l.ꝙ meo, de acq.poſſ. quòd hic minime probatum dr̃, cũ primus teſtis deponat de anno.1523.& ante: & nihil de tpe conſtituti, ſcilicet de anno.1525.immo de illo ann.1525. deponit ꝙ magiſter Lucas poſſedit: ergo non conſtituẽs
2 cum duo inſolidum non poſſunt † poſsidere.l.3.§.ex contrario.de acq.poſſeſsio. Itẽ tertius teſtis deponit de poſſeſsione per ſex annos ante, non tñ immediate de illo tẽpore: immo neſcit de quo die, & an iure cõductionis poſſederit. Attamen rectè intuenti apparet ſufficienter probatum fuiſſe conſtituentem tpe conſtituti poſſediſſe. Nã ſecundus teſtis optime deponit conſtituentem tpe conſtituti poſſediſſe, & melius non poſſet deponere ut ẽt fatetur dñus iudex. Primus quoq; teſtis optime deponit de poſſeſsione, cum deponat eum poſſediſſe &c. & licèt dicat ab anno.1513.& citra continue per annos decem, uel circa: & ſic uſq; ad annos.23.uel 24.& nihil de anno.25.in quo fuit factum conſtitutum: quia ex quo probat de præce-
3 denti tpe: & longo: & regula iuris eſt † ꝙ ille qui poſsidebat preſumitur poſsidere: ut in l.ſiue poſsidetis.& ibi gl. & Paulus de Caſt.& alij: ad idem Paulus de Caſtr.in l.non ignorabit.C.ad exhibendum.dr̃ optime & concludenter probare de illo tpe annis.1536.cum ſufficiat quod pro-
4 batio † concludat ſecundum terminos iuris, ex quib. lex præſumit & ſic præſumptiue. ita Baldus in l. non hoc.in fi.& ibi ſequuntur alij.C.unde cognati. hinc eſt quòd dñi de Rota dicunt in deciſione.11.de probationibus in anti
5 quis ꝙ ſufficit probare aliquem † fuiſſe excommunicatũ ante electionem: quia ẽt præſumitur ꝙ eſſet excommunicatus tempore electionis, & ꝙ iſta probatio præſumptiua concludat & ſit ſufficiens late poſuit Decius in d.c.in præſentia. ergo iſte teſtis concludenter probat: & ita dici debet de tertio teſte; qui quoq; deponit de precedenti poſſeſsione, & ſic per tres teſtes optime probatur poſſeſſorem fuiſſe tpe conſtituti, & maxime quia iſta probatio adiuuatur multis adminiculis, uidelicet ut ex inſtrumento uenditionis facte illis de Bocha de Feris, & ẽt ex inſtrumento aſsignationis, quæ licèt non probent neceſſario per tradita per doctiſsimum ac iuſtum iudicem, tñ qualemqualem fidem faciunt: attẽto eo ꝙ eſſe debet, non qđ põt: quòd quidem præſumitur, iuribus uulgaribus.& traditur in c.quia uериſimile.de probationibus. ¶ Secundò principaliter reſpondeo ꝙ cum hic agitur de probanda poſſeſsione reſpectu conſtituti ſuccedit dictum notabile Matheſ.in notab.iij.incip.Nota ꝙ in indicijs. ubi uoluit
6 ꝙ ſufficiat probari † poſſeſsionem per unum teſtem: ſequitur Deci.in conſ.252.Agitur.col.ij.& ſaltem erit deferendum iuramentum in ſupplementum probationis: ut
7 per † Alex.in conſ.91.In cã.& lite.col.j.li.5. Immo iudex põt parte non petente ſubminiſtrare iurm in defectũ pro
8 bationis, cum fuit appoſita illa † cl̃a petens ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari: ut per Alex. in conſi. præallegato. 91. In cã.& Deci.in præalleg.conſi.252. ¶ Tertiò dico probari per primam poſitionem ubi magiſter Lucas fatetur tentam & poſſeſſam fuiſſe per Bernardum. idem dicit in ſexta poſitione, ergo amplius non eſt diſputandum, cum
9 nulla † maior probatio ꝗ partis aduerſæ confeſsio.l.gñaliter.C.de non nume.pecu.cum ſimilibus.& ſi dicatur in ſexta poſitione, reſpondet de auditu, dico ꝙ ſi dictum te-
10 ſtis † de auditu facit qualemqualem probationẽ, & talẽ pſumptionẽ ut transfert onus probandi in aliam partẽ: ut per Romanum in l.ſi uero.§.de uiro.ſoluto matrimo. col.fi.per Alex.in conſi.77.In cã annexationis.col.ij.li.j. per Romanum in ſingul.350.Teſtimonium. ubi iſtud dictum exclamat: ſi igitur trãsfert onus probandi in reum
12 † ꝯ̄ quem inuitum producitur, quanto fortius in illum ꝗ ipſemet id eſſe atteſtatur, & tanto magis cum ſimpliciter id prius atteſtatus eſt, ergo nihil põt dicere quouſque nõ probauit ꝯ̄rium, uel ſaltem iſta qualiſqualis probatio, cũ deductis in prima reſpõſione optime probat. ¶ Quartò reſpondeo ꝙ licèt per conſtitutum non probatur poſſeſſio, niſi probetur conſtituentem poſſediſſe, tñ per ſolum
12 conſtitutum ꝯ̄ † conſtituentem poſſeſsio probatur: ſm Ang.in l.quædam naturaliter.de rei uen. per Soci. in ꝯſi. 106.uol.3.Libenti.col.j.& ſic ſi ꝯ̄ Muſcoronum probatur per conſtitutum poſſeſsio, ergo & ꝯ̄ habentes cãm ab eo,
13 & qui in eius locum ſucceſſerunt per † regulam iuris, qui in ius alterius ſuccedit, iure eius uti debet.l.qui in ius.de regul.iur.cum ſimilib.de quibus ibi: & nõ debet eſſe melioris ꝯdõnis ſucceſſor quàm ipſe principalis, nec ipſe principalis potuit in eum transferre ꝙ non habebat. l. nemo plus.de regul.iur.cum concordan. & tãto magis quia tractatur de probanda poſſeſsione illius authoris in cuius locum alij ſucceſſerunt: & iſtud ſatis rõnabile vr̃ per regulas ſupradictas: ꝙ tñ pro nunc abſolute admitto: ſed ex abundanti dixiſſe uolui cum per alia ſupra adducta ſatis liquidiſsime probatur, tpe conſtituti conſtituẽtem poſſediſſe. ¶ Secundò principaliter rem dubiam faciebat dictũ Aret.in l.exitus.de acquir.poſſeſſ.ſm dominum iudi-
14 cem, ubi dicit ꝙ ut remedium.l.fi.de † acq.poſſeſ.habeat locum ꝯ̄ tertiũ poſſeſſorem, requiritur ꝙ ille poſſeſſor ſciuerit uel ſcire debuerit tradẽtem poſsidere noïe alterius ꝙ non eſt in caſu noſtro, cum iſtud erat factum alienum, in quo tolerabilis eſt ignorantia.l.fi.pro ſuo. cum ſimilibus. Sed ad iſtud reſpondetur ꝙ communis opinio eſt ꝯ̄ Areti.cum Iacob.Butrigar.Bald. & Angel. & communiter doctores in d.l.exitus.& in l.fina.de acquiren. poſſeſſ. dicunt indiſtinctè quòd ſi interuenit conſtitutum habet locum remedium dictæ.l.fina.nulla facta excuſsione, ſiue ille qui recepit ignorauit, ſiue ſciuerit: & quòd iſta ſit cõmunis opinio & intelligatur indiſtinctè fatetur ipſe Are. in d.l.exitus.dum dicit quòd illa eſt communis, & uidetur quòd non procedat, & ꝙ dicta docto.nõ poſsint ſtare quando emens ignorabat illum poſsidere nomine alterius, ergo docto.loquebantur in hoc caſu, cum impugna
15 tio † præſupponat impugnatum ſicut priuatio habitum. l.decem.de uerbo.oblig.l.manumiſsiones.de iuſti. & iure. immo non uidetur ſe firmare in illa limitatione, cum ſtatim allegat rationem pro communi opinione, quæ habet locum tam in ſciente quàm in ignorante, ut per eum: ergo non eſt opus excuſsione. quæ ratio habet locum tã in uno caſu quàm in alio, cum ſecundum omnes utroq; caſu habet locum remedium.l.fina.licèt diuerſimodè: & ideo ipſe dicit pro opinione prima facit &c. ¶ Præterea ipſemet Areti. tenuit hanc communem indiſtinctè in ꝯſi.127.In cauſa.in fi.& eum in ſpecie impugnat in d.l. exitus.Clau.Seiſellus.& reſpondet rationi Areti.ut per Alexan.in l.peregre.§.quibus.eod.titul. & iſtam opinionem communem eſſe indiſtinctè ueram probo per text. in d.l.
16 fi.ubi principalis intentio † fuit ſuccurrere dño ne priuetur poſſeſsione ſua, & ſi priuetur ut eã recuperare poſsit, quæ principalis intẽtio colligit̃ ex rõne aſsignata in tex.

ibi,nihil penitus dño præiudicij generetur ne ex aliena malignitate alienũ dãnũ emergat. Itẽ probat in illis uerbis,hoc etenim tm̃modo ſancimus ut dñs nullo mõ aliquod diſcrimen ſuſtineat ab his quos tranſmiſerit: quæ uerba ſunt gñalia & prægnantia,& comprehendunt tam caſum quo emens ignorauerit quàm quo ſciuit, cũ tex. ſolum conſiderat fieri præiudicium dño: nullo mõ ergo in caſu ignorantiæ loquitur,& bene facit,quia eſt uniuerſalis negatiua, quæ in totum & omni caſu negat, & ſi in parte falſificatur in totum redditur falſa.l.ſi is qui ducenta.§.utrum.de reb. dubijs. cũ ſimili.& gñaliter loquitur, ergo gñaliter debet intelligi. l. de pretio. de publi. ergo quanto fortius in hoc caſu, cum rõ ſit ne dñus priuetur, q̃ militat ita in uno caſu ſicut in alio, licèt reſpectu ementis & ſi aliquid differentiæ poſsit eſſe,de ea lex non curauit,reſpectu illius beneficij,ergo &c.

¶ Nec pôt dici quòd ponit caſum qñ colonus deſidia
17 amiſit,non per traditionẽ,quia ex quo poſtea ponit† rõnem gñalem,attenditur rõ & non dictum.l.regula. §.fin. de iur.& fac.igno.& ibi Bar.& Bald.cum ſi. Sed ut magis dubitanti ſatisfiat dico eſto ꝙ dictum Aret.ſit uerũ, nec cõi opin.refragetur dico ꝙ facit pro nobis:quia dicit cõmunem procedere in eo qui ſciebat,uel ſcire debebat &c.
18 uerba ſunt Aret.ſed in caſu nr̃o † emens ſcire debebat ꝯditionem & qualitatem,ac iura uendentis, aliàs ſibi imputandum eſt:per regulam.l.qui cum alio.de regu.iur.& in dubio præſumitur ꝙ ille qui ꝯhit ſciat ꝯdõnem & iura eius cum quo ꝯhit:ut not.Bal.in l.inciuile. C. de furt.per
19 illum text.adeo ꝙ † forenſis non excuſatur:quia debet inueſtigare ꝯdõnem & iura ꝯhentis:ut not.Cuma. in conſi. 26.Cum ſtatutum Paduę.& multa accumulat Dec.in d.l. qui cum alio. & hoc caſu ceſſat regula ꝙ in facto alieno præſumitur ignorantia: quia non habet locum quando
20 quis † tenetur inueſtigare: nam per iſtam obligationem dr̃ quodammodo factum ſuum &c. ¶ Nec ẽt placet ꝙ pactum de ingrediẽdo à pari ꝑcedat cũ remedio.l.fi.niſi affirmatiue, ſcilicet ſi competit remedium.l.fi. ergo in hoc caſu poterit ei competere pactum de ingrediendo:& ita
21 † loquitur Bart.in l.creditores.ſed non negatiue, cum illud ſit uniuerſale remedium.l.fina. particulare in ſuo caſu: & in hoc non me extendo cum non ſit neceſſarium.

¶ Circa aliud dubium quo dr̃ non fuiſſe intentata remedia opportuna,nec ex gñali cl'a comprehendi, cum non conueniant facto breuiter me abſoluo:cum in alia allegatione plura dixi,& pro nunc dico quod ſunt expreſſe intentata,cũ in petitione factum eſt uerbum de pacto de ingrediendo, & de conſtituto,ſeu precario: & poſtea dictũ eſt quod petit ſe aſſociari &c.non intẽdo præiudicare alicui ſuo iuri tacite uel expreſſe,quð caſu dr̃ uti pacto de ingrediendo:iuxta theoricam Saliceti in d.l.creditores. Immo non eſt uerum quod requiratur quod exprimatur
22 † nomen actionis.c.dilecti.de iudicijs. ſed ſufficit narrare actum ex quo colligatur, ſed in petitione noſtra factũ optime fuit narratum:in quo fuit facta mentio de precario,de pacto,de ingrediendo, & de poſſeſsione exiſtente penes tertium: ex quo facto optime colliguntur oĩa iſta remedia,nec repugnant illa uerba, ꝙ auocauit precariũ: & ſic quod habet poſſeſsionem, quia non dicit expreſſe quod habeat poſſeſsionem,& caſu quo diceret,compete
23 ret remedium.l.fi. cum ſm̃ Salicetum † & multos ibi dominus non priuatur poſſeſsione, & ſic competit habenti poſſeſsionem:& licèt multi teneant quòd priuetur poſſeſſione, non tñ negant quin detur ꝑp detentationem, immo doctores in l. creditores, ꝓſupponunt poſsidenti ius ingrediendi ex pacto competere ſi recte ꝯſiderentur, dixi ibi in repetitione mea ſuper d.l.creditores.ut ibi, nõ me extendo.nec Alex.nec Soci.& Aretinus allegati in ꝯrium dicunt ꝙ requirant in ſpecie exprimi remedia, ſed dicũt
24 ꝙ debent intentari † à libellante: quod pôt eſſe per expreſsionem,uel per narrationẽ facti, uel per clauſulas generales,cum tñ operat̃ genus quo ad genus, quantũ ſpecies quo ad ſpeciẽ.l.ſi chorus.de legatis.j. l. ſi duo.de teſtamentaria tutel.l. ſicut. de actioni. & obliga.nec conſi. Cornei in conſi.31.col.j.uol.3.facit, quia loquitur de cl'a petens iuſtitiam ſibi miniſtrari &c.ibi non aderant oĩ meliori mõ,& oẽ aliud &c. ſaluis alijs &c. & multa alia quæ fuerunt hic.Item hic conuenit narratio facti: quæ ibi nõ conuenit.Præterea Aret.in conſi. 127. dicit ꝙ ubi agitur
25 ſola ueritate inſpecta ſatis,† eſt quòd libellans ſe referat ad inſtr̃m in quo ſit conſtitutũ &c. ſed hic agitur hoc mõ ẽt ex forma ſtatut̃i,& ſit mentio in libello de inſtr̃o,ergo ſatisfactum eſt huic expreſsioni &c. ¶ Circa aliud dubiũ de tertio comparente ad impediẽdam executionem,qm̃ iudex non facit fundm̃ ſuper illo,breuiter me abſoluo,& dico hunc tertium eſſe ipſum reum conuentum uenientẽ tanquàm ceſsionarium,& illa iura prius fuiſſe deducta ꝑ ipſum ceſsionarium ad ſui fauorem in primo iudicio, & illo non obſtante fuit lata ſnĩa ꝯ eum & ſic ꝯ illud inſtrumentum,licèt non per eundem modum deductum, ergo non pôt uenire niſi per uiã appellationis. ¶ Præterea cũ fuit actum ꝯ ceſsionarium cedente,ſciente, & tacente tẽpore proceſſus,ut conſtat in proceſſu, ced ens nec ceſsionarius noĩe cedentis tanq̃ tertius non pôt impedire executionem ſententiæ,cum in oĩbus caſibus quibus admit
26 titur tertius † interueniente ſcientia amplius non admittitur: ſm̃ Inno.in c.cum ſuper.de re iudica. & ibi Ant. de But.col.12.& per Inno.in c.cum in iure. de officio deleg. & per Alex.in l.ſæpe.de re iudica.col.7.ergo iſtæ ceſsionarius principaliter comparens tanq̃ tertius non debet audiri,cum & ipſe tertius audiri non potuiſſet. ¶ Præterea non pôt ẽt ceſsionarius uenire ex perſona cedentis, quia tñ cedens pôt uenire in caſu litis & euictionis & ſic copulatiue, ad cuius ueritatem requiritur implemẽtum utriuſque.l.ſi hæredi plures.de conditio.inſtit. §.fi. inſtitu.de hæredi.inſtitu.ſed quantumcunque ſit lata ſnĩa per
27 hoc non dr̃ res † euicta.l.habere.de euictio. & ibi notant omnes per Alex.in ꝯſ.118.Qm̃.col.iiij.uol.6.ergo fruſtra admittitur cuius euentus nihil pôt operari.De melioramentis uerbum non facio,tum quia non ſunt probata,& cum ſint facti non præſumuntur.l.in bello.§.factæ. de capti.& poſtlimi.reuer.tum ẽt quia fuit in mala fide, cum ipſemet fateatur illam domum prius fuiſſe obligatã iſtis de Miniatis & de Pizonibus anterioribus creditoribus: ut in poſitione.22. & licèt dicat de auditu, nihilominus illud eſt potens ad conſtituendum eũm in mala fide cum ſufficiat perueniſſe ad ſui notitiam, iuribus uulgaribus maxime accedẽtibus nonnullis ſuis epiſtolis:quib. aperte apparet eum plenam habuiſſe ſcientiam. Nam epiſto-
28 la † probat ꝯ ſcribentem.l.ꝑpublia.depoſiti.per Bartol.& alios,ubi dixi in l.admonendi.de iureiuran.& malæ fidei
29 ædificans non debet † habere melioramenta:ut per doctores in l.in fundo.de rei uendi.& in l.ſi in area. de condi.inde.cum ſimi.Ex his puto ſatisfactum eſſe domino iudici,cui me plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Actum faciens iudicis militibus præſentibus,iuſtam timoris cauſam habuiſſe non dicitur.*
2 *Actus metu celebratus non dicitur, niſi metus talis interuenerit qui in uirum conſtantem cadere poſsit.*
3 *Teſtibus infamibus,& uilibus non eſt adhibenda fides.*
4 *Cauſa matrimonialis teſtes requirit omni exceptione maiores.*
5 *Pro matrimonio iudicandum eſt.*
6 *Teſti in uno falſo,in nihilo creditur.*
7 *Affinibus fides adhibet̃, qñ dubitat̃ an mr̃imoniũ fuerit ſecutũ.*
8 *Metus & dolus ex coniecturis probari poſſunt.*
9 *Qualitas rei facilius probatur quàm ipſa res.*
10 *Mutuum licèt per iuramentum probari non poſsit, qualitas tamen rei mutuatæ,eo modo probari poterit.*
11 *Qualitas rei facilius præſumitur, ipſa re.*
12 *Metus iuſtus dicitur & in conſtantem uirum cadit,qui ex terrore armorum,uel corporis cruciatu inſurgit.*
13 *Metus iuſtus dr̃ qui terrore armorum incutit̃ ẽt depoſitis armis.*
14 *Teſtibus duobus deponentibus de metu magis creditur, quàm mille deponentibus de libera uoluntate.*

Teſtes

15 *Teſtes duo ſufficiunt ad pleniſsimam probationem.*

16 *Publica uox & fama faciunt non ſolum indicia, ſed ſemiplenam probationem.*

17 *Publica uox & fama unico teſti adiuncta facit plenam probationem.*

18 *Actus ab eo celebratus qui ſolus erat in domo alterius, qui habebat arma, & comites armatos, & qui ad libitum poterat eũ interficere, uerisimiliter metu factus cenſebitur ſi metum is qui geſsit alleget.*

19 *Lex præſumit, & uerisimile putatur, quemlibet manere in eodẽ propoſito.*

20 *Teſtium dicta à uerisimilitudine multum adiuuantur.*

21 *In claris non eſt opus coniecturis.*

22 *Beroarij regulariter in teſtes admittuntur in actibus in quibus ipſi interuenerunt.*

23 *Teſtes aliquo defectu laborantes publica fama & uerisimilitudine ita adiuuantur, at quod ſoli non poterant ratione, poſsint adiuncti.*

24 *Dictio circa, patitur & permittit quod teſtis uno tempore factum aſſerebat aliò tempore factum fuiſſe, etiam diſtanti per menſem, & ultra.*

25 *Falſitas quæ non tangit dictum, ſeu negotium principale, non facit dicta teſtium reprobari.*

26 *Contrarietas modica in facto principali teſtium dicta uitiare nõ habet.*

27 *Vnius uox cenſetur eſſe nullius.*

28 *Carnalis copula ſatis probatur, ſi conſtet aliquem in domo alicu ius mulieris ſolum cum ſola deprehenſum.*

29 *Obſtetricibus de uirginis deſloratione deponentibus, tãquàm in arte expertis, eſt credendum.*

30 *Fornicationes difficilis ſunt probationis, & uiolentis præſumptionibus probantur.*

31 *Diſpoſitio cap.1. & 2. de adulterijs ſibi locum non uendicat, niſi prius conſtet uirum mulierem ſeduxiſſe, & ſtupraſſe, illamque uirginem fuiſſe.*

32 *Dictio ſi, ſignat conditionem.*

33 *Conditio denotat formam.*

34 *Ea quæ ſunt de forma proprie adimpleri debent.*

35 *Fundans ſe in aliquibus iuribus, qualitates ab ipſis iuribus requiſitas probare tenetur.*

36 *Statutum puniens abducentem mulierem honeſtæ uitæ, bonæ conditionis, & famæ non procedit, niſi probatis qualitatibus ab ipſo requiſitis, etiam quòd abducens confeſſus fuerit talem ſe abduxiſſe mulierem.*

37 *Probationes præſumptiuæ, quæ in his admittuntur quæ ſunt difficilis probationis, uehementes & propinquæ eſſe debent.*

38 *Præſumptiones ſeu indicia, ex quibus præſumptiue reſultat probatio, plene probari debent.*

39 *Stuprum, ex eo quòd quis ſolus cum ſola in domo deprehenſus fuerit, eo tunc non præſumitur, quando naturæ impoſsibilitas, propter temporis breuitatem repugnat.*

40 *Præſumptio non cadit ſuper impoſsibili.*

41 *Præſumptio particularis aliam tollit generalem.*

42 *Præſumptio tendens ad tollendum delictum, aliæ præſumptioni delictum inducenti præfertur.*

43 *Tex. in cap. tertio loco. de præſumptionib. & in cap. literis. & c. præterea. de teſtibus non procedunt, concurrentibus qualitatibus & præſumptionibus contrarijs.*

44 *Probatio debet neceſſario concludere.*

45 *Præſumptio quæ habet, iuuenẽ formoſum inuentum in domo pulchræ mulieris, cenſeri adulterium, non procedit quando muliere inſcia domum fuerit ingreſſus.*

46 *Reſponſio regulariter ſine qualitate ei adiuncta, acceptari non poteſt.*

47 *Iudicandum eſt ſecundum regulam.*

48 *Qualitas à reſponſione ſeparari non poteſt, quando adeſt præſumptio pro qualitate reſponſionis.*

49 *Poſitio multiplex reijcienda uenit, & eidem facta reſponſio.*

50 *Reſponſio impertinenti poſitioni facta, nocere non debet.*

51 *Poſitio ſpecialiter expreſſa, non comprehenditur ſub alia generali poſitione.*

52 *Probationem non ſufficit præſumptiue concludere, quando ea quæ cauſant præſumptionem, ex partis confeſsione probantur.*

53 *Confeſsio rei, ad confitentis fauorem interpretari debet.*

54 *Confeſsio eſt releuatio ab onere probandi.*

55 *Nomine proprio licèt aliàs quis aliquid feciſſe præſumatur, tamen quando ex confeſsione probatur factum, non præſumitur nomine proprio.*

56 *Textus in c. literis. & c. præterea. de teſtibus & in c. tertio loco de præſump. procedunt quando non ſolum probatur uirum fuiſſe cum muliere, ſed fuiſſe ſolum & in loco ſecreto, aliàs ſibi nõ uendicant locum.*

57 *Interpretatio contra interrogantem fieri debet.*

58 *Interpretatio fieri debet contra eum qui ſe fundat in ſcriptura.*

59 *Publica uox & fama, quando in contrarium adſunt particulares præſumptiones, non habetur in conſideratione.*

60 *Copulatiua, requirit utranque partem eſſe ueram.*

61 *Argumentum de maiori ad minus non procedit affirmatiue.*

62 *Præſumptio probationis præſumptæ, non datur.*

RESPONSVM XLIII.

¶ Quando metus illatus in ꝯhendo matrimonio dicatur ſufficienter probatus: & quando habeat locum diſpoſitio cap. primi & ſecundi de adulterijs.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In præſenti cã de duobus contingit dubitari. Primo an metus illatus in ꝯhendo matrimonio ſufficienter probatus ſit. Secundo, an diſpõ ca. primi & ſecundi de adulterijs, loquens in ſtuprante uirginẽ, hoc caſu ex deductis proceſſu locũ ſibi uendicare poſſit. ¶ Circa primum uidebatur concludendum eſſe, metum ſufficienter probatum non fuiſſe ex pluribus. Et primo, qm̃ cum præſupponitur nonnullos de familia guber-
1 natoris præſentes extitiſſe † non habuit iuſtam cãm timoris, argumento notatorum in l. fi. quod metus cã. per Bartolum in l. frater à fratre. 15. col. de conditione indebiti. per Bald. & doct. in l. polla quidem. C. de his quibus ut indignis. ubi præſentia iudicis purgat oẽm metum. Nam non eſt uerisimile patrem puellę intuliſſe metum in præſentia militum, cum eum in carcerem deduxiſſent: poterat enim & debebat implorare auxilium militum curiæ gubernatoris, qui eum ſaltem à metu defendiſſent. Et ita apparet in hoc caſu non eſſe præſumendum metum, ſaltẽ
2 qui cadat in conſtantem uirum prout † requiritur: ut notatur in l. ij. C. de his qui per metum indic. non appel. & in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus.

¶ Secũdò comprobatur ex qualitate teſtium. Nam duo adſunt milites beroarij, & per ꝯñs pauperes, infames ac
3 uiles, quibus non † eſt credendum: ut per Bald. & Salicetum in l. etiam iure. C. de teſtibus. per Bald. in l. final. in 8. quæſtione. C. de edicto diui Hadria. tollen. maxime in
4 cã matrimoniali in qua † requiruntur teſtes omni exceptione maiores. cap. primo ubi gloſſ. & doctores de conſanguinita. & affinita. Alexander in conſilio. 47. in penultima colum. uolumine quarto. Decius in conſilio. 153. &
5 & merito † quia pro matrimonij iudicandum eſt: ut notatur in cap. fina. de re iudica.

¶ Tertiò quia deponunt falſum, cum dicant factum fuiſſe circa feſtum natiuitatis, & aſſeritur factum fuiſſe circa
6 principium menſis Octobris, & teſti † in uno falſo in nihilo creditur, doctores in l. qui falſa. de teſtibus Alex. in conſ. centeſimoduodecimo uol. 4. ¶ Accedat quoque depoſitio Camilli de Peducijs qui aſſerit liberum fuiſſe ma
7 trimonium, & licèt ſit affinis ei credendum eſt, cum † ẽt affinibus fides adhibeatur qñ dubitatur an matrimoniũ fuerit ſecutum: ut per Lanfrancum in capit. qm̃ ꝯ. in 18. charta. de probationibus.

¶ Melius uero dicta teſtium perſcrutando, dico optime metum probatum fuiſſe, non obſtantibus ſupra deductis
8 & præſuppono metum † probari poſſe per ꝯiecturas, ſicuti & dolus: ut uoluit Petrus de Ancha. in conſi. 130. Viſa ſupraſcripta. Iaſ. poſt Salic. in l. interpoſitas. C. de tranſactionib. colu. ij. ubi dicit metum ſicut dolum per indicia probari poſſe: ut in terminis in matrimonio metu contracto, ſufficere per coniecturas metum probari. uoluit

Corneus in conſi.41.Vř in præſenti conſultatione.col.3.
uol.2. Et merito qm̃ & ſi in cã matrimoniali requirerent
teſtes oĩ exceptione maiores,tñ in hoc caſu ſufficiunt cõ-
iecturæ & indicia ad probandum metum,prout ſui natu-
ra regulariter probari põt,cum non agitur de matrimo-
nio principaliter an ſit ꝯtum necne,ſed de qualitate ma
9 trimonij,& † qualitas rei facilius probatur quàm res ip
ſa. ¶ Et proprerea licèt mutuum non poſsit probari per
10 iuramẽtum,† qualitas tñ rei mutuatę probari põt:ut uo
luit Raynerius de Forliuio in l.j.de in litem iurando. per
Veronenſem in cautela.211.aliquis mutuauit.ponũt mo
derni poſt Bar.in l.admonendi.col.12.uerſi. quæro quid
ſi teſtis.de iureiur.faciunt notata per Riminaldũ & alios
modernos in l.ſi certis annis.C.de pactis.ubi circa intel-
lectum. l. cum de in rem uerſo. de uſuris. notant facilius
11 qualitatem † præſumi & probari quàm rem ipſam.
12 ¶ Secundò præmitto,metum † iuſtum dici, ac in conſtã
tem uirum cadere, qui ex terrore armorum uel cruciatu
corporis inſurgit:ut notatur in l.interpoſitas. de tranſa-
ctionibus in l.cum donationes.C.quod metus cã. & in c.
j.quod metus cauſa. in l. metus autem. ex quibus cauſis
13 maiores. quod † procedit etiam ſi arma fuerint depoſi-
ta:ut per Corneum in d.conſi.41.& Alex.in conſi.98.uo-
lu.3.& in conſi.116.uol.5. ¶ Tertio præmitto adeo leges
14 metum odio habere,ut uoluerint magis † credi duobus
teſtibus deponentibus de metu & cõpulſione quàm mil
le deponentibus de libera uoluntate. Inno. in cap. ſuper
hoc.de renunciationibus.Angelus in l.j.& in l.fina. quod
metus cã.in l.ſi quis ad ſe fundũ. C. ad legem Iuliam de
ui publi.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci. q. 13. de officio
proconſulis & legati.Decius in conſ.100.cum ſimilibus.
¶ Quartò præmitto,Georgium & Nicolam deponere de
uiſu patrem puellæ cum pugione euaginato percuſsiſſe
iuuenem cum uerbis minatorijs de occidendo ſi non de-
ſponſaret puellam,& ipſum reclamaſſe & dixiſſe nolle de
ſponſare,& patrem iterum percuſsiſſe cum uerbis minã-
tibus mortem,quouſque illam inuitus deſpõſauit. immo
deponunt & ipſos milites percuſsiſſe in capite, & perſua-
ſiſſe ac minatos ei fuiſſe ni deſponſaret.ad quę rogo ani-
maduertendum eſſe. ¶ His ſic pręſuppoſitis dico iuſtum
metum plene probatum fuiſſe,cum non ſolum metus ar
morum ſed cruciatus corporis , cum uerbis minantibus
15 mortem per duos teſtes probatus eſt, qui † ſufficiunt ad
plenam probationem.l.ubi numerus.de teſtibus.c. in no
mine.de teſti.plene per Bart.& oẽs in l.admonendi. de iu
reiur.in materia teſtium.& eo magis in iſto caſu, cum eo
rum dictum adiuuatur publica uoce, & fama, habita in
uicinia de metu illato.& ꝙ inuitus ꝯxit, de qua deponũt
Gaſpar,Iacobus,& Ludouicus teſtes. Sed publica uox &
18 fama facit non † ſolum indicium ſed ſemiplenam proba
tionem.ut notatur in l.iij.§.eiuſdem quoque.de teſtibus
in c.ueniens.de teſtibus.& plene per Iaſ. Curti.& oẽs mo
dernos poſt Bar.in d.l.admonendi.de iureiur. ubi docto
res uolunt adeo publicam uocem & famam probare : ut
17 ſi adiungatur † unico teſti faciat plenam probationem,
ergo fortius hic cum adiungatur duobus, & maxime cũ
probetur fama in uicinia & à uiciniſ:ad abundanter tra
dita in ca. quanto. de præſumptioni.& in l.j.ff.ſi certum
petatur. ¶ Comprobatur etiam diſpoſitio dictorum te-
ſtium à ueriſimilitudine. Nã ex quo iuuenis iſte allegat
metũ,id ueriſimile eſt:dato ſine præiudicio ueritatis ap-
parere eum abſque repugnantia conſenſiſſe,cũ ſolus erat
in domo alterius qui habebat arma & comites armatos,
18 & † qui ad libitum poterant eum interficere : ut notatur
per Corne.in d.conſi.41.uol.2.cum ſimilibus.Item ueri-
ſimile eſt per metum ꝯxiſſe ex quo ſtatim reclamauit, &
nunc cum non eſt in facultate ipſorum reclamat, & dicit
19 per metum,& inuitum ſe ꝯxiſſe. ¶ Nam † lex præſumit,
& ueriſimile putat quemlibet manere in eodẽ propoſito
& non mutare uoluntatem.l.cum tacitum. de probatio-
nibus.c.maiores.de baptiſmo. & maxime incontinẽti.l.
nam ad ea.de ꝯdõnibus,& demonſtrationib. Et teſtes ue
20 riſimilia dicentes facilius probant, † & à ueriſimilitudi-
ne eorum dictum multum coadiuuatur:faciunt quæ no-
tat Bal.in l.ſcripturæ.in 2.col.C.de fide inſtru.Inn.& do-
ctores in c.auditis.de præſcript.cum ſimilibus. Item ad-
ſunt alij teſtes ut Gaſpar &c.qui deponunt audiuiſſe illũ
iuuenem clamantem , non inferatis in me uiolentiam, &
aliam uocem dicentem, interfice eum:adeo ut oĩbus iſtis
ſaltem ſimul conſideratis liquidiſsime cõſtat metũ fuiſ-
ſe probatum,cum & per ſolas coniecturas probari ſuffi-
cienter dr̃,ut deduxi in primo præſuppoſito : itaque hu-
iuſcemodi probationes aliter non comprobo,ſed ad ad-
ducta in ꝯrium reſpondeo. ¶ Et ad primum , dum aſſeri-
tur adfuiſſe milites gubernatoris qui metum purgabant
ex depoſitionibus teſtium apparet reſponſum, ut dixi in
tertio præſuppoſito. Nam & ipſi milites metum infere-
bant,cum percutiebant ac minabantur ut deſpõſaret , &
propterea rogaui ad hoc animaduertendum eſſe:præte-
rea allegata in ꝯrium procedere poſſent, militum præſen
tiam metum purgare qñ eſſemus in dubio,ſed qñ per ꝓ
bationes de uiſu conſtat metum illatum cum armis eua-
ginatis ẽt in præſentia militũ, ceſſat illa præſumptio pur
21 gationis metus,† cum in claris non ſit opus coniecturis.
l.continuus.§.cum ita.de uerbo.oblig.cum uulgaribus.
¶ Non obſtat ſecundo illos duos teſtes fuiſſe uiles & in-
fames,cum ſint beroarij,& agitur de cã matrimonij : qñi
22 reſpondetur beroarios † regulariter admitti in teſtes in
actibus in quibus ipſi interuenerunt, immo & ꝯ ſuum of
ficialem & poteſtatem : ut per Baldum, Salice.& alios in
d.l.etiam.de teſtibus.& tunc uolunt non admitti qñ alio
uitio laborant,quàm quod ſint beroarij,& per ꝯñs perſo
næ uiles ut quia uolunt deponere pro poteſtate , & ſunt
23 familiares,u.deant eorum dicta. ¶ Secundò dico,† dato
eos laborare aliqua macula,tñ ex quo coadiuuantur pu-
blica fama,ueriſimilitudine,ac alijs adminiculis , reinte-
grari illos,& quod ſoli non poterant , rõne adiũcti poſſe
ita uoluit.Et ideo magis in hoc caſu admitti debẽt i quo
probatio per coniecturas ſufficit. Nam in ęternum nunꝗ̃
inficiari poterit,quin huiuſmodi teſtes iunctis tot admi-
niculis ſaltem uehementes coniecturas non inducãt,quæ
cum ſufficiant in iſto caſu aliter reſpondere ſuperuaca-
neum puto,nec illud de matrimonij probatione aliquid
facit:quia non agitur hic principaliter de matrimonio,
ſed de qualitate mr̃imonij , & ſufficiunt ꝯiecturæ : ut per
Corneum in d.conſi. 41. ut dixi in primo præſuppoſito.
¶ Vltimò non obſtat eos dixiſſe falſum circa tp̃s , cũ de-
poſuerint circa feſtum natiuitatis &c.factũ fuiſſe , & alio
tp̃e fuit factum:qm̃ negatur alio tp̃e fuiſſe factũ , nec eſt
probatum ꝯrium. Item aduertendum eſt Nicolã unum
ex dictis duobus teſtibus non ſtare in illo tp̃e , ſed dicere
de tp̃e non recordari, uideatur omnino. Item Georgius
alter teſtis non dicit ſimpliciter de illo tp̃e, ſed dicit cir-
24 ca,& ſic non ſe reſtringit.nam † illa dictio circa , patitur
& permittit alio tp̃e factum fuiſſe,ẽt diſtanti per mẽſem
& ultra. ¶ Vltimò dico de hac circunſtantia non eſſe cu-
randum,dummodo habeamus diſpõnem ſuper principa
li re de qua agitur , dato ſine præiudicio ueritatis quòd
falſitatem contineret,ꝙ tñ non eſt uerum per ſupra dicta
25 cum falſitas † quæ non tangit dictum ſeu negotiũ prin-
cipale non facit dicta teſtium reprobari : ut inquit Bald.
in l.penul.uerſi.item hæc uera.C.de tranſactionibus. ſe-
quit̃ ibi Salicetus, & dicit ita obſeruari in practica Alex.
in conſi.5.lib.j.In cã acquiſitionis.ubi ẽt dicit modicam
26 † ꝯrietatem in facto principali non uitiare dicta teſtium
ſequitur Decius in d. conſi. 100. col. 4.Sed quantum ad
metum illatum probandum nõ refert an deponant fuiſ-
ſe ante natiuitatem dñi uel in natiuitate, dummodo pro
betur metus adhibitus tp̃e ꝯcti matrimonij,ut de ſe con
ſtat.& hæc ſint dicta ex abundanti,cum non conſtet in tẽ
pore erraſſe dictos teſtes , & hoc ultimum dictum quo-
modo intelligatur alibi declarauimus.
¶ Non omitto ẽt dum opponit̃ Gaſpari primo teſti eũ
eſſe ſingularem,quia dixit audiuiſſe dicentẽ,occidas &c.
cũ nullus hoc dixerit.Nã illi duo teſtes Georgius,& Ni-
cola,qui deponũt de uiſu & proprio auditu,deponũt pa-
trẽ dixiſſe,niſi eam deſponſaueris ego te occidã,& ita nõ
eſt ſingularis ẽt circa iſtas minas de morte inferenda , &
dato

dato illum fore ſingularem ſuper hoc uerbo occidere,nõ
tamen eſt ſuper metu,& ſic negotio principali: & ſingu-
laritas,immo contrarietas in una qualitate ſi concordat
in facto principali non uitiat. Alex.in d. conſi.5.lib.j.&
alij ſupra allegati. Minus quoque obſtat dum opponi-
tur eſſe famulum,quia non eſt uerum:ut mihi in facto p̄-
ſupponitur,ſaltem in proceſſu non probatur. ¶Vltimò
non obſtat adeſſe unum teſtem qui deponit de libera uo
luntate,quia nihil concludit, ut ex eius dictis apparet,
27 Præterea non eſt curandum de unico teſte,† cum uox u-
nius ſit nullius:ut in d.c.in nomine.de teſtib.cum ibi ple
nè notatis.immo & ſi mille eſſent eis non crederetur, cũ
magis duobus teſtibus deponentibus de metu credatur,
quàm mille de ſpontanea uoluntate:ut dixi in tertio præ
ſuppoſito.¶Circa ſecundum uidetur diſpoſitionem c.j.
& 2.de adulterijs.in hoc caſu locum habere:quoniam per
teſtes,ac iuuenis confeſsionem conſtat ipſum ſolum cũ
ſola in domo dictæ puellæ repertum fuiſſe: ut notatur p
Bart.in l.fur manifeſtus. de furtis. in l.capite quinto.de
adulterijs.& probatur in c.præterea.& in c.literis.de te-
ſtibus.& in c.tertio loco.de præſumptionibus. ubi com-
28 muniter†concluditur per huiuſcemodi præſumptiones
probari copulam carnalem, quod eo magis in caſu no-
ſtro eſſe debet,cum ſe adinuicem proſpiciebant amoris
gratia. Item defloratio puellæ per obſtetrices probata,
29 quibus†ut in arte expertis credendum eſt:ut notatur in
l.j.de uentre inſpic.& fama publica uidetur eſſe ab Achil
le defloratam fuiſſe, quæ huiuſcemodi i fornicationibus
30 multum debet operari,cũ † ſint difficilis probationis,&
uiolentis præſumptionibus probetur:ut late per moder.
in d.c.3.late probatur etiam in c.3.loco.de præſumptio.
& maxime cum confeſſus fuerit ſe alia uice cum ea fuiſſe.
¶His tamen non obſtantibus,melius conſiderando de-
31 termino contrarium,& præſuppono† ad hoc ut diſpoſi-
tio.c.1.& 2.de adulterijs.locum habeat,tria potiſsime re
quiri:primum,uirum ſeduxiſſe:ſecundum,ſtupraſſe: ter-
tium,fuiſſe uirginem:& requiruntur hæc tria copulatiuè
ibi,dormieritq;.& per modum conditionis,ibi, ſi ſeduxe
32 rit.†dictio enim ſi,ſignat conditionem:ut notatur in l.ſi
33 de condi.& demon.& conditio†formam: ut per Bald.in
auth.matri & auiæ.C.quando mulier tute.offi.fungi po-
teſt.Item per uerba ſignantia rem perfectam: ad notata
in l.j.quod quiſque iuris.& per conſequens illa tria per-
fecta copulatiue, proprie, & ad unguem interuenire de-
34 bent,cum ea quæ ſunt † de forma proprie adimpleri de-
bent.l.cum hi.§.ſi prætor. de tranſactionib. plenè in l.j.
35 de lib.& poſth.Et propterea†qui ſe fundat in diſpoſitio
ne dictorum iurium qualitates requiſitas a dictis iurib.
proprie probare debet:ut notatur in l.uel negare. quem
admo.teſtam.aperian.ubi per Ang.& in l.1.§.ſi quis ne-
get.eo.ti.per Alex.in conſi.2.In cauſa.in 5.col.uol. j.per
Sal.in l.ſi quando.C.unde ui. uerſi. quarto quæro ſtatu-
tum.per Socinum in conſi.174.In cauſa dominæ.in 2.co
lum.& in ſimili caſu per Cæpol.in conſi.58.Frãciſcus. u-
36 bi†conſuluit:ſi ſtatutum punit abducentem mulierem,
honeſtæ uitæ,bonæ conditionis & famæ, has qualitates
probari debere, ut abducens mulierem puniatur pœna
ſtatuti:aliàs non poterit condemnari,etiam ſi ipſe con-
feſſus fuerit talem mulierem abduxiſſe;ergo quanto for-
tius in hoc caſu id eſſe debet,cum in illis iuribus ſint pro
latæ illæ qualitates per modum formæ. ¶Secundò præ-
ſuppono,licèt admittatur præſumptiuæ probationes in
37 his quæ ſunt difficilis probationis,tamen† debere eſſe il
las probationes,uehementes & propinquas:ut per Abb.
38 Dec.& alios in ca.tertio loco. de probat. Item†illæ præ-
ſumptiones ſeu indicia,ex quibus præſumptiuè reſultat
probatio plene debent probari:ut notatur per gl. Bar.&
alios in l.ſi.C.famil.erciſcun.per Bar. Sal. & alios in l.ſi.
de quæſt.per Are.in tractatu malefic.in uerbo,fama. uer
ſi.qualiter probetur indicium.per Alex.in conſi.18. in ul
ti.col.uol.1.& in conſi.150.in ult. col. uol.5. per Cæpo-
lam in conſi. 4.in ult. col. ¶His ſic præſuppoſitis dico
qualitates,& requiſita illorum iurium non eſſe probata:
& per conſequens in hoc caſu dicta iura locum ſibi non
uendicare.Nam primum requiſitum quo ſtuprauerit,ſo
lum probatur ex eo quia ſolus inuentus fuit in cubiculo
dominæ Claræ,ad quod per feneſtram acceſsit, & hoc p
teſtes & confeſsionem ſuam.Item per ſuam confeſsionẽ
in poſitione.20.& in conſtituto probatur alia uice fuiſ-
ſe cum ea:ex quibus præparatorijs præſumptiuè proba
tur adulterium:dicto.c.tertio loco. ¶Sed aduertendum
eſt cum iſtę confeſsiones, & probationes non probent,
ut demonſtrabitur nullo alio modo probari ſtuprum, &
ad primum dico,Illa uice qua fuit inuentus cum ea, uix
ad eam acceſsit,nec per momentum ſtetit, ut ex depoſi-
tione teſtium utriuſque partis colligitur. Itaque ſuper
hoc non poteſt fieri fundamentum, cum præſumptioni
39 ſtupri quæ uti conſecutiua†prædictorum reſultare ſolet
naturæ impoſsibilitas propter temporis breuitatem re-
40 pugnet,& † præſumptio non cadit ſuper impoſsibili: ut
notatur in l.j.§.accedit.de rei.uxo.act.& in rub.de præ-
ſump.¶Præterea cum exiſtimabat ſe tempus habiturũ,
ut ex qualitate loci & temporis colligitur,non eſt ueriſi-
mile in illo primo ingreſſu,huiuſcemodi delictum quod
aliquod temporis ſpatium ſua natura requirit,perpetraſ
ſe,maxime cum ipſa fatetur in tertia poſitione eum non
admiſiſſe,ac introduxiſſe,nec ordinem dediſſe, & ita ea
inſcia acceſsiſſe.¶Et propterea illa præſumptio non ſo-
lum impoſsibilitate,ſed alia præſumptione tollitur,cum
41 una pręſumptio tollat aliam,maxime†cum iſta ſit parti
cularis præſumptio,illa uero generalis.l.diuus. ubi Bar.
& alij.de in integ.reſti.per Bart.in l.cum de indebito.de
probat.Item hæc eſt ad excluſionem delicti,illa uero ad
42 incluſionem,†præſumptio autem quæ tendit ad exclu-
ſionem delicti præfertur & attenditur.arg.l. merito. pro
ſocio.& i regula,in obſcuris.de reg.iur.& multa congerit
Cæpol.in conſi.26.Magnificæ.col. 4.& per Hippolytum
in conſi.21.ubi loquuntur in his quæ ſunt de genere pro
hibitorum,cum ſimilibus.¶Et ita apparet,licèt fuerit in
uentus in cubiculo:tamen ratione impoſsibilitatis,& cõ
43 trariæ præſumptionis,non probatur ſtuprum,nec † tex-
tus in d.c.3.loco.& c.literis.& c.præterea. loquuntur cõ
currentibus iſtis qualitatibus,& præſumptionibus con-
trarijs. Et propterea cum ſint iura fundata in præſum-
ptionibus,& exorbitantia a regula,quæ habet,probatio
44 nem†debere de neceſsitate concludere.ca. in præſentia,
de proba.& tendant ad infligendam pœnam, ſtricte ſunt
interpretanda, & extra terminos expreſſos non ſunt ex-
tendenda:ut notatur in l.ſi conſtante.ſol.mat.& in auth.
quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſi.& maxime cum illa
præſumptio quæ eſt, iuuenem formoſum inuentum in
45 domo formoſę mulieris,præſumi adulterum,† non pro-
cedat quando inſcia muliere ingreſſus eſt domum:ſecun
dum Abbatem loquentem in fortioribus terminis in d.
c.3.loco.de proba.& c.tertio loco.de teſtib. per Aret. in
d.c.præterea.& Decium in d.c.tertio loco.¶Idque abſq;
dubio procedit quando aliquo modo conſtat muliere in
ſcia ingreſſum eſſe:ſed hic conſtat ex reſponſionibus di-
ctæ mulieris ad poſitiones,ut dictum eſt ſupra: & appa-
ret in proceſſu fol.26.ergo ſaltem omnibus iſtis concur-
rentibus,ex eo quia fuerit inuentus in cubiculo non pro-
batur ſtuprum. ¶Minus quoque probatur ex reſponſio
ne iuuenis ad poſitionem uigeſimamquintam,ubi inter-
rogatus an bis fuerit cum puella,reſpondit quod credit,
ſed ignorat nullis præſentibus, & ita non confitetur ſo-
lum fuiſſe,ergo nihil probat,cum tunc probetur præſum
ptiue ſtuprum, quando ſolus fuit cum puella in loco ſe-
creto,ut in dictis iuribus,ubi per omnes: nec poteſt dici
46 uelle illam reſponſionem acceptare ſine illa† qualitate,
quia regulariter non poteſt:ut per Bart.in l. Aurelius.§.
idem quæſijt.de liber.lega. Alex.& Aret.in l. decem. de
uerb.obl.in c.bonæ.de poſtula.prælato.ergo ita pronun
47 ciari debet, † cum ſecundum regulam iudicandum eſt:
ut per Matheſila.in notabili.21.& per docto.in l.j.de reg.
iur.Et præſertim id eſſe dēt in hoc caſu,cum præſumptio
ſit pro qualitate reſponſionis,ut euitetur delictum.l. me
48 rito.pro ſocio.quo caſu non† poteſt ſeparari qualitas a
rñſione:ut in d.c.bonæ.& in alijs iuribus ſupra allegatis
nota-

notatur. ¶Secundo dico de tali poſitione & reſponſio-
49 ne non eſſe curandum, cum ſit multiplex & ideo† reijciē
da: ut per Spec. in tit. de poſitionib. & per docto. in l. 2. §.
quod obſeruari. C. iuram. calum. & in cap. j. de confeſſ. &
50 ſi non eſt reiecta, reſponſio† uti data poſitioni impertinē
ti non nocet: ut per docto. in d. §. quod obſeruari. & in
locis ſupra allegatis, cum uulg. ¶Et eam fuiſſe multipli-
cem, patet ex poſitione uigeſimaprima, ubi continetur
eum iuiſſe tempore nocturno ad illam, & intelligitur ex
cepta illa uice qua fuit inuentus, cum in ſpecie de ea fa-
51 cta eſt mentio: ideo† non includitur in generali ſermone
l. doli clauſula. de uerb. obl. l. ſanctio legum. de pœnis. &
illa poſitio negata eſt: ergo amplius non debebat poni
alijs uicibus iuiſſe ad eam, cum ſit iam dictum & negatū
nunquam iuiſſe ad eam, excepta illa uice qua fuit inuen
tus. ¶Tertiò dico illam fallentiam quæ habet, ſufficere
probationem concludere præſumptiue, ut in dictis iuri
bus: & per modernos in cap. in præſentia. de proba. non
52 † procedere quando ea quæ cauſant præſumptionem,
probantur ex confeſſione partis. & ratio, quia confeſſio
53 † rei debet interpretari ad fauorem confitentis: ut per
Anto. de But. in c. ex literis. el j. de ſponſali. in fi. cum ſi-
54 mil. & quia† confeſſio eſt releuatio ab onere probandi, &
ideo actor cum in hoc releuetur, in alio grauatur: ut præ
ſumptio reſultans ex facto probato per confeſſionem, ſi
bi non proficiat: iuxta textum in l. eum qui. de iureiuran.
ubi plene per modernos. ¶Et ideo licèt aliàs quis præſu
55 matur nomine proprio quid feciſſe, tamē† quando ex cō
feſſione probatur factum non præſumitur nomine pro-
prio, maxime ut euitetur delictum: ita Dec. in l. non hoc.
col. 2. unde legiti. uerſi. & per hoc. & ſic ut confeſſio inter
pretetur pro confitente, receditur a præſumptione iuris.
ita in propoſito, licèt aliàs ex illis actibus præſumatur
adulterium, tamen cum per confeſſionem rei probantur
illi actus non debet induci illa ſiniſtra præſumptio, ſed
capi præſumptio pro confitente, & ut euitetur delictum.
Et per iſtam rationem etiam reſpondetur ad confeſſio-
nem habitam in conſtituto, & eo magis cum illa confeſ-
ſio fuit qualificata & reſtricta ad liquidum eſt non poteſt
ſeparari, per ea quæ dicta ſunt in alia reſponſione.
¶Præterea dico ſuper illo conſtituto per partem aduer-
ſam nullum poſſe fieri fundamentum, quī licèt dicat a-
lia uice per quartam partem horę ſtetiſſe ad loquendum
cum ea, non tamen dicit in quo loco. nam. potuit eſſe ex-
tra domum ad feneſtram, & potius debet præſumi ut de-
56 lictum tollatur, per ea quæ dicta ſunt ſupra. & † tex. in d.
c. ex literis. & c. præterea. & c. 3. loco & c. loquuntur quan
do probatur nō ſolum uirum fuiſſe cum muliere, ſed fuiſ
ſe ſolum, & in loco ſecreto, aliàs non procedunt, ut ibi per
Abb. & alios: ſed in illa interrogatione nec reſponſione
ea non dicuntur, ergo ſuper ea non poteſt fieri fundamē
57 tum, & maxime cum interpretatio debeat† fieri contra
interrogantem: ut notatur in l. ueteribus. de pactis. & in
58 l. quicquid aſtringendæ. de uerb. obl. & contra eum † qui
ſe fundat in ſcriptura, & ſaltem factum ex quo ſumuntur
coniecturæ plene non probatur prout requiritur, ut dixi
ſupra in ſecundo præſuppoſito: & ad hoc rogo animad-
uertendum eſſe. ¶Et per hæc euidenter apparet in hoc
caſu non probari ſtuprum ex eo quod fuerit repertus in
cubiculo, nec etiam per confeſſionem ſuper poſitionib.
& conſtituto habitam & per conſequens ſtuprum nullo
modo probatur, cum nullus alius probandi modus in pro
ceſſu habeatur. Nam quod dicunt de publica fama nihil
facit, cum indicia & pręſumptiones particulares, ſcilicet
impoſſibilitatis, ac ueriſimilitudinis, de quibus ſupra,
59 ſint in contrarium: quo† caſu publica fama non conſide
ratur: ut per Inno. in c. auditis. de præſump. in gl. in uer-
bo, emptionem. Bal. in l. ſiue poſſidetis. col. 2. de probat.
Alex. in conſi. 75. col. 4. uol. 1. Hippoly. in conſi. 52. col. fi.
¶Et præſertim cum illa fama non ſit probata eo modo
quo probari debet: iuxta theoricam Bar. & aliorum in l.
de minore. §. plurium. in 6. col. de quæſt. Sal. in l. ea qui-
dem in materia famæ. C. de accuſa. per Alex. in conſi. 72.
Inſpecto diligenter. col. 8. uol. j. & ita reſpondetur ad nō
nullas coniecturas ſatis leues ſupra allegatas, ſcilicet eos
ſe inuicem amaſſe, illam amiſiſſe uirginitatem, quæ nihil
concludunt, cum per prius per multum tempus potuerit
eſſe ꝙ uirginitatem amiſerit, & præſumitur cum foris per
noctauerit, ac ſuper tectis de nocte ſteterit, & fama eſt fi-
lium ſuſcepiſſe, ac eius mater ipſam meretricem appella
bat: ut Peregrina, & Iacobus teſtes producti aperte depo
nunt. Et ex his apparet non ſolum non eſſe probatum ſtu
prum per partem aduerſam, quod tamen ſufficit ad re-
portandam ſententiam, ſed etiam non eſt probatum il-
lam eſſe uirginem prout requiritur in illis iuribus, immo
probatur contrarium per ſupradictos teſtes, ex quibus
dato ſine præiudicio ueritatis, ſtuprum probari per iuris
præſumptiones de quibus in d. c. præterea. & c. 3. loco,
nihilominus cum nullo modo probatur uirginem fuiſ-
ſe tempore ſtupri, immo probatur contrarium per dicta
teſtium de quibus ſupra infero c. 1. & 2. de adulterijs. in
hoc caſu locum habere non poſſe, cum copulatiue & for
maliter requirant ſtuprum, uirginitatem, & ſeductionē,
60 † ad ueritatem copulatiue non ſufficit alteram partem
eſſe ueram. l. ſi hæredi plures. de condi. inſtitut. & qui ſe
fundat in aliqua lege eius qualitates probare debet, aliàs
beneficio dictæ legis uti non poteſt, ut dixi in primo prę
ſuppoſito: quod fortius hic eſſe debet, cum qualitates per
modum formæ requirantur. ¶Nec obſtat & ſi dicatur
probato ſtupro cætera pręſumi: ut per Abb. ibi: quoniam
iſtud non uidetur uerum per authoritates de quibus in
primo præſuppoſito, & maxime cum dictum Abbatis &
ſequacium iure non probetur, & textus l. 1. de rap. uirg.
quem allegat nihil facit, cum loquatur in alio crimine
61 maiore, quod plura habet ſpecialia: ut ibi per doc. & † nō
licèt argumentari de maiori ad minus affirmatiue: ut no
tatur in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. peta. quod comprobo.
Nam ſi ibi probato ſtupro per coniecturas, præſumeren
tur aliæ qualitates requiſitæ in dictis capitulis; ſequere-
tur quod darentur duæ ſpecialitates, & præſumptio pro
62 bationis præſumptæ, quæ† non dantur: ut per Sali. Iaſ. &
& omnes in l. ſi quando. C. unde vi.
¶Nam licèt furtum per coniecturas & uiolentas præ-
ſumptiones poſſit probari, & probato furto ſtetur iu-
ramento damnum paſſi: ut ibi in text. tamen ut ſtetur
iuramento requiritur uera probatio, & non ſufficiet per
coniecturas, ut ibi per omnes. & ratio, ne præſumptæ
probationis alia ſpecialitas detur, ergo in dictis iuri-
bus alia requiſita non præſumuntur, ne præſumptæ pro
bationis ſpecialitas detur: quam opinionem abſque du
bio admittendam puto in hoc caſu, ubi ultra rationes
ſupra adductas adſunt præſumptiones & probationes,
aduerſus illas qualitates, uirginitatis, & ſeductionis
de quibus ſupra: quæ præſumptiones & probationes
cum ſint ſpeciales tollunt præſumptionem conſidera-
tam per Abbatem quæ eſt generalis: ut notatur in l. di-
uus. de in integrum reſtitutio. & late dictum eſt ſupra.
Et in hoc nec Abbas, nec alius reperitur contradictor,
& propterea concludo euidenter probatum fuiſſe ma-
trimonium metu contractum, ſtuprum quoque nullo
modo probatum fuiſſe, & dato ſine præiudicio uerita-
tis, ſtuprum fuiſſe probatum non poſſunt dicto cap. pri
mo & ſecundo, ſibi locum uendicare, cum alia copulati
ue & formaliter requiſita non ſolum non ſunt probata,
ſed contrarium probatum extitit.

¶Itaque puto partes reuerendiſsimi excellentiſsimi-
que, & integerrimi domini mei fore in pronunciando,
in fauorem huius pauperrimi iuuenis decepti, uerbe-
rati, capti, & coram diuerſis iudicibus, modo cri-
minaliter, modo ciuiliter uexati, adeo ut nemo ſit
tam a iure & æquitate alienus, qui eius non miſerea-
tur. Saluo ſemper iudicio cuiuslibet melius ſentien-
tis, ac præſertim reuerendiſsimi ac excellentiſsimi do-
mini mei, cui me atque hanc cauſam plurimum com-
mendo. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Bannitus non obſtante pace impune offendi poteſt.*
2 *Bannitus non poteſt impune offendi, quando pax eſt iurata.*
3 *Bannitus non poteſt impune offendi ex cauſa & odio particulari.*
4 *Defenſio eſt denegata bannito, quãdo per ſtatutum impune interfici poteſt.*
5 *Quod procedit quando ſtatutum diceret licitum eſſe bannitum occidere.*
6 *Offenſa dicitur, omne id quod prouocat ad iracundiam.*
7 *Offenſa dicitur perſonalis, quando tangit perſonam.*
8 *Filius propter grauem impulſum illatum in patrem, exhæredari poteſt.*
9 *Verbum manus, capitur pro omni corporis inſtrumento.*
10 *Offenſa, propter quam pater poteſt exhæredare filium, dicitur grauis.*
11 *Offenſa grauis facit ut pax rupta dicatur.*
12 *Verba hæc quælibet & qualitercunque, in minimo uerificantur.*
13 *Pœna promiſſa ſub conditione ſi offenderit, propter minimam offenſam debetur.*
14 *Prohibitus alienare bona, ſub pœna priuationis hæreditatis, ſi minimam rem alienauerit, priuatur tota hæreditate.*
15 *Pax ſi ſemel fuerit rupta, ulterius non durat, quamuis adſit in ea clauſula, rato manente pacto.*
16 *Bannitus qui per ſtatutum impune interfici poteſt, ſi aliquid cõmittat, etiam ſe defendendo, iniuſte ac male facit, & pœnam meretur.*
17 *Offenſam punibilem committens, dicitur rumpere pacem.*
ſe facultatem aufugiendi,cum erat puella,annum dunta
xat duodecimum agens,& neminem cognoſcebat, nec
cum fuit ducta Ferrariam de nocte,quam antea uiderat
nũquam uiarum & locorum notitiam habebat & neſcie
bat quo aufugere debebat, ex quo ſaltem & ſi non pp a-
liud non dr habuiſſe facultatem aufugiendi, ut de ſe pa-
tet:& ſi quid duci militum dixit , fuit quia pp terrorem
armorum magis timebat,ꝙ apparet ex ſequentibus: nã
cum fuit in tuto ſtatim reuocauit oĩa,ac animum ſuum
aperte demonſtrauit:ex quibus manifeſte ſequitur fuiſſe
raptum,& matrimonium metu ꝯ̄ctum , nec metũ aliquo
modo purgatum fuiſſe,ſed ſemper duraſſe.ſed quorſum
hæc?nonne uerba facio cũ oculatiſsimo uiro, qui noſcit
qualitatẽ cauſæ,naturã reorum,& ꝑſertim raptorum,fu
gam,diffamationẽ,copiam armatorũ,uirorũ, qualitatẽ
tꝑis nocturni,paupertatem raptorũ,ętatẽ puellarum,ac
earum diuitias,defectus teſtium,ac eorum fragilitatem
factũ quoq; horrendũ,ac deteſtabile?profecto multa his
miſerrimis puellis opitulantia omiſſa facio, cum Miner
uam ipſam inſtruere ſuperuacaneum putem. Laus Deo.

¶Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Vſura ſemper inducitur ſi aliquod modicum ratione & occaſio
ne mutui detur.*
2 *Vſura committitur ſi mutui occaſione munuſcula præſtentur.*
3 *Vſura eſt quicquid ſorti ex pacto accedit.*
4 *Peccatum non deſinit eſſe peccatum,quia multi eo utantur.*
5 *Peccatum uſuræ,conſuetudinis prætextu, & ſi uniuerſalis ſit,
non excuſatur,immo magis.*

6 *Conſuetudo nutritiua peccati, conſuetudo non eſt, ſed corruptela.*
7 *Papa ut aliquid accedat ſorti ſine uſurario peccato etiam pro actu pio, diſpenſare non poteſt.*
8 *Quod per principem ex cauſa induci non poteſt, nec poterit per conſuetudinem ſine cauſa.*
9 *Mutuans quoties ex pacto uult aliquid accedere ſorti, ſi ſummam pacto comprehenſam lucraturus erat ex pecunia mutuata, niſi mutuaſſet uſuram non committit, ſed intereſſe cõſequi dicitur.*
10 *Vſura non committitur quando poſt moram aliquid accedit ſorti, ſecundum Abb. poſt Io. And. in c. nauiganti. in 2. col. de uſur. cuius dicti traditur declaratio.*
11 *Vſura quatenus etiam ceſſantis lucri intereſſe concernit de iure canonico permittitur & non cenſetur uſura.*
12 *Vſurarius non eſt cenſendus, qui aliquid quod inter marcatores licitum reputatur, & quo mercatores utuntur, exercet, licet ſit uſura, & de iure prohibeatur.*
13 *Conſuetudo quantumcunque iniqua, & nutritiua peccati excuſat a pœna.*
14 *Pęna priuati carceris excuſatur is, cuius maiores priuatum carcerem exercere ſolebant.*
15 *Adultus annum agens ſextumdecimum, alium Bononiæ in ſaxorum ludo uulnerans, uel interficiens puniri non debet, cum ludus ille Bononiæ permittatur ex conſuetudine, licèt iniqua.*
16 *Conſuetudo iuri contraria liberat a pœna falſi.*
17 *Pœnæ uſurario tres infliguntur, prima priuationis communionis altaris, ſecunda priuationis Chriſtianæ ſepulturæ, tertia ut non admittatur ad oblationem faciendam.*
18 *Vſurarius ipſas uſuras reſtituere compellitur, aliàs teſtamenti factione priuatur, & aliis nequit abſolui delictis.*
19 *Clericus uſurarius, niſi uſuras reſtituat officio priuatur.*
20 *Pœnæ aduerſus uſurarios conſtitutæ, ceſſant reſtitutis uſuris.*
21 *Pœna ordinaria, extraordinariam ceſſare facit, & tunc arbitraria pœna eſt, quando a iure expreſſa non eſt.*
22 *Iudex ſi a pœna in lege expreſſa receſſerit punitur.*
23 *Iudex ex cauſa poteſt augere pœnam a lege ſtatutam, quando cauſa eſt probata, & ea tranſcendit in aliud delictum.*
24 *Vſurarius aſſerens dare ad uſuras non eſſe peccatum omnibus bonis priuari poteſt, & pœnam pati debet corpalem.*
25 *Iudex iura ſeruare tenetur, etiam ſi aliter conſcientia dictaret, quando in his ſumus quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis.*
26 *Iudex cui libera iudicandi fuit data poteſtas, & procedendi ſecundum ſuam liberam uoluntatem, non poteſt imponere pœnã non ſtatutam a iure.*
27 *Iudex cui iudicandi & procedendi libera fuit conceſſa facultas non poteſt in iure ſuo partem lædere, etiam ſi illud ius ſit fundatum in rigore iuris.*
28 *Conſtitutio ſolenniter edita ligat antequam ſit publicata.*
29 *Diſpoſitio alternatiue loquens altero alternatiuorum exiſtente uerificatur.*
30 *Conſtitutio addens pœnam pro facto damnato de iure communi ligat ignorantem.*
31 *Vſuræ ſunt utroque iure prohibitæ tam canonico quàm ciuili.*
32 *Statuta tunc ligant ignorantes, quando prohibent allegare ignorantiam.*
33 *Conſtitutio principis antequam ſit publicata non ligat ſubditos.*
34 *Lex nunquam ligat ignorantes probabili ignorantia.*
35 *Ignorantia conſtitutionis, uel decreti, abſque culpa, prodeſt ad euitandam omnem pœnam.*
36 *Ignorantia probabilis aliquem excuſat ut lucro non priuetur.*
37 *Conſtitutio ſolenniter edita ligat antequam ſit publicata, quando peruenit ad notitiam, licèt non fuerit publicata per proclamata.*
38 *Conſtitutio nondum publicata, reſpectu actus ut annulletur facilius ligat quàm pęnæ extrinſecæ.*
39 *Contra Bar. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. uolentem conſtitutionem quæ pro facto damnato de iure communi pœnam addit ligare ignorantem, tenet Anto. de But. & alij multi in c. 2. de conſti.*
40 *Statutum prohibens allegare ignorantiam tunc ligat ignorantem, quando craſſam allegaret ignorantiam.*

RESPONSVM. XLIX.

¶An recipiens aliquid occaſione mutui committat uſurã & quando committatur uſura ita ut aliquis dicatur uſurarius & puniri poſſit, & qua pœna puniatur uſurarius, & an conſtitutio principis nondum publicata liget, ita ut illius uigore, iudex pœnam infligere poſſit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Proponitur quendam nummularium mille ducatos mutuo dediſſe gubernatori ciuitatis noſtrę cum pacto ut ſingulo menſe pro ſingulo ducato, ſolueret unum ſolidum ut conſuetum eſt inter nummularios. Ex hoc themate de quatuor contigit dubitari. Primo an commiſerit uſuram quæ conſtituat eum uſurarium. Secundo caſu quo ſit uſurarius, an propter uſuram in iſto caſu debeat puniri. Tertio qua pœna, & an pęna extraordinaria arbitrio iudicis poſſit puniri. Quarto an iudex ſaltem uigore cuiuſdam reſcripti, & conſtitutionis principis quæ ad notitiam alicuius non peruenit poſſit pœnam infligere. ¶Ad primum dico uideri uſuram fuiſſe commiſſam, cum ſemper inducatur uſura
1 ſi aliquod modicum detur ratione & occaſione † mutui.
2 c. 1. 2. & 3. 14. q. 3. ẽt ſi ſint † munuſcula: ut ibi dicit tex. & eſt tex. in cap. conſuluit. ubi Abb. & alij de uſuris. ſed hic datur aliquid ratione mutui, & quidem maximum, ergo committitur uſura, & hoc manifeſte ↄſtat ex diffinitione uſuræ: ut per Abb. in rub. de uſur. per Fride. in conſi. 33.
3 per Roma. in ↄſ. 423. cum uſura † ſit quicquid accedit ſorti ex pacto, ſed hic accedit, ergo &c. Nec conſuetudo uigẽs inter nummularios de huiuſcemodi pecunijs ita mu
4 tuandis facit quin ſit uſura, quia † peccatum non deſinit eſſe peccatum, quia multi eo utantur. 2. q. 2. c. multi. 32. q. 7. c. Flagitia. immo magis punitur ut ibi: & in ſpecie de peccato uſuræ, non excuſari per conſuetudinem, immo
5 magis † puniri, etiam ſi conſuetudo eſſet uniuerſalis eſt tex. & ibi glo. & doct. in c. quia in omnibus. de uſuris. cũ
6 concordan. & ſi merito quia conſuetudo † nutritiua peccati non eſt conſuetudo ſed corruptela. c. 3. de conſue. im
7 mo papa non † poteſt diſpenſare: ut aliquid accedat ſorti ſine peccato uſurario ẽt pro actu pio. c. ſuper eo. & ibi no. Ab. & alij de uſur. per Roma. in conſi. 500. ſi ego non
8 poteſt per principem ex cauſa diſpenſari, ergo nec p † cõſuetudinem ſine cauſa: iuxta no. in §. ex non ſcripto. inſtitu. de iure natura. gentiũ & ciuil. & in l. de quib. de legib. ¶Melius tamen conſiderando facti ſpeciem, & pręſertim hunc eſſe nummularium & ſolitum eſſe, cum illa quantitate pecuniæ mutuare, & maiora lucra ↄſequi per pactũ illud puto uſuram nõ commiſiſſe, quia quoties mutuans ex pacto uult aliquid accedere ſorti, ſi tñ quantum ↄtinet pactum lucratus fuiſſet cum pecunia mutuata, ſi nõ
9 mutuaſſet, uſuram non † committit, ſed intereſſe dr̃ conſequi ſm̃ Card. & doct. communiter in cle. 1. de uſur. in §. fi. q. 8. & no. Hoſt. in ca. ſalubriter. extra eo. ¶Nec obſt. & ſi Abb. poſt Io. And. in c. nauiganti. in 2. col. de uſuris. dicat
10 iſtud † poſſe procedere poſt morám non ante, quia daretur materia uſuram committendi: nam quilibet mutuãs fingeret ſe uelle merces exercere ut uſuras licite poſſet extorquere: qm̃ præſupponunt iſti in caſu quo certum eſſet mutuantem merces exercere, & ex illa pecunia lucra conſequi tunc licitas eſſe acceſsiones, cum eo caſu non ſit uſura ſed intereſſe, cum uelint ideo prohibitas eſſe ne quis fingat uelle mercari, ergo ubi uere mercatur non diſcedunt ab Hoſt. quia ceſſat ratio ſua, ſed in caſu noſtro ue-
11 re mercatur, ergo &c. ¶Comprobatur: nam uſura † quatenus concernit intereſſe, etiam lucri ceſſantis de iure canonico eſt permiſſa, & non dicitur uſura: ſecundum Bar. in l. cunctos populos. de ſumma Trin. & fide catho. gloſ. in l. ſecunda de uſur. glo. in l. Iulianus. §. idem Pomponius. de actio. empt. gloſ. & docto. in l. curabit. de actio. empti. no. per Abba. & alios in c. conqueſtus. de uſuris. per Abba. in c. uenerabilis. de exeptio. colum. 3. & omnes communiter hoc admittunt, ſed maius eſt intereſſe

iſtius nummularij: quoniam ſi retinuiſſet pecuniam in menſa plus lucratus fuiſſet, quàm in pacto deduxerit, ergo licite deducere potuit. ¶ Tertio & ſi eẽt uſura de iure, non tamen talis eſſet quę ipſum conſtitueret uſurarium. nam quoties aliquid iter mercatores reputatur licitum
12 & eo utuntur licèt ſit uſura, & de iure ſit † prohibitum exercentem non facit uſurarium, nec dici poteſt uſurarius: ſm Bar. ſingulariter per illum tex. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. de ędi. edic. Bald. in l. cum allegas. C. de uſuris. per Imo. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de uerb. obl. per Alex. in apoſtillis. ad Bar. in d. §. apud Labeonem, ſed ita eſt in caſu noſtro, quia communiter nummularij conſueuerunt ita mutuare ut præſupponitur in facto, ergo licèt in ueritate ſit uſura ipſe tamen non eſt uſurarius, & ex his apparet reſponſum non eſſe uſuram, licèt accedat ſorti, & licèt conſuetudo non faciat quin ſit uſura, caſu quo eſſet, operatur tamen ut talis uſura non conſtituat eum uſurarium, & non debere puniri: ut infra dicam. ¶ Quo ad ſecundum reſpondeo hunc nummularium non eſſe puniendum, & ſi millies ueram uſuram cõmiſiſſet (ꝙ tamen nego) quoniam ita inter nummularios conſuetum erat, & † conſuetudo quantumcunq; iniqua
13 & nutritiua peccati excuſat a pœna. gl. in c. cum uenerabilis. & ibi Abb. de conſue. gl. in c. ſane. de tempo. ordi. in c. Flagitia. in uerbo, omnes. 32. q. 7. gl. in c. obijciuntur in uerbo, crimen. 32. q. 4. Pet. de Ancha. in d. c. cum uenerabilis. dicit liberaſſe aliquem † a pœna priuati carceris,
14 cum maiores ſui ſolebant priuatum carcerem exercere. & idem Anch. in conſi. 272. Iure ſcripto. & Alex. in conſi. 107. incip. Pro inueſtigatione p̃ditorum. in 2. uol. dicunt
15 ſi adultus agens. xvj. annum † uulnerauit alium uel interfecerit in ludo ſaxorum Bononiæ non debere eum puniri, cum ille ludus Bononiæ permittatur ex conſuetudine
16 licèt iniqua, immo conſuetudo ꝯ † ius liberat a pœna falſi: ſm Hoſt. Io. And. Ant. in c. 2. de fide inſtru. per Alex. in conſi. 62. in 2. uol. incip. Viſa facti narratione. in 2. colu. ſi ergo a pœna falſi & homicidij liberat: multo magis a pœna uſurarum &c. & ex his apparet ſublata eſſe adducta in contrarium, cum acceſſio non ſit uſura, quãdo continet intereſſe & in caſibus ſupra adductis: & quo ſit, licèt conſuetudo & princeps nõ poſſint facere quin ſit uſura, poſſunt tñ operari ut a pœna excuſetur, præſertim cum habeat aliquod intereſſe probabile.

¶ Ad tertium quæſitum ex deductis conſtat reſpondendum non eſſe, ſ. qua pœna puniri poſsit, & an extraordinaria uſque ad uitam: qm̃ nullam pœnam meretur:
17 uerum ut quærenti ſatisfaciam, dico uſurarij † pœnam poni in c. quia in omnibus, de uſuris. & ibi per doct. ubi tres infliguntur pœnæ, prima eſt priuationis communionis altaris, ſecunda priuationis Chriſtianæ ſepulturæ, tertia ut non admittatur ad oblationem faciendam: ut ibi
18 dr̃. † compellitur etiam reſtituere uſuras ipſas: ut in c. qm̃ eo. ti. & in c. quam ſit. de uſuris. in 6. alias non poteſt ab ſolui etiam ab alijs peccatis, nec poteſt condere teſtm̃, ut
19 ibi probatur: & ſi eſt clericus † priuatur officio. cap. plu-
20 res. eodem titulo & prædictæ pœnæ † reſtitutis uſuris. ceſſant: dicto capitulo quam ſit. de uſuris. in 6. cum ibi
21 not. Nec alia pœna ordinaria imponitur, ubi enim † adeſt pœna ordinaria ceſſat extraordinaria, & tunc eſt arbitraria quando non eſt expreſſa in iure, ut per Abb. in ca.
22 qualiter & quando. el 2. de accuſa. & quando † eſt a lege expreſſa iudex nõ debet recedere: aliàs punitur ſecũdum Abb. in c. de cauſis. col. 1. de officio deleg. & licèt aliquã do ex cauſa poſsit augeri: ut per eundem Abb. in c. repre
23 henſibilis. de appellat. tamen iſtud procedit quando † cauſa eſt probata & tranſcendit in aliud delictum, & ideo ſi
24 † uſurarius diceret dare ad uſuras non eſſe peccatum tũc omnibus bonis poſſet priuari, & deberet pœnam corporalem pati. clem. 1. §. fi. & ibi per Cardi. de uſuris. ratio eſt quia propter illa uerba tranſit in crimen hæreſis: ut ibi no. quæ cauſæ non adſunt in caſu noſtro, quia uult reſtituere uſuras, & ſe emendare: & ſi errauerit, errore ductus errauerit, cum ita alij conſueuerunt facere: cum ergo hic ſit certa pęna & non tranſcendat delictum, iudex non po
25 teſt aliam imponere, cum teneat † iura ſeruare. l. illicitas. §. ueritas. de off. præſi. ẽt ſi conſcientia aliter dictaret, qñ ſumus in his quæ ſunt cõtentioſę iuriſdictionis: ſm Bal. in l. fi. C. de pœna iudicis qui male iudica. per Alex. Riminal. & alios in l. bonorum. in fin. C. qui admitti. Immo ſi
26 ſit data libera poteſtas † iudici iudicandi, & procedendi, ſm ſuam liberam uoluntatem, non poterit imponere pę
27 nam non ſtatutam a iure, & in iure ſuo † partem lædere, ẽt ſi illud ius ſit fundatum in rigore iuris, ut in præſcriptione: ſecundum Bar. in ti. ad reprimendum. in uerbo, uidebitur. Imo. & alios in l. ſi ſic. de lega. 1. de qua materia plene per Aret. & Iaſ. in §. in bonæ fidei. col. 4. cum ſeq. in ſtit. de actionib. & alibi ſæpe.

¶ Circa ultimum dubium, an reſcriptum; uel ꝯſtõ principis, adhuc non intimatum, uel intimata: nec ab aliquo cognitum, uel cognita liget & obliget ꝯuenientes: adeo ut eius uigore iudex poſsit punire contrafacientes: & ur̃ li-
28 gare, quia † conſtitutio ſolenniter edita ligat antequam ſit publicata. c. 1. de poſtulat. præla. ibi conſtitutio ſolenniter editur aut publice promulgatur: & ſic tex. loquitur
29 alternatiue † ad cuius ueritatem ſufficit alteram partem eſſe ueram. §. fi. inſtit. de hæred. inſtitu. ergo ſufficit fuiſſe factam conſtitutionem, licèt non ſit promulgata ut liget ſubditos. & ibi ita notat Abbas.
30 ¶ Secundo quando conſtitutio addit pœnam † pro facto damnato de iure communi, tunc ligat ignorantem: ut per Bar. poſt Cy. in l. cunctos populos. col. 8. uerſi. 2. quæro. C. de ſumma Trin. & fide cathol. quam opinionem eſſe ueram & tenendam dicit Abb. in c. a nobis. de ſenten.
31 excommu. col. pen. ſed uſurę ſunt † de iure prohibitæ, tam canonico, c. 1. & per totum de uſuris. & in ſexto, & in clementinis, quàm de iure ciuili: ut in auth. de eccleſiaſt. ti. & notatur per doct. communiter in d. l. cunctos populos ergo conſtitutio principis addens pœnam in hac materia uſurarum debet ligare ignorantes, & ſic habere effectum antequam ſit intimata & notificata.
32 ¶ Tertio facit, quia † ſtatuta tunc ligant ignorantes, quã do prohibent allegare ignorantiam: ſecundum Bar. in l. diuus. in prin. de falſis. Bal. in l. 1. de legib. Abb. in c. de falſario: in prin. extra de crim. falſi. facit tex. in §. pen. in auth. in medio litis ſacr. iuſſ. ſed iſta conſtitutio prohibet allegare ignorantiam, ergo &c.

¶ His tamen non obſtantibus, arbitror ueritatem in con
33 trarium eſſe. cum conſtitutio † principis antequam ſit pu
34 blicata non liget ſubditos, & lex † nunquam liget ignorãtes probabili ignorantia. l. fi. & ibi gl. & Bar. de decre. ab ordi. faci. c. ut animarum. de conſtitu. in 6. & ibi notatur. notat Bar. in l. omnes populi. in 4. q. princip. col. 13. de iu ſti. & iure. facit tex. in auth. ut factæ nouæ conſti. Et igno
35 rãntiam † conſtitutionis uel decreti, abſque culpa excuſare aliquem ad omnem pœnam euitandam concludit Abbas, & eſt communis opinio, ut ibi per doct. in c. 2. de cõſti. ſuper gl. fi. pro qua facit. l. metrodorum. de pœnis. & gl. in l. 1. de receptatorib. in uerbo, latrones. & tex. in c. ſi uir. de cognat. ſpiri. & ſecundum hanc concluſionem cõmunem, quæ habet ignorantiam probabilem excuſare a pęna, in uarijs & notabilibus caſib. doctores ſemper cõſuluerunt: ut per Abbatem in conſi. 35. lib. 1. per Romanum in conſi. 423. Frideri. de Senis in conſi. 13. incipien. Clericus percuſsit. Signor. in conſi. 132. in tertio dubio. Ioan. de Ana. in conſi. 72. cum alijs infinitis quæ adduci poſſent. Et ad hoc facit notabile dictum Bar. in l. auuncu
36 lo. col. fi. de condi. ſine cau. ubi uoluit † probabilem ignorantiam excuſare aliquem ut lucro non priuetur: & probatur in l. fi. de lega. 1. ſi ergo excuſet ne amittat lucrum quanto fortius ne incurrat pœnam, cum fac lius lucrum amittatur quàm quis pœnam & damnum ſuſtineat: ut notatur in l. fin. de codicil.

¶ Non obſtant adducta in ꝯrium: & primo c. 1. de poſtu. præla. quia ad illum tex. reſpondet Dec. in 5. notabili. uel
37 dic † procedere quando peruenit ad notitiam, licèt non fuerit publicata, per proclamata: aliàs eſſet contra omnia ſupra adducta. tertio dic ligare non tñ reſpectu pęnę, ſʒ reſpectu ualiditatis actus: & reſpectu actus ut an

38 nulletur† facilius ligat quàm pœnæ extrinſecę, ſm gl. in cle. 2. de hære. & ibi notant Card. & Imo. ¶ Non obſtat conſtitutionem addere pœnam pro facto damnato, quo caſu ligat ignorãtes, ſecundum Bar. in d. l. cunctos popu
39 los. quia contrarium† tenet Anto. de But. in d. c. 2. de conſti. & alij multi: & licèt Abb. dicat opinionem Bar. eſſe ueriorem dicit tamen opinionem Antonij fore æquiorem: & pro æquiori pronunciandum eſt, maxime quando neutra eſt ſcripta. l. placet. de iudic. uel dic procedere quando illa daret operam ſcienter facto illicito, quod nõ erat in caſu noſtro, quia credebat eſſe licitum ratione conſuetudinis. ¶ Non obſtat & ſi prohibeat allegare ignorantiam, quo caſu ligat ignorantes, per ſupra allegata: quia
40 † illa procedunt quando craſſam ignorantiam ille uellet allegare, ſm Bal. in l. 1. col. 3. C. de cad. tol. in prin. Sali. in l. nobis pudor. C. ad l. Iul. de adul. & in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſſeri. in teſt. Ro. in l. 1. §. nunciato. de oper. no. nuncia. & in l. 1. §. occiſorum ad Sylla. & Io. de Ana. in c. de falſario. de cri. falſi. ſed iſte allegat probabilem ignorãtiam, ergo &c.

Laus Deo. O. M.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus Bononien. I. V. D. minimus.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium, ex nocturno uiri acceſſu ad mulierem, & colloquio amplexu, ac manuum tactu, optime probatur.*

2 *Teſtes & ſi uiderint uirũ ſuper muliere in re ipſa, adhuc neceſſario non probant adulterium, cum poſsit eſſe quod uir ſit impotens, ſeu mulier arcta.*

3 *Probationes per coniecturas & præſumptiones, ſufficiunt in his quæ ſunt difficilis probationis.*

4 *Colloquium & amplexus, arguunt adulterium.*

5 *Familiares in his quæ in domo fiunt, ad teſtimonium admittuntur.*

6 *Teſtes infames admittuntur in his quæ de facili probari non poſſunt.*

7 *Teſtes inhabiles & qui aliàs non admitterentur, tunc admittuntur quando res aliter probari non poteſt.*

8 *Fama publica facit ſemiplenam probationem.*

9 *Statutum pœnam irrogans ei qui aliquod flagitium commiſerit debet intelligi eo perfecto, ac conſummato, & cum effectu.*

10 *Dictio ſi, importat conditionem.*

11 *Mille teſtes ſingulares minus uno probant.*

12 *Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis quando teſtes ſunt ſingulares.*

13 *Fama non probat, quando non fuit probata eo modo quo probari & articulari debet.*

14 *Bona fama optime probata, præfertur malæ famæ, etiam recte probatæ.*

15 *Teſtes digniores deponentes de bona fama, uilioribus deponentibus de mala, ſunt præferendi.*

16 *Bona fama purgat omnem ſuſpicionem, & indicium urgens in contrarium.*

17 *Cauſa in qua agitur de pœna fiſco applicanda dicitur criminalis.*

18 *Publica fama in criminalibus, non coniungitur cum alia ſemiplena probatione.*

19 *Mulier propter commiſſum adulterium reſpectu mariti nihil amittit, quando ipſum maritum adulterium quoque commiſiſſe probatur.*

20 *Coniectura, & interpretatio illa ſemper capi debet per quam excluditur delictum.*

21 *Teſtes deponentes de eo quod poteſt ſe habere ad delictum & econtra, neceſſario non probant delictum, maxime quando habent præſumptiones contra ſe.*

22 *Seruus mei inimici, & domeſticus, eſt mihi ſuſpectus.*

23 *Teſtis inimicus nullum indicium facit.*

24 *Confeſsio ſponte facta ſemper interpretatur in fauorem confitentis.*

25 *Teſtes de auditu non probant niſi in caſu aquæ pluuiæ arcendæ, & nonnullis alijs de quibus in l. 1. de aqua plu. arcen.*

26 *Mulier per oſculum & colloquium non amittit dotem, nec incurrit pœnam, quando conſtat adulterium non fuiſſe ſecutum.*

27 *Teſtis deponens non iuratus nihil ei præiudicat contra quem deponit.*

28 *Teſtis non eſt bonus, quando de ſuo intereſſe in cauſa tractatur.*

29 *Mulieres ſe debent & poſſunt licite ad aduocatos conferre, ut intelligant quid iuris in caſu ſuo.*

30 *Cauſa quælibet excuſat a delicto & dolo.*

31 *Teſtis in uno falſum dicens, a toto teſtimonio uenit repellendus.*

32 *Inimici, etiam in caſu difficilis probationis, in teſtes non admittuntur.*

33 *Actus ipſe adulterij licèt plenè probari non poſsit, præparatoria tamen ad eum & coniecturæ plene probari debent per teſtes omni exceptione maiores.*

34 *Confeſsio facta extra iudicium abſente parte non præiudicat cõfitenti.*

RESPONSVM L.

¶ An mulier amittat dotem propter præparatoria adulterij, qñ eſt optimę famæ, & teſtes ſunt ſingulares, ubi multa in materia teſtium, & probatione adulterij.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In præſenti cauſa uĩ optime probatum fuiſſe adulterium E. per teſtes productos pro parte mariti ſeu ex officio curię. Et primo per Iacobum deponentem ſe uidiſſe quendam B. habentem colloquia cum E. & in eius domum in interualla & abſq; caligis tẽpe nocturno intraſſe: & idem de colloquio deponit Franciſcus, & idem de introitu domus, licèt de die ponit Iacobus, & ꝙ plus eſt Maria deponit de colloquio, de ingreſſu domus ac manuum tactu, & E. confeſſam ſe cognitam ab B. & Cęſar deponit de colloquio, de ingreſſu domus, ac de amplexu: & colloquium. & domus ingreſſum: itidem deponit Iacobus. Nam ex iſtis coniecturis optime probatur
1 † adulterium: ut eſt caſus in c. literis. in c. 3. loco. de præſumptioni. & ibi notant omnes: & in c. præterea. de teſt. & rõ eſt, quia eſt difficilis probationis adulterium. Nam & ſi teſtes uiderint uirum ſuper mulierem in re ipſa adhuc neceſſario non probant adulterium, cum poſsit eſſe
2 ꝙ uir ſit impotens† ſeu mulier arcta: ut laté per Fel. & oẽs in d. c. præterea. & ideo dicit Ange. in l. ſi quis adulterij. C. de adul. in l. 2. §. ſi ſic. de adulte. quod adulterium non poteſt directo probari & uere ſed ex præſumptionibus, ſed ex his quæ ſunt difficilis probationis ſufficiunt pro-
3 bationes per coniecturas† & præſumptiones. c. 3. loco. de proba. & in iuribus ſupra alleg. Nam & iſtę iuris præſumptiones dicuntur liquidiſsimę probationes, maxime in in iſtis materijs. l. ſi quis locuples. de manumiſ. teſta. l. licèt imperator. de lega. j. ubi plene per Alex. & per omnes
4 in rub. extra de prob. & in terminis de colloquio† & amplexu eſt dictum Bal. in c. tuæ. de procu. declaratum per moder. in rubr. de iudi. & in rubr. C. de eden. & de ingrediente domum mulieris eſt deciſio Bart. in l. 2. de furtis. immo in caſu noſtro cum deponitur ream confeſſam fuiſſe, amplius non eſt diſputandum, cum nullã maior probatio quàm partis aduerſæ confeſsio. l. generaliter. C. de non nume. pec. cum ſimili. Præterea ultra ſupra dictas probationes nonne ſunt tres teſtes qui deponunt ſe uidiſſe B. in latebris domus exiſtentem cum E. & poſtea clandeſtine exeuntem, & Conſtantia quæ dicit uidiſſe B. ſupra illam exiſtentem, & adulterium committentem, & ſic directo probant & omni meliori modo quo probari põt.
5 ¶ Nec obſtat ꝙ ſint familiares, quia † in his quæ fiunt in domo admittuntur familiares: per Bar. in l. ſi qñ. C. unde ui. col. fi. & tex. in l. conſenſu. C. de repud. & maxime cum tempore depoſitionis non ſunt familiares ut erant iſti: ut per Bar. in l. 1. in §. ſi ſeruos. ff. de quæſt.
¶ Nec obſtat ꝙ ſint infames, quia in his quæ de facili nõ
6 poſſunt probari† admittuntur infames: ſm Saliçe. in l. ea qui-

quidem.C.de accuſa.cum ſimil. ſed iſta ſunt huiuſmodi,
ergo &c.Nam quando res aliter probari non poteſt, ad-
7 mittuntur illi qui†aliàs ſunt inhabiles,ut plene per Feli.
in c.ueniens.de teſt.col.pen.præterea nonnulli ex iſtis te
ſtibus.deponunt de publica fama iſtius criminis,quę pu
8 blica fama facit†ſemiplenam probationem.l.3.§. eiuſdē
de teſt.§.item ſæpe.4.q.3.& per modernos in l. admonē
di.de iureiuran.¶Maturius tamen conſiderans dico ue
ritatem eſſe in contrarium,& ſufficienter non fuiſſe pro-
batum adulterium,& per conſequens ream abſoluendā
fore:ad quod aperte demonſtrandum nonnulla præſup-
pono.¶Et primo,ꝙ nos loquimur de pęna ſtatuti quod
9 requirit adulterium perfectum & conſummatum &†cum
effectu:ut probatur ex illis uerbis,ſi quis uel ſi qua com
miſerit:arg.tex.in l.1.& in l.3.ff.quod quiſq; iuris ſtatue
rit &c.cum ſimili.Item loquitur conditionaliter:ut col-
10 ligitur ex dictione ſi,quæ denotat † conditionem: ut per
Bar.in l.j.de condi.& demonſt.& conditio proprie debet
adimpleri.l.qui hæredi.Mæuius.de condi. & demonſt.&
& ſic loquitur de uera commiſſione,& propria adulterij
non autem de præſumpta.¶Secundo præſuppono ꝙ. d.
B.erat amicus,domeſticus,familiaris, negotiorum ge-
ſtor mariti.d.E.& de conſenſu & uoluntate eius diu no-
ctuque libere conuerſabat in domo dicti mariti : ut eſt
probatum legitime per nobiles uiros, & omni exceptio-
ne maiores.¶Tertio præſuppo ꝙ.d.domina E.fuit & eſt
mulier bonæ famæ & opinionis,& ita tenetur & reputa-
tur a perſonis honeſtis & bonis : ut legitime probatum
eſt per ſupra dictos teſtes. ¶Quarto præſuppono ꝙ iſta
mulier odio habebatur a ſuo uiro,quia noluit conſenti-
re uenditioni rerum ſuarum,& eam in carceribus tenuit
per nonnullos dies,& ipſe maritus commiſit adulterium
& habuit puerum ex quadam Iacoba : ut eſt depoſitum
per dictos teſtes.¶His ſic præſuppoſitis apparet euiden
tiſſime per teſtes nullo modo fuiſſe probatum adulteriū
& actore non probante reus abſoluendus eſt.l. qui accu
ſare.C.de eden.cum ſimili.ꝙ autem non probent patet.
nam omnes teſtes ſunt ſingulares ſi recte conſiderentur,
cum unus deponat de uno actu & tempore, alius de alio
actu & tpe,nec ſe uocant in conteſtes,ſed mille teſtes ſin
11 gulares minus†probant q̄ unus,quia unus debilitat de fi
de alterius:ſm Bal.in l.de quib.col.antep.de legib.Bal.in
l.iuriſiurandi.col.3.C.de reb.cred.& ideo in ſupplemen-
12 tum†probationis non defertur iurm ſm eum , quia non
faciunt ſemiplenam probationem.ſequitur Dec. in cōſi.
133.col.4.& in conſi.189.col.v.per Alex.in ꝯſ.74.Viſo.co
lu.5.li.j.cum ſi.ex quo infertur ꝙ non pt coniungi publi
ca fama cum iſtis teſtibus ad faciendam plenam proba-
tionem,quia eſto ꝙ publica fama ꝯ.d.E. eſſet legitime ꝓ
bata,quod quidem negatur,tñ cum non faciat niſi ſemi
plenam probationem:ut per Bar.in l.admonendi.de iure
iu,& iſti teſtes minus probant quàm ſemiplene, ut dixi,
ergo non poſſunt cōiungi , & ſi coniungantur non pro-
bant:iuxta theoricam Bar.& doc.in d.l.admonendi. cir-
ca fi.de iureiu.quodquidem tanto magis debet eſſe in ca
ſu nro,quia fama non eſt probata eo mō quo probari &
& articulari dz,cum ſuper ea non ſit articulatum ꝑ par-
13 tem aduerſam,†& ſuper ea imperſonaliter depoſitum ē
quo caſu nihil probat:iuxta theoricam Bar.in l.de mino
re.§.tormenta.col.5.de q.& in l.Labeo.de ſupel.leg. & ꝑ
Dec.in conſi.37.col.7.¶Præterea ex quo optime & prin
cipaliter probata eſt bona fama. d. E. per teſtes nobiles
14 & omni exceptione maiores,iſta bona fama † præfertur
malæ famæ recte probatæ , cum magis conſonat naturæ
ꝙ fuerit bonæ ꝯdōnis q̄ malę.Bal.in c.in noſtra.in prin.
de teſt.Abb.in c.cum P.col.fi.de accu.ſequitur Dec.in ꝯſ.
15 163.col.9.& facit quia†teſtes deponentes de bona fama
ſunt digniores,ergo eis magis credendum eſt.l.3. in pri.
ubi Bar.de teſt.& ſic per iſtam bonam famam mala fa-
ma eſt ſublata,& tanto magis idem eſſe dēt,cum nō fuit
recte probata,nec ēt indicia ſurgentia ex teſtib.ſingula-
ribus , cum minus probent q̄ ſemiplenæ habent aliquid
officere,immo per dictam bonam famā ſunt ſublata,cū
16 bona fama†purgat oēm ſuſpicionē & indicium in ꝯriū
urgens:ut per Alex.in l.fi.in pe.apoſtil.de qō.Bal.in l.ea
quidem in uerſi.quæro,quidam infamatus.C.de accuſa.
Cæpo.in conſi.40.Lucius.col.9.Corn.in conſ.58.Viſa in
quiſitione.in 4.col.uol.2. Dec.in conſi.189. Lætatus. in
pe.col.ergo ex hac bona fama ſola omnis ſuſpicio ceſſat
& ſi ſemiplena probatio adeſſet:ꝙ quidem non eſt hic cū
oēs teſtes non faciunt ſemiplenam probationem,ut dixi:
& minus ipſa fama : non ꝑtermitto tñ unum ꝙ & ſi mil-
lies illa mala fama faceret ſemiplenā ꝓbationē:& ipſi te
ſtes facerent quoq; ſemiplenam probationem : qđ quidē
eſt falſum,per ſupra dicta : nihilominus iſtæ ſemiplenæ
probationes non ꝯiungerētur ad probandum adulteriū :
& rō eſt,quia hic agiē de pęna applicanda fiſco uigore ſta
17 tuti†quo caſu dr criminalis:ut per gl.& Bar. in l.agraria
lege.de termi.mo.& in l.3.de ſepul.uiol.& maxime quia
cauſa adulterij eſt publici iudicij.inſtit.de public. iudic.
18 §. item lex Iulia. ſed † in criminalibus non ꝯiungitur
publica fama cum alia ſemiplena probatione. glo. & ibi
Abb.Feli.& oēs in c.ueniens.el j.de teſt.ergo non poſſu-
mus dicere ꝙ plene ſit probatum hoc adulterium,ſeu il-
la præambula ex quibus iuris cenſura probatur adulte-
rium:nec pt dici ꝙ eſt ciuilis,quia pœna etiam applicaē
marito pro parte,ut in illo ſtatuto:quia ex quo maritus
19 † commiſit adulterium,ut in ultimo ꝑſuppoſito : reſpe-
ctu ipſius mariti mulier nihil amittit. l.uiro atq; uxore.
ſo.ma.& ponunt doc.in rub.de iud.extra.& in rub. C.de
edendo . ¶Ex quibus infero ꝙ ſi millies eſſet pleniſsime
probatum adulterium,&ueniret condemnanda,quod tñ
negatur,ꝙ illa pars quæ datur per ſtatutum marito,dēt
apud eam remanere,per ſupra dicta.Ex his apparet nihil
probatum fuiſſe & omnino abſoluendam fore:ſed ut ma
gis conſtet de innocentia.d.E.ad omnes teſtes particula
riter reſpondeo,& demonſtro quod ſunt reijciendi.¶Et
primo,Iacobus licèt dixerit ſe uidiſſe B.loquentem cum
E.& abſq; caligis eius domum ingredientem,tpe noctur
no,tñ ex hoc nulla poteſt colligi ſuſpicio,cum erat fami
liaris domeſticus,negotiorū geſtor mariti , & ſolitus diu
noctuq; ingredi domum illam , ut dixi in ſecundo ꝑſup-
20 poſitó.certe debet capi iſta coniectura†ꝙ ingreſſus fuit
eo nomine & rōne quibus ſupra:quia ſemper fit interpre
tatio ut excludatur delictū. l.merito. pro ſoc.per Bar.&
oēs in l.non ſolum.§.ſed ut probari.de noui oper.nunc.
cum ſimilibus . ¶Præterea potuit eſſe quòd cauſa fu-
randi , ancillam adulterandi , uel cauſa alloquendi ma-
ritum ſuum domeſticum qui poterat & debebat eſſe in
domo,cum erat de nocte iuris præſumptione , unde non
probat adeſſe quod ab hoc contingit abeſſe,& pro maio
ri parte.l.non hoc.unde cogna.l.neq; natales. de proba.
21 & maxime quando contingentia abeſſe habet†præſum-
ptionem pro ſe:ut notatur in locis ſupra alleg.ſed hic ha
bet ut dixi,ergo &c.facit illud,una præſumptio tollit a-
liam.l.diuus.de in integ.reſtit.cum ſimil. ¶Præterea iſte
teſtis eſt ſeruus ſui inimici , ut dr in proceſſu : ſed ſeruus
22 mei inimici & domeſticus,eſt†mihi ſuſpectus.gl.in c.ini
micus.in uerbo , nolite.113. diſtinctio.& teſtis inimicus
23 † nullum indicium facit.c.repellatur.de accuſ.l. quoniā
liberi.C.de teſtib.cum ibi plene not. Et ex iſtis remanet
ſublatum dictum ſecundi teſtis deponentis tm̃ de loque
la ad geloſiam,& de introitu domus,cum prouenit illud
rōne familiaritatis,& ex alijs rōnibus ſupra adductis, &
maxime cum iſte erat amicus inimici capitalis . d. E. ut
eſt probatum per duos teſtes,& ſic tanquam inimicus ni
hil probat,ut dixi in primo teſte.& ita rñdetur ad Mariā
adductam in teſtem deponentem de conuerſatione,& de
literis &c.nec eſt uerum quod probet confeſsionem.d.E.
quia uerba.d.E.non includunt delictum,cum dicit ꝙ po
tius uoluiſſet incidere in alium errorem,& magnū q̄ in ꝑ
dictum:non tñ dicit incidiſſe in ꝑdictum ſed uult demō
ſtrare quod tale peccatum odió habet pluſquā aliud de-
lictum & magnum,ꝙ probatur,quia ſubiūgit quod odio
24 habet illum B.†nam confeſsio ſponte facta ſemper inter
pretatur in fauorem confitentis.Ant.de But.in c. ex lite-
ris.de ſponſalib.Alex.in conſi.183. Viſo.col.2. uolum.2.
& ex ſupra deductis etiam præſuppoſitis & narratis tolli

tur dictum alterius teſtis, ſcilicet Iacobi deponentis de
colloquio ,& de ingreſſu in domum , & de publica fama,
non repeto alleg.dum tamen dicit quód audiuit ab B. &
pediſſequa E. fuiſſe cognitam , nihil creditur ei , quia
deponit de auditu referentis: & teſtes de auditu non pro
25 bant † niſi in caſu aquæ pluuiæ arcendæ, & nonnullis a-
lijs de quibus ibi in l.1.de aqua plu. arcen. cum ſimili.ꝑ
Dec.in conſi.72.¶ Alius quoque teſtis,ſcilicet Cæſar dũ
probat de colloquio & fama tollitur per ea quæ ſupra di
cta ſunt,non repeto. dum uero deponit de oſculo, ultra
quod ē ſingularis.& multos defectus patitur, dico quod
mulier per oſculum , & colloquium non amittit dotem,
26 nec incurrit† pœnam quando cõſtat quod non eſt ſequu
tum adulterium:ut per Dec.& docto.in rub. C. de eden.
extra de iud.declarantes hoc modo dictum Bal.in c. tuæ
de procura.de cuius ueritate ibi dixi . Sed iſte teſtis ſub-
iungit in examine quod dictus deoſculans exiuit domũ
incontinenti,ita & taliter quod non potuit eam carnali-
ter cognoſcere : & ſic & ſi millies eſſet omni exceptione
maior non probat id ex quo ueniat punienda mulier , &
tanto magis hoc debet habere locum in caſu noſtro , cũ
ſtatutum requirat adulterium conſummatum, ut dixi in
primo præſuppoſito.præterea fuit procuratus a marito,
ut fatetur in examine,ergo &c. Nec Iulius alter teſtis ali
quid probat cum dicat ſe dixiſſe quibuſdam illã cògno-
27 uiſſe:quia quando dixit non erat iuratus† ideo nihil ipſi
præiudicat:ut notatur in l.ſolam.C.de teſt.cum ſimilib.
¶ Alius teſtis Dominicus deponens E. repertam ſolam
cum ſolo in quodam ſtudio A.clauſam : quia ultra quod
ſit ſingularis iſte teſtis ex alijs quampluribus non pro-
bat:quia emit dotalia bona a marito,qui non potuit uẽ
dere & ſi condemnaretur & marito applicaretur dos ut
ipſe credit,haberet rem èmptam,cuius pretium aliter nõ
ſit habiturus a marito,cum non ſit ſoluendo,ut dr̃: & ſic
28 tractat de ſuo intereſſe,quo caſu non eſt bonus† teſtis:ut
per Alex.in conſi.77.circa fin. In cauſa accuſationis.col.
2.circa fi.Immo nihil concludit,quia iſte A.erat. & eſt ꝓ
curator optimę famæ & opinionis , ad quem ſe contulit
iſta mulier prout cotidie fit,ut conſilium caperet, ne de-
29 cipiatur a marito.nam & mulieres ſe debent & pñt † lici
te ſe conferre ad aduocatos ut intelligant quid iuris in
caſu ſuo:ut inquit Bal.in l.bonorum.C.qui admitti. & li
cèt eſſe ĩ ſecreto hoc fuit factum ut nullus intelligeret, ne
ad aures mariti peruenirent , de quo plurimum timebat
cum iam illam pulſauit & in carcerẽ poſuit ut cõſentiret
uenditioni dotis ſuæ:ut colligitur ex ultimo præmiſſo:&
30 iſta fuit iuſta cauſa ut eſſet in ſecreto,† & quælibet cauſa
excuſat a delicto & dolo.l.igitur.de libera.cau.plenè per
Iaſonem in l. de quibus . de legib. profecto & ſæpe mi-
hi hoc accidit:& tex.in d.c.3.loco . qui loquitur de ſolo
cum ſola procedit qñ horis commodis manebat : ut ibi
notat do.Abb.& ſequuntur alij:ſed ibi aderat hora audiẽ
tiæ,quo infinitus numerus clientum accedit ad dictum
procuratorem,accedit ẽt quod in illa domo aderat ſo-
ror.d.E.bonæ famæ,quæ talia non ſupportaſſet.Item nõ
habet locum ſtante noſtro ſtatuto requirente ueram pro
bationem,quæ erit qñ uir erit ſuper mulierem , cum ue-
rior probatio non detur &c.nec clamor mariti ſuperue-
nientis habet in aliquo nocere cum ſit ſui inimicus:quia
noluit ꝯſentire uenditioni rei dotalis, ut præmiſi: & pro-
curat teſtes ut ipſi aſſerunt in ſuis teſtificatis. ¶ Vltimo
non obſtant illi tres teſtes,ſ.Catarina,Conſtantia , & Io.
Anto.eius filius , qui prima facie vñr adulterium ipſum
probare,cum dicant illum B.fuiſſe cum E.in latebris do
mus : & Conſtantia quæ dicit illum uidiſſe ſuper eam in
fœno:quia rñdetur quod iſti teſtes non faciunt & quidẽ
indicium.Nam Catarina dixit falſum rñdens interroga-
torijs ſuper octauo,nono,& decimo:& in ſecundo inter
rogatorio cum dicit quod nunquam fuit in hoſpitio,nec
cognita ab aliquo & publice & ſciente mr̃e:& tñ iſtud eſt
falſum , ut fuit probatum per teſtes examinatos per gu-
bernatorem Mutinæ in forma:& per plures teſtes exami
31 natos hic Bononiæ:† ſed teſtis qui dicit falſum in uno re
pellit̃ a toto teſtimonio:nec ei in aliquo credit̃.l.falſa uel
uaria.de teſtib.per Dec.in conſi.105.col.5.ergo de ea nõ
eſt curandum.¶ Præterea , non dicit ſuper decimoſexto
interrogatorio quod diſceſsit metu fratris inquiſitæ , &
ſic eſt inimica:ſed inimici repelluntur a teſtimonio. c.re-
pellatur.de accuſa.l.qm̃ liberi.C.de teſtib.etiam ſi ſumus
in caſu difficilis probationis in quo admittant̃ infames,
32 non tñ admittuntur† inimici:ut plene no.in d.c. repella-
tur . Item dixit quod non erant clauſi in aliqua manſio
ne,& ſic poterat quilibet exiſtens in domo ſe conferre ad
illos,& ſe conferebat:quo caſu non probatur adulterium
nec infertur:ut uolunt docto.in c.3 .loco.de præſump. &
idem dico de Io.Antonio:quia eodem modo deponit, &
maxime quia iſte B.erat familiaris & domeſticus,& d.E.
erat bonæ famæ & opinionis,ut ſupra diximus . ¶ Et ex
his apparet nihil probatum fuiſſe contra.d.E.& propte-
rea abſoluẽdam fore:nec obſtat quod adulterium ſit dif
ficilis probatus,& in his admittantur probationes per cõ
iecturas,quia requiritur ꝙ ille cõiecturæ ſint propinquæ
ad actum,& plene probentur,licèt enim actus ipſe plene
33 probari non poſsit : præparatoria & coniecturæ † plene
debent probari per teſtes omni exceptione maiores:ut ꝑ
doct.in d.c.3.loco.de præſumptio.& in cap.præterea.de
teſt.& in rub.de iud.& C.de edendo.ſed hic non fuerunt
probatæ plene, nec ſemiplene , nec per teſtes omni exce-
ptione maiores ut latè ſupra demonſtraui , ergo &c.
¶ Nec obſtat ꝙ rea fuit confeſſa,quia non eſt uerũ,& ver
ba ſua habent alium ſenſum:ut dixi ſupra in reprobatio
ne tertij teſtis.præterea iſta confeſsio fuit facta extra iu-
34 dicium abſentente parte nullo acceptante:quo† caſu nõ
præiudicat.l.certum.§.ſi quis abſente.de confeſsis . ple-
ne in capit. ſi cautio.de fide inſtrumentorum. & ad illud
quod admittuntur inhabiles,reſpondetur dummodo nõ
ſint inimici ut ſunt plures de quibus ſupra,& dictũ Bar-
toli.in l.2.de furtis.reprobatur per Abbatem in dicto. c.
terio loco.de præſumptioni.colu. 2. & ſic nihil obſtat in
contrarium,quominus abſoluatur:in quam partem pro
fecto arbitror iuſtiſsimum ac doctiſsimum iudicem do-
minum meum colendiſsimum condeſcendere tanquam
ueriorem,æquiorem,& fauorabiliorem : iuxta illud uul-
gare.l. Arrianus.de actio.& oblig.l.fauorabiliores.de re
gu.iur. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus .

SVMMARIVM.

1 *Probatio non releuat,quæ neceſſario non concludit.*
2 *Acta faciunt rem notoriam,& notorij ſola ſufficit allegatio.*
3 *Fieri poſſe non dicitur,quod commode fieri non poteſt .*
4 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
5 *Paria ſunt ſcire uel ſcire debere.*
6 *Teſtes non ſunt idonei ,quando tractant de ſe exonerando .*
7 *Teſtis qui tractat de ſuo commodo admittitur,quando principaliter cum eo non agitur.*
8 *Aduocatus,procurator,proxeneta , & ſimiles , in negotijs per eos geſtis non poßunt eſſe teſtes .*
9 *Declaratio ad. l.in teſtamento.de teſta.*
10 *Approbatio partium facit quód perſona aliàs ſuſpecta cenſeatur idonea.*
11 *Perſonæ uiles & infames admittuntur in teſtes in his quæ ſunt difficilis probationis.*
12 *Declaratio ad notata in c.3. loco.de probatio.*

RESPONSVM LI.

¶ An raptus probetur per bannum raptoris: & quando dicatur purgatus metus : & quando teſtes qui tractant de ſe exonerando ſint idonei:& quando uiles perſonæ admittantur in teſtes.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Punctus difficultatis conſiſtit an fuerit raptus & ſi fuerit an ſit purgatus, primum pa ucis abſoluo,cum in prima & ſcd'a allegatione illud

ſatis

ſatis demonſtraui: quibus nec bene nec male reſponſum
uideo,præſertim cum tractatus habitus cum rapta: quo
ſolo ad euitandum rapinam utuntur, neceſſario non ꝓ-
betur,cum tm̄ deponatur de quibuſdam uerbis a puella
anteriori die prolatis,quæ nec fuere cum raptore, nec ꝓ
prie nec improprie ſe habent ad conſenſum rapinę,&pro
1 batio†non releuat quæ non ꝯcludit neceſſario.l.non hoc
unde cogna.c.in præſentia.de probatio.& eo magis cum
id deponatur per teſtes inhabiles ratione ſui intereſſe, &
qualitatis perſonarum, & ex pluribus defectibus de qui
bus late diximus,non repeto,nec addo, cum non opor-
teat præter hoc quod ſint ſingulares,& mille ſingularib.
minus creditur quàm uni:ut per Bal. in & quod
nunc raptor reperitur bannitus ratione huius rapinæ:ut
2 conſtat in actis,& acta†faciunt notorium: ut notatur in
c.quoniam contra falſam.de probat. in l.2.C.de eden.&
ſufficit notorium ſolum allegari.c.non ſolum. de appel-
lationi. in 6. notatur in l. 1.de noui oper.nunc.in princ.
ubi latè per moder.ergo incaſſum laboramus ſolem faci
bus illuſtrare,& rem apertam demonſtrare:iuxta notata
in l.j.de actio.empt.ex quo ſequitur ꝙ non ſolum adfuit
metus,ſed & uiolentia. ¶Secundum quoque uix tango
cum late demonſtraui,cum durabat cauſa metus quouſ-
que fuit ſub ditione raptoris,& ſtatim cum fuit extra po
teſtatem dixit omnia metu geſta,& ita iurauit, & multa
de quibus in præcedenti allegatione:& qm̄ actus appro-
batorij ſolum probantur per teſtes inhabiles, & ꝙ nō po
terat aufugere ſaltem ꝑꝑ qualitatem ætatis iuncta loci
ac uiarum imperitia,& cum neminem cognoſcebat: qui
3 bus attentis non poterat aufugere, cum non dr̄ † poſſe,
quod commode non poteſt.l.nepos proculo.de uerb.ſig.
cum uulg.Nunc addo ꝙ iſtud non eſt ueriſimile:quia du
xerunt eam de nocte ad aliam domum ne cognoſceretur
profecto non permittebant ire ad oſtium,& ſi ad oſtium
ire non poterat,quomodo aufugere poterat?non inſiſto
quoniam his rationibus nec bene, nec male reſponſum
uideo:ſolū uideo aliquas reſponſiones ad id quod dice
bam teſtes inhabiles:quod adhuc dico.Et primo propter
raptum:Nam receptator tenetur.l.j.de raptori.uirgi. &
ſupinum eſt dicere receptatorem ignoraſſe raptum, cum
4 coniunctus†præſumitur ſcire facta coniuncti.l.octaui.vn
de cogna.plene in l.1.ſi cer.peta.per omnes in l.2.C.qui
admitti.Alex.in conſi.50.uol.6.& conſi.46. Viſo.eodem
uol.& maxime quando eſt factum magni pōderis, quod
licèt recipiat diſtinctionem,tñ in hoc caſu non admitto,
cum delictum iſtud habeat cauſam continuam & ſecum
attulit teſtimonium ducendo puellam,profecto quis di
ceret & ſi affinis armatus cum puellis abſq; earum ꝯiun-
ctis in domum meam ſe conferat,& de me confidat,&de
nocte de illa domo ad aliam puellas ducat timore ſatelli
tum, ꝙ ego affinis non intelligam unde habuit, & quo-
modo,& quare timeat ſtipendiarios, profecto neminem
ita obtuſi ingenij eſſe exiſtimo,qui talia diceret:& paria
5 † ſunt ſcire uel ſcire debere:arg.no.in l.quod te. ſi cer.pe
ta.ubi multa per illum textum cumulantur, & ex hoc ſe-
quitur ꝙ non eſt ille receptator idoneus teſtis nec eius fa
miliares,cum tractant de ſe exonerando:quo caſu teſtes
6 † non ſunt idonei,cum ad deponentem non debet perti-
nere,nec commodum,nec incommodum,nec laus,uel vi
tuperium:per ea quæ habentur in c. inſuper. de teſti. per
Bar.in l.deferre.§.idē decreuerunt.de iure fiſci.per Alex.
in conſi.186.Viſis dubitationibus.in 2.uol.colum. pen.
7 ¶Nec reſponſio data placet,ꝙ†admittitur teſtis qui tra
ctat de ſuo commodo,quando principaliter non agitur
ſecum:prout uidimus in legatario.l.in teſtamento. de te
ſta.quoniam nunquam admittit̄ teſtis ubi agitur de ſuo
intereſſe etiam in conſequentiam, etiam ſi non agatur
ſecum ſi intereſſe conſiſtat ſolum in affectione & lau-
8 de,hinc eſt ꝙ†aduocatus,procurator,proxeneta, & ſimi
les,non poſſunt eſſe teſtes,ſolum propter affectionem prę
ſumptam,laudem,uel uituperium:licèt ſecum non aga-
tur.nec principaliter tractetur de ſuo intereſſe. ca. 1.& c.
Romana.de teſti.in 6.& in auth. de teſti.§.& licèt. ergo
quanto fortius in caſu iſto ubi agitur de intereſſe: quod
forſan poſſet eſſe corporale reſpectu receptatorum.nec l.
9 qui†in teſtamēto.meretur allegari,ubi legatarius poteſt
eſſe teſtis:qm̄ prouenit a teſtatore,qui approbauit illum
pro idoneo rogando ut ſit teſtis:ſm̄ Bal.in l.ſi municeps.
10 ff. quod quiſque iuris. nā approbatio†partium facit ꝙ
perſona alias ſuſpecta eſt idonea.Bar.in l.ſi pater.in prin
ci.de falſis.& teſtator poteſt facere ꝙ credatur tantum
uni.l.Theopompus.de dote præleg.& ꝙ dixi per ſtatutū
noſtrum requirens affines præſumi metum: aduerte ꝙ li
cèt ſtatutum non poſsit tollere matrimonium directo,
poteſt per indirectum:ſicut iuramentum faciendo præſu
mi ꝯctum meticuloſum:ut in no. in auth. ſacramenta.ſi
aduer. uenditorem. & omnes teſtes partis aduerſę aut
ſunt receptatores,aut domeſtici, & familiares & affines
receptatoris,aut uiliſsimæ perſonæ,ut ſatellites,& ſic in
habiles,& ſingulares,& multos patiuntur defectus:quos
breuitatis cauſa omitto:& de numero non eſt conſiderā
dum,propter eorum ſingularitatem,cum mille ſingula-
res non probent,quantum unus,ut ſupra dixi.& eo maxi
me qm̄ ultra inhabilitatem teſtium adeſt præſumptio
uiolenta durationis metus,per ea quæ dixi ſupra. ¶Nec
11 obſtat dū dicebā ꝙ erant uiles†perſonæ & infames ut ſa-
tellites:& reſpondetur ꝙ in his quæ ſunt difficilis proba
tionis admittuntur:ut per Bar.in l.ſi quando.C.unde ui.
quoniam aduertendum eſt illud procedere in his quæ
ſui natura ſunt difficillimæ probationis, ut quæ teſtato
non fiunt.ca.tertio loco.de proba.& ibi not.omnes: ſed
12 † hic principaliter fuerunt tres actus:primus,diſpoſitio:
ſecundus,cubatio,& dormitio, ac ſimul habitatio: ter-
tius, uerborum prolatio coram militibus, ſed nullus a-
ctus eſt qui palam nō fiat,nam contrahitur matrimoniū
teſtato in gaudio,& palam præſentibus affinibus, & ami
cis ſponſæ.dormitum ducuntur,ut docet experientia. &
realis aſſertio uerbis ſecreto non exprimitar,ut docet ex
perientia quæ rerum eſt magiſtra.c.quàm ſit.de elect. er
go non ſumus in his quæ ſui natura ſunt difficillimæ ꝓ-
bationis:ex eo quia ſolita ſunt fieri palam:&hęc excepto
concubitu de quo non facio uim,cum ab iſtis infamibus
directo & uere non probetur: & licèt de ſenſu probetur
id quod probat concubitum,tñ cum id palam fiat,reſpe
ctu illius ſunt inhabiles:& ideo non poteſt inferri ad con
cubitum,ex hoc colligitur declaratio ad no.in d.c.tertio
loco. & illud de affine quod admittitur in matrimonio
uerum,niſi ex alio repellatur,ut hic.qm̄ tractat de ſe exo
nerando,uel affinem ſuum:& hoc non eſt directo ad ma
trimonium,ſed ad exonerationem iuris p̄ſumptam ſicut
dixi in aduocato,& procuratore.Et per hæc puto ſatisfa
ctū parti aduerſæ,omiſsis nonnullis quæ mihi non ſunt
uiſa digna relatione, ut eſt illud dum dicebam non eſſe
ueriſimile ꝙ puella dixiſſet illa uerba tam fœda & inho-
neſta,quæ me tranſſcribere puduit: ac etiam ſciuiſſe illā
conſuetudinem Ferrariæ,de prima nocte cōcubitus &c.
cum illa die ſolum fuit Ferrariæ, & erat timida alterata
&c.nam reſpondebatur ꝙ hodie eſt ueriſimile ꝑꝑ malos
mores hominum,& multa alia ſimilia:tam in iure quàm
in facto:& hæc non,quia non exiſtimem dicta cuiuſcūq;
uiri:qm̄ omnes reputo maiores meos, & me minimum:
ſed ut illas diſertiſsimas aures R. D. non obtunderem,
cui me totum dono ac trado. Laus Deo.

¶Ita reſpon.Hierony.Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Qui opem præſtitit delinquenti,ea pœna puniendus uenit qua ipſe delinquens.*
2 *Qui in tractatu fuit maleficij committendi,eadem pœna punitur qua ipſe committens.*
3 *Vbi auxiliator homicidij cauſam præbuit,punitur ſicut ipſe homicida.*
4 *Is qui inueſtigauit,pari pœna cum delinquente punitur.*
4 *Nulla eſt maior probatio,quàm partis aduerſæ confeſsio.*
6 *Aſſaſsinus is dicitur qui habita ſpe de commodo litis deliquit.*

7 ¶ *Mediator uel nuncius,ſi fuerit laruatus & auxilium præſtiterit punitur pœna qua delinquens.*
8 *Statutum indiſtincte & generaliter loquens,generaliter dēt intelligi.*
9 *Confeſsio facta à minore.xxv.annis,ſine curatore dato per iudicem proceſſui eſt nulla,& non præiudicat confitenti.*
10 *Quod procedit etiam ſi interuenerit iuramentum.*
11 *Probatio debet neceſſario concludere.*
12 *Statutum a non ſubditis, non poteſt auferre ea quæ ſunt iuris communis.*
13 *Statutum ſimpliciter factum intelligitur, reſpectu ſuorum ciuium.*
14 *Priuilegium,inuito non confertur.*
15 *Pœna mortis afficiendus non uenit,qui duntaxat auxilium præſtitit remotum & præparatorium ad actum.*
16 *Regula quæ habet,deliquentem & opem præſtantem pari pœna puniri,non ſibi locum uendicat,ubi quis remotam præſtitit opem.*
17 *Iura punientia opem remotam præſtantem eadem pœna cum delinquente,loquuntur in pœna pecuniaria: ſecus autem in pœna capitali.*
18 *Pro opinione,quod opem præbens remotam,ad delictum mortis pœna non ſit afficiendus,ponderatur textus in l.1.de raptorib. uirginum.*
19 *Relatiuum ſtat reſtrictiue.*
20 *L.nihil intereſt.ff.ad leg.Iul.de ſicar. loquitur de cauſis principalibus & finalibus ad delictum.*
21 *Nunciatio tunc homicidij cauſam præbuiſſe,dici non poteſt,quādo homicida aliter ſcire poterat quo eſſet is quem demum interfecit.*
22 *Inueſtigator,tunc mortis cauſam, nequit cenſeri præbuiſſe, quādo tantum induxit homicidam,ut iret ad locum qui non erat deſtinatus ad occidendum.*
23 *Regula quæ habet, eum qui cauſam mortis præbuit,uideri occidiſſe,non habet locum niſi lex loquatur in rem: ſecus ſi in perſonam.*
24 *Statutum loquens in auxilium,conſilium,& fauorem præſtante & puniens eum pœna pecuniaria, ac copulans illa tria,complectitur omnem opem.*
25 *Conſilij non fraudulenti nulla datur obligatio.*
26 *Gerundium denotat cauſam finalem, animum deliberatum, & intentionem perfectam.*
27 *Aſſociare aliquem ad homicidiū committendum,magis eſt quàm inueſtigare eſſe domi,uel non eſſe,& id notum facere.*
28 *Verba generaliter prolata,etiam in pœnalibus & odioſis generaliter ſunt intelligenda.*
29 *Dictio in,denotat intrinſecitatem.*
30 *Pronomen ipſe,habet in ſe taxationem.*
31 *Verba quo caſu,operantur ut diſpoſitum in caſu expreſſo,non habeat locum in caſu alio æquipollenti,& qui de iure ſub expreſſo comprehendebatur.*
32 *Geminatio & repetitio,præciſam arguunt diſponentis mentem.*
33 *Vbi aliquid pro forma requiritur, ei quicquam addi nec minui poteſt.*
34 *Statuti uerba ſimpliciter ueniunt intelligenda.*
35 *Verba non aliter,nec in alio modo fieri,uel procedi poſſe, formā indicant atque demonſtrant.*
36 *Forma ad unguem obſeruari debet, & per æquipollens adimpleri nequit.*
37 *Aliud eſt eſſe in tractatu,& aliud eſſe tractatorē et ordinatorē.*
38 *Quod cuiuſpiam conſilio commiſſū eſt, & illius dolo merito dici poteſt fuiſſe commiſſum.*
39 *Conſilium in dubio,delinquendi cauſam præſtitiſſe cenſentur.*
40 *Clauſula generalis nō refertur ad caſum ſpecialiter prouiſum.*
41 *Statutum de auxilio loquens,de proprio & ſimplici auxilio intelligi debet.*
42 *Caſus non comprehenſus a ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
43 *Tractator, ut aliquis interficiatur, pœna capitis uenit plectendus.*
44 *Vbi uerba ſtatuti militant,militat & diſpoſitio.*
45 *Effectus attendi debet.*
46 *Quod eſt ultimum in executione dicitur primum in intentione.*
47 *Aſſaſinus is proprie cenſendus eſt qui pecunia & promiſſione corruptus,ad perpetrandum facinus proceſsit.*
48 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*
49 *Homicidium in dubio præſumitur potius fuiſſe factum occaſiōe inimicitiæ & iniuriarum quàm propter pecuniam.*
50 *Confeſsio non eſt uera probatio, ſed releuatio ab onere probandi.*
51 *Aſſaſsinare,ſecundum cōem uſum loquendi,ſignificat clam cum magna copia quempiam interficere, eo ut præcaueret, prius non admonito.*
52 *Communis uſus loquendi,uerborum proprietati præfertur.*
53 *Confeſsio in confitentis fauorem interpretari debet,& prout reo utilius erit.*
54 *Publica uox & fama ueriſimilitudini contraria, nullibi nocere debet.*
55 *Præfatio ad omnes ſequentes caſus refertur.*
56 *Clauſula in fine poſita,ad omnia præcedentia referri debet.*
57 *Præcedentia magis fluunt in ſequentia quàm econtra.*
58 *Dictio,uel,inter æqualia poni ſolet.*
59 *Auxilium præbens interfectori,minus eo peccat,uel ſaltem non plus illo.*
60 *Relatum in uno caſu ad alium in quo militet maior ratio,uel ſaltem eadem referri,iuri conſonum.*

RESPONSVM LII.

¶ Tractator,& inueſtigator,ac auxiliator homicidij qua pœna puniatur,ubi multa ſuper intellectu quorumdam ſtatutorum Bononienſium.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa huius nobiliſsimi ſcholaris, profecto uidetur ipſum pœna mortis afficiendum fore,præſupponendo eum fuiſſe in tractatu de occidēdo,& aſſumpſiſſe officium inueſtigandi, ac inueſtigando uidiſſe magnificum equitem exeuntem de domo, idque quamprimum malefactori denunciaſſe, illumque uocaſſe ad locum perpetrati delicti,ac ibi expectaſſe, & cum dicto malefactore ſtetiſſe,quaſi uſque ad tempus delicti:ex quibus probatur præſtitiſſe auxilium malefactori in inquirendo dictum occiſum,& uocando malefactorem.

1 ¶ Et regula iuris eſt, illum qui opem † præſtitit ea pœna puniendum qua ipſe delinquens.l.utrum.ad legem Pompeiam de parric.l.qui domum.& in l.& ſi amicis.de adul. Bar.in l.in furti.§.ope.& doct.in l.is qui opem.de furtis. & per Abb.& alios in c.1.de off.delega.Corneus in conſi.octauo, uolumine primo, ſed iſte præſtitit auxilium delinquenti, inueſtigando offenſum, ac denunciando illum de domo exijſſe, expectandoque an reuerteretur ad domum,ut conſtat ex ſua confeſſione,ergo eadem pœna debet puniri qua ipſe interficiens. Item iſte fuit in
2 tractatu,quo†caſu punitur de tractatu eadem pœna Bar. in l.ſi amicis.§. j.de adulte.cum concordan. ¶ Secundò facit ꝙ iſte uidetur dediſſe cauſam maleficio,quia ex quo inueſtigauit, & denunciauit delinquenti illum de domo exijſſe,anſam præbuit delinquenti ueniendi ad locum delicti,ad quem quidem non, niſi accerſitus,erat uenturus,
3 ſed ubi auxiliator†homicidij cauſam præbuit punitur ſicut ipſe delinquens:ut concludunt omnes doct. nemine diſcrepante in c.1.de off.deleg.in l.1.de rapto.uirginum & per Cæpo.in conſi.34. ¶ Tertiò corroboratur ex nota
4 tis per Socin.in conſi.188.uol.2.ubi conſuluit eum † qui inueſtigauit,pari pœna cum delinquente puniri,ergo ibi eſt conſilium in terminis. ¶ Quarto probatur per ſtatutum poſitum ſub rubrica, de pœna &c. ubi punitur qui dedit auxilium cooperatiuū maleficio ſicut delinquēs, ſed iſte dedit ut ipſe fatetur in quarto capitulo, ergo am
5 plius non eſt diſputandum,cum nulla maior † ſit probatio quàm partis aduerſæ confeſsio.l.generaliter.C.de nō numera. pec. & ſtatuto Bononienſi utuntur ſcholares, ut ſtatuto particulari huius ciuitatis cauetur. ¶ Quinto probatur in alio ſtatuto,de pœna aſſaſsinorum, præſuppoſito delinquentem fuiſſe aſsaſsinum, ut ſtatuti uerbis
6 utar,ex eo†quia habita ſpe de commodo litis deliquit: quo caſu dicit aſſaſsinus ex forma eiuſdem ſtatuti.mō in dicto

dicto ſtatuto dr̄ ꝙ ſi mediator, uel nuncius fuit camufa-
7 tus & auxilium præſtitit, punitur † pœna qua delinquẽs:
ſed ipſe fuit camufatus, ut ipſe fatetur, ꝙ uerbum pono
pro laruato, cum à barbarie ſtatuti recedere conſulenti
non uideatur permiſſum, ergo amplius non eſt diſputan
dum, cum in claris non eſt opus coniecturis. l. ille aut il-
le. §. cum in uerbis. de leg. iij. & aduertendum eſt ꝙ ſtatu
8 tum † iſto caſu ſimpliciter loquitur in auxilium præſtan-
te, & non ſe reſtringit ad ipſum actum ſed gñaliter & in-
diſtincte loquitur, ergo gñaliter debet intelligi. l. de pre-
tio. de publiciana in rem actione. l. j. §. generaliter. de le-
gatis præſtandis. ¶ Maturius uero conſiderando dico ue
ritatem eſſe in ꝯrium, & hunc iuuenem nullo pacto pœna
mortis afficiendum fore: & hoc multipliciter oſtendo. Et
primo, quia inueſtigaſſe, & auxiliũ præſtitiſſe eo mō quo
ſupra dictum eſt legitime non probatur. Nam per ſuam
ſolam confeſsionem dr̄ hoc eſſe probatum, quæ cũ mul-
tos defectus patiatur non probat. Nam fuit facta à mi-
nore uigintiquinque annis ſine curatore per iudicem
9 dato proceſſui; quo caſu eſt † nulla, & non præiudicat. l.
clarum. C. de authori. tuto. & ibi notant oẽs, & dicit ibi
cuius confeſsionem minori ſponte confitenti ſine curato
re non nocere: & ſequitur Angelus in tractatu maleficio-
rum. charta. 104. in uerſic. comparuerunt dicti inquiſiti.
ubi dicit, tene menti ne proceſſus tuus poſsit irritari: &
ibi ſequitur Auguſtinus de Arimino, qui allegat plura, &
ponit Alex. in ꝯſi. 106. in iij. uol. cum ſimilibus. ergo nul-
lam patitur pœnam, cum delictum &c. Quod habet locũ
10 ẽt ſi interuenerit † iuramentum. Baldus in l. j. C. de con-
feſsis. & Angelus in dicto loco. Et ſi dicatur ſtatutum po
ſitum hic Bononiæ ſub rubri. de confeſsis. non vr̄ require
re authoritatem tutoris in maiore 25. annis, reſpondetur
non conſtare iſtum eſſe maiorem, & per ꝯñs probationẽ
11 fore legitimam, & probatio † debet neceſſario conclude-
re. c. in præſentia. de probationibus. Secundo dico illud
ſtatutum non auferre beneficium iuris cõis ipſis ſchola-
ribus, cum ab eis tanquàm non ſubditis non poſsint au-
12 ferri ea † quæ ſunt iuris cõis, nec de eis expreſſe loquitur:
13 ideo non cõprehendit illos, cum † ſtatutum ſimpliciter
factum intelligitur reſpectu ſuorum ciuium: ut notatur
in c. eccleſiæ. de conſtitutio. ¶ Nec obſtat & ſi alio ſtatu-
to caueatur ſcholares ut ciues tractãdos fore: quia illud
fuit introductum in priuilegium ſcholarium: ut patet in
illo ſtatuto ibi, tali priuilegio, ideo non comprehendit il
14 los inuitos, cum † priuilegium non conferatur in inuitũ.
l. inuito. de reg. iuris. l. hoc iure. §. non põt. de donationi.
ex quo apparet confeſsionem nullum præiudicium gene
raſſe confitenti, & ſic cum delictum non eſt probatum, &
in cã concluſum ſit, probationique non ſuperſit locus, ip
ſum omnino eſſe abſoluendum: quibus oĩbus, rogo do-
ctiſsimum iudicem animaduertere. ¶ Secundò dico hãc
confeſsionem non debere ei præiudicare, quia fuit facta
ſub ſpe gratię. Nam, ut ipſe refert, iudex dicebat, & ſi ueri
tatem dixeris polliceor tibi nihil futurum, quo caſu talis
confeſsio non nocet, ſaltem ut puniatur pœna ordinaria
& uitę: ſm̄ Imol. in conſi. 119. incipien. Viſa inquiſitione.
& Paridem de Puteo in tractatu Syndicatus. charta. 108.
uerſiculo, ſequitur quotidiana quæſtio. & plene per Hip-
polytum in practica cauſarum criminalium. in §. poſt-
quam. col. 5. ¶ Tertiò dico hanc ſuam confeſsionem fore
indiſcretam & erroneam, cum aſſerat, non aliter potuiſſe
fieri homicidium, ꝙ quidem ſcire nequit, cum id ab ho-
micidę uoluntate penderet, dubioque fortunę euentu ut
eum inueniret, & illum antea uoluiſſe conſtabat ex tra-
ctatu: eum aũt non inuenturum nõ poterat ſcire, quo ca-
ſu confeſsio non nocet, cum habebat aliud ſignum firmũ
cognoſcẽdi an eſſet in domo necne, quia qñ domi aderat
non patebant fores, ubi aũt non adeſſet patebant, ergo
cum dixerit alio medio nõ potuiſſe fieri homicidium, ſua
confeſsio non ualet: ut per Ang. in conſi. 22. De pœna.
¶ Sed dato & non conceſſo, optime probata fuiſſe ea quę
ſupra dicta ſunt, dico pœna mortis non eſſe afficiendum,
15 ſed mitiori arbitrio iudicis, quia non præſtitit auxilium
in actu, ſed præparatorium † ad actum & ſatis remotum.
ita uoluit Cyn. Bald. Iacob. Butrig. & Salic. in l. j. de pecu-
lio. idem Bal. & Cynus in l. j. de Nili agger. ubi dicunt illã
regulam delinquentem, & opem præſtantem pari pœna
puniendos, procedere, qñ præſtitit opem proximam fa-
16 cto, ut puta aſsiſtendo, ſecus † ſi remotam: ut commodã
do ferramenta uel alia, & iſtam doctrinam ſequitur Au-
guſtinus de Arimino in additionibus ad Angelum in tra
ctatu maleficiorum. in uerſi. dicto maleficio ſemper aſti-
17 tit. ubi concordando dicit, licẽt † aliqua iura reperiantr̄
quæ puniant eadem pœna, tñ loquuntur in pœna pecu-
niaria, ſecus in pœna capitali. allegat Cardina. in clem.
j. de pęnis. ponderantem gl. in cap. j. de offi. delegati. & ꝓ
iſta parte do conſi. Baldi in ꝯſi. 492. Dr̄ ꝙ certi. uol. j. ubi
eleganter diſtinguit, & loquiť in accomodante ſcalas. &
in conſi. 235. Videndum. uolu. 3. ubi loquitur in aſſocian-
te malefactorem, ſed iſte dedit opem multum remotam
eum à domo abeſſe nunciando, ergo uitę pœna puniri
18 non debet. Et pro iſta opinione vr̄ † caſus in l. j. de rapto
ri. uirginum. ubi textus punit auxiliantes, qui tpe delicti
19 aderant, & ſic delicti tempore abſentes excludit, cum † re
latiuum ſtet reſtrictiue: argumento. l. ea tñ adiectio. de
legatis. iij. & notat Bartolus in l. oẽs populi. de iuſtitia &
iure. ſi ergo ibi excludit auxilium præſtitum in atrociſsi-
mis non in actu, quanto fortius in ſimplici homicidio.
¶ Tertiò conſidero hunc non fuiſſe cãm delicti: nam cãę
homicidij finales & principales, fuerunt inimicitię capi-
tales, uerba & uerba iniurioſa, de quibus in actis apparet:
20 de iſtis ergo non põt intelligi, & de his † loquitur. l. nihil
intereſt. & hoc intelligitur reſpectu actus: nec põt dici eũ
fuiſſe in cã. Nam ſi non notificaſſet interfectum exiſſe do
mum, non ueniſſet delinquens: qñ dico probatum fuiſſe
delinquentem iam exiſſe domum, & euntem ad locũ in-
terfecti inueniſſe exploratorem, qui retulit ea quæ uide-
rat, & abſque eo oĩno ibat interficiendi hoĩs opportuni-
tatem quæritans. Nunciatio ergo ſua eo loci occiſorem
21 iter arripere non induxit, nec ẽt eius cuſtodia, quia † ali
ter poterat ſcire an eſſet domi. Nam probatum eſt con-
ſuetudinem patrisfamilias fuiſſe eo domi exiſtente tem-
pore noctis ianuã permanere clãm, eo uero foris perno-
ctante ianuam manere apertam, & hoc erat ſignum eui-
dentiſsimum & notorium oĩbus, & propterea abſque ex-
ploratore facile, cum ad domũ interfecti perueniſſet, co-
gnoſcere potuiſſet eum foris pernoctare: cãm igitur non
præbuit cum abſque eo omnino id erat acturus, ac agere
potuiſſet. ¶ Præterea & ſi in cã fuiſſet, non fuit cã ut occi-
22 deret: ſed duntaxat ut ad locum iret, † qui locus nõ erat
deſtinatus ad occidẽdum, cum per eum non ſolebat: nec
debebat ire ſm̄ qualitatem uiæ, qm̄ longius iter erat.
¶ Præterea multis uerbis interfectorem detinuit tanto
tpe, quo potuiſſet occiſus proprias ædes ingredi, adeo
ut potius impedimento q̃ auxilio ſibi fuiſſe uideatur.
23 ¶ Secundò reſpondeo illud de cã † non habere locum, ni
ſi lex loquatur in rem: ſecus ſi in perſonam, per. l. itẽ ſi ob
ſtetrix. ad leg. Aquil. iuncta. l. nihil intereſt. de ſicarijs. ita
ibi Bar. Alex. in conſi. 140. Cum in caſu propoſito. col. 3.
li. ij. per modernos in c. j. de officio deleg. Sed ſtatutũ no-
ſtrum puniens auxilium præbentem loquitur in perſonã,
ergo &c. & ſi ſit aliud ſtatutum loquens in rem, ibi, cuius
loco, dico, ut in uoce dixi, non attendi nigrum illius ſta-
tuti loqui in perſonam: ut in uerſi. ex prædictis, &c. Item
aliter reſpondeo non procedere qñ eſt ſtatuta certa pœ-
na, ut per doctores in d. c. j. ¶ Quartò principaliter mo-
ueor per ſtatutum noſtrum poſitum ſub rubrica de pœna
mand. ſeu auxilium &c. ꝙ diſponit mandantem fieri ma-
leficium, puniri eadem pœna qua punitur qui ipſum cõ-
mitteret maleficiũ. Si uero ad aliquod ex infraſcriptis ma
leficijs auxilium præbuerit, uel cõſilium dederit, uel auxi
lium, conſilium, & fauorem: ſiquidem ad homicidium cõ
mittendum aſſociando, uel alio mõ, puniatur in tercen-
tis libris, niſi auxilium fuerit cooperatiuum in ipſo ho-
micidio, quo caſu puniatur ut principalis delinquens.
Nam pondero iſtud ſtatutum dum loquitur in auxilium
conſilium, & fauorem præſtante, & punit eum pœna pe-
24 cuniaria, & copulat illa tria auxilium &c. ut † comple-
ctatur

ctatur oẽm opem. Nam ſi fuit in tractatu uerbum conſi-
lium comprehendit ſi inueſtigauit an eſſet in domo, &
nunciauit non adeſſe uerbum fauorem, & auxilium com
prehendit iſtum caſum. Et ſi penſate & doloſe hoc fecit,
25 uerbum conſilium includit ſcientiam: quia † conſilij nõ
fraudulenti nulla datur obligatio. l. conſilij. de regulis iu
ris. Et ponderandum eſt dum dicit ad homicidium com-
26 mittendum: ꝙ † gerundium denotat cãm finalem, aium
deliberatum, & intentionem perfectam. l. j. de tutelis. per
Bar. in tit. ad reprimendum. & notatur in rubrica de edẽ
do. Item dr̃ aſſociando, uel alio mõ: quæ uerba alio mõ,
comprehendunt quemlibet modum, ſiue inueſtigando,
27 ſiue aliter agendo: & hoc maxime † quia aſſociare aliquẽ
ad homicidium committendum eſt magis q̃ inueſtigare
eſſe domi, uel non eſſe & id notum facere, cum illud aſſo
ciare ſit magis proximum ad delictum. Item illa uerba ꝯ-
28 ſilium, &c. gñaliter ſunt † prolata: ideo debent intelligi
gñaliter, quia ẽt in penalibus ita intelliguntur. l. cum le-
ge. de teſtamen. & in correctorijs gl. in ca. ꝯ Chriſtianos.
de hæretic. ẽt ſi maior ſit rõ in uno caſu quàm in alio. l. j.
§. ꝙ aũt. de aleatoribus & præſertim quia non fuit in ip-
29 ſo homicidio: † nam dictio in, denotat intrinſecitatem.
l. j. §. in flumine publico. ff. de fluminib. & plene in l. gal-
lus. §. ille caſus. de liber. & poſthu. Item dicit cooperati-
uum & ſic ſimul operatiuum, adeo ut hunc comprehẽdat
etiam ſi fuit ſimul in actu, ergo &c. Item pondera dictio-
nem, in ipſo homicidio, ꝙ pronomen habet in ſe taxatio
30 nem, † ita ut excludat omne aliud auxilium: iuxta nota-
ta per gl. in §. fuerat. inſtitu. de actionibus. Item pondera
illa uerba, quo caſu, quæ uerba faciunt ut diſpoſitum in
caſu expreſſo, non habeat locum in alio caſu æquipollẽ-
31 ti: & † qui de iure ſub expreſſo comprehendebatur. Nam
pupillaris comprehenditur ſub uulgari. l. iam hoc iure.
de uulga. & pupill. ſubſtit. & tñ non comprehenditur, qñ
adſunt hæc uerba uel ſimilia: ut ibi per doctores notatur
& alibi ſæpe. Item pondero uerſiculum, & ſi ad aliquod,
ibi, auxilium uero uel conſilium, ſeu fauorẽ præbens, pu-
niatur, ut auxilium, conſilium &c. præbẽs homicidio ſm
32 formam præſentis ſtatuti, & ſic reperitur idẽ: ex qua † re-
petitione & geminatione arguitur præciſa mens diſpo-
nentis. l. baliſta. ad Treb. Bal. in c. cum tu. de reſcrip. Item
pondera dum dicit, ſm formam præſentis ſtatuti, ꝙ eſt
33 tradita forma in puniendo, † ergo ei nec addi nec minui
põt. Bald. in l. ij. C. de legi. hæred. notatur in l. cum hi. §. ſi
ṗtor. de tranſactionibus. & in l. j. & ij. de liber. & poſthu.
Item conſidero. §. ex prædictis, ſub rubrica de pœna ho-
micidæ. ubi ſolum debet grauari & puniri ſm formã ſta-
tuti: ergo non põt ei irrogari pœna uitæ, ſed ſolum pecu-
niaria taxata per ſtatutum. ¶ Non obſtat illud ſtatutum
dum dicit cuius dolo malo commiſſum eſt: quia non eſt
cõmiſſum ſimpliciter dolo malo iſtius, ſed incuria & cul
pa occiſi, qui per illam uiam nunquam redire debebat.
cum alia erat latior & breuior, ac ſecurior ꝑꝑ domos ma
gnificorum uirorum, quæ erant tunc temporis apertę, &
34 † uerba ſtatuti ſimpliciter debent capi. argumento. l. hoc
legatum. de legatis. iij. ergo nõ uendicat ſibi locum in ca
ſu noſtro. ¶ Secundò reſpondeo ſtatutum intelligi de do
lo malo probato per duos teſtes oĩ ſuſpicione carẽtes: ut
in §. mandatum illius ſtatuti. ſed iſtud eſt probatum per
ſimplicem confeſsionem: ergo non uendicat locum in ca
ſu noſtro, & ſi confeſsio ęquipolleat, quia cum ponat for
35 mam quæ probatur ex illis uerbis, non † aliter nec alio
mõ fieri uel procedi poſſe: iuxta notata per Barto. in l. de
36 his. de tranſact. forma † ad unguem debet obſeruari, nec
põt adimpleri per ęquipollens: ut per Bald. Ale. & omnes
in rubrica de liber. & poſthu. ergo non eſt ſufficiens con-
feſsio. ¶ Tertiò reſpondeo iſta uerba dolo malo, intelligi
in faciente fieri dolo malo & arte, & in inducente aliquẽ
ad faciẽdum maleficium: qđ probatur in dicto ſtatuto &
ex prædictis ubi &c. Item ibi, niſi ſit faciẽs, uel fieri faciẽs
uel auxilium &c. quibus caſibus procedatur ut in noſtris
ſtatutis: ſed iſte non fecit fieri, quia nõ mandauit eis, nec
dolo induxit ad faciendum, ſed ſolum auxilium pręſtitit
& conſilium, & ſic uerbum mandans, & cuius dolo capiẽ
pro facienti fieri, aliàs ſtatutum eſſet ꝯrium. ¶ Non ob-
ſtant adducta in ꝯrium: quia procedunt qñ ſtatutum ſim
pliciter loqueretur de auxilio: ſed iſtud ſtatutum loqui-
tur de auxilio, fauore, & ꝯſi. Nec obſtat illud de tractatu,
quia ꝓcedit qñ ille fuiſſet ordinator, & tractator: ſed iſte
non ita fatetur, ſed ſolum ſe fuiſſe in tractatu: aliud eſt eſ
37 ſe † in tractatu, & aliud eſſe tractatorem, & ordinatorem
ſicut aliud eſt eſſe in ciuitate, & aliud eſſe ciuem. Nam &
conſulens eſt tam reſpectu actus quàm modi, & conſulẽ-
do dr̃ tractare de mõ immo modum dare: unde uerbũ cõ
ſilium, ibi prolatum indefinite debet gñaliter intelligi, ẽt
ſi ſumus in pęnalibus, & odioſis, & correctorijs: & maior
rõ ſit in uno caſu quàm in alio, ut dixi ſupra & interpre-
tatur confeſsio huius nobiliſsimi adoleſcentis in eã par-
tem per quam minus ipſi confitenti præiudicet. Anto. de
Butr. in c. ex literis. de ſponſalibus ut infra dicã. ¶ Quar-
tò conſidero ſtatutum illud non poſſe intelligi de omni
dolo quo commiſſum eſt maleficium: nam nulli dubiũ ꝙ
38 † ſi conſilio alicuius commiſſum eſt, illius dolo poſſe di-
ci commiſſum, cum conſilium habet in ſe dolum. l. conſi-
lij. cum ibi not. de regu. iur. aliàs non punietur, ut ibi. &
tñ punitur per aliud ſtatutum, ergo non loquitur de do-
lo cauſante delictum occaſionaliter & non neceſſario: ſed
iſte & ſi fuit in dolo & eius dolo commiſſum eſſet: non tñ
39 dolo malo cauſante neceſſario, immo † ꝯſilium in dubio
dr̃ cã delicti: quia pręſumitur principalẽ motum fuiſſe ex
conſilio, & aliàs non fuiſſe facturum, ſm cõiter docto. ut
per Felin. & Decium in c. j. de officio deleg. Bald. & alios
in l. data opera. qui accuſa. non poſſunt. & tñ conſilium
iſtud doloſum non punitur pœna uitæ: ergo minus iſte de
bet puniri, cum conſtet ex coniecturis & probationibus
expreſsis, hunc aliàs hęc admiſſurum occaſione ſimulta-
tum &c. quæ coniecturæ ſunt in conſideratione: argumen
to notatorum per Bal. in l. iij. de ſeruis fugiti. Nam ſi nõ
punitur pœna uitæ qui conſulendo fuit cã ꝙ delictum cõ
mitteret ille qui nunq̃ alias erat facturus, cum non fuit
in actu, quanto minus debet puniri iſte qui & ſi in cã fue
rit, ut ille ea nocte delictum patraret, tñ ſi ea nocte non
commiſiſſet, erat aliàs cõmiſſurus. certe iſta vr̃ firma de-
monſtratio, ¶ Quintò reſpondeo in caſu nr̃o, cũ iſte do-
lus fuit in conſilio, auxilio, & ope, & habemus ſtatutum
particulare ad hoc ꝙ illa uerba cuius dolo &c. licèt poſ-
ſint adaptari ad caſum noſtrum, tñ cum per particulare
40 ſtaturum ſit prouiſum, illa cl̃a gñalis † non refertur ad
illum caſum in ſpecie ꝓuiſum. l. doli cl̃a. de uerbor. obli-
gationibus l. ſanctio legũ. de pęnis. ergo intelligiẽ de do
lo qui non ſonat in auxilium, conſilium, & opẽ. Item non
obſtat & ſi is non ſit ſimplex auxiliator, cum fuerit in tra
ctatu & alia fecerit &c. quia dico ſtatutum includere ẽt
non ſimplicem auxiliatorem, ſed copulatiue conſiliũ, au
xilium, & opem præſtantem: quæ uerba ex ſui proprieta-
te comprehendunt iſtum iuuenem, ideo aliter nõ inſiſto.
¶ Circa illud an fuerit ſimplex auxiliator, uidebatur di-
cendum non fuiſſe: quia fuit in tractatu, & multa fecit, q̃
41 ſunt præter auxilium: & ſtatutũ † loquens de auxilio de-
bet intelligi de proprio & ſimplici auxilio, l. iij. §. hæc uer
ba. de negotijs geſt. cum ſimilibus. & hoc ut minus corri
gat ius cõe, & ne contineat abſurdum: & ſic tanquàm ca
42 ſus non comprehenſus † à ſtatuto remanet ſub diſpoſitio
ne iuris cõis. l. commodiſsime. de libe. & poſthu. l. ſi extra
neus. de condic. ob cãm. cum ibi notatis. ſed de iure cõi
& ſi difficultas ſit an ille qui fuit in auxilio remoto actu
43 puniatur pœna capitis, tñ † nulli dubium tractatorẽ pu-
niri pœna capitis. l. & ſi amicis. §. j. de adulterijs. & ibi ꝑ
Bartolum, & per Angelum de Aretio. in tractatu maleſi.
in char. 47. uerſi. quæro in caſu nr̃o. cum concordantibus
&c. Sed profecto ueritas eſt in ꝯrium, qm̃ habemus conſi
derare ſtatutum loquens de præſtante conſilium, auxiliũ
44 & fauorem † copulatiue, quæ uerba oĩno cõprehendũt
iſtum caſum, ergo & diſpoſitio. l. 4. §. toties. de damno in
fec. & cum uerba conueniant, non eſt opus amplius diſpu
tatione. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. ¶ Quo ad
aliud & ſi uideatur aſſaſsinus fuiſſe delinquens, quia ſpe
præmij, & bonorum ſibi & uxori ſuę deuoluendorũ atrox

hoc

45 hoc facinus commiſit, & † effectus attenditur. l. mulier. Treb.& notatur in l.gallus.§.& quid ſi tm̃.de libe.& poſt
46 hu.& illud qđ eſt † ultimum in executione,dr̃ primum in intencione:per Bar.in l.ambitioſa.de decretis ab ordi.facien.& bene facit ſtatutum de pœna aſſaſsinorum,ubi dr̃ ſpe receptu, ſed nulli dubium iſtum ſpem habuiſſe. Item dicit eum cenſeri aſſaſsinum, quem publica uox & fama aſſaſsinum indicat,ſed ita eſt hic, & eius confeſsio adeſt, qua nulla maior probatio datur.l.generaliter. C. de non numerata pecunia.
47 ¶ Tñ determino ꝯ̃rium,& hoc,quia † proprie eſt aſſaſſinus,qui pecunia & promiſsione corruptus eſt,& probatur in ſtatuto ibi, & intelligatur aſſaſsinus, ſi conſtiterit pretio,uel præmio habito,uel ſpe data,uel recepta, illud illicitum feciſſe:& nota ꝙ ut dicatur aſſaſsinus, requiriẽ fuiſſe probatum aliquid datum eſſe,ſed hic non fuit pro-
48 batum:& dare uel promittere eſt quid facti,& facta † nõ prǽſumuntur niſi probentur.l.in bello. §. factę.de capti. & poſtlimi.reuer.& maxime ad euitandum delictũ. l. me
49 rito.pro ſoc.præterea non põt † conſiderari perſona, q̃ dederit,uel corruperit,quæ maiori,quam is eſſet, iniuria foret affecta:unde corruptio nõ fuit neceſſaria, & potius debet iudicari rõne iniuriarum,& inimicitiæ feciſſe q̃ pecunijs,cum potentior ſit rõ:argumento.l.j. de pœnis.
¶ Præterea notandum eſt oportere eam probationẽ fore luce meridiana clariorem,& proprijſsimam, cum fuerit prolata per modum conditionis ibi,ſi conſtiterit, ergo debet uerificari in uera & propria:ut notatur in l.Lucius.de condi. & demon.argum.l.qui hæredi. eod. titul. ſed cõfeſsio † non eſt uera probatio ſed releuatio ab one
50 re probandi:ut uoluit Paul.de Caſt.in rubri. de confeſ.& in l.publia.in fine.depoſi.& eſt cõis opinio : ut atteſtatur Decius in rubri.de proba.col.6.& hoc maxime, quia non eſt confeſsio principalis ſed iſtius miſerandi iuuenis, qui quantę ſimplicitatis ſit conſtat aperte ex ſuą facili confeſſione,ẽt non iuridice facta,cui in hoc non creditur, cum non ſit ſuper eo principaliter & cum requiſitis ad eam:argumento eorum quę uoluit Ang.in locis ſupra allegatis.
¶ Item in confeſsione ſua fuit dictum illud uerbum ad
51 aſſaſsinandum,ſm cõem uſum loquendi,ſm † quẽ ſignat interficere clam cum magna copia, non uocando illum
52 ut ſe defenderet,ut probatum eſt,qui cõis † uſus loquendi præfertur proprietati uerborum : ut not.in l.ꝗ labeo. de ſupel.lega. & per oẽs in rubri.de operis noui nuncia-
53 tio.& pręſertim † cum confeſsio debeat interpretari in fauorem confitentis,& prout reo fauorabilibus eſt. Ant. in c.ex literis.de ſponſ.Aleg.in conſ.183.col.5.per Deciũ in l.poſtquam liti.de pactis.ergo &c. ¶ Ex quibus apparet reſponſum ad adducta in ꝯ̃rium, quia magis cã iniurię quàm bonorum præſumitur interfeciſſe.Secundo cõfeſsio non ſufficit,maxime cum non ſit principaliter ſuper hoc adhibita.Tertio quia iſta publica uox& fama nõ
54 eſt probata, nec ueriſimilis eſt, quo † caſu nõ nocet:ut p Ang.in tractatu malefic.in uerſi.fama. ¶ Et ex hoc reſpõdetur ad aliud de laruato, quia illud procedit reſpectu aſſaſsinamenti prolati à ſtatuto. Secundo reſpondeo dum ſtatutum loquitur de laruato, loquitur in eo qui recepit
55 pecuniam:ut patet ex præfatione, quæ † refertur ad oẽs caſus ſequentes:argumẽto.l.regula.de iuris &facti igno. & ẽt ex ſenſu ibi tanquàm mediator uel nuncius &c. uel qui laruatus &c. uel qui auxilium &c. ubi cõtinuatur idẽ caſus cum qualitate dicta in præcedenti. ¶ Nã nulli du-
56 bium clam † illam,ſi in fine foret appoſita,referri debere ad oĩa præcedentia.l.talis ſcriptura.de legatis. j. ergo
57 fortius cum ſit poſita in præcedenti, cum † præcedentia magis fluunt in ſequentia q̃ econtra:ut per Bar.in l.auia. de conditi.& demonſtra.cum ſimilibus.¶ Præterea ex di
58 ctione uel,demonſtratur † quæ ponitur inter æqualia.l. ij.de rebus dub.Item quia ſi requiritur in principali occi-
59 dente fortius in auxilium præbente,† qui minus peccat,
60 uel ſaltem non plus:ergo † cum militet maior rõ uel ſaltem eadem,illud referri debere,debet referri:ut nota.per Bar.& alios in l.talis ſcriptura.de leg.j.Bal.in l.j. C.de libe.præteri.Areti.conſi.116.Viſo puncto. Alex. conſi.48. Super.libr.j.& in conſi.213. Viſis.libr. ij. cum ſimilibus.
¶ De arbitrio aũt nolo uerba facere, cum ille illuſtriſsimus ac reuerendiſsimus Archiepiſcopus Sipontinus, ſit arbitrator,qui doctrina,prudentia,uirtute,iuſtitia, ac ipſa clementia oẽs alios ætatis noſtræ ſuperat, ac antecellit,& inter fulgentia ſidera,ut magnum luminare illa obtenebrat,cui uetuſtiſsimi gymnaſij ac ſtudẽtium,&honorem & uitam cõmendare ſuperuacaneum puto tanq̃ ſtudiorum amatori,benefactori,ac conſeruatori, cui oĩum uirtutum prædito,ut breuibus me abſoluam, non ſolum cãm huius nobiliſsimi ſcholaris, ſed uitam ac animã ꝓpriam committerem:profecto ſi coram alijs iudicib. res ageretur, dicerem hoc arbitrium à ſtatuto ſub rubri. de pœna mand.ſeu auxi.&c. taxatum & determinatum fuiſſe, cum ſumus in terminis illius ſtatuti : ut late ſupra demonſtrauimus. Laus Deo.

¶ Ita reſpodebat. Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum filijs, appoſitum in conditione,in filia uerificari debet.*
2 *Teſtator ex quo in prima parte ſui teſtamenti,non reſtrinxit uerbum filijs,ad maſculos ſicut in ſequenti, uidetur tam maſculos quàm fœminas ſub eo comprehendere uoluiſſe.*
3 *Teſtator ſi uoluiſſet ſub uerbo filijs, in priori parte ſui teſtamenti poſito fœminas comprehendi appoſuiſſet uerbum maſculis, ſicut fecit in ſeq.*
4 *Conditio tacita de filijs à lege ſubintellecta,tam de maſculis quã de fœminis intelligitur.*
5 *Conditio ſi deceſſerint ſine filijs appoſita à teſtatore,qui proprias filias excluſit eis legando,& maſculos inſtituit, de maſculis dũtaxat intelligi debet.*
6 *Statutum excludens filiam, cenſetur quoque excludere neptem.*
7 *Conditio ſine filijs,de maſculis intelligitur, quando filijs maſculi deſcendentes ſunt ſubſtituti.*
8 *Maſculinum uerificatur in fœminino contra proprietatem uerborum.*
9 *Numerus pluralis ex improprietate capitur pro ſingulari.*
10 *Duæ improprietates ſimul concurrere non poſſunt.*
11 *Impropriare eſt recedere à regula iuris, quæ uult uerba proprie capi debere.*
12 *Diſpoſitio tacita regulatur & declaratur ab expreſſa.*
13 *Verba conditionis tacitam diſpoſitionem induunt & aliqualẽ.*
14 *Maſculini appellatione non comprehenditur fœmininum, quando uerbum filijs, uel filius, profertur in maſculino ab homine, ubi eſt ſtatutum quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*
15 *Verba ſequentia declarant præcedentia.*
16 *Verbum filius, poſitum in teſtamento ad excluſionem ſubſtituti, intelligitur de naturalibus tantum, quando in una parte teſtamenti fuit facta mentio de naturalibus tantum.*
17 *Statutum,ex quo in uerbo debitor, fœminam non comprehendit, ita in alia ſui parte in uerbo creditor, cõprehendere non debet.*
18 *Declaratio ad conſi. Abb.37.in col.ulti.*
19 *Maſculinum non concipit fœmininum quando adeſt ſtatutum,ut maſculis extantibus fœminæ non ſuccedant.*
20 *Item non concipit quando teſtator inſtituit proprias filias in re certa,ſeu excluſit ab hæreditate.*
21 *Incluſio unius non eſt alterius excluſio, uel econtra, quando ſi aliud excluderetur reſultaret abſurdum, uel aliquæ coniecturæ adſunt in contrarium.*
22 *Incluſio unius eſt alterius excluſio quando duo ſunt propoſita & ad unum reſponſum.*
23 *Recedendum non eſt in dubio à uerborum proprietate.*

RESPONSVM. LIII.

¶ An conditio ſi decedat ſine filijs,adiecta inſtituto,in filia uerificetur.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶ Caſus ex ciuitate Fauentiæ ad me trãſmiſſus talis eſt: quidam inſtituit duos filios & ſi unus decederet ſine filijs legitimis & naturalib. ſubſtituit ſuperuiuentem

ſuperuiuentem & eius filios maſculos prohibita Trebel-
lianica maſculis non extantibus ad fœminas uoluit deue
nire,mortuus eſt unus relicta filia:quæritur mō an per fi-
liam defecerit conditio ita ꝙ filia excludat ſubſtitutum.
Et prima facie vr̃ ꝙ ſic,quia maſculinum concipit fœmi-
1 ninum:ergo uerbum filijs,debet † uerificari in filia.l. qui
duos.in fin.de legatis.iij.l.ſeruis legatis.eo.ti.ꝙ habet lo
cum ēt ſ̃m legem diuinam : ut per Abb.in c. maiores.de
baptiſ.col.ij.& hoc procedit in ſubſtōne : ſ̃m Pet.de Anc.
in conſi.120.Pro clariori,& eſt cōis opin.ꝙ hæc conditio
ſi deceſſerit ſine filijs,uerificatur in filia:ut per Io. And.&
docto.in c.Raynald.de teſt.& Dec. in l. ij.col.16.de regu.
iuris.qui atteſtatur iſtam eſſe cōem, quæ opi.optime pro
batur in caſu noſtro,cum in ſequenti teſtōr facit mentio
nem de filijs,cum hac qualitate maſculis, ergo ſupra dū
facit mentionem de filijs ſine hoc uerbo maſculis datur
intelligi quod ſentiebat de filijs tam maſculis quam fœ-
2 minis:ex quo non reſtrinxit hoc uerbum filijs ad† maſcu
los ſicut in ſeq.argu.tex.in c.nonne.de præſcrip.& in l.cū
3 pretor. de iudi. immo † cum facile erat ei appoſuiſſet ſi-
cut fecit in ſeq.l.j.§.fi.de cadu. tollen. c. ad audientiam.
de deci.& in terminis noſtris quod appellatione filij ue-
niant fœminæ in ſubſtōnibus qn̄ eſt factum uerbū de ma
ſculis in ſeq.uoluit.Ioā. de Ana.in conſi.21.incipien. Ad
probandam.Anch.in conſi.118.aliàs.120. Curt.in conſi.
63.col. 6. ¶ Vltimò probatur qn̄ iſta conditio ſine filijs
&c.ſubintelligitur à lege:ut in caſu.l.cum auus.de cond.
& demon. l. gñaliter. §. cum aūt.C.de inſti.& ſubſti.ſub
4 condi.fact.intelligitur † de maſculis & fœminis:ut in iu
ribus ſupra allegatis,ergo idem debet eſſe qn̄ eſt expreſſa
ab hoīe,cum taciti & expreſſi idem ſit iudicium in uolun
tate teſtantis.l.inter.de auro & agen.legat.iuncta.l. cum
proponebatur.de lega.ij.per Bar.in l.cum quid. ſi cert.pe
ta.¶ His nō obſtantibus de iure eſſe ꝯrium arbitror: qm̄
iſte teſtator excluſit proprias filias ab hæreditate legādo
eis & maſculos inſtituit & ſubſtituit ſi deceſſerint ſine fi-
lijs,tunc appellatione filij non comprehenditur filia, ſed
5 talis conditio intelligitur de † maſculis,ne melioris con-
ditionis ſint neptes quàm filiæ:argu.l.ſi uiua matre.C. de
bon.mater.Pau.de Caſt.& Fulgo.in l.j.C.de condi.inſti-
tu.& ideo dixit Bal.in l.uenia.circa fi.C. de in ius uocan.
6 ꝙ ſi à ſtatuto eſt excluſa filia † cenſetur ēt neptis excluſa:
& idem Bald.in l.j.ꝙ uero.de leg.in prin.& ita Dec. in ꝯſ.
15.& in conſi.370.ubi allegat multa, ſed ultra eum uide.
Soci.in conſi.14.Viſo.uol.3. ¶ Secundò ꝓbatur qn̄ filijs
7 ſunt ſubſtituti deſcendentes maſculi, tunc † conditio ſi-
ne filijs,intelligitur de maſculis:qm̄ iſto caſu vr̃ habuiſſe
reſpectum ad agnationem conſeruandam,&ita per iſtam
rōnem & ſuperiorem in terminis noſtris cōſuluit Pau. de
Caſt.in conſi.355.Viſo dicto teſtō.& in ꝯſi.77. Caſus fre-
quenter contingit.& And.Sicu.inter conſilia Alex.in ꝯſi.
52.Circa hanc difficultatem.lib.4.& Dec. abundanter in
conſi.15.uer totum caſum noſtrum decidit, quæ opin.ul
tra Dec.& ſupra allegatos authoritatibus & rōnibus cō-
probari pōt:nam pro ea conſuluit Fulgo.in conſ. 18.So-
lumutia fecit teſtm̄.& idem Fulgo.in conſ.38.incipien.In
propoſita quæſtione. Et ita conſuluerunt do. Catoſacus,
& Io.de puteo,& Areti.quos refert & ſequitur Socin. in l.
cum auus.de condi.& demō.char.13.col.ij. & ego ſæpius
conſului & q̃ plures alios allegaui, & ſunt pauci dies ut
intellexi ꝙ hic gubernator ciuitatis Fauentiæ corā quo
præſens caſus agitatur in alia ſimili cā:ſ̃m noſtrum con-
ſilium quod in illa reddidi iudicauit & ſua ſnīa in cā ap
pellationis fuit confirmata à præſide prouinciæ reueren-
diſsimo archiepiſcopo Sipontino dño meo colēdiſsimo.
¶ Comprobatur rōne:nam ſi uerbum ſine filijs uerifica-
retur in unica filia ſequeretur ꝙ concurrerent duæ impro
prietates,prima quod maſculinum uerificaretur in fœmi
8 nino quod eſt † ꝯ proprietatem uerborum:ſ̃m Bar. in l.j.
de uerbo.ſignifica.Car. in clemen.j.de Baptiſ. per docto.
9 in l.quicunque.C.de ſer. fugi. Secunda † improprietas ꝙ
numerus pluralis caperetur pro ſingulari qđ licèt fiat in
l.falſa.§.fi.de condi.& demon.cum ſi.de quibus ibi:tn̄ il
lud eſt ꝯ proprietatem ſermonis, cum numerus pluralis
contentatur duobus,& ſaltem duo requirat ut uerificet.
l.ubi numerus.de teſt.& ꝙ ſit ex improprietate dicit Iaſ.
inſtito.de obliga.quæ ex quaſi delict.naſcun.in gl.in uer
10 bo,negotiorum. ſed duæ † improprietates ſimul concur
rere non poſſunt ſicut duo ſpecialia:ut not.mod.in l.ſi is
qui pro emptore.de uſucap.in ulti.q.poſt Bart.ꝙ proba-
11 tur:nam † impropriare eſt recedere à regula iuris q̄ uult
quod uerba capiantur proprie.l.iij.§.hæc uerba. de neg.
geſt.l.ſi is qui nauem.de exer. ergo ſpecialitatem conti-
12 net.Item † diſpō tacita regulatur & declaratur ab expreſ
ſa:ut not.mod.in l.cum quid.ſi cer.pet. ubi ergo iſtud ꝙ
13 per uerbum conditionale tacite concipitur : uerba † aūt
conditionis tacitam diſpōnem inducunt & aliqualem,
ut not.in l.gallus.de liberis & poſthu. in princ. licèt non
ſemper:ut ibi not. ergo debet declarari ab alia parte ubi
eſt uerbum maſculis.Item moueor quoties uerbum filijs
14 uel filius profertur in maſculino ab homine † ubi eſt ſta-
tutum quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedāt,
tunc appellatione maſculini non comprehenditur fœmi-
ninum:ſ̃m Alex.in l.hæredes mei.§.cum ita. col. 8. ff.ad
Treb.qui refert alios Iaſ.in l.tres fratres.de pac. per So-
ci.in regula.255.incipien.Maſculinum.Alex.in l.Gallus.
§.j.in fin.de liber.& poſthu.Soci.in cōſi.84.nu. 13. uol.4.
Dec.in conſi.270.nu.3.ſed in loco ubi erat teſtōr uiget ta
15 le ſtatutum,ergo &c.Item uerba † ſequentia declarant ꝓ
cedētia.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.j.l.utrum. de peti.
hæred.& ibi Bal.& Ange. l. quemadmodum. §. hæc uer-
ba.ad leg.Aquil.ſed in ſeq.ſubſtituit filios maſculos, er-
go ſupra dum loquitur de filijs debet intelligi de maſcu
lis, & ita per iſtam rōnem in terminis noſtris conſuluit
Abb.in conſi.37.Videtur primo.col.ulti. Cuma. in conſi.
127.Iaſ.in l.tres fratres. de pact. in j. & ij. col.ubi dicit ꝙ
iſtud dictum Abb.eſt ſingulare,meminit ēt Iaſ.in l. centu
rio.col.33.de uulg.& pupilla.& in l.qui filiabus. de leg.j.
facit ꝙ uoluit Bar.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ad Tre
16 bel.ubi uerbum filius,† poſitum in teſtō ad excluſionem
ſubſtituti intelligitur de naturalibus tm̄, qn̄ in una parte
teſtamenti eſt facta mentio de naturalibus tm̄:adde Cor.
in conſi.14.I.it.t.uol.ij.dicentem ex quo ſtatutum in ca-
ſu illo in uerbo debitor,non concipiebat fœmininum ita
17 in alia parte † in uer.creditor concipere nō debet, & hoc
ultimum fundamentum admitto non ſimpliciter,cū ha-
beat multos ꝯdictores,& ſæpius dixi præferēdam eſſe ex
cluſionem per incluſionem unius in alia parte. itaque il-
lud admitto accedentibus alijs coniecturis, de quib. ſu-
pra,& ubi apparet ꝙ uoluit conſeruare agnationem : ut
18 per Dec.† in conſi.442.nu.2.ut latius ex ſequentibus ap
parebit.Ex his patet reſponſum ad ſupra adducta, & ad
primum quod maſculinum concipit fœmininum in ſub
19 ſtitutione uerum eſt,niſi ſumus in loco ubi uiget † ſtatu
tum ꝙ ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant &c.vt
20 præſupponitur in caſu noſtro. Itē non † procedit quādo
teſtator inſtituit proprias filias in re certa ſeu excluſit ab
hæreditate:vt per docto.in locis ſupra allegatis, ſed ita
fuit in caſu noſtro,ergo. Itē non procedit quando teſta-
tor habuit reſpectum ad agnationem conſeruandam vt
quia ſubſtituit maſculos,vt in caſu noſtro.¶ Nō obſt.ꝙ
incluſio vnius eſt excluſio alterius, ergo cum in ſequenti
fecit mentionem de maſculis,& non in præced.ꝙ datur
intelligi ꝙ in præcedentibus intelligebat etiā de fœmi-
21 nis. Reſpondetur ꝙ † incluſio vnius non excludit aliud
vel econtra, quando ſi aliud excluderetur reſultaret ab-
ſurdum,vel aliquæ coniecturæ ſunt in contrarium:vt ex-
preſſe probatur in dicto.c.nonne.de præſump.& ibi not.
per doct.ſed hic reſultaret abſurdum ꝙ proprias filias ex
cluſiſſet & neptes prætuliſſet. Itē adeſt coniectura conſer
uandæ agnationis. Item coniectura ſe confirmandi cum
22 diſpoſitione ſtatuti. Item illud † procedit quando duo
ſunt propoſita,& ad vnum eſt reſponſum, ꝙ non fuit in
caſu noſtro: ſecundum Bart.in l.legata inutiliter.in fi.de
lega.j.& ibi Iaſ.& alij. ¶ Præterea ſi verum eſſet iſtud ꝙ
incluſio &c.nunquam præcedentia intelligerentur ſecun
dum ſequentia, immo iſto caſu cū concurrat regula ꝙ
præceden.intelligantur ſecundum ſequen.& ꝙ incluſio

vnius &c. debet pręferri: iſta ꝙ præcedentia &c. cum per
23 eam ſaluatur proprietas & in † dubio non eſt recedendū à proprietate. l. non aliter, de legatur. j. & ſatis dicitur voluiſſe ex quo de mente conſtat. l. nominis & rei. de verbo. ſigni. & etiā concurrunt alię coniecturæ, de quibus ſupra dixi, non repeto. Et ita uidi conſultū per quamplures excellentiſsimos doct. moder. Bononienſes, Patauinos, ac Ticinenſes. & qm̄ magnificus dominus iudex fuit diſcipulus: ut mihi relatum eſt excellentiſſimi doct. do. Ioan. de Monteferrato, & ipſi ut bonus diſcipulus multū credit, dico ipſum do. Ioan. Crotum pro hac parte, & in fortioribus terminis conſuluiſſe in hac ciuitate Bononię, cui conſilio ſe ſubſcripſerunt quamplures excellentiſsimi doct. & inter cæteros do. Bonifacius Elephantucius, do. Ludouicus Gozadinus, do. Vincentius Saluiolus, & do. Bernardinus Gamarus, & complures alij quorū nōnulli aliqua addiderunt & corroborarunt, & ut his magnificus iudex non credat me hæc ab alijs audiuiſſe ſubijci, ac addi his noſtris allegationibus iuſsi conſiliū de uerbo ad uerbum præfati excellentiſsimi Ioannis Croti, & additiones ac ſubſcriptiones præfatorū Iureconſultorum: ut non ſolum authoritate eorum, ſed & iuribus & rationibus caſus iſte comprobetur. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum iniunctum alicui ſi deceſſerit ſine filijs, per ſuperexiſtentiam filiarum expirat.*
2 *Nepos ex filia præmortua facit deficere fideicommiſſum iniunctum alicui ſi deceſſerit ſine filijs.*
3 *Abſurdum eſt nepotem melioris conditionis eſſe, quàm eſſet ipſa filia.*
4 *Teſtatoris uoluntas talis eſse præſumitur qualis de iure eſse debet.*
5 *Teſtator qui conſtituit differentiam inter maſculos & fœminas dicitur naturę accuſator.*
6 *Filij appellatio porrigitur ad nepotem, ea interpretatione qua maſculinum porrigitur ad fœmininum.*
7 *Filij nomen in ſubſtitutione fideicommiſsaria extenditur ad nepotem ut per illum ſubſtitutus excludatur.*
8 *Diſpoſitio. l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. habet etiam locum, ſi pater filios inſtitutos inuicem ſubſtituerit.*
9 *In materia excluſiua ſeu priuatiua id quod non eſt expreſsum in diſpoſitione, non inducit priuationem.*
10 *Fideicommiſſum iniunctum filio ſub conditione ſi decedat ſine liberis, expirat per ſuperexiſtentiā filiæ, quamuis teſtator proprias filias excluſiſset.*
11 *In ſubſtitutione fideicommiſsaria, conſideranda eſt potius uoluntas teſtatoris, quàm qualitas uerborum quæ protulit ipſe teſtator.*
12 *Filiorum appellatione in ultimis uoluntatibus filiæ fœminæ comprehenduntur.*
13 *Teſtator qui filiam propriam à bonis ſuis excluſit, multomagis neptes excluſas eſse uoluiſse præſumitur.*
14 *Cōditio poſita in prima ſubſtitutione cenſetur repetita in ſequēti.*
15 *Teſtator præſumitur magis dilexiſse primum ſubſtitutum, quàm ſecundum.*
16 *Auus diligit nepotem ſeu neptem propter filium.*
17 *Propter quod unumquodque tale & illud magis.*
18 *Filius fratris in fideicommiſsis non admittitur ſimul cū patruo.*
19 *Nepos ex filia non admittitur ad emphyteoſim, conceſsam alicui pro ſe & deſcendentibus maſculis.*
20 *Nepos ex filia fratris non admittitur ad fideicommiſsum iniunctum fratribus, ſi alter eorum decederet ſine maſculis.*
21 *Hæredis extranei, ſubſtituti, mortui ante inſtitutum, non præferuntur extraneis hæredibus inſtituti, uigore fideicommiſsi iniuncti inſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis.*
22 *Hæredis appellatione, extraneus hæres proprie continetur.*
23 *Hæredis appellatione comprehenduntur tantum deſcendentes, ne teſtator uideatur plus iuris tranſtuliſſe in perſonam minus dilectam, quàm in magis dilectam.*
24 *Genus maſculinum concipit fœmininum ex quadam interpretatione ſeu improprietate.*
25 *Genus maſculinum in contractibus nō comprehendit fœmininū.*
26 *Verborum à proprietate non eſt recedendum, niſi aliter conſtet de uoluntate teſtatoris.*
27 *Liberorum appellatione in contractibus, comprehenduntur nedum maſculi, ſed etiam fœminæ.*
28 *Abſurdum ut euitetur, uerba debent extendi ad id quod aliàs ex propria ſignificatione non comprehenderent.*
29 *Ratio quæ unica tantum aſsignari poteſt, pro expreſſa habetur.*
30 *Teſtatoris diſpoſitio debet regulari ſecundum rationem quæ illum mouit ad diſponendum.*
31 *Teſtator præſumitur uelle id quod uult lex patriæ ſuæ.*
32 *Verba hæc, ſi quis filiorum meorum ſine filijs deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes, non includunt filiam fœminam inſtitutam in re certa.*
33 *Voluntati teſtoris inhærendum eſt, etiam relicta uerborum proprietate.*
34 *Verba debent ſeruire intentioni, non intentio uerbis.*
35 *Filia non facit deficere ſubſtitutionem factam deſcendentibus oneratis ſub conditione ſi deceſſerint ſine filijs.*
36 *Verbum filius in una parte teſtamenti poſitum, non uerificatur in fœmina ad excludendum ſubſtitutum, quando in alia parte & ſubſtitutione poſitum de maſculo tantum intelligebatur.*
37 *Teſtamenti una pars alteram declarat.*
38 *Fœmina non facit deficere ſubſtitutionem factam alicui ſi decedat ſine filijs, quando pia cauſa fuit ſubſtituta.*
39 *Filiorum ſeu liberorum appellatione, comprehenditur filia fœmina & neptis ex filio præmortuo, quando uoluntas teſtatoris non repugnat, aliàs ſecus.*
40 *Præſumptio una magis potens derogat alteri minus potenti.*
41 *Subſtitutio facta duobus fratribus, ſi alter eorum decedat ſine filijs, non deficit per exiſtentiam filię, quando adeſt ſtatutum quod ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant.*
42 *Extenſio etiam in materia priuatiua aut excluſiua, fit ex ſimilitudine, uel maioritate rationis.*
43 *Filius poteſt exhæredari ex cauſa ſimili, uel maiori, cauſis in iure expreſſis.*

RESPONSVM. LIIII.

¶ Quod maſculinum non concipiat fœmininum in fidei commiſſo fauore agnationis, & quādo excluſit proprios filios.

DVDVM Titius condidit teſtamentū in quo inter cætera iure legati reliquit Poliſenę eius filiæ legitimę & naturali certam quantitatē pecunię pro dotibus, demū hæredes uniuerſales inſtituit quoſdam eius filios maſculos legitimos & naturales, & ſi dicti filij, ſeu aliquis ex eis quandocunque decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, tali ſic decedenti uni uel pluribus ſubſtituit & inſtituit reliquos ſuperuiuentes filios & præcedentis, ſeu præcedentium liberos legitimos, & naturales in ſtirpes & non in capita, & ſi omnes qn̄cunque decederent ſine filijs legitimis & naturalibus tunc iure legati reliquit eius ſorori certam ſummā: ſimiliter quoq; iure legati reliquit præfatę eius filiæ certū quid ultra legatū, de quo ſupra, & in reliquis bonis inſtituit & ſubſtituit quædā monaſteria & pia loca. mortuo teſtatore nonnulli ex prædictis filijs deceſſerunt nullo ſuperſtite filio, nec deſcendente: unus uero deceſsit ſuperſtite filio maſculo qui adhuc eſt in rerum natura: ultimus uero deceſsit relictis quibuſdā filiabus fęminis quas hæredes inſtituit: Maſculus iſte uiuens prætendit dictas filias fœminas non poſſe admitti ad bona quondam præfati Titij teſtatoris, ſed illa ad ipſum ſpectare, ueluti ex cauſa fideicommiſsi. quæritur quid iuris.
¶ In caſu propoſito uidetur primo aſpectu, & apertiſsime dicendum bona ipſa ſpectare ad prædictas filias fœminas: nullumque ius in illis præfato maſculo competere, cum ſit ꝙ iſte ultimus filius teſtatoris deceſſerit ſu-
1 perſtitibus filiabus fœminis, † fideicommiſſum ergo de quo in dicto teſtamento, ſine dubio cenſetur expiraſſe. l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebel. neque. n.
dici

dici pōt hunc deceſsiſſe ſine filijs ex quo reliquit filias fœ
2 minas ſuperſtites.l.j.C.de condit.inſer.ubi nepos † ex fi-
lia præmortua efficit ut fideicommiſſum expiraſſe dica-
tur,multomagis id efficiet ipſa filia, qm̄ propter unum-
quodque tale,& illud magis.aut.multomagis. C.de ſa-
croſanc.eccle.c.cum in cunctis.de elec. ¶ Præterea ſi ne-
pos ex filia qui eſt in gradu remotiori ſubſtitutum exclu
dit a cōmodo fideicommiſsi, multomagis illū excludet
3 filia quæ eſt in gradu propinquiori. Abſurdum enim † eſt
quod nepos ſit melioris conditionis quàm filia.l.ſi uiua
matre.C.de bon.mater.facit tex.in c.j.§.notandū.in tit.
4 qui feud.dare poſſunt ¶ Secundo ſic † arguitur, uolūtas
teſtatoris talis eſſe præſumitur qualis de iure eſſe debet.
l.quanquam. ff.de ritu nupt.Bal.in l.j.C.de ſacroſanct.
eccle.ſed à iure nō fit differentia inter mares & fœminas,
5 quinimmo † naturę accuſatores dicuntur qui cōſtituunt
talem differentiā,quod maximum uitiū reputatur.l.ma-
ximum uitium.C.de liber.præter.l.lege.C.de legi.hęred.
ne ergo uideatur præfatus teſtator uoluiſſe naturę eſſe
accuſator dicendum eſt ꝙ uoluerit ſubſtitutos excludi
non minus per neptes fœminas, quàm per nepotes ma-
ſculos dicendo ſi ſine filijs deceſſerint. ¶ Tertio ſic argui
6 tur, appellatio † filij porrigitur ad nepotem ea interpre-
tatione qua maſculinum porrigitur ad fœmininum.l. iu
ſta.ff.de uerbo.ſigni.Bartol.in l.liberorum.col.10.eo.tit.
7 ſicut ergo in ſubſtitutione fideicommiſſaria † nomen filij
extenditur ad nepotē ut per illum ſubſtitutus excluda-
tur.l.ſi ita ſcriptum.ff.de lega.ij.Abb.in conſi.36.Ludou.
Roma.in conſi.148.incip.Viſo themate.ſic appellatio fi-
liorū complectitur fœminas ad hunc effectum ut per eas
ſubſtitutus excludatur &c. ¶ Quarto pro hac parte ad-
duco nota.per Bald.in l.cū acutiſsimi.col.j.C.de fideicō.
8 ubi decidit ꝙ † ſi pater habens duos filios illos hæredes
inſtituat,& unum ſubſtituat alteri: adhuc habebit locum
diſpoſitio dictę.l.cum acutiſsimi,quia quum charitatem
habuit ad filium ſuum,eandē continuatam habuit ad ne
potem ex eo deſcendentem, & ſubdit idē eſſe in nepote.
¶ Et ſi diceretur,teſtator excluſit à bonis ſuis filiā pro-
priam illā non inſtituendo hæredē uniuerſalē,ergo mul-
tomagis cenſetur excluſiſſe neptes ex filijs , ad hoc reſpō
9 deo ꝙ hæc conſequentia nō procedit,quia in materia † ex
cluſiua, ſeu priuatiua id quod non eſt expreſſum in diſpo
ſitione non inducit priuationē:ita not.Bald.in.l.ſup chi
rographis.C.ſi cert.peta.& in aut.ex teſtamento.C.de ſe-
cun.nup.ubi ad hoc adducit tex.in.§.cum igitur.in aut.
de non eligen.ſecundo nuben.in uerbo, non eſt lex quid
tale dicens.facit tex.in.l.at ſi quis.§.diuus.ff.de relig.&
ſumpti.fune.gloſ.in c.cum uos.de offic. ordi. & in ſum-
ma.15.q.8.Alex.in conſi.112.incipien.Videtur prima cō
ſideratione.penult.col.lib.j.cum ergo teſtator non exclu
ſerit neptes ab iſtis bonis fideicōmiſſo ſubiectis, nec nos
illas excludere debemus.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.
ff.de acqui.hæred.& ita in iſtis terminis reperio fuiſſe cō
ſultū per quoſdam docto.quorum cōſilium eſt inſertum
in.4.lib.conſi.do.Alexand.nu.53.vbi concludunt ꝙ ſi fi-
10 lius † grauatus de reſtituenda hæreditate ſub conditio-
ne ſi deceſſerit ſine liberis, relinquat filiā fœminam ſup-
ſtitem fideicommiſſum expirabit,licèt filias proprias ex
cluſerit à bonis ſuis eas ſolum dotando:nullā tn̄ ex præ-
dictis rationibus adducunt,ſed mouentur,quia ſubroga
tum ſapit naturā eius cuius loco ſubrogatur neptis,ergo
quæ ſubrogatur loco patris defuncti ſubſtitutum exclu-
dit quem eius pater excludit.l.ſi quis filium.§.penult. in
rōne decidendi.ff.de acquirē.hæred.facit tex.in aut.poſt
fratres.C.de legi.hæredib.ex quibus concludendum ui-
detur in fauorem dictarum mulierum. ¶ Quibus tn̄ nō
obſtantibus intrepide concludendum puto contrarium,
& ut clare procedatur facio iſtam concluſionem , ꝙ cum
dictus filius teſtatoris deceſſerit nullis ſuperſtitibus ma-
ſculis, ſed duntaxat filiabus fœminis locus eſt fideicom-
miſſo,& ſic bona dicti teſtatoris ſpectare debent ad præ-
fatum maſculum ſuperſtitem, ergo &c. ¶ Pro hac cō-
cluſione in primis adduco illud tritum,& uulgatum fun
11 damentum: nam † in ſubſtitutione fideicommiſſaria cō
ſideranda eſt potius uoluntas teſtatoris quàm qualitas
uerborum quæ protulit ipſe teſtator.l.penult.ff.de lega.
j.l.fideicommiſſa.§.hæc uerba.ff.de legat.3.& dicit text.
in l.3.C.de liber.præte.ubi.n.manifeſtiſsimus eſt ſenſus
teſtatoris nuſquam fieri debet talis interpretatio ut me-
12 lior ſenſu exiſtat.licèt ergo in ultimis uoluntatibus † ap-
pellatione filiorum comprehendantur filię fœminæ.l.ſi-
quis ita.in princ.ff.de teſta.tute.& l.ſi ita ſcriptum.ff.de
lega.2.Attamen ubi conſtat de contraria uoluntate teſta
toris,ſecus erit dicendum per ſupradicta, ſed in caſu no-
ſtro conſtat de uoluntate teſtatoris ꝙ noluerit appella-
tione filiorum comprehendi filias fœminas : igitur per
earum exiſtentiā non euaneſcit fideicōmiſſum,ſed ſubſti
tutus debebit admitti ad bona huius teſtatoris.¶ Quod
aūt hæc fuerit mens teſtatoris probatur: præfatus. n.te-
ſtator habebat filiam propriam quā excluſit à bonis ſuis
& à dicto fideicommiſſo maſculos hæredes uniuerſales
13 inſtituendo, ergo † multomagis & neptes,& ueluti mi-
nus dilectas cenſetur excluſiſſe.l.ſi uiua matre.C.de bo-
nis mater. Et pro hac conſideratione facit elegans deci-
14 ſio Oldrad.in conſi.141.ubi dicit ꝙ conditio † poſita in
prima ſubſtitutione cenſetur repetita in ſequēti,ne plus
iuris uideatur translatum in ſm̄ ſubſtitutum qui cenſe-
15 tur minus a teſtatore dilectus fuiſſe quàm in primū † quē
teſtator præſumitur magis dilexiſſe.l.libertis.§.ab hære-
dibus.ff.de alimen.& cibar.lega.l.publius.§.fi.ff.de cōd.
& demon. ¶ Nec obſt.id quòd dicunt præfati conſulen
tes in præallegato conſilio dum dicunt hanc non eſſe bo
nā conſequentiam teſtator uoluit excludere filias pro-
prias,ergo & multomagis neptes,quia ſm̄ eos auus prę-
ſumitur magis diligere neptes, quàm filias. ¶ Ad hoc
16 enim reſpondeo hoc non eſſe uerum,quia † auus diligit
nepotem ſeu neptem propter filium.l.dedi dotem.ff.de
colla.bono.ergo multomagis filium cenſetur diligere,
17 quia propter quod † unumquodque tale & illud magis.
aut.multomagis.C.de ſacroſanct.eccle.l.cum quis.C.de
natura.liber.& hoc probatur etiam ex his quæ not.Bal.
in l.cū ita.§.in fideicōmiſſo.ff.de legat.2.ubi dicit quod
18 in † fideicommiſsis filius fratris non admittitur ſimul
cum patruo, quia in eis conſideratur affectio teſtatoris
quæ cenſetur maior eſſe erga filios qui ſunt proximiores
quàm erga nepotes ex filio ſuſceptos qui ſunt in gradu
remotiores, ꝙ ēt affirmat. Aret.in cōſi.163.incipien.Di-
ligenter.Alex.in conſ.204.incip.Conſideratis.lib.2.& in
conſi.4.incip.Ponderatis uerbis teſtamēti.lib.4.Rapha.
Cuma.in dicto.§.ex fideicommiſſo.& in conſi.71.incip.
Mulier inſtituit &c. ¶ Secundo pro iſta concluſione ad-
duco deciſionem Specu.in tit.de loca.§.nūc aliqua.uer-
19 ſicu.143.ubi decidit ꝙ † ſi alicui ſit conceſſus fundus in
emphyteoſim pro ſe & deſcēdentibus maſculis, nepos ſu
ſceptus ex filia non uocabitur ad hanc emphyteoſim , li-
cèt ſit maſculus,eo quia cum filia quæ eſt potior in gra-
du non ſit admittēda,quia fœmina,multominus admit-
ti debet nepos ex ea,cum ſit remotior in gradu , licèt in
eo adſit qualitas maſculina,& idem tenet Bald.in aut.ſi-
quis ruinas.char.peñ.C.de ſacroſanc.eccle.& in l.j.C.de
condic.inſert.Ange.in l.ſed ſi hoc.§.liberos.ff.de in ius
uocan.Pau.de Caſt.in l.Galius.§.nūc de lege.ff.de liber.
& poſthu.&c. ¶ Tertio adduco nota.per Ioan.Andr.in
rubri.de teſta.in fin.in addi.ad Speculum ubi ponit hāc
quęſtionē.quidā teſtator habens duos fratres, uidelicet
Seium & Męuium: Seium hæredem inſtituit quem roga-
uit ut poſt eius mortem hæreditatem reſtitueret Męuio
fratri,uel eius hæredibus maſculis:deceſsit prius dictus
Męuius relicto nepote ex filia fœmina: demum mortuus
eſt Seius grauatus onere fideicommiſsi: quæritur an iſte
nepos conſequi poſsit bona prędicta ex cauſa fideicom-
20 miſsi.decidit ibi Ioannes Andreas quod nō. † quia ſicut
mater ipſius nepotis ſi ſupereſſet excluderetur: ſic & ne-
pos ex ea ſuſceptus excludi debet, quia ab re eſt quod ne
pos admittatur,quia eſt in gradu remotiori & non fœmi
na:dicta.l.ſi uiua matre.& hanc deciſionem refert & ſe-
quitur Matheſila.in notabil.130.referēs plures illuſtres
doct.ita conſuluiſſe.quod confirmatur ex nota.per Bart.

Bald.Pau.de Caſtr.& alios in l.Gallus.§.ſi parente.ff.de
21 liber.& poſth.ubi quærunt, teſtator † filium ſuum uniuerſalem hæredē inſtituit,cui decedenti ſine filijs ſubſtituit Titium & eius hæredes: pone ꝙ decedat iſte Titius relictis extraneis hæredibus,demū decedat filius teſtatoris ſine liberis,an admittentur hæredes Titij uirtute ſubſtitutionis prædictę,concludit ꝙ non,ne uideatur teſtator prætuliſſe extraneos hæredes ipſius ſubſtituti hæredibus extranei filij ſui quem primo gradu hæredem inſtituit,& ſic quem magis dilexiſſe præſumitur: arg.text.in l.publius.§.fi.ff.de conditio.& demon.idem tenet Bald. in c.j.in tit.de natu.ſucceſ.feud.Alex.in cōſi.9.lib.2.Pau. de Caſt.in conſi.190.incip. Videtur dicendum. Et ex hac
22 deciſione infero quod licèt uerbum † hæres, ex ſui propria ſignificatione uerificetur in quolibet hærede extraneo.l.in annalibus.C.de lega.l.ſciendum.ff.de uerbo.ſi-
23 gnifi.tñ reſtringetur † ut comprehendat ſolum deſcendentes ne uideatur teſtator plus iuris tranſtuliſſe in perſonā minus dilectam quàm in perſonam magis dilectā: dicta l.publius.§.fin.ſic ergo in caſu præmiſſo illa uerba ſine filijs,reſtringi debent ad maſculos & nō ad fœminas ne plus iuris uideatur teſtator uoluiſſe concedere neptibus quàm filię proprię.eo maxime quia † genus maſcu-
24 linum concipit fœmininum:non proprie, ſed ex quadam interpretatione,ſeu improprietate.l.pronunciatio.in prin. ff.de verbo.ſignifi.in uerbo,porrigitur.Bartol.in l.j.ff.de verbo.ſigni.Barto.& cæteri in l.quicunque C.de ſer.fugi
25 ti.hinc † eſt ꝙ in contractibus in quibus locus non eſt interpretationi.l.veteribus.ff.de pact.ſub genere maſculino non cōprehenditur fœmininum:vt dicit Archid.in c. ſi quis ſuadente.17.q.4.doc.Moder.adducentes cōcord. in l.tres fratres.ff.de pact.& in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omn.iudic.ſi ergo uerbū filius,ex ſui propria ſignificatione fœminam non comprehendit non poterunt iſtę
26 mulieres hunc ſubſtitutum † excludere,cum à proprietate verborum non ſit recedendum,niſi conſtet de uoluntate teſtatoris in contrarium.l.non aliter.ff.de legat.3. l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolu.matri.de qua uoluntate contraria non apparet in caſu iſto,quinimo adeſt apertiſsima mēs teſtatoris ꝙ noluerit ſub illis uerbis ſi ſine filijs, comprehendi filias fœminas,dum propriam filiā excluſit ab hæreditate,& ab ipſo fideicommiſſo eidem certum quid relinquendo &c. ¶ Quarto pro hac concluſione adduco nota.per d.Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius uocan.& in cōſi.80.incip. Viſo.in ulti.colum.lib.j.ubi uult
27 ꝙ † appellatione liberorum facta in contractibus comprehenduntur nedum maſculi ſed etiā fœminę,quia ſi diximus fœminas non cōprehendi ſequeretur hoc abſurdum quod nepotes & pronepotes maſculi admitterētur, & filię fœminę excluderentur quæ ſunt priores in gradu, ex quo inſurgeret magna abſurditas:dicta.l.ſi uiua ma-
28 tre.ideo ut euitetur † hæc abſurditas uerba extendi debent ad id quod aliàs ex propria ſignificatione comprehendere non poſſunt.l.uxorem.§.cōcubinę.ff.de lega.3. & ibi not.& idem uult Barto.in l.liberorum.colu.3.ff.de uerbo.ſigni.faciunt dicta eiuſdem Barto.in l.oēs populi. in 8.q.princ.ff.de iuſti.& iure.cum ergo uerba extendantur ultra eorum proprium ſignificatum ne cōtingat abſurditas,de qua ſupra, multomagis debent interpretari in uera & propria ſignificatione & non in lata ne contingat abſurditas quod teſtator uoluerit plus fauere neptibus uerisimiliter minus dilectis, quàm filię proprię &c. ¶ Quinto comprobo hanc concluſionem: nam teſtator nulla alia rōne inſtituit maſculos uniuerſales hæredes demum ſubſtituit ſuperuiuentes & eorum liberos decedenti ſine filijs, niſi quia ſubijciendo bona fideicōmiſſo noluit illa poſſe alienari,& ſic uoluit illa remanere penes deſcendentes de familia ſua:& licèt iſta ratio à teſtatore
29 non fuerit expreſſa,attamen cū † hæc unica reddi poſsit habetur pro expreſſa.gloſ.uulgata in l.quamuis.C.de fideicom.ubi Bald.& Pau.de Caſt.not.Bal.in l.maximum uitium.C.de liber.præte.pro qua eſt tex.quem ibi ponde
30 rant Peru.in c.ſuggeſtum.de appel.ſecundum hāc † ergo rōnem quæ mouit teſtatorem ad ſic diſponendum debet regulari diſpoſitio ipſius teſtatoris.l.cū pater.§.dulciſsimis.ff.de lega.2.l.nomen.§.fi.ff.de lega.3.tunc ſic, ſi diceret aliquis quod neptes huius teſtatoris debent excludere ſubſtitutū,certè eius bona transferētur ad extraneos, & ſic non conſeruabuntur penes liberos & deſcendentes qui ſunt de familia ipſius teſtatoris ꝙ eſt contra expreſſam mentem & uoluntatem teſtatoris:licèt enim hę mulieres ſint de familia teſtatoris,tñ nubendo prout nupſerat tranſeunt in alienam familiam,& ſic ſunt,cauſa ꝙ bona exeant familiam, ideo in eis uidetur ceſſare mens teſtatoris quod illę ſubſtitutum debeant excludere qui eſt de familia & agnatione teſtatoris, & quo admiſſo bona ipſa remanent in familia,maxime quia licèt ipſę ſint de familia teſtatoris,deſcedentes tñ ex eis nō ſunt de eius familia.§.fina.inſtitu.de patria poteſta. ¶ Sexto compro-
31 batur iſta concluſio.† teſtator præſumitur uelle id quod uult.l.patrię ſuę.Bart.& ibi late Alex.in l.hęredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebel.ſed in ciuitate Bononię adeſt ſtatutum præferens maſculos fœminis,ergo præſumitur voluiſſe ꝙ nepotes ſubſtituti, & ſic maſculi excludant neptes dicendo ſi ſine filijs deceſſerint, & per iſtam rōnem in iſtis proprijs terminis decidit Pau.de Caſt.in conſ.79. incip.Caſus iſte frequenter contingit &c. ¶ Septimo adduco nota.per Bart.in conſi.54.& in l.fi.n.ff.ad Trebelli.
32 ubi dicit ꝙ † iſta uerba ſi quis filiorum meorum ſine filijs deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes,non includunt filiam fœminā inſtitutam in re certa,quia non fuit ſic dilecta à teſtatore prout maſculi, quos uniuerſales hæredes inſtituit:ſic in propoſito illa uerba ſi ſine filijs deceſſerint,verificabantur in filijs maſculis nō aūt in filiabus fœminis ex præſumpta uoluntate teſtatoris quem conſtat ex qualitate inſtitutionis per eum factę plus dilexiſſe maſculos
33 quàm fœminas, & uoluntati † teſtatoris inherēdum eſt ēt relicta uerborū proprietate.l.hæredes mei.§.cū ita.ff. ad Trebell.l.is qui ducenta.§.ſi pater.ff.de rebus dub.&
34 utrobique Bart.uerba enim † debent ſeruire intentioni non intentio uerbis c.humanę aures 22.q.5.c.ſedulo.38. diſtin.Abbas in conſi.j.& in conſilio.75.libro.j. ¶ Octauo & ultimo,hæc concluſio licèt ex pręmiſsis rationibus apertiſsima reddatur,tñ eam comprobo authoritatibus plurium doctorum excellentiſsimorum qui conſulendo ita concludunt.in primis hoc tenuit Bal.in conſi.482.incip.In cauſa dñi Antheoli.ubi interpretatur ſubſtitutio-
35 nem † factam deſcendentibus onerati ſub conditione ſi deceſſerint ſine filijs,ut uno decedente cum filia locus ſit ſubſtitutioni,& ſic uult ꝙ uerbum filijs, non uerificetur in filiabus: ea rōne quia teſtator in alijs partibus teſtamēti magis dilexerat filios eos inſtituendo quàm filias. idem tenet Pau.de Caſt.in conſi.79.incip.Caſus iſte frequenter contingit.& in conſi.462.incip. Viſo teſtamēto. & Fulg.in l.j.C.de cōdi.inſer.& in conſi.38.do.And.Barba.in conſi.52.incipien.Circa hanc dubitationem.quod eſt inſertum in 4.lib.conſi.do.Alex.idem uult Soci.in l. cum auus.ff.de condi.& demon.in 16.chart.in uerſicul. quartus caſus eſt ubi allegat do.Areti.idem tenentem in quodam conſi.incip.Stomachatus ſum.& idem cōſuluit ipſe Soci.in quodam conſi.incip.In præſentiarum.ubi dicit idem cōſuluiſſe do.Carbonem & plures alios docto. Papienſes,& extat hoc conſi.in libr.conſi.domi.Franciſ. Curt.nu.40.hanc ēt ſentētiam ſecutus fuit celeberrimus etatis ſuę Iureconſultus do.Franciſ.Curt.in conſi.51.incip.Circa teſtamentū Alberti de Turre.in uerſi.fortificātur præmiſſa.& ita ſepenumero idem conſului:& ſubſcripſerunt ſe plures excellentiſsimi doc.& Bonoñ.& Florētini:& aduertendum eſt,quia præfati doct.loquuntur in caſu fortiori,uidelicet qñ teſtator uſus fuit uerbo liberorum,dicendo ſi ſine liberis deceſſerint,ꝙ uerbum latiorē habet ſignificationem quàm hoc uerbum filiorum quo fuit uſus teſtator. iuxta nota.per Bart.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius uocā.& probatur in l.quod ſi nepotes. ff.de teſta.tute.& in.§.fi.inſtit.qui dari tuto.poſſunt &c. ¶ Accedat pro cōfirmatione huius cōcluſionis una alia ratio pulchra & notabilis:nā dictus teſtator omnibus filijs decedentibus ſine filijs ſubſtituit monaſteria & quædam

36 dã pia loca,ut patet ex ſeriẽ teſtamenti.ſicut ergo † verbum filius non uerificatur in filia fœmina ad excludendum piam cauſam ſubſtitutã,ſic non uerificabitur in fœmina ad excludendum hunc ſubſtitutum : quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia ea pariter & uniformiter determinat.l.quamuis.C.de impub.& quia
37 una † pars teſtamenti declarat alteram.l.qui filiabus.in princ.& l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de legatis.j.aſſumptũ probatur;nam hoc uerbum filius comprehendit filiã nõ ex propria ſignificatione,ſed per extenſionem & præſumptionem.l.pronunciatio.in prin.ff.de uerbo.ſigni.Bart.
38 in l.j.co.titu.iſta ergo extenſio ſeu pſumptio ceſſare† debet ubi pia cauſa fuit ſubſtituta: ita decidit illuſtris doctor.d.Iaſ.dicens ſe ita conſuluiſſe in l.ſi quis id quod.in 11.limitatione.ff.de iuriſdi.omniũ iudic.ubi allegat Pet. de Ancha.in conſil.43.incipien.Prima facie &c. ſupereſt ut ad obiecta reſpondeatur. ¶ Primẽ igitur obiectioni
39 de l.j.C.de condic.inſer.reſpondeo ꝙ † appellatione filiorum ſeu liberorum tunc comprehenditur filia fœmina & neptis ex filio præmortuo qñ non repugnat uoluntas teſtatoris, ſed in caſu iſto uoluntas teſtatoris ſuadet cõtrarium ꝙ fœminẽ non ueniant appellatione filiorum ꝑ ea quæ dicta ſunt ſupra,igitur illi inhærendum eſt.l.liberorum.§.quod tñ Caſsius.ff.de legat.3.& l.3.C.de liber. præter. ¶ Secundẽ obiectioni reſpondeo, ꝙ cum ſtatuta Bononiẽ,& quæ cõiter ſunt per Italiam præferant maſculos fœminis,& ſic conſtituant differentiam inter mares & fœminas, idẽ præſumitur uoluiſſe ipſe teſtator cõfirmando ſe cum diſpoſitione iuris municipalis : ſecundum Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.& ita reſpondet Pau.de Caſt.in præallegato conſi.79.incipiẽ. Caſus iſte frequenter contingit. Vel aliter reſpondetur, ꝙ in caſu in quo conſtar teſtatorem uoluiſſe cõtrarium,
40 prout hic:ſecus eſt dicendũ,quia † una præſumptio magis potens derogat alteri minus potenti.l.diuus.ff.de in integrum reſtitutio.c.afferte mihi gladium. de præſumptio.¶ Tertium argumen.tollitur ea reſpõſione qua primum fuit ſublatum. ¶ Quarto argu.de doctrina Bald. in l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.reſpondeo,ꝙ illa deciſio Bald.non procederet in caſu noſtro per rationes ſuperius adductas,& ꝓ hoc facit quod uoluit Pau.de Caſt.
41 in dicto conſi.79.ubi dicit quod ſi teſtator† filium inſtituat cui decedenti ſubſtituat alterum filium, & ſi poſtea contigerit iſtum filium cui facta fuit ſubſtitutio mori ſuperſtite filia fœmina,illa ſubſtitutum non excludet exiſtente ſtatuto ꝙ filia excludatur extantibus maſculis, vł fratre defuncti,& ſic non habebit locum diſpoſitio.l.cũ acutiſsimi.& l.cum auus.ff.de condi.& demonſt.& idem tenet Ioan.Petru.in dicta.l.cum acutiſsimi.do.Ioan.Baptiſta de ſancto Seuerino in l.generaliter.§.cum autẽ.C. de inſtit.& ſubſti.ſub condic.fac.& ſic nõ præſumitur teſtator habuiſſe hãc charitatem ad neptem quam habuit ad filium maſculum, ſic dicamus in caſu iſto &c. ¶ Vl-
42 timæ obiectioni reſpondeo, quod † in materia priuatiua aut excluſiua fit extenſio ad alium caſum ex ſimilitudine, uel maioritate rationis.l.his ſolis.in uerbo, tacite cautum putamus.C.de reuo.dona.c.j.§.porro.in titul. quæ fuit prima cauſa benefi.amitten.in uſib.feudo.gloſ. in l.fi.C.de reuo.dona.quæ extendit illam legem penalẽ etiam taxatiuẽ loquentem ad caſum ſimilem: faciunt ẽt nota.per Guil.de Cuneo.& Alex.in aut.non licet.C.de li-
43 ber.præter.ubi concludunt filium † poſſe exhæredari ex cauſa ſimili uel maiore cauſis expreſsis in iure:de qbus in.§.cauſas.in aut.ut cum de app.cognoſcatur.collat.8. ſed in caſu iſto eſt maior ratio,ꝙ iſte mulieres nõ excludant iſtum ſubſtitutum quàm filia teſtatoris, quæ eſt in gradu proximiori,ſicut ergo filia teſtatoris ſi uiueret nõ admitteretur ad iſta bona, multominus admitti debent præfatẽ mulieres exiſtẽtes in gradu remotiori, & iſta eſt mera ueritas.

¶ Et ita iuris eſſe arbitror ego Ioan. Crot. de Monteferrato Iuris Vtriuſque doc. Bononiẽ publicẽ legens in quorum fidem me propria manu ſubſcripſi & proprium ſigillum apponi iuſsi, ſaluo &c.

¶ Bene ac diligenter diſcuſsis his quẽ copioſe & eleganter ſcripta ſunt per eximium doctorẽ & compatrẽ meũ amantiſsimum.d.Ioan. de Monteferrato in eius concurrens ſententiam idem iuris eſſe dico, & intrepide affirmo , ego Bonifacius Elephantucius de Bononia iuris utriuſque doc.& comes ordinariam de mane cathedrã tenẽs in iure Cæſareo in hoc feliciſsimo patriẽ meẽ Gymnaſio:in quorum fidem hic me ſubſcripſi, & conſueti ſigilli mei impreſsione muniui alterius tñ ſententiis iudicio ſemper ſaluo ad laudẽ indiuiduẽ trinitatis & totius curiẽ triumphantis. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Frater prohibitus alienare extra familiam poteſt donare ſorori ſuæ.*

2 *Filius prohibitus alienare extra familiam, ex teſtamento, uel ab inteſtato, non poterit propriam filiam inſtituere, quando eius pater proprias filias à dictis bonis excluſerat.*

3 *Neptis ex filio, non excludit piam cauſam ſubſtitutam eidem filio uniuerſaliter inſtituto, quando teſtator proprias filias excluſerat.*

4 *Neptis non excludit ſubſtitutum, quando teſtator conſiderauit conſeruationem ſuæ agnationis ſubſtituendi deſcendentes ex familia ſua.*

RESPONSVM LV.

PLACET mihi concluſio dominorum ſupra conſulentium in themate noſtro: ex qua cõcluſione d.Ioan.de Monteferrato in repe.§. diui.l.filiusfamilias.de lega.j.infert ad unã ſimilẽ deciſionem:& ecce teſtator habens filios & filiam, filios maſculos uniuerſales inſtituit hæredes: filiẽ fœminæ certum quid reliquit nomine dotis in quo ipſam inſtituit hæredem,& prohibuit filios maſculos ne poſſent ſua bona alienare extra familiam ex teſtamento : aut ab inteſtato unus ex dictis filijs habens unicã filiã inſtituit eã hæredem,in talibus bonis alienari prohibitis,& mortuus eſt cõdito teſtõ:quærit an poterit dicta mulier admitti ad huiuſcemodi bona alienari ꝓhibita:vr dicendũ quod ſic,qa neptis ex filio ẽ de familia ſui parẽtis & fuit in illius poteſtate,ergo in eã poterit fieri alienatio , licẽt ſit mulier.l.uoluntas.C.de fideicõ.ubi frater prohibitus
1 † alienare extra familiam põt donare ſorori ſuẽ, cum ſit de familia teſtatoris à quo facta fuit prohibitio.Contrarium tñ decidit,& bene,ratione de qua ſupra,ſcilicet qa ſicut teſtator filios maſculos uniuerſales hæredes inſtituendo nihil curauit de filia propria,& ſic ipſi prætulit filios,eo quia erant maſculi: pari rõne quinimmo & multo fortius uidetur uoluiſſe quod neptes ex filijs quẽ ſunt in remotiori gradu non admittantur ad dicta bona:arg. l.ſi uiua matre.C.de bonis mat er.& ita aliàs uidi elegãs conſilium dñi Bartholomei Soci.qui multum eleganter conſuluit pro iſta parte,adducẽdo nota.ꝑ Paul.de Caſt.
3 in conſi,79.vbi uoluit ꝙ ſi † teſtator filiẽ certum quid reliquit: filium maſculum hæredem uniuerſalem inſtituit, cui decedenti ſine filijs ſubſtituit pium locum , iſto caſu neptis ex filio non excludit ſubſtitutum,quia ſicut teſtator:non curauit de filia propria,quia eam hæredem uniuerſalem non inſtituit cum filio maſculo ita non uidetur curaſſe de nepte: quam opi.ultra ſupra allegata ſequitur do.Philip. Corne.Peruſi.in l.j.col.fi.C.de condi.inſer.& ſm quam ita uidi aliàs cõſultum per ampliſsimos doct. Bonoñ.uidelicet d.Ioannẽ de Salla.d.Vincentium de Paleotis,& d.Ioan.Anto.de Botonibus ſuper teſtamẽto cuiuſdam Bitini de Flexo Bonoñ.& quam firmat præfatus conſulens,& præceptor meus in ſua elegãti & ſolenni repetitione.§.& quid ſi tm̃ l.Gallus.de liber.&poſth.colu. 16.dicens ſe aliàs ita conſuluiſſe,& ꝙ multi ſolẽnes doc. ſe ſubſcripſerunt inter quos fuit cõſummatiſsimus iureconſultus d.Fran.Pepus,quos intrepide ſequor ea potiſsimum rõne,quia in caſu iſto teſtator ſubſtituendo cõſiderauit conſeruationẽ ſuẽ agnationis ſubſtituendo deſcen-

3 ſcendentes ex familia ſua; quo caſu † neptis non exclu-
dit ſubſtitutum: ut concludunt moderni Senē. in cōſ. 40.
inſerto in uolumine conſiliorum domi. Franciſ. Curt.

¶ Et ita de ſola requiſitus ſubſcriptione iuris eſſe arbitror: ego Bernardinus Gamarus, ciuis Bono. utriuſque iuris doct. ordinariā iuris Ceſarei de mane legens in almo patrię meę Bonoñ. Gymnaſio, ī cuius rei fidē hic me manu propria ſubſcripſi & ſigillo meo conſueto ſignari iuſsi. ſaluo ſemper ſaniori conſilio ad laudem īndiuiduæ Trinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum uel conſuetudo quando extat, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: uerba ſi ſine filijs, uel liberis deceſſerit, intelliguntur de maſculis.*
2 *Teſtatori ipſi, per fideicommiſſum ſucceditur.*
3 *Fideicommiſſum à præcedentibus poſitis in teſtamento recipit declarationem.*
4 *Subſtituti ad inuicem ſimpliciter uidentur ſubſtituti pro illis partibus pro quibus fuerant inſtituti.*
5 *Qualitas poſita in præcedentibus, cenſetur repetita in ſequentibus, ubi militat eadem ratio.*
6 *Verbum maſculis poſitum in una parte teſtamenti cenſetur repetitum in alia ubi ſimpliciter fit mentio de filijs.*
7 *Verba ſi ſine filijs deceſſerit fauore piæ cauſæ, de maſculis tantum intelliguntur.*
8 *Filiorum appellatione ueniunt fœminæ, niſi aliter appareat de uoluntate teſtatoris.*
9 *Extenſio de caſu ad caſum debet fieri cum omnibus qualitatibus ſuis.*
10 *Argumentum de uno caſu ad alium ſimilem non procedit, quando qualitas mutatur.*
11 *Neptis repræſentat perſonam defuncti. limita ut nu. ſeq.*
12 *Tex. in. §. cum filius. inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. limitatur ut non procedat in fideicommiſsis.*

RESPONSVM LVI.

VERE negari non pōt, quin articulus ſit difficilis, ſed in quęſtione propoſita, quippe credo quod illa pars ſit uerior & ꝓcedat de mēte iurium & doctorum quod neptis non faciat deficere fideicommiſſum, & hoc per iura allegata ꝑ d. conſulentem, quæ omitto ſolum allegando pro ſolido
1 fundamento, cui non pōt reſponderi, ꝙ quando † extat
ſtatutum, uel conſuetudo, quod extantibus maſculis fęminę excludantur, ſemper illa uerba ſi ſine filijs, uel liberis deceſſerit, intelliguntur de maſculis, ſed ita ſe habet ſtatutum huius ciuitatis, ergo &c. ita conſuluit Curt. in conſil. ſuo. 52. nec dicatur quod in ſuo caſu erat conſuetudo ꝙ oēs maſculi excluderent oēs fœminas deſcendentes licet maſculi eſſent tranſuerſales, quia eſt falſum: nam ut ipſe dicit loquitur de ea conſuetudine quæ eſt quaſi fere in omnibus partibus Italię, ac clarū eſt quod eſt talis conſuetudo: ut maſculi deſcendentes excludāt fęminas, non aūt quod maſculi tranſuerſales debeant fęminas deſcendentes excludere: & tñ conſuluit quod in uerba ſi ſine liberis, ſeu filijs deceſſerit, intelliguntur de maſculis tm̄, adeo ꝙ fęmina deſcendens non excludat ſubſtitutos, ita in caſu noſtro proprię dico quod neptis licet deſcendens non excludat nepotē maſculum, & ſic deſcendētes ipſius teſtatoris, & in iſto caſu qñ eſt ſtatutum, uel cōſuetudo iſta, nullus doctor tenet cōtrariū: uel dic quod ex
2 quo per † fideicommiſſum ſucceditur ipſi teſtatori: ut. l. coheredi. §. cum filię. ff. de uulg. & pupil. not. Moder. in. l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſtitu. eſt neceſſario dicendum quod ex quo tractatur de ſucceſsione aſcendentium quod nos ſumus in caſu ſtatuti, quod diſponit tūc fœminas excludi, ergo illa uerba teſtatoris ſi ſine filijs vł liberis deceſſerit, intelliguntur de maſculis. ¶ Secundo
3 ergo † moueor, fideicommiſſum declaratur à præcedentibus tex. in l. fin. & ibi per Bart. ff. ad Trebel. ſed in præcedentibus in inſtitutione tantum fit mentio de maſculis filiis excluſis filiabus, ergo dum in ſubſtitutione ſequēti dū fit ſimpliciter mentio de filijs, ſeu liberis, dēt declarari prout præcedentia ut intelligatur de maſculis excluſis
4 fęminis: facit in ſimili quod † ſubſtituti adinuicē ſimpliciter uidētur ſubſtituti pro eiſdem partibus pro quibus fuerunt inſtituti. l. j. C. de impuber. & alijs ſubſti. gloſ. in l. unica. C. quando non peten. partes.
5 ¶ Tertio, † qualitas appoſita in præcedētibus dicitur in
ſequētibus repetita: ubi eſt eadem ratio. Bart. in l. in repetendis. ff. de lega. iij. ſed iſta qualitas de maſculis filiis eſt poſita in ꝑcedentibus, ergo in ſequentibus cēſetur repetita, quia eadē rō militat in utroq; caſu, & maior facit cōſ.
6 Abba. in uol. j. quod quando † in una parte teſtamenti di-
ſponitur de filijs maſculis, ſi in alia parte fit mētio de filijs ſimplr intelligitur repetita qualitas illa, ſ. maſculis. ¶ Quarto facit illa limitatio Iaſ. in d. l. ſi quis id quod.
7 ff. de iuriſd. omn. iudi. quod † fauore pię cauſæ illa uerba
ſi ſine filiis deceſſerit intelligūtur de maſculis: ut dictus. d. conſulens, quę licet ſit dura & ualde dubia, tamen in caſu noſtro puto eam procedere: ex quo dum uocatur monaſteriū ſub illa conditione ſi ſine filiis, fit mentio de ſorore, ſeu filia q̄ expreſſe excludit; quo caſu iſtis iunctis, & fauore agnationis & pię cauſæ ex quo excluſit filiam fortius vř excludere neptē, & ſic datur intelligi, qđ illa uerba in omni parte teſtamēti ꝓlata ītelligunt de maſculis. ¶ Non obſt. contraria prolata quia rñdetur quod omnes doct. conſulentes contrarium loquuntur quando nō eſt conſuetudo, uel ſtatutum de quibus ſupra.
8 Nō obſt. ꝙ † applone filiorū ueniant fœminæ, qa eſt uerū, niſi aliter appareat de mente teſtatoris: nā ex mēte recedimus à ꝓprietate uerborū l. nō aliter. de leg. iij. ergo fortius recedit ab ꝓprio ſignificatu, ut ī caſu nr̄o, quia ꝓprie ueniūt fœminæ filiæ: ut in ꝯſilio. dr̄, non repeto. Itē illud ꝓcedit qñ in aliqua parte non fit mentio de maſculis tantū, alias cenſetur, qualitas illa repetita ut dixi. ¶ Non obſt. doctrina Bald. in l. cū acutisſimi. C. de fideicom. qa penitus nihil facit, qa fateor qđ ſicut dilexit filios ita eorū liberos, ſed dico ꝙ ꝓcedit ut eo mō ea qualitate ea rōne qua dilexit filios, ita & eorū liberos, ſed filios dilexit pp illā qualitatē, qa maſculi, ergo ita eius liberos pp illā qualitatē, qa maſculi ergo fœminas nō: in ſimili adduco qđ no. Bar. in l. j. §. & poſt operis. de noui
9 opē. nun. qđ † qñ fit extenſio de uno caſu ad alium illa fit
cū oibus qualitatib. ſuis: not. in l. cū ſtipulatus ſim mihi à ꝓculo. ff. de verb. obl. Alex. in conſi. 107. uol. iij. ad propoſitū: dum dr̄ ſicut dilexit filios ita eorū liberos fit extēſio de filijs ad eorū liberos, ergo cū eiſdē qualitatibus,
10 ſcilicet dummō ſint maſculi aliter non procedit † argm̄,
qñ mutatur qualitas, quia tunc dr̄ fallacia, prout accidens. glo. & doct. in l. j. in prin. ff. de acqui. poſſeſ. & iſtud mihi ur̄ ueriſſimum reſponſum, licet doct. non aduertāt: nam in caſu noſtro ex quo, quia excluſit propriā filiam filiis maſculis inſtitutis, non eſt propter aliud, niſi quia ſunt maſculi, & propter illam qualitatē eos prædilexit, ergo filios filiorum non mutatis terminis, id eſt ſi ſunt maſculi: alias ſecus. & ita etiam reſpōdetur ad. l. cū auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutisſimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti.
¶ Non obſt. quod dicit Bal. in l. uenia. in fin. C. de in ius
11 uoc. in ſui ratione, dum uult † quod neptis reprǫſentat
perſonam defuncti. in §. cum filius. inſtitu. de hæredib. quæ ab inteſta. deferun.
¶ Rñdeo primo quod non reprǫſentat patrem in iſto caſu ex mēte teſtatoris: quia illa qualitas pp quā uocatur pater ſuus, quia maſculus ut dixi ceſſat in nepte. Vel & ſe-
12 cundo rñdeo quod ille. §. cum † filius. limitatur nō pro
cedere in fideicōmiſſo: ut late per do. Philipp. Dec. in ſuo primo conſi. & late immo latisſime de hoc dixi in quadā cauſa magna cōſulendo iſtis proximis preteritis diebus. ¶ Non obſt. quod dr̄ Pau. de Caſt. uariaſſe & noluiſſe amplius conſulere, quia eſt uerū, & ſemet declarat in ꝯſi. 79. incip. Caſus iſte frequenter. ubi dicit qđ ex quo poſtea quęſtio fuit uiſa dubia pp multas rationes quæ hinc in-

de allegabantur: pluries requiſitus recuſauit conſulere, tamen poſtea dicit cogitaſſe ſic poſſe diſtingui aut ſubſtitutus erat de deſcendentibus teſtatoris, & tunc neptis non excludit ſubſtitutum, & iſte eſt caſus, uideatur, & ita ceſſant omnia &c.

¶ Et ita dico & conſulo ego Ludouicus Gozadinus iuris utriuſque doct. in quorum fidem hic me ſubſcripſi, ſolitoque ſigillo muniri iuſsi, ſaluo ſemper meliori iudicio.

¶ Viſis deductis per ſupraſcriptos excellentiſsimos iure conſultos de ſimplici ſubſcriptione requiſitus idem conſulo, in caſu prædicto, pro cuius confirmatione adduco in terminis. d. Philip. Dec. conſi. 15. incip. & pro tenui facultate mea diligenter cõſideratis &c. ubi multa pulchra adducit ad concluſionem prædictam ineuitabiliter facientia. & ſic in dictam ſententiam concurro ego Vincentius Saluiolus de Ocha Bonon. Iuris Vtriuſque doct. ius ciuile ordinariè legens in almo patriæ meæ gymnaſio: in cuius rei fidẽ nomen meum ſubſcripſi, & ſignum meum apponi iuſsi.

SVMMARIVM.

1 *Fama uehemens indicium facit ad torturam.*

2 *Teſtis etiam unicus de ſenſu, facit indicium ſufficiens ad torturam.*

3 *Mulier in criminalibus ſecundum magis communem opi. de iure ciuili, teſtis eſſe poteſt.*

4 *Socius criminis indicium non facit ſufficiens ad torturam.*

5 *Dictum ſocij indicium facit ad torturam, quando caſus adeſt in quo ſocius interrogari poteſt.*

6 *Stuprum præſumitur quando quis clam ad domum mulieris ſe confert, & ſolus cum ſola in loco ſecreto deprehenditur.*

7 *Tractatus præcedens delictum per tractatorem cõmiſſum fuiſſe demonſtrat.*

8 *Fama, aliquibus adminiculis cum ea concurrentibus, ſecundum omnes abſque difficultate indicium facit ad torturam.*

9 *Inquiſitio ſpecialis facta non præcedente diffamatione per duos teſtes omni exceptione maiores probata eſt nulla.*

10 *Teſtes adducti ſuper inquiſitione facta non præcedentibus à iure requiſitis, quamuis optimè probent crimen contentum in dicta inquiſitione, tamen non præiudicant, nec ex eorum dicto poteſt ad ulteriora procedi.*

11 *Quod communiter tenetur, etiam ſi iudex ex ſolo ſuo officio proceſsiſſet.*

12 *Verba, non poſsit niſi &c. ſignant formam.*

13 *Forma in caſu uero & proprio adimpleri debet.*

14 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*

15 *Verba inquiſitionis de fama publica præcedente mentionem facientia non probant.*

16 *Interpretatio contra iudicem qui in his quæ ad eius ſpectant officium, defuerit, eſt facienda.*

17 *Verbum totius, omnia includit.*

18 *Dictio &, repetit qualitates præcedentes in ſequentes.*

19 *Clauſula annullatiua denotat omnia ſupradicta eſſe de forma, & ad unguem adimplenda.*

20 *Citatio cum ſolennitas ſit extrinſeca, non præſumitur.*

21 *Quamprimum, ad capturam etiam in crimine læſæ maieſtatis, de iure communi non eſt procedendum.*

22 *Interrogatio, partis offenſæ, an uelit accuſare necne inquiſitionẽ procedere debet.*

23 *Bona fama inquiſiti, legitimè probata, omnia indicia cõtra eum exiſtentia tolluntur.*

24 *Dictum minoris partis teſtium cum dicto maioris partis concordari debet.*

25 *Fama capturam, & inquiſitionem præcedere debet, nec ſufficit ſi ſubſequatur.*

26 *Fama à ſuſpectis & maleuolis perſonis originem trahens, nullius eſt momenti.*

27 *Teſtes qui non depoſuerunt à quo audierint, poſtea aliquem nominando, non ita probant ſicuti hi qui depoſuerunt à quo audiuerint.*

28 *Dictum partis offenſæ, & inimici nullum penitus indicium facit.*

29 *Socius criminis non facit indicium, nec aliquid operatur, niſi depoſuerit in tortura.*

30 *Aſſertio offenſi non nocet, etiam ſi ſit in articulo mortis.*

31 *Dictum inimici & ſi duntaxat præſumptus ſit inimicus nullum penitus facit indicium.*

32 *Teſtes impoſsibilia, aut ſaltem non ueriſimilia deponentes non probant.*

33 *Indicia probari debent per duos teſtes omni exceptione maiores.*

34 *Teſtes parte non citata examinati non probant.*

35 *Teſtes per alium quàm per iudicem examinati, in criminalibus non probant.*

36 *Teſtes de tractatu deponentes, & authorem tractatus non indicantes nihil concludunt.*

37 *Mulier in domo affinis pariens ratione affinitatis, ibi peperiſſe præſumitur.*

38 *Affinem parturientem in domo retinens, non præſumitur cum ea peccaſſe, quia ita non retineret in domo.*

39 *Interpretatio ſemper fit contra curiam, & teſtes producentem.*

40 *Interpretatio fit ut reus abſoluatur.*

RESPONSVM. LVII.

¶ An fama faciat ſufficiens indicium ad torturam, & quando inquiſitio ſit nulla.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſis inquiſitionibus & toto proceſſu Petri incarcerati, ac diligenter cõſideratis: uidebatur prima fronte indicia & probationes factas cõtra dictum Petrum eſſe legitimas & ſufficientes ad torturam. ¶ Et primo quia adeſt publica uox & fama probata per plures teſtes quæ uidetur uehemens, cum ſolus teſtis examinatus dicat audiuiſſe à primo uſque ad ultimum & per totum locum, quo caſu licèt aliàs fama non
1 faciat indicium ad torturam, tamen quando eſt † uehemens, facit ſecundum Barto. in conſi. 192. Domino Paci. Bal. cõſil. 131. Viſis dictis. in 2. col. in 2. volu. Feli. in c. ueniens. in 5. col. de teſtib. cum ſimilibus. ergo per hanc ſolam famam uidetur poſſe torqueri. ¶ Secundo comprobatur ex confeſsione Dominicæ quæ eſt teſtis de ſenſu, &
2 teſtis † etiam unicus de ſenſu facit ſufficiens indiciũ ad torturam, Bart. in l. fi. in fin. de in litem iuran. per gloſ. in l. 2. §. ſi abſens. ſi ex noxa. cau. aga. cum ſimi. ¶ Nec obſt. quod iſta ſit mulier, quia de iure ciuili in criminalibus, ſe
3 cundum † magis communem opin. mulier poteſt eſſe teſtis per tex. in l. j. & in l. ex eo. de teſtib. & per Alexandr. in conſil. 51. uolum. 1. ¶ Nec obſt. quod ſit ſocia criminis, immo in perſona ſua ſit commiſſum crimen, & ſocius
4 † criminis non facit ſufficiens indicium ad torturam. l.
5 fin. de accu. quoniã reſpondetur quod quando † eſt caſus in quo ſocius poteſt interrogari, tunc dictum ſocij facit indicium ad torturam: ſm Cyn. poſt Petr. in dicta. l. fin. & per Alex. in conſil. 120. Viſo proceſſu. in j. colu. vol. 7. ſed iſte caſus uidetur de illis in quibus põt fieri interrogatio, ergo &c. ¶ Tertio ſuadetur: nã ſunt aliqui teſtes qui deponunt ut Lollus quod iſte inquiſitus ſe cõferebat ad domum Dominicæ, clã vt faciunt amantes, & uidit illos
6 ſolos in locis ſecretis † quæ arguunt ſtuprum. c. tertio loco. de præſump. & hoc ex ante, ex poſt quoque probatur
7 quod fuit habitus quidã tractatus † componẽdi cum. d. Dominica qui demonſtrat delictum fuiſſe commiſſum à dicto Petro: argu. nota. in l. tranſigere. de tranſact. cum ſimilib. & cum iſta de ſe faciunt indicia quãto fortius igitur ſimul iuncta, cum ſupradictis debẽt operari indiciũ ad torturam: argu. l. ſpadonem. §. qui iura. de excu. tut. cum ibi nota. & per doct. in l. admonendi. de iureiurand. dum loquuntur de imperfectis probationibus, & maxi-
8 me quia omnes fatentur, quod quando † cum fama concurrunt aliqua adminicula, tunc facit abſq; difficultate indicium ad torturam: vt nota. per Sali. in dicta. l. fin. de accu. cũ vulg. & hæc ſũt iuſtiſsimæ ad doctiſsimæ iudex q principi-

principaliter poſſunt adduci contra dictum Petrum quę nolui omittere ut euidentiſsime conſtet de ueritate rei, & quoniam ex oppoſitionibus ueritas magis eluceſcit. ¶ Maturius uero cōſiderans dico ueritatem eſſe in ꝯrii., & ſtante proceſſu mihi exhibito nullo pacto de iure dictum inquiſitum torqueri poſſe ſed abſoluendum ac relaxandum fore,& ad hoc demonſtrandum,licèt ſolū ſufficeret reſpondere indicijs & probationibus factis cōtra ipſum,nihilominus ut de eius exuberanti iure cōſtet moueor ex pluribus. ¶ Et primo dico inquiſitionem cōtra
9 eum formatam eſſe nullā,cū † non præceſſerit diffamatio probata per duos teſtes omni exceptione maiores: quo caſu inquiſitio non tenet. Bart.in l.congruit.de offi.pſid. & eſt tex.in c.qualiter & qñ.el.2.de accu.per Spe.in titu. de inqui.§.j.per Sali.in l.quod promulgatis.C.de offic. præfec.vrb.& Cuma.in cōſil.135.cum ſimi.adeo hoc eſt uerum, ꝙ omnia ſuper ea facta ſunt nullius momenti,&
10 ideo † licèt teſtes adducti optimè probent crimen contentum in dicta inquiſitione tñ non præiudicant, nec ex eorum dicto pōt ad ulteriora procedi: ſm Spec.in titul. de inquiſi.§.nunc uidendum.ſequitur Bal.in addi.in vlt. uerſic.per Hippo.de Marſi.in prac.cau.crimi.in.§.cōſtāte,nu.12.ubi reprehendit iudices,&.dicit quod Papa nec Imperator pōt remittere,& ꝑ Ang.in trac.maleſi.char.4. cum ſeq.ubi per Auguſt.& Hierony.in addi.qui atteſtan
11 tur iſtam eſſe cōmunem opin.etiā ſi † iudex ex ſolo ſuo officio proceſsiſſet, ergo hic multomagis inquiſitio eſt nulla, & omnia inde ſecuta,cum iudex ultra quod nō ꝓbatis indicijs per duos teſtes &c.formauit inquiſitionē: fecit quoque præcedente denuncia Frāciſci fratris offenſę,& alterius eius affinis,& fuit ſibi oppoſitum per procuratorem inquiſiti ꝙ inquiſitio fuit facta abſque legitimis indicijs.quibus caſibus doct.intrepide tenēt nullius momenti eſſe talem inquiſitionē,& oīa inde ſecuta: ut ꝑ Ange.& eius apoſtil.in locis ꝑallega. & per oēs in dicto c.qualiter & quando.quæ quidē indicia abſque difficultate in hoc caſu debuiſſent ꝑcedere etiā ex forma ſtatuti loci ubi dicitur ꝙ procedi non poſsit,niſi præcedētibus indicijs quæ debeant ſcribi.quæ uerba prolata per illum
12 modū † non poſsit, niſi &c.ſignant formā:ut per Areti.
13 in l.j.col.4.de teſta.quæ in caſu † uero & proprio debet adimpleri:ut ꝑ Alex.& oēs in l.j.de liber.& poſth.col.4. ergo non poſſunt uerificari,niſi in proprijs indicijs ac legitimis & ueris,quæ hic nullo modo interueneru͂t, & ſic etiā ex forma ſtatutorū eſt nulla. ¶ Igitur hoc ſtāte ꝓut ex actis mihi exhibitis cōſtat,ſequitur reſponſio ad omnia adducta in contrariū,ſcilicet quod ſunt nulla & inualida,& quod nullum faciunt indicium, cum non entium
14 † nullę ſint qualitates.l.eius qui in prouincia.ſi cer.pet. cum ibi nota.nec uerba inquiſitionis facientia mentio-
15 nem † de fama publica ꝑcedente ꝓbant:ut uoluit Fulg. in conſi.107.& 126.Ioan.de Ana.in conſ.59.Dec.in cōſil.107.col.2.Nec eſt ſatiſfactum diffamationi & legitimis indicijs ꝑ Tonū & Matheū,ut dicitur,citatos & examinatos ad informationē curię: qm̃ ut audio nihil depoſuerunt ꝯ dictū inquiſitum:quod ſatis ueriſimile eſt,cum eorū dicta in proceſſu non ſint poſita:quod quidem non fuit omiſſum,niſi quia non faciunt aliquod indicium:nā ſi ꝙ facerent utique oppoſuiſſet dominus iudex, ſicuti omnia alia dicta teſtiū etiā inimicorum contra inquiſitum appoſuit,& cum defuerit in ſuo officio in hoc ſit in
16 terpretatio † cōtra ipſum: iuxta nota.ꝑ Barto.in l.tutor qui repertorium.de admi.tuto. ¶ Præterea & ſecundo ex omiſsione quod nō dedit copiam reo illorum indiciorum,dico inquiſitionē eſſe nullā ex forma ſtatuti loci, in quo cauetur ſub rub.de modo citandi& proced.quod teneatur inquirens dare reo copiā tituli, & totius inquiſi-
17 tionis & iudiciorum,ſed uerbum totius, † oīa includit: iuxta nota.in l.ſi totus.C.de inofficio.donatio. cum ſimilibus.& licèt ſit appoſitū iuxta uerbū inquiſitionis tm̃,
18 cum adeſt dictio,& quæ † repetit qualitates præcedētes in ſequ.l.ſeię.§.caio.de fund.inſtru.ergo intelligitur de omnibus indicijs. ¶ Corroboratur,qm̃ ſaltem eſt indefinita legis quæ ęquipollet uniuerſali de ꝓprietate: ut ꝑ Bart.in l.ſi pluribus.de legatis.2.ergo oīa indicia tenebātur ex forma ſtatuti reo dare:quod ꝓfecto iuſtum eſt, & deinde in eodē ſtatuto dr̃ quod omnia ſupradicta ſeruētur ſingula ſingulis referēdo,& ſi aliter factū & ꝓceſſum fuerit inquiſitio & ꝓceſſus ipſo iure nullus, & nulla circumſcripta,& penitus abolita ſint.q̄ clauſula annulatiua
19 denotat † oīa ſupradicta eſſe de forma,& ad unguē adimplēda:ut ꝑ Alexa.Bald.Soci.Iaſ.& oēs in l.j.de liberis & poſth.& maxime qa adeſt dictio nō aliter, iuxta notata ꝑ Bar.in l.de his.de tranſactionibus.ergo cū non fuerint data dicta indicia reo ex forma dicti ſtatuti inqſitio eſt nulla,& totus ꝓceſſus,& ꝑ cōſequens abſoluendus & relaxādus à carceribus dictus inquiſitus. ¶ Tertio dico ex forma dicti ſtatuti nullū eſſe ꝓceſſum,& inquiſitionem, qm̃ in alio nō fuit ſeruata forma dicti ſtatuti volētis,qm̃ iudex ꝓcedit ex officio,uel ad denūciā alterius,vł maſſarij qđ inculpatus citet̃ ſemel inuētus, & bis ad domū in ſcriptis & fiat relatio,& in ſcriptis ponat̃ per notariū, & multa alia de qbus in dicto ſtatuto q̄ nō fuerunt obſeruata in hac cā,ſed q̄primū fuit captus ut conſtat ex actis
20 ipſius ꝓceſſus,& illa † citatio nō pſumitur cū ſit ſolennitas extrinſeca:iuxta nota.in l.ſciendū.de uerborū obligationib.& tāto magis cū ſtatutum requ rat ſcripturam ipſius notarij,quę non apparet,ergo manifeſtè ſeqtur ꝙ inquiſitio & ꝓceſſus tanq̄ facti ꝯ formā ſtatuti ſunt ipſo iure nulli,& hoc ſolū ſufficeret maxime, cū etiā iſtud ſit
21 de iure cōmuni:† qđ quamprimū ad capturam nō ſit ꝓcedendū ēt in crimine lęſę maieſtatis:ut per Bal.ī l.ſi qs alicui.C.ad leg.Iuliā maieſt.& plenè traditur ī l.j.de qōnib.cū ſimi. ¶ Quarto demōſtratur apertè nullitas iſtius proceſſus:nā iudex tenetur interrogare partē offenſam,
22 an uelit accuſare necne,& hæc † interrogatio debet ꝑcedere inquiſitionē,aliàs inquiſitio eſt nulla glo.in c.pſbyter ſi à plebe.2.quæſt.4.ſequitur Bal.in l.ſeuatus.C.q accuſare poſſunt. Cępol.in cautel.27.incipien.Tuſcis.Angel.in repeti.l.ſi uacātia.in 9.colu.C.de bonis uacantib. lib.12.Hippo.in cōſi.128.uol.2.col.2.& in cōſi.130.eod. uolu.cū ſimilib.ſed iudex nō fecit iſtā interrogationē ut cōſtat ex actis,ergo inquiſitio tanq̄ facta nō ſeruato ordine eſt nulla,& ꝑ cōſequēs,quicquid ſuper ea factū eſt, nullū & inualidū eſt.& ex his liquidiſsime ꝯſtat nō poſſe uigore indiciorū & proceſſus facti ꝓcedi ꝯ inquiſitū,ſed omnino relaxandū à carceribus ac abſoluendū eſſe, nec aliquid curandū de quibuſcunq; indicijs ſupra cōſideratis tanq̄ nullis & inualidis,& hæc cū neceſſario cōcludāt amplius cū doctiſsimo iudice uerba habēda nō eſſent,nihilominus ut euidentius ius iſtius inquiſiti magis eluceſcat,& dn̄s iudex abſq; aliquo ſcrupulo eū abſoluere poſſit:ad oīa adducta in ꝯrium ſigillatim reſpōdeo etiā dato abſq; ꝑiudicio ueritatis ꝙ inquiſitio ualeat. ¶ Et primo generaliter reſpōdeo,quod cū eſt ꝓbata bona fama ipſius requiſiti ꝑ quinque teſtes,& ultra, ſequitur quod
23 ſunt purgata oia indicia,qm̃ per bonā famam † legitimè probatā inquiſiti tolluntur oia indicia ſolēnia exiſtētia ꝯ eum.Bal.in l.fina.in ultima col.C.de probationib.Bar. Cępo.conſi.60.& Decius in cōſi.189.col.penul.Hipp.de Marſi.cōſil.130.col.fina.ubi infinita allegat & ita cōcludit. ¶ Secundo particulariter reſpōdeo ad primū de mala fama quod eſt purgata ꝑ bonā famam,ut dixi. Itē ꝙ ſi animaduertatur,teſtes deponunt ſolum de mala fama poſt incarcerationem factā,ut patet per maiorē partē te
24 ſtium : & licèt aliqui ſimpliciter deponant † tamen debent concordari cum alijs, ſcilicet poſt incarcerationem, cum eorum uerba patiantur hunc ſenſum: iuxta plenè tradita per Felin.& omnes in cap.cum tu.de teſtib.
25 ergo non concludunt cum requiritur † quod fama præcedat capturam & inquiſitionem: non autem ſufficit quod ſubſequatur: ut per Petrum de Ancharan.in conſilio.254.ſequitur Auguſt.de Arim.ī additione ad Angel. in tractatu maleficiorum, charta.5.columna.j.& ſic nihil faciunt. Item ſi conſideretur,teſtes ferè omnes dicūt quod audiuerunt hoc à Franciſco fratre offenſę perſonę
26 & Matheo affine,& ſic † habuit ortū à ſuſpectis & maliuolis perſonis : quo caſu talis fama nullius eſt mometi,ut

per Angel.& Auguſt.in dicto tractatu maleficiorū,char-
ta.5.& Petr.de Anchar.in conſil.prællegato,cum ſimi-
lib.Et licèt aliqui ſimpliciter deponant, cum nō dicatur
à quo habuerit ortum præſumitur ab iſtis nominatis,vt
concordent cū alijs:& qm̄ generale dictū declaratur per
dictum magis ſpeciale,iuribus uulgaribus. Itē illi teſtes
27 qui † nō dicunt à quo adiuerunt nominando aliquas ꝑ-
ſonas non probant, ut faciunt iſti: ſm Bart.in l.de minq
re.§.plurimum.de quæſtionibus.immo dicunt Innocēt;
Ioan.Andr.in ca.cū oporteat.de accuſationib.Abbas in
c.cum cauſam.de teſtib.quod & ſi non ſit interrogatus ſi
non dicit à quo audierit non probat,ergo nihil probant.
¶ Non obſtat dictū Dominicę,qm̄ ipſa fuit perſona prin
cipaliter offenſa,cū delictum fuit perpetratū in eius per
28 ſona ea inuita & nolente,vt ipſa atteſtatur : ſed † dictum
partis offenſę & inimici nullum penitus indicium facit:
vt noluit Bal.in cōſil.317.incipien.Pręſuppoſito.in j.col.
uolu.4.per Hippoly.cōſil.20.col.5.vol.j.cū ſimilib.& ſic
non fuit ſimplex ſocia criminis:& dato ſine præiudicio
29 veritatis quod eſſet,dico quod ſocius † criminis non fa
cit indicium,nec aliquid operatur:niſi dixerit in tortu-
ra: ſm Rapha.Fulgoſium in conſil.123.In cauſa inquiſi-
tionis.in j.col.& per Hippoly.in dicto conſil.130.cum ſi-
milib.ſed dicta Dominica non depoſuit in tortura,ut cō
30 ſtat ex actis,ergo &c.Et facit:nā aſſertio † offenſi non no
cet,etiā ſi ſit in articulo mortis:per Bart.in l.qui teſtamē-
to.§.quęcunque. ubi per oēs,de teſtamen.ergo &c.¶ Di
ctumque Lolli nullius momenti eſt, qm̄ ut probatum eſt
inimicus inquiſiti dicitur,ſed dictum inimici nullum pe-
31 nitus facit indicium,ut.ſ.dixi etiā† ſi ſit præſumptus ini
micus:ut per Innocen.in c.cū P.& A.in fin.de re iudic.Et
Bal.in l.præſcriptione.in antepenul.col.ſi contra ius vel
vtil.public.& in aut.ſi dicatur.in ulti.col.de teſt.C.¶ Itē
iſte teſtis deponit impoſsibile,uel ſaltē nō veriſimile: ſed
quod audiuit à primo uſque ad ultimum, quod eſt im-
32 poſsibile: quibus † caſibus teſtes non probant: ſm Bal.
in l.Arethuſa.colu.j.de ſtatu homi.in l.de quibus.in pe-
nul.col.verſic.& ideo maleficiū.de legib.ubi de impoſ-
ſibili loquitur:& quod nulla fides adhibeatur non ueriſi-
milia dicenti dicit Innoc.in c.cū auditis.de præſumptio
nib.per Felin.c.licèt.de probat.uerſic.notatur decimo.
¶ Præterea iſte teſtis eſt ſingularis & unicus reſpectu de
33 poſitionis circa præparatoria delicti & indicia ,† ſed in-
dicia debēt probari per duos teſtes omni exceptione ma
iores.gloſ.& Bart.in l.ſi.ff.famil.erciſ.Bart.in l.ſi.de q̄ſt.
cum ſi.¶ Item iſte teſtis, & omnes ſupradicti non pro-
34 bant,† quia non fuerunt examinati citata parte,ut patet
in proceſſu:ut per Ang.in trac.malefi.in 10.char. Alex.in
conſil.65.in.j.vol.Item fuerunt examinati per alium per
35 literas iudicis,ut patet in proceſſu:quo caſu in† crimina
libus non probant:ut per Bal.in rub.de contro.inueſt. ꝑ
Hippoly.in d.conſi.130.col.5.Et multos alios defectus
patiuntur iſti teſtes quos recenſere ſuperfluū exiſtimo,
cum per ſupra dicta euidentiſsime conſtet eorum dicta
nullius fore momenti.& ita tolluntur illa quæ deponūt
de concordia tractata,& de puero nato in domo Petri:
qm̄ quicquid deponunt nihil ualet,per ea quæ diximus.
¶ Præterea non deponunt ꝙ Petrus inquiſitus tractaue-
rit iſtam concordiam,nec de eius cōmiſsione fuerit tra-
36 ctatum: ergo nihil concludunt,cum non probat † adeſ-
ſe quod ab hoc contingit abeſſe.l.non hoc.unde cogn.l.
neque natales.de probationib.Item poteſt eſſe ꝙ concor
dia erat propter imputationem datam,non quia uerum
eſſet,& ſic non concludit. ¶ Itē minus etiā operatur id
quod dicunt filium eſſe natū in domo Petri: quia potuit
37 † eſſe rōne affinitatis:& ita etiā tollitur ꝙ erant in ſecre-
tis:& in dubio ita præſumitur ut euitetur delictum.l.me
rito.pro ſoc.plenè per Barto.& oēs in l.non ſolum.§.ſed
38 ut probari.ff.de oper.non.nun.& qa † ſi in peccato fuiſ-
ſet non ita retinuiſſet in domo.arg.à communiter acci-
dentibus cū iſta fiunt clam.l.certi cōdictio.§.qm̄.ſi cert.
pet.cum ſi.Et ita apparet nihil obſtare quin iſte requiſi-
tus relaxetur à carceribus ac abſoluatur: quod quidē do
minū iudicem facturū eſſe pro comperto habeo,maxime
39 cū ſemper ſit interpretatio † contra curiam & producē-
tem teſtes:ut notatur in c.cū tu.de teſtib.ubi per Feli.&
40 ſit † interpretatio ut abſoluatur reus.l.fauorabiliores.
ubi late per Deci.de reg.iur.& ut euitetur delictū dicta.l.
merito.pro ſocio.cum ſimilib. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecundum proceſſum habet iudicare.*
2 *Confeſsio facta parte abſente non probat, etiam in cauſa matrimoniali.*
3 *Confeſsio facta parte abſente ualet de ęquitate canonica.*
4 *Argumentum à communiter accidentibus in iure ualet.*
5 *Subarrhatio annuli, facit præſumi fuiſſe cōtractū matrimoniū.*
6 *Confeſsio poteſt acceptari ſine adiuncta qualitate, quando præſumptio eſt contra qualitatem.*
7 *Mater, licèt aliàs in cauſa ardua non admittatur in teſtem, tamen in cauſa matrimonij admittitur.*
8 *Fama publica facit ſemiplenam probationem.*
9 *Probationes ſemiplenę, licèt aliàs in cauſis criminalibus & arduis non coniungantur, tamen quando adſunt aliæ coniecturæ coniunguntur.*
10 *Iudex in dubio pro matrimonio habet pronunciare.*

R E S P O N S V M L V I I I.

¶ An cōfeſsio facta parte abſente, probet in cauſa ma-
trimoniali:& ex quibus probetur matrimonium:& an te
ſtimonium matris in matrimonio admittatur : & quan-
do coniungantur ſemiplenę probationes.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa
dn̄e Marię,omiſsis allegationibus , breuiter
dico matrīum inter d.Mariā & Michaelē con
tractū fuiſſe in proceſſu ꝓbari. Et primo ex
confeſsione facta ꝑ ipſum Michaelē reuerendo d.Ioanni
Franciſco de Gratis pręſente Ioāne Laurentio Zauolino,
ꝯtra quē licèt aliqua uerba ſint appoſita, tn̄ nihil eſt ꝓ-
1 batū in † proceſſu, ſm quem habet iudicare iudex.l.illici
tas.§.ueritas.de offic.præſid.cū ibi notatis:& iſta cōfeſ-
2 ſio eſt ampliſsima,ut ipſi deponunt. Nā † licèt cōfeſsio
facta abſente parte non probet.l.certum.§.ſi quis abſen
te.de confeſsis.c.ſi cautio.de fide inſtrumen.quod habet
ēt locū in cauſa matrimoniali:ut ponit Alexander in cō-
ſil.154.Viſo themate.col.penul.libro.5.& in conſili.152.
3 col.fin.cod.lib.tn̄ cum de æquitate canonica † ualeat ta
lis cōfeſsio:ut ꝑ Antoniū de Butrio in ca.ſi cautio.ubi ꝑ
alios de fide inſtrumen.& poſt Carolum,Imolā,& Bald.
citatos per Deci.in conſil.163.qui dicit quod iſta eſt cō-
munis opinio,quicquid dixerit Alexander : ꝓ quo ultra
allegata per eum uideatur Feli.in dicto c.ſi cautio.col.8.
ubi poſt multos atteſtatur iſtā eſſe cōmunem opinionē:
quæ cōfeſsio in caſu noſtro abſque dubio debet proba-
re,& eſſe ſufficiens ad probādū matrīum: eo quia cū ipſa
concurrunt multę coniecturę & p̄ſumptiones. ¶ Et pri-
mo ꝙ erat captus amore.d.Marię, & cōuerſabatur ipſius
domo, ut ipſe fatetur ī poſitione.10.& 11.& 16 à cōiter ac
4 cidentibus : quod † argumentū ualet in iure.l.certi cōdi
ctio.§.qm̄ ſi certum pet.cum ſimi.& huiuſmodi amantes
de facili incidunt in matrimonium, præſertim cum mu-
lier eſſet pudica,ut ipſe fatetur in dictis poſitionibus , &
nulla probatio maior quàm propria cōfeſsio.l.generali
ter.C.de nō num.pecunia.& erāt & sūt pares cōditionis,
facultate,& nobilitate,ut ex utriuſq; dictis liquidiſsime
cōſtat,q̄ facilē tā ex iuris forma:ut notatur in illa q̄ſtiōe
de ignobili uiro:ut ꝑ doctores in l.j.ſoluto matrim.q̄ ex
cōſuetudine contrahendi matrimonij probent aditum.
¶ Accedat ēt uehemens p̄ſumptio,quæ inſurgit ex ſubar
rhatione annuli,quē interueniſſe ipſemet Michael conſti
tutus corā doctiſsimo epiſcopo Sabaſtenſi curię epiſco-
palis Bononię digniſsimo uicario dn̄o meo &c.ore aper
5 to fatetur. Nā ex tali † ſubarrhatione cōtractū fuiſſe ma
trimonium

trimonium præſumitur: ut per gloſſam in ca.fina.de de-
ſponſ.impube.& in c.tenor.in uerbo, ſubarrhaſſet.de re
iudic.cum ibi notatis.& per Aret.in conſil.13.ex qua p̄-
ſumptione fit ut confeſsio ſubarrhationis annuli poſsit
ſeparari ab alijs uerbis ibi poſitis,uidelicet ꝙ non appo-
ſuit annulum animo contrahendi matrimonium, & per
uerba de pręſenti ſed iocando. Nā cum præſumptio ſit
6 in contrarium † confeſsio pōt in parte acceptari abſque
illis qualitatibus,& probat contra eum: ſm̄ Bar.in l.Au-
relius.§.idem quęſijt.de liberis lega.cum alijs ibi cumu-
latis, ergo &c. quod pręſertim admitto accedentibus ſu
perioribus coniecturis:ſed quid plura:nonne habemus
depoſitionem matris deponentis de uiſu de matrimonio
contracto per uerba de præſenti cum annuli ſubarrha-
7 tione,& licèt aliàs † mater ſaltem in cauſa ardua nō ad-
mittatur.l.parentes.C.de teſti.& ibi Bald. tamen in ma-
trimonio admittitur.c.ſuper eo.el.ij.de teſtib.cū ibi ple-
nè not.ergo iſta mater facit ſemiplenam probationē vl-
tra uehementem coniecturam adiuuantem ſupradictam
confeſsionem factam abſente parte,& cum qua ſemiple-
na probatione concurrit alia ſemiplena probatio, quæ
8 inſurgit ex publica uoce,& fama, quæ † facit ſemiplenā
probationem: ut per Bart.in l.de minore.§.ſi pluriū.col.
5.de quęſtionib.& plenè in l.admonendi.de iureiuran.&
9 licèt aliàs † in criminalibus, & in cauſis ordinarijs non
coniungantur ſemiplenę probationes:ut notatur in d.l.
admonendi.& cauſa matrimonialis ſit de grauibus, ut
aliàs ſcripſi,tamen quando adſunt aliquę alię coniectu-
rę.coniunguntur: ut expreſſè uoluit Domini.in c.j.§.&
quia. in gloſ.in uerbo manifeſtos.de uſur.in 6.ponit Are
tin.in c.ueniens.col.7.de teſti.& in dicto conſil.13.col.6.
quos refert & ſequitur Deci.in dicto conſi.153.col.fina.
ſed hic non ſolum concurrunt præſumptiones, ſed ueræ
probationes, ſcilicet confeſsio partis, & alia de quibus
ſupra.ex quibus manifeſtę conſtat probatum fuiſſe matri
monium tam ex propria confeſsione patris quàm ex an-
nuli ſubarrhatione, & depoſitione teſtis de uiſu, & pu-
blica uoce & fama,quæ ſaltem ſimul iuncta,& ſi ſingula-
riter in aliquo deficiant, quod tamen negatur, omnino
10 probant,& pręſertim cum † pro matrimonio tanquam
fauorabili pronunciandum ſit, cum per ipſum ſaluti ani
mæ cōnſulatur. argumen.nota.per Ioannem Andr.& do
ctores in c.ex tenore.qui filij ſint legiti. Laus Deo.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo ſufficiunt ad plenè probandum.*
2 *Veritas ubi per teſtes habiles haberi non poteſt, tunc ne pereat, admittuntur teſtes inhabiles.*
3 *Falſitas ludētiū in lupanari per lenones & infames probari pōt.*
4 *Inquiſitio ubi eſt inualida uel inepta, proceſſus, ſententia, & quicquid poſt eam fit, ſunt inualida & nulla.*
5 *Opponi de ineptitudine inquiſitionis nihilominus adhuc poteſt quāuis ſententia tranſiuerit in rem iudicatam.*
6 *Inquiſitio ad quam deuentum fuit fama publica à perſonis fidedignis probata, non præcedente, non ualet.*
7 *Inquiſitio facta non præcedente infamia legitimè probata nihilominus nulla eſt, quāuis teſtes producti probent crimen de quo in ipſa inquiſitione.*
8 *Iudex, non præcedente infamia legitimè probata, inquirere non poteſt, quāuis habeat liberam inquirendi facultatem.*
9 *Iudici apponenti in inquiſitione famam publicam præceſsiſſe nō creditur niſi probetur.*
10 *Inquiſitio ad dictum ſociorum formari non poteſt.*
11 *Præſumptiones & indicia quæ admittuntur ad probandum delicta, quæ aliter probari non poſſunt, plenè probari debent.*
12 *Iudex ut demum inquirere poſsit, debet prius mittere ad locum ubi delictum dicitur eſſe commiſſum.*
13 *Incertitudo ſeu dubietas temporis poſiti in inquiſitione, reddit ipſam nullam.*
14 *Reus conuentus ut condemnari poſſit, requiritur illum cōfeſſum aut conuictum fuiſſe.*
15 *Portans aliquid à domo alicuius, in dubio præſumitur domino permittente portare.*
16 *Socij criminis inter ſe non ſunt idonei teſtes.*
17 *Socius criminis in quibuſdam caſibus ſpecialibus de ſocio interrogari poteſt.*
18 *Depoſitio ſocij criminis ſolū opatur ut inquiſitio formari poſsit.*
19 *Pauperes & uiles non ſunt idonei teſtes.*
20 *Teſtes ut cenſeantur idonei, requiritur ut habeant tantum in bonis, quantum ualet cauſa de qua agitur.*
21 *Teſtes ſibimetipſis contrarij, uel uarij nihil probant.*
22 *Teſtibus non ueriſimilia dicentibus non eſt credendum.*
23 *Remotum à ueriſimili eſt imago falſitatis.*
24 *Fides non eſt præſtanda hīs, quæ non ſunt ueriſimilia.*
25 *Confeſsio partis non ueriſimilis non nocet confitenti.*
26 *Dicto teſtis iudiciali ſtandum eſſe communiter ſenſere doctores.*
27 *Teſtes ſecundo examinati in iudicio ſi reuocent ſuum primum dictum, ſeu aliter & alio modo dicant quàm primo dixerint, iudex ſecundum primum dictum ſententiam ferre non poteſt.*
28 *Teſti nimis animoſe deponenti ea quæ non uiderit, nec uidere potuerit, in nullo eſt credendum.*
29 *Qualitas deducta in inquiſitione ſi non eſt probata, non poteſt ſequi condēnatio, etiā ſi non erat neceſſe apponi dictam qualitatē.*
30 *Teſtes infames ad dicendum teſtimonium, maxime in criminalibus non admittuntur.*
31 *Ludus eſt crimen.*
32 *Cauſa matrimonialis à pari procedit cum criminali.*
33 *Defectus teſtium qui ſingulariter, & ſeparatim conſiderati, teſtimonium reddunt nullum, multo fortius ſi ſimul concurrant reddent nullum.*
34 *Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.*
35 *Minor. 25. annis in criminalibus non debet examinari.*
36 *Indicia cōtra inquiſitum exiſtentia debilitantur, & penitus annihilantur bona fama inquiſiti optime probata.*
37 *Teſtes inhabiles tunc admittuntur, quando res ſua natura per habiles teſtes probari non poteſt.*
38 *Teſtes inhabiles cum tortura admittuntur, quando illa qualitas quod aliter ueritas probari non poteſt, eſt capitulata & probata, aliàs ſecus.*
39 *Teſtibus inhabilibus aſſerentibus aliter ueritatem haberi non potuiſſe, non creditur.*
40 *Teſtes inhabiles non debent admitti, dato quòd eſſemus in caſu in quo aliter ueritas haberi non poſſet, quando ſuper eo deponunt quod ipſimet fecerunt.*
41 *Teſtes inhabiles non admittuntur, & ſi aliter ueritas haberi nō poſſet, quando patiuntur plures defectus & exceptiones.*

RESPONSVM. LIX.

¶ An ualeat inquiſitio formata ad dictum ſocij:& qñ ſit nulla:& quādo admittantur præſumptiuę probationes.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa
inquiſitionis ex ciuitate Ceſenę ad me tranſ-
miſſa uidetur prima fronte inquiſitum con-
demnari potuiſſe: qm̄ delictum plenè proba
tum uidetur,cū non ſolum per duos teſtes deponentes
1 de uiſu probatur,qui † ſufficiunt ad plenè probādum.l.
ubi numerus.de teſtib.c.in nomine.eod.tit.plenè in l.ad
monendi.de iureiurando.ſed ēt per quatuor teſtes: nec
refragari vr̄ quod huiuſmodi teſtes aſſerantur ſocij cri-
minis & infames:qm̄ ex quo fuerunt examinati cum tor
tura uidentur facti habiles.argumen.textus in c.ſi teſtes.
in uerſic.ſi aūt ea rei cōditio.4.q.3.& in l.ob carmen.§.
ſi ea rei cōditio.ubi Florianus & alij de teſtibus.p gloſ.
Innocen.& alios in c.cū P.Manconella.de accuſationib.
Alexan.in cōſil.11.Circa primū.in 2.col.in j.volu.Fulg.
in conſil.171.col.j.In cauſa inquiſitionis. ¶ Accedit quo
que quod bis,terque quaterque fuerunt examinati & re-
petiti,& ſemper in eodē propoſito ſteterunt. Compro-
batur propter difficultatē probationis : nā cum delictū
fuit de nocte perpetratum ueritas de facili haberi nō po
2 terat:ſed ubi ueritas haberi non pōt † per teſtes habiles,
tunc ne ueritas pereat admittuntur teſtes inhabiles. Sa-
licetus in l.ea quidem.in 50.colu.verſicul.ad ſecundum

quæſtionē.C.de accuſationib.ſequitur Aretinus in tra-
3 ctatu maleficiorū.in verſic.mentitore.ubi † falſitas, iudē
tium in lupanari per lenones & infames probari pōt,cū
aliàs ex qualitate loci ueritas haberi non pōt.facit quod
uoluit Alexan.poſt Ioan.Andr.& alios citatos ꝑ eum in
cōſi.64.Viſo themate.col.j.per Anton.de Butrio & alios
in c.3.loco.de probationibus.per Baldū in cōſi.302.Pro
ponitur.in ſcdo volu.col.2.Aretinū in cōſil.13.Viſo dili
genter.col.11.Roma.in ſingul.396.Tu habes.cū ſimilib.
¶ Maturius uero inquiſitionē,dicta teſtium,ac totū ꝓ-
ceſſum conſiderans determino ꝯtrariū & dico inquiſitū
ex deductis in proceſſu de iure nō potuiſſe nec poſſe cō-
demnari, ſed omnino liberandū fore. Et cōſidero ꝙ vbi
inquiſitio eſt inualida uel inepta proceſſus,ſententia, &
4 quicquid poſt eam fit † ſunt inualida & nulla: ut ꝑ Ange.
in cōſil.178.Viſis actis prædictis.per Gulielmū in l.ſi pa
5 tronus libertū.de iureiurando.adeo quod ēt † ſi ſentētia
tranſiuit in rē iudicatam,adhuc de ineptitudine inquiſi-
tionis apponi pōt:ut per Iaſonē in l.eleganter.§.ſi quis
poſt.nu.12.de cōdic.indeb.ubi allegat.Bal.in quamplu-
ribus locis,Petrū de Ancha.Innocen.& alios ut ibi ꝑ eū.
& ratio eſt,quia hmōi exceptio reddit iudicium & ſentē-
tiam ipſo iure nullam. ¶ Sed hmōi inquiſitio eſt inepta
& inualida,ergo totus proceſſus ac ſententia non ualēt,
& reus abſoluendus eſt:quod aūt ſit inualida inquiſitio
probatur ex pluribus. Et primo: Nā non proceſſit fama
publica,nec fuit probata à perſonis fidedignis, ſed de ea
6 nullum penitus verbū fuit factum, † quo caſu inquiſitio
non ualet.c.qualiter & quando.el ſecundo.cap.inquiſi-
tionis.de accuſationi.c.j.& ij.eod.tit.lib.6.per Bart.in l.
cōgruit.de offic.præſid.Alexander in cōſil.124. Quoniā
abunde.in 6.volu.& in cōſil.127.Viſo proceſſu.in 7.vol.
Cuma.in conſil.135.Quo ad primum.& id adeo uerum
eſt quod adhuc nullus eſt proceſſus ac ſententia nō pro-
7 bata infamia, etiā ſi teſtes producti ſuper ipſa † inquiſi-
tione probent crimen de quo in inquiſitione: ſm Specul.
in tit.de inquiſitio.§.nūc uidendū.in 3.col.ſequitur Bal-
dus ibi in additio.in ultimo uerſicu.nec ſtatutū ualet in
cōtrarium:ut notat Cardinal.in clemen.j.in ultima col.
8 uerſic.nono quæro.de offic.ordinar.nec † aliter pōt inq-
rere iudex ēt ſi habeat liberam poteſtatem inquirēdi: ſm
Bald.in c.j.de offic.ordinar.Ioan.And.in c.cū oporteat.
9 de accuſationib.Iaſ.in l.milites.C.de teſtamē.milit.†nec
creditur iudici in inquiſitione apponenti illa verba fama
publica &c.niſi probetur:ut per doctores in locis ſupra
allegatis & infrà &c.ergo fortius in caſu noſtro eſt nul-
la,cū nullum adſit ſtatutum in cōtrarium , nec delictum
fuit probatū,ut infrà dicam.& in terminis qn̄ non pro-
ceſſit infamia à fidedignis quod inquiſitio & ſententia
ſint nullę,& reus ſit abſoluendus conſuluit Hippolyt.de
Marſil.in conſil.118.& in conſil.130.& in conſil.48.nu-
mer.10.& in conſil.49.nume.7.& in cōſi.50.num.1.& in
conſil.35.num.5.& in conſil.53.& in conſil.63.& in cō-
ſil.64.& in conſil.76.& in conſil.78.& in conſil.79.& in
conſil.82.& in conſil.117.& alibi ſępe per Deciū in con-
ſil.170.& in conſil.175.& in conſilio.189.circa finem.vbi
etiā idem vult.¶ Secundo adduco ꝙ ad iuſtificandū in-
10 quiſitionem duo ſocij examinantur: ſed ad dictum † ſo-
ciorum inquiſitio formari non pōt, nec ualet:ut ꝑ Fulg.
in conſi.136.Super eo.col.fin.& in conſi.173.col.j.In cā
inquiſitionis.Petr.de Anchar.in conſili.23. Viſa inquiſi-
tione. Ioan.de Anania in conſil.59.Deci.in conſil.189.
col.fina.& in conſil.170.& alijs ſupra allegatis. Nec ob-
ſtat quod ſint alij duo teſtes,uidelicet Laurentius & Ba-
ptiſta: quia ſunt infames condēnati de criminibus : quo
caſu non probant,maxime cū tempore inquiſitionis re-
petiti, nec unquam torti fuerunt,nec deponunt principa
liter ſuper delicto:quia non dicunt ꝙ uiderint inquiſitū
de ſalinis cōmunis Ceruię ſalem,de quo in inquiſitione
ſurripuiſſe, ſed aliquas circunſtantias:ex quibus neceſſa-
rio furtū nō infertur, & licēt præſumptiones aliquando
admittantur ad probandum delicta , quæ aliter probari
non poſſunt, tamen illę præſumptiones & indicia plenè
11 † probari debēt:ut per Barto.& alios in l.fina.C.famil.
ercīſcun.per Barto.Salic.& alios in l.fina.de quæſtio.per
Alexandrum in conſil.28.in ultima colum.uolu.j.ſed iſti
propter ſuos defectus illas circunſtantias nō plenè pro-
bant,ergo &c. ¶ Tertio nō ualet inquiſitio ex quo prius
12 iudici non conſtat de delicto:& † ideo iudex debet mit-
tere ad locum ubi dicitur eſſe delictū commiſſum: ut per
Angel.& Auguſt.in additio.in tracta.maleficiorū.in uer
bo,fama publica.per Gandi.in tracta.ſuo ſub rubric.de
præſumptionib.& indicijs.& per plures alios de quibus
per Hippoly.in conſil.8.& in conſil.12.& in cōſil.14.& in
conſil.18.& in conſil.35.& 40.& 46.& alibi ſępe. ¶ Quar
to dico ꝙ hmōi inquiſitio fuit nulla,& per cōſequens to-
tus proceſſus & ſentētia,cum in ea non eſt appoſitus cer-
tus menſis: ſed fuit dictum de menſe Octobris ſeu No-
13 uembris,& ſic tempus fuit dubium † & incertum, & per
conſequens nō ualet.l.libellorum.ubi notant oēs de ac-
cuſationib.per Sali.in l.ea quidem.C.de accuſat.faciunt
not.per Angel.in dicto tract.malefi.in uerbo, de anno de
præſenti. cum concordantib. Et ex pluribus ēt quæ uti
neceſſaria prætermitto,liquidiſsime conſtat dictā inqui-
ſitionem male formatam,ineptam, ac nullam, & per cō-
ſequens proceſſum, ac ſententiam, & inquiſitum liberan
dum fore,nō obſtantibus probationibus adductis in ꝯ-
trarium:quæ dato ſine ueritatis ꝑiudicio ꝙ alicuius mo-
menti forent:attamen cum inquiſitio eſt inualida , nihil
operantur ſm cōmuniter ſcribentes de quibus in primo
fundamento. ¶ Et licēt hæc ſufficere uideantur ad libe-
randum reum ab inquiſitione & ſententia cōtra eum la-
ta, nihilominus ut magis conſtet de bono iure inquiſiti
ac puriſsimę cōſcientię dn̄i iudicantis ſatisfiat, dico da-
to ſine pręiudicio ueritatis quod inquiſitio & proceſſus
ualerent adhuc reum abſoluendū fore:& ꝯſidero ad hoc
14 ut reus conuentus poſsit cōdemnari requiritur † quod
ſit confeſſus uel conuictus: ut per Angel.in ſuo tractatu
& alios de quibus ſupra:ſed iſte non eſt confeſſus, immo
ſemper negauit,ut ex proceſſu conſtat: nec eſt conuictus
immo nihil eſt probatum contra eum,ergo condemna-
ri non debuit,nec pōt. ¶ Quod aūt non ſit cōuictus,nec
aliquid concludenter ſit probatum cōtra eū,apertiſsimę
demonſtratur. Nā tantum quatuor teſtes adducuntur ꝯ
inquiſitum:quorum duo,ſcilicet Dominicus & Ludoui-
cus deponunt ſe interfuiſſe cum dicto inquiſito ad ſurri-
piendam quantitatem ſalis de qua in inquiſitione, & ſic
deponūt immediatè de ipſo delicto. Alij uero duo,ſcili-
cet Laurentius & Baptiſta non deponunt immediatè de
delicto,ſed præſumptiuę,& per cōiecturas,per præceden
tia & ſubſequentia, ſcilicet audiuiſſe inquiſitum & alios
duos teſtes dicentes ſe uelle ire ad accipiendum ſalē : qa
nō habebant iam erant quatuor dies aliquid ſalis. Item
uiderunt poſtea illos ad domum portantes dimidiū ſex-
tarij ſalis in ſacco: quod aūt uiderint furtum committi
nihil dicunt,immo dicunt in domo remanſiſſe,ita quod
uidere nō potuerunt: & ſic de furto nihil cōcludenter de
ponunt cum potuerit eſſe, dato quod ſalem ad domum
portauerint, quod furto non ſubtraxerint,ſed habuerint
15 permittente domino,& in dubio pręſumitur † ut euite-
tur delictum.l.merito. pro ſocio. per Bartolum in l.non
ſolum.§.ſed ut probari. de noui operis nunciatione.ubi
per modernos. Abbas in cap.auditis.de præſcriptionib.
colum.antepenultima. Romanus in conſili.112.cū uul-
garibus. Nec alia uerba ſignant furtū,ſed cōueniūt emē
ti,& ſic iſta ꝓbatio nihil ualet,cū de neceſsitate nō ꝯclu-
dat.c.in pſentia.de probationi.l.non hoc.unde cognati.
cu ſimilibus.& ſi aliquid operatur,ſolā pſumptionem ac
adminicula inducit ex qualitate tēporis noctis &c. Mo-
do dico ꝙ primi duo , ſcilicet Dominicus & Ludouicus
nō ſolum non probant ad condemnationem, ſed nec q-
dem faciunt indiciū ad torturam ex pluribus. ¶ Et pri-
16 mo, quia ſunt ſocij criminis qui † non ſunt idonei teſtes
l.fina.C.de accuſationi. Petrus de Anchara.in conſil.23.
Viſa inquiſitione. Alexander in conſilio.128. Quoniam
abunde. columna fina. libro.4. ubi uoluit ꝙ non faciunt
indicium ad torturam. Nec ſumus hic in caſu ſpeciali
17 in quo † ſocius pōt interrogari: de quibus per doctores
in

in dicta.l.fina.de accuſatio.& dato ꝙ eſſemus in caſu in
quo ſocius interrogari poſsit,tñ ſua deſpoſitio & inter-
rogatio nõ probat delictũ vt puniatur,immo nõ facit in
diciũ ad torturã:ut notat Ange.ĩ l.ſi certus.ad Sillaniañ.
18 ſolum enim operatur ſm eũ † ut inquiſitio formari poſ-
ſit:idẽ tenet Salicetus in l.fin.C.de accuſationi.Corneus
in cõſi.58.libro.j.circa finẽ.Alexander in conſil.90.Viſo
themate.libr.3.col.2.& ſentit Petrus de Ancharano in di
cto cõſil.23.& id abſque contradictione procedit qñ ſo-
cij criminis de eodem crimine ſunt accuſati,uel inquiſiti
iuxta doctrinã Ioannis Andreę in titulo de teſt.§.j.ſequi
tur Decius in cõſi.189.col.6.ſed hi duo teſtes ſunt deſcri
pti in inquiſitione criminis de quo agitur,ergo nec vllũ
faciunt indicium. ¶ Secundo hi duo teſtes ſunt paupe-
res,& uiles,immo nihil in bonis habentes: ſed pauperes
19 nõ ſunt idonei teſtes.l.3.in principio. † de teſt.requiri-
20 tur enim quod teſtes habeant tñ in bonis quantũ † ſit
cauſa de qua agitur: ſm gloſſam in.§.ſi uero abſunt.in
uerbo, ſubſtantiã,in authenti.de hæredita.& falcidia.&
ibi notat Angelus: ſequitur Alexan.in cõſi.15.Viſo pro-
ceſſu.libro.3.vbi concludit ꝙ teſtis pauper in criminali-
bus repellitur,per Ioannem Andream,Anton.de Butr.&
Imol.in c.ſi qui.de teſtibus: ſed hic ſumus in criminali-
bus,& in cauſa maximi põderis:ut mihi relatũ eſt, ergo
omnino repellendi ſunt,& nullius momẽti eſt atteſtatio
eorum. ¶ Tertio conſiderandũ eſt ꝙ hmõi teſtes ſunt ua
rij & contrarij tam ſibijpſis quàm alijs duobus teſtibus
in quãtitate ſalis,cum Dominicus dicit ꝙ erat dimidiũ
ſextarij,Ludouicus ꝙ erãt tres Bernardę,Dominicus de
ponit ꝙ Dionyſius & Ludouicus acceperũt ſalẽ de maſ-
ſa,Ludouicus aũt deponit ꝙ fuit Dominicus qui accepit
de maſſa,& ipſi ſaccum tenebant. Item ſunt uarij in quá
titate mercedis,tẽporis,& loci,& in pluribus alijs quali
tatibus quas vti notiſsimas ꝑtermitto, & late deductas
per excellentiſsimum aduocatum in ſua doctiſsima alle-
21 gatione,ſed teſtes † ſibijpſis cõtrarij uel uarij nihil pro-
bant.l.qui falſa uel uaria.de teſt.l.j.eodem titulo.& in c.
cum eccleſia.de cauſa poſſeſsionis & proprietatis. ꝑ Spe
cul.in titulo de teſt.§.j.uerſiculo,itẽ quod teſtes ſunt va-
rij.& hoc abſque dubio procedit cõtra inquiſitos in cri-
minalibus:ut uoluit Hippoly.in conſil.4.& in conſil.51.
¶ Quarto eorum probatio uidetur eſſe nullius momen
ti,cum contineat non ueriſimilia. Nã non eſt ueriſimile
quod pro tribus Bernardis quas tñ abſtulerunt,ut depo
nit Ludouicus,quarum una ad Dionyſium iuſta ratione
ſpectabat ſoluerit triginta ſeptẽ ſolidos his duobus te-
ſtibus, cum ſal tanti non ualebat, nec forſan dimidium
illius pretij, minus quoque ueriſimile eſt quod poſtquã
dictus Dionyſius dedit unã Bernardã ſalis Ludouico ꝓ
mercede,quod illam poſtea emerit pro ſolidis octode-
cim,cum tanti nec dimidio ualet una Bernarda, ut mihi
22 aſſeritur,ſed teſtibus non ueriſimilia † dicentibus nõ eſt
23 credẽdum,cum remotum à ueriſimili † eſt falſitatis ima
go, Baldus in 3.col.in l.j.C.de ſeruis fugiti. Innocent.in
cap.auditis.extra de pręſcriptioni.per Felinum in c.licèt
cauſam.verſiculo,not.tertio.de ꝓbationi.facit.l.ob car-
men.de teſtibus.& dixit Petrus de Ancharano in conſi-
lio.257.Ex ordine contractum. quod non ueriſimilibus
24 † non debet dari fides,immo & confeſsio † partis nõ ue
25 riſimilis non nocet confitenti. Baldus in l.ſi quis hoc ge
nus.C.de epiſco.& cleri.Petrus.de Anch.in dicto cõſi.23.
cum ſimili.ergo &c. ¶ Quinto aduertendum eſt quod
Ludouicus poſtea extra iudicium coram teſtibus dixit
quod omnia quæ dixit contra Dionyſium fuerunt dicta
propter timorem torturę ſibi illatum à iudice, & quod
nõ ſunt uera:ut deponit quidã Nicolaus Speſanti & nõ-
26 nulli alij,ſed licèt ſit cõmunis opinio,† quod dicto teſtis
iudiciali ſit ſtandum:ut per Specul.in titulo de teſt.§.j.
Baldum & Salicetum in l.nullam.C.de teſt.per Alexãdrũ
in conſil.78.Viſo teſtamento.in 15.col.uolumine.j.nihi-
lominus ſi teſtes in iudicio examinati reuocent dictum
27 ſuum, ſeu alio † modo dicant quàm primo dixerint,iu-
dex non poteſt ſententiam ferre ſm primum dictum: ſm
Aretinũ in conſil.71.Diligenter.in 4.col.allegat Innocẽ.
in cap.prætereà.de teſtibus.Antoni.in c.cũ in tua.eodẽ
tit.per Hippolytum in ſingula.212.cõmunis oĩum ſcribẽ
tiũ,ergo non potuit nec põt condemnari reus per hmõi
probationes. ¶ Sexto iſti teſtes ſunt reijciendi tanquam
nimis animoſi,& deponentes ea quæ nõ uiderunt,nec ui
dere potuerunt:depoſuũt enim ꝙ dictus Dionyſius poſt
aliquos dies exportauit diuerſimode ac diuerſis uicibus
d.ſalem ad ciuitatẽ Ceſenę,& tñ cum non appareat ꝙ ſe-
cum iuerint non potuerunt, uidere an portauerit ad ci-
28 uitatẽ Ceſenę necne,ſed teſti † nimis animoſe deponẽti
ea quæ non uiderit nec uidere potuerit,nihil eſt creden-
dum:ad notata per Marſi.in conſil.190.& per Crotum in
tractatu de teſt.cum ſimilibus, adductis per eos. ¶ Se-
ptimo uidetur ꝙ eorum probatio nihil concludat,cũ in-
quiſitio contineat ꝙ ſalem exportarunt ex ſalinis ad do
mum inquiſiti,& inquiſitus cõduxit dictũ ſalem ad ciui
tatẽ Ceſenę pro uſu ſuę familię, ſed de ea qualitate pro
uſu ſuę familię nihil eſt dictũ nec probatũ per dictos te-
ſtes, ergo nulla condẽnatio ex dictis probationibus ſu-
29 per dictam inquiſitionem † ſequi potuit nec põt,cum ibi
qualitas quæ eſt deducta in inquiſitione nõ eſt probata,
non põt ſequi condẽnatio,ẽt ſi nõ erat neceſſe apponi di
ctam qualitatem.faciunt dicta per Barto.in l.j.de recep.
domi.in c.concertationi.de appellat.Angel.in cõſi.296.
Viſis actis.& 123.Viſo libello. ꝑ Abba.in c.licèt cauſam.
de probationi.& in terminis per Hippoly.in cõſil.7.col.
penul.& in cõſi.48.& in conſi.57.& alibi ſępe. ¶ Octauo
aduertendum eſt ꝙ iſti duo teſtes ſunt crimino ſi infames
condemnati de crimine: ut ex eorũ dictis, ac aliorum ad
30 ductis in proceſſu apparet, ſed † teſtes infames non ad-
mittuntur, maxime in criminalibus. l.3.§. lex Iulia.de
teſt.l.nõ poterit.de furtis.c.licèt ex quadã.& c.ex parte.
de teſt.ubi plene notatur per Specul.in tit.de teſt.§.j.uer
ſiculo, itẽ excipitur ꝙ eſt fur.item in uerſi.ꝙ eſt infamis,
ergo eorũ dictũ nullius momẽti eſt. ¶ Nono conſidero ꝙ
ſunt luſores,& malę ꝯditionis,& famę: ut ex eorũ dictis
31 ac aliorũ atteſtationibus conſtat, ſed ludus † eſt crimen:
ut per Bart.in proę.fforũ.§.illud.& maxime cum in die-
bus feſtiuis luſerunt,ut ipſi dicunt in interrogatorijs fa-
ctis pro parte inquiſiti,& propterea repelluntur à teſti-
monio, maxime in cauſa matrimoniali & criminali,quæ
32 à pari procedunt, ut in terminis † concludit Alexan.in
conſi.152.Viſo proceſſu.col.4.libr.5.& licèt ex his & per
plura alia quæ uti nõ neceſſaria prætermitto,liquidiſsi-
me apparet probationes eorum teſtium nullius momen
ti eſſe,nec quidẽ aliquod indicium facere, nihilominus
unũ aliud non prætermittam:ad quod rogo animaduer
tendum eſſe.ſ. ¶ Decimo dico ꝙ omnibus iſtis defecti-
bus ſimul concurrentibus,& accedente bona fama inqui
ſiti,caſus iſte nullum habet contradictorem ꝙ huiuſmo-
di probationes nec ullum faciunt indicium,cum ſi ſingu
la de per ſe conſiderata reddunt teſtimonium † nullum,
33 quanto fortius cum ſi ſimul concurrant: argu.not.l.ſpa-
donẽ.§.qui iura.de excuſa.tuto.& late ꝑ Iaſo.& moder.
in l.admonendi.in materia diuerſarum probationum.de
iureiu.De alijs uero duobus teſtibus.ſ.Baptiſta & Lau-
rentio nihil eſt curandum,cum non ſolum laborent om-
nibus eiſdem met morbis quibus Dominic.& Ludoui.ſ.
nominati excepto hoc ꝙ non fuerunt ſocij criminis, ſed
etiã quampluribus alijs defectibus.nam ſunt pauperes,
& uiles nihil in bonis habentes, ſunt uarij,& cõtrarij nõ
ueriſimilia deponunt ſicuti & præcedentes,extra iudiciũ
reuocauit dictum ſuum Laurentius, impoſsibilia & ſibi
non nota depoſuerunt magis quàm fecerint alij, cum in
domo remanſerint, & de his quæ procul à domo facta
fuerint & ab his uideri non potuerint alta uoce depo-
nũt. ¶ Minus quoq; de qualitatibus inquiſitionis dicũt
q̃ alij fecerint,sũt infames,luſores,malę uitę & ꝯditionis:
ut latę ꝑ teſtes inquiſiti probatũ eſt:ſed ultra, ut dictum
eſt,aduertẽdũ puto ꝙ cũ iſti teſtes non deponant imme-
diatę de delicto,ſed de remotis à delicto & cõiecturis de
bẽt eſſe omni exceptiõe maiores,& plene indicia & ꝓba
tiones ꝓbare,cũ licèt aliqñ ĩ criminalibus ſufficiãt indi-
34 cia uehemẽtia,attamẽ illa † plene ꝓbari debẽt:ad not.ꝑ

gloſ.Bart.& alios in l.fi.C.fa.erc.per Bar.Sali.& alios in l.fi.de q.per Aret.in trac.malefic.in verb.fama.per Alex. in conſi.28.in vlt.col.vol.j.& in conſi.150.vol.5.ſed hi teſtes non ſunt omni exceptione maiores, ergo nihil cõcludunt circa depoſitionẽ ſuam factã ſuper præparatorijs delicti:immo non ſolum omni exceptione maiores, ſed ex qualitatibus ſupra deductis ſunt penitus repellendi à teſtimonio. Et vltra qualitates ſupra deductas aduertendum eſt quod adeſt minor.25.annis qui in criminalibus
35 † non debet examinari:vt ꝑ Specula.in tit.de teſte.§.j.& habetur in l.teſtium.de teſtibus. Et ex his apparet quod non ſolum non eſt conuictus,ſed nec aliquod indiciũ alicuius momenti ꝯtra eum viget & propterea abſoluendus eſt:& dato ſine præiudicio veritatis quod hmõi teſtes tot morbis laborantes aliqua facerent indicia,non tñ faciũt ſufficientia ad condemnationem,vt dicatur reus conuictus. maxime cum per bonam famam inquiſiti optime
36 † probatam ſunt debilitata & penitus annihilata:vt uoluit Bald.in l.fin.in vltima col.C.de probationib.in l.ea quidem.in antepenul.col.C.de accuſationib.Bart.in l.3. §.ſed ſi ex improuiſo.de Raphael Cuma.in conſili.135. in 2.colum.Ad primum.Corne.in conſi.58. Viſa inquiſitione.Specul.in conſi.40. ¶ Nec obſtant quod ſumus in his in quibus aliter veritas haberi nõ põt:quo caſu inhabiles admittuntur:quia hoc non videtur tutum.cum in uia publica id factum ſit ut ipſimet deponunt:alias ſemper in factis tẽpore nocturno admitterentur inhabiles,
37 quod nõ eſt verum,ſed requiritur quod res ſit † ſua natura inhabilis ad vere probandum:vt per modernos in dicto.c.tertio loco.de probationib.¶ Secundo dico ꝙ tũc teſtes inhabiles admittuntur cum tortura,qñ illa quali-
38 tas ꝙ aliter veritas haberi non põt † eſt copulata & probata,aliàs non admittuntur:ſm Anto.de Butrio in cõſil.24.in vlti.colum.ſequitur Alex.in cõſi.64.Viſo themate.colum.vlti.volu.j.vbi Alex.dicit ꝙ & ſi teſtes inhabiles examinati dicerent ꝙ nullus aliud aderat,uel aliquid aliud per quod poſſet præſumi ꝙ veritas haberi nõ poſ-
39 ſet † non creditur eis.ſequitur Hippol.in conſil.41.& in cõſil.80.ergo licèt hi teſtes dicant de nocte,per quã qualitatem,videtur ſm aliquos,licèt hoc in iure nõ ſit verũ, qđ aliter veritas haberi nõ poſsit,tñ eis quãtũ ad hoc nõ creditur.¶Tertio dico ꝙ dato ſine pĩudicio veritatis ꝙ eſſemus in caſu in quo alr veritas haberi nõ poſſet,teſtes inhabiles nõ debẽt admitti,cũ deponũt ſup eo qđ ipſi-
40 met † fecerint.ita ſentit Pet.de Anch.in dicto cõſi.123.& voluit Raph.Fulg.in cõſ.173.ſequit Dec.in dicto cõſ.185. in 5.col.& ĩ cõſ.234.in j.col.quos ẽt ſequit & in terminis reſpõdet Hippol.in cõſi.102. ¶ Quarto dico ꝙ id quod volũt doctores ꝙ teſtes inhabiles admittãtur vbi veritas aliter haberi nõ põt,non procedit quãdo plures patiun-
41 tur † exceptiones,ſed procedit qñ vnam tm̃: ita colligitur ex dictis per Soci.in cõſi.118.in.j.volu.in antepenul. colu.Barba.in cõſi.65.in 4.col.volu.4.q̃ oĩa abſque dubio in hoc caſu admitto,cum nõ cõſtat aliter de delicto: nam tũc inhabiles exceptis ſupradictis caſibus, qñ conſtat de delicto admittũtur ut ueritas nõ occultetur delicti:puta,reperitur aliquis mortuu s,nec apparet de malefactore,ſi aliter veritas haberi nõ põt,tunc admittuntur inhabiles,ut delictũ de quo cõſtat non remaneat impunitũ:ſed hic nullo modo cõſtat de delicto,ergo fruſtra agitur quod admittãtur inhabiles.Et ad hoc rogo vt animaduertãt dñi iudicantes,qm̃ hoc ultimum de ſe ſufficit ad tollẽdum oẽs obiectiones.Nam & ſi aliàs ſocij criminis admittãtur,nõ tñ admittuntur quãdo ſunt poſiti in inquiſitione & plures patiuntur defectus, & nõ eſt ꝓbatum aliter ueritatẽ haberi non poſſe,& nõ cõſtat de delicto alio modo quàm per inhabiles,quæ oĩa hic ceſſant. Et ex his apertiſsime cõſtat inquiſitionem,proceſſum,ac ſententiã nõ ualere,& reum inquiſitum uti nõ cõfeſſum, nec cõuictũ,abſoluendum fore:ꝙ omnino futurum eſſe pro cõperto habeo,cum ut audio huiuſmodi cauſa tractanda eſt coram illuſtriſsimo ac reuerendiſsimo cardinali Sipõtino,legato Romãdiolę meritiſsimo,ac patrono meo colẽdiſsimo, cuius ingenium ac incomparabilem doctrinam,integerrimum indicium, atque maximã in adminiſtrãda iuſtitia,& regẽdis ciuitatibus,atque ſacroſanctę Romanę eccleſię prouincijs experientiam oẽs ętatis noſtrę populi prædicant atque admirãtur:cui poſt manus genibus flexis deoſculatas me ac cauſam huius, ut ita dicam, iniuſte inquiſiti etiam atque etiam plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpodebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſocij criminis, non eſt ſufficiens indicium ad torturam contra ſocium eiuſdem criminis.*
2 *Limita quando eſt adminiculata aliquibus præſumptionibus.*
3 *Variatio facit indicium ad torturam.*
4 *Suſpicio falſitatis pro falſitate habetur. limita ut nume.17. & ſequent.*
5 *Fama bona tollit omnem ſuſpicionem,& indicia contra aliquem exiſtentia,maxime quando eſt uir grauis, & honeſtę profeſſionis.*
6 *Notarius nunquam de falſo redargui poteſt, quando duo teſtes deponunt pro inſtrumento,licèt aliqui etiam inſtrumentarij deponerent contrarium.*
7 *Teſtes in codicillis neceſſario non ſunt rogandi.*
8 *Principalia ex præfationibus & præparatorijs declarantur,& probantur.*
9 *Dicto primo teſtis ſtatur,etiam ſi ſecundum fuerit in tormentis, quando fuit interrogatus de ſe uel de alio.*
10 *Dictum neutrum teſtis ualet ad præiudicium alterius, quando eſt ſibi contrarius.*
11 *Interpretatio in dubio fit ut excludatur delictum.*
12 *Confeſsio ſocij criminis non iurata,nihil ſocio præiudicat.*
13 *Dicta partium contraria debent reduci ad concordiam.*
14 *Concordia ad teſtem qui in primo examine dixit inſtrumenta fuiſſe propria originalia: in ſecundo uero fuiſſe originalia, uel poſſe eſſe quod in alia charta fecit notam.*
15 *Teſtes qui paſsi ſunt ſe deſcribi in aliquo inſtrumento cui aſſerunt interfuiſſe, dicuntur admoniti & rogati.*
16 *Suſpicio falſi non habetur pro falſitate, ſecundum communem opinionem. limita ut nu.ſeq.*
17 *Limita quantum ad capturam.*
18 *Item quando ſumus in caſu in quo ex ſola iuris præſumptione poteſt imponi pœna.*
19 *Item quando ſumus in ciuilibus.*

RESPONSVM. LX.

¶ An inquiſitio ad cõfeſsionẽ ſocij criminis fieri poſsit, & quomodo probetur falſitas,& qualiter ab ea notarius excuſetur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa inquiſitionis de qua agitur,uidetur prima facie eſſe ſufficienter probatũ ꝯ A. ad ponẽdũ illum ad torturam, cum adſit cõfeſsio G.criminis participis adminiculata quibuſdã literis: quibus dictus A.ſcribebat G.ſocio ſuo, cum quo habuit colloquium de falſitate procuranda: qui dictus A.complacebat ſibi de eo de quo ſunt locuti,& ꝙ dedit ei certa munera,& ꝙ poſt multum tempus ei complacuit, & poſtea
1 expoſuit ꝙ intellexit de falſitate procuranda, & † cõfeſſio ſocij criminis, licèt nõ ſit ſufficiens indicium ad torturam,cõtra ſocium eiuſdem criminis : vt habetur in.l. j.§.diuus Antonius.de quęſt.in l.qm̃ liberti.C.de teſta.&
2 in c.ueniens.& in c.ſicut.de teſt.tamẽ quãdo † eſt adminiculata aliquibus præſumptionibus,tunc facit potens indicium ad torturam, ſecundum Sal.& doc.in l.fina.C. de accuſat.circa fin. & in cap.cum P. Manconella.de accuſationi.per Aretinum in colum.7.ſed hic concurrunt uehementes præſumptiones, quæ colliguntur ex ſupra dictis literis, & donis datis.d.A.ergo &c.
¶ Comprobatur iſtud,quia A.conſtitutus in examine variauit,immo ſibi cõtradixit. Nã folio.17. dicit ꝙ inſtrumẽta data erãt ꝓpria originalia:folio.26.repetitus dixit fuiſſe

fuiſſe originale,vt poſſet eſſe ꝙ i alia charta fecit notã,&
3 ſic receſsit a prima:quæ† uariatio facit indicium ad tor
turam.Bar.in l.de minore.§.plurium.de quæſt. & in l.fi.
in 2.col.de quæſt.Roma.in conſi.18.cum ſimi.
¶Præterea teſtes codicillares dicunt non audiuiſſe codi
cillantem aliquid dicere,& tamen dixit illos fuiſſe roga
tos,ac ipſum fuiſſe rogatum: quod eſt falſum ſi nihil di-
xit,& rogatio fieri debet ore proprio,ergo ex proprijs te
ſtibus codicillorum conſtat.d.A.eſſe falſarium & hoc ſo
lum ſufficeret ad ponendum ad torturam. Nam quan-
tum ualeant teſtes inſtrumentarij plene notatur in c. cũ
Io.de fide inſtr.& in §.item uerborum.inſtit.de inutili ſti
pula.¶Corrobatur ex notatis per Archi.in c.memoriã.
4 19.diſ.ubi dixit ꝙ† i crimine falſitatis ſuſpicio falſitatis
habetur pro falſitate.Io.de Ana.in rubr.de crimine falſi.
col.fi.Alex.in conſi.77.In cauſa accuſationis.col.pen.li.
1.ſi igitur ſuſpicio eſt ſufficiens ad pœnam & condem-
nationem,quanto fortius eſt potens ad torturam quæ tẽ
dit ad condemnationem,cum de medio iudicamus pro-
ut de fine ad quem tendit:ut per Alex.in l.imperium . de
iuriſdi.omni.iud.ergo &c.
¶His tamen non obſtantibus determino contrarium,&
præſuppono ꝙ.d.A.eſt bonæ famæ & opinionis , & præ-
ſertim circa hoc de quo agitur:ut per nobiles huius ciui
tatis Bononiæ pleniſsime probatum eſt.
¶Secundo præſuppono ꝙ ſunt duo teſtes codicillares
examinati,qui deponunt factos fuiſſe codicillos : ut ap-
paret in proceſſu folio.54.& 57.
¶Tertio præſuppono fuiſſe examinatos teſtes proban-
tes tractatum circa cõmutationem,ac probantes ipſam
cõmutationem legati:ex quo orta eſt omnis difficultas.
¶His ſic præſuppoſitis manifeſtiſsime ꝯſtare de innocen
tia ipſius,& oĩno abſoluendum fore vr̃.Nam bona fama
5 in genere tollit omnem ſuſpicionem & indicia , maxime
qñ eſt uir grauis,& honeſtę profeſsionis:ut per Alex.in l.
fi.in pen.apoſtil.de q.Bal.in l.ea quidem.in uerſi. quæro,
quidam infamatus.Cæpo.in conſi.40.Lucius. in 9. colu.
Corn.in conſi.58.Viſa inquiſitione.in 4.col.uol.2. Dec.
in conſi.189.Legati.in pen.col.ergo eſt ſublata omnis ſu
ſpicio,& hoc maxime procedit qñ bona fama in ſpecie
eſt probata:argũ eorum q̃ ponit Alex.in ꝯſ.148. Excellẽ
tiſsime.in 1.col.uol.2.ſed hic in ſpecie eſt probata, ut di
xi,quo caſu ceſſant oĩa indicia ſi qua ſunt.Præterea.ut di
xi in ſecundo præſuppoſito,duo teſtes inſtrarij deponũt
6 de tẽpore,ſed quãdo†duo teſtes deponunt pro inſtrumẽ
to licèt aliqui ẽt inſtrumentarij deponerent ꝯrium,& in-
ſtrumentum redditur nullum : nunq̃ poteſt notarius re-
dargui de falſo:ut per Sal.in l.in exercendis.de fide inſtr.
ſequitur Soc.in conſ.92.In cauſa.d.Antonij.col.2.uol.3.
cum ſimil. ergo minus poteſt hic notarius redargui de
falſo,cum nullus teſtis inſtrumentarius,nec alius ueniat
ꝯ inſtrumentum,immo non ſolum adſunt duo teſtes in-
ſtrumentarij:ſed alij qui tunc temporis aderant,licèt nõ
eſſent rogati in dicto inſtrõ codicillorum qui optime ꝓ
bant cõmutationem legati,& ipſis creditur,& ſi non ſint
7 rogati,cum †in codicillis non requiritur rogitus teſtiũ.
l.fi.C.de codic.& ibi nota.ponit Mathe.in ſuo notab.123
ſequitur Alex.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſt.ubi uolunt ꝙ
probent,etiam ſi ſint poſt cortinam.ſequitur Soci.in con
ſi.235.col.pen.& ult.uol.2.incip.Viſa.
¶Corroboratur per teſtes,qui deponũt tractatum habi
tum a teſtatore de permutando legatum,& ex præfatio-
8 nibus & præparatorijs†declarantur principalia , & pro-
bantur:ut per gl.in l.quod ait.de adulte.iuncta. l. & ſi a-
micis.eo.ti.per mod.in rub.de eden.& in rub.qui admit
ti.Nam quæ prius acta ſunt a partibus conſideranda ſũt
l.ſed celſus.§.ſi fundus.de contrah.emp.& in l.ſemper in
ſtipulationibus.de reg.iur.ergo per iſtos teſtes deponen
tes de tractatu commutationis iuſtificatur ipſa commu-
tatio legati,ex quibus manifeſte conſtat uere fuiſſe factã
commutationem legati , & dato & non conceſſo ꝙ non
ſit facta , cum adſint teſtes pro codicillis , notarius non
poteſt puniri de falſo : & omnia adducta in contrarium
ceſſant cum ſint friuola,& non concludant, & per proba
tiones in contrarium factas excludantur, tamen ut ma-
gis conſtet de innocentia.d.A.inquiſiti ſigillatim reſpõ
debo.¶Et primo non obſtat confeſsio ſocij criminis ad
miniculata indicijs ſurgentibus ex literis & donis datis,
quia ille ſocius non probat niſi ut teſtis,cum non eſt ip-
ſe qui accuſat,ſed proceditur per uiam inquiſitionis , &
ex officio iudicis.Modo dico ꝙ iſte particeps criminis,
& ſi non eſſet particeps criminis cũ ueniat ut teſtis,& pri
mo negauit,& dixit A.nihil peccaſſe,& hoc non ſolum ſe
mel,ſed bis,& ter, & hac tertia uice in tortura , & ſi po-
ſtea quarta uice in tortura affirmauit.d.inquiſitum pec-
caſſe , tamen cum regula iuris eſt ꝙ ſtatur primo dicto,
quanto fortius hic debet ſtari,cum non ſolum ſit primũ,
ſed ſecundum,& tertium dictum,& eo magis quia quic-
quid dixit in contrarium reuocauit . accedit etiam ꝙ eſt
9 uarius,unde ei non creditur:& ꝙ†ſtetur primo dicto, ẽt
ſi ſecũdum dictum fuerit in tormentis, quando quis fuit
interrogatus de ſe & alio:uoluit Bart. in l. 1. §.quæſt.de
quæſt.Are.in conſi.61.In cauſa iſtorum.col. j. & maxime
quando fuit confirmatum:ut uoluit Soc.in conſi.253.In
cauſa.col.2.ſequitur Dec.in conſi.175.col. 5.& in conſ.
189.col.7.incip.Lætatus.ſed ita fuit in caſu iſto, ergo ni
hil probat confeſsio G.maxime quia , ut dixi, eſt ꝯrius :
10 quo † caſu neutrum dictum ualet ad præiudicium alte-
rius propter contrarietatem:ut notat Ant.in ca. cum in
tua.col.3.de teſt.per Alex.in conſi.20. In cauſa appella-
tionis lib.4.col.2.& per Dec.in d.conſi.189.col.7. & ſu-
ſpiciones quæ inſurgunt ex literis,& donis etiam ceſſant
quia in primis dictis,& in ultimo iuſtificauit,dicens ꝙ ſi
quid donauit,dedit cauſa remunerandi expenſas , & ali-
ter iuſtificando ut in proceſſu:ideo cum prima dicta , &
ultima,& non media,uel neutra attendãtur,ut ſupra di-
xi,iſtę prẽſumptiones nullius ſunt momenti, quia literæ
de ſe & dona nihil probant cum ſint ambigua , & uarijs
11 modis poſsint intelligi,& in dubio†intelliguntur ut ex
cludatur delictum.l.merito.pro ſoc.per Bar.in l. non ſo-
lum.§.ſed ut probari.de noui ope.nun.declaratio etiam
ipſius G.ad præiudicium A.tanquam contraria:ut ex a-
lijs rationibus de quibus ſupra , nihil nocet. Præterea
12 † confeſsio ſocij non fuit iurata,quo caſu nihil præiudi-
cat:ut late per Hippol.de Marſi.in practica cauſarum cri
minalium in §.diligenter.nu.62.¶Non obſtat ꝙ.d.A.in
quiſitus fuerit uarius in ſuo examine,cũ in folio.17.dixit
ꝙ inſtrumenta erant propria originalia , folio. 26. dixit
fuiſſe originalia,uel poſſe eſſe , ꝙ in alia charta fecit no-
tam : quia ſi bene aduertatur a primo dicto non recedit
niſi alternatiue,ad cuius ueritatem ſufficit implementũ
unius.§.fi.inſtitu.de hæred.inſtitu. & illa pars uenit quæ
erat poſita in primo dicto , ne contradicat : argumen-
to.c.cum tu.de teſti.cum materia.ubi plene per Fel. & in
13 terminis in parte†ſibi contrariante,quæ debet reduci ad
cõcordiam cum impropriationibus:eſt doctr. Bar. Pau.
Caſtro,& aliorum in l.j.ne quis eum qui in ius uoca. eſt
ui exi.Sali.in l.cum precum.de libe.cauſa. præterea uer
14 ba†optime uerificantur , quia in primo dicto non dixit
ꝙ eſſent in eadem charta,ſed dixit eſſe eadem origina-
lia.Nam inſtrumentum capitur duobus modis, materia
liter,& formaliter:ut plene per moder.in rubr.de leg.1.ſi
capiamus materialiter pro illa charta , certe aliqualiter
militaret contrarietas, ſed ut euitetur delictum non de-
bet capi hoc modo,ſed formaliter,& tunc eſt illudmet in
ſtrumentum originale licèt in alia charta ſcriptum,&eau
tus fuit inquiſitus : quia in primo examine non dixit in
eadem charta, uideatur proceſſus . præterea cum ſecun-
dum ſtylum Bononienſem utroque caſu non poſsit re-
dargui de falſo:iſta uariatio,ſi qua eſſet,non haberet no-
cere,cum non eſſet in ſubſtantialibus,cum utroque caſu
ualeret:arg.l.Iulianus.de condic.inde.cũ materia.¶Nõ
obſtat ꝙ dicant teſtes non uidiſſe eum loquentem, & ta-
men notarius dicat illos fuiſſe rogatos : quia põt eſſe ꝙ
ſint rogati a notario,& hoc ſufficit in codicillis,cum qd
plus eſt rogatio non requiritur:ut per Alex.in d.l.ſi non
ſpeciali.C.de teſta.cum ſimi.de quibus dixi ſupra.
15 ¶Secundo dico quod ex quo†paſsi ſunt ſe deſcribi in il
lo

lo inſtrumento cui dicunt interfuiſſe, dicuntur admoni-
ti & rogati: ut Bal. in rub. C. de fide inſtru. in 7. col. ſequi-
tur Soci. in conſi. 229. uol. 2. col. fi. Præterea ſtant ſimul ꝙ
ipſi nihil audiuerunt, & notarius audiuit illum rogantē
& ſic non ſcripſit falſum: nam probat adeſſe quod ab hoc
contingit abeſſe. l. non hoc, unde cogna. l. neque natales.
de proba. cum ſimil. ¶ Vltimo non obſtat quod ſumus in
crimine falſi, in quo ſuſpicio habetur pro falſitate per di-
ctum Archid. & per ea quæ ſupra dixi: quia multi contra
16 dicunt: & † communis eſt in contrarium, ut colligitur
plene ex notatis per Deci. in c. porrecta. de confirma. uti.
uel inuti. col. 1. & 2. uel remota opinione de qua ſupra: de
17 claratur procedere † ꝙ ſuſpicio falſitatis pro ueritate ha
beatur quantum ad capturam: ſm Deci. in d. c. porrecta.
ſed hic non agitur de captura, cum ſit iam captus: ergo
nihil ad caſum iſtum. ¶ Secundo illud dictum Archi. pro
18 cedit † quando ſumus in caſu in quo ex ſola iuris præſum
ptione poteſt imponi pœna, quod non eſt in hoc caſu.
19 ¶ Tertio † procedit quando ſumus in ciuilibus: ita loqui
tur Alex. in conſi. 77. lib. 1. & Io. de Ana. in conſi. 49. ſed
hic agitur principaliter criminaliter, nec poteſt dici qđ
incidenter occurrat cauſa falſitatis: uideatur Dec. in d. c.
porrecta. & hoc maxime debet eſſe in caſu noſtro, cum ſi
qua aderat ſuſpicio eſt purgata per bonam famam pro-
batam, ut dixi. Item per teſtes qui depoſuerant ueritа-
tem rei, propter quam ceſſat omnis ſuſpicio: ex quibus
& quam pluribus, quæ tanquam ſuperuacua omitto, di-
co eſſe partes doctorum ac iudicis iuſtiſſimi domini mei
honorandi in abſoluendo A. inquiſitum, quem per A. no
minaui, cum propter eius egregiam peritiam, bonos mo
res, ac laudabilem uitam, ſciam ſecreto captum fuiſſe, ac
retineri, ac etiam quoniam erubeſco ponere nomen pro
prium tanti uiri propter fauores, & maleuolum animum
potentiorum: propter quos forſan falſa committere no-
luit fuiſſe captum: nec dubito de eo per ſupra dicta, ac
etiam quoniam hæc excellentiæ ueſtræ nota ſunt.

Laus Deo.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Scriptor potius præſumitur erraſſe quàm dolum commiſiſſe.*
2 *Probatio bonæ famæ purgat omnem contrariam ſuſpicionem.*
3 *Probationes in criminalibus requiruntur luce meridiana clariores.*
4 *Furtum is committit qui utitur pecunijs alio modo quàm fuerint conceſſæ.*
5 *Probatio nulla maior quàm partis aduerſæ confeſsio.*
6 *Confeſsio non poteſt acceptari ſine ſua qualitate. limita ut num. ſequen.*
7 *Fallit quando qualitas eſt appoſita in oratione ſeparata.*
8 *Item quando non ſimpliciter eſt qualificata, ſed relatiue, & qualitas non fuit uerificata.*
9 *Item quando eſt de eo quod eſt de genere prohibitorum.*
10 *Confeſsio eius qui dicit ſe interfeciſſe hominem ad ſui defenſionē poteſt acceptari ſine ſua qualitate.*
11 *Teſtes ſufficit in facto principali concordare, & ſi in quibuſdam non neceſſarijs diſcordent.*
12 *Teſtes licèt non eſſent omni exceptione maiores, tamen admittuntur in his quæ fiunt in locis ſecretis & priuatis.*
13 *Iuris præſumptiones dicuntur liquidiſsime probationes.*
14 *Dolus alicuius arguitur quando non fecit ea ad quæ uigore officij tenebatur.*
15 *Coniecturæ, in his quæ occulte fiunt, faciunt plenam probationem.*
16 *L. ſi quando. C. unde ui. in furto uendicat quoque ſibi locum. declara ut ibi.*

RESPONSVM LXI.

¶ Quomodo probetur furtum, & an probato furto deferatur iuramentum ſuper quantitate rei furatę.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa
Franciſci de Vrſis, uiſo diligenter proceſſu de
duobus contingit dubitari, an per do. Fran-
ciſcum querelantem de furto, ſit ꝓbatum fur
tum. Secundo caſu quod ſit probatum, an ita & eo modo
probatum ſit ut ei deferri debeat iuṁ ſuper quantitate
rei furatę. ¶ Circa primum vr̄ dicendum non fuiſſe pro-
batum, quia & ſi Carolus famulus. d. Franciſci aliquid
1 male ſcripſit, uel non ſcripſit, † potius per errorem præſu
mitur feciſſe quàm per dolum. l. quoties. §. qui dolo. de ꝓ
ba. cum concord. & hoc maxime quia probauit ſuam bo
2 nam famam per teſtes, † quæ purgat ſuſpicionem: ad no-
tata. in l. de minore. §. tormenta, de quęſt. & in l. admo-
nendi. de iureiu. ſed furtum non eſt ſine dolo: ut notatur
in l. j. de furtis. ergo &c. ¶ Præterea dedit ei poteſtatem
uendendi, ut ipſe Frāciſcus confitetur in poſitionibus: iō
uendidit & permutauit, & poſuit ad computum ſuum bo
na fide tanquam habens poteſtatem talia faciendi: & iō
dicit tex. in l. merito. pro ſocio. quod præſumitur iſta fe
ciſſe iure ſuo: & non animo fraudandi, & furandi: qui tex.
eſt in ore omnium, quod non præſumitur delictum: ergo
licèt probet factum, ſ. bona habuiſſe, non tamen vr̄ neceſ
ſario probari animum furandi: unde ſequitur regula. l.
3 qui accuſare. C. de eden. & maxime in criminalibus † ubi
probationes requiruntur luce meridiana clariores. l. fi.
C. de proba. ¶ His tamen non obſtantibus determino ꝯ-
rium, & conſidero iſtum Carolum confeſſum fuiſſe in cō
ſtituto ſe accepiſſe certam quantitatem pecunię, & po-
ſuiſſe in marſupio ſuo. item permutaſſe quaſdam merces
ad utilitatem ſuam: hæc autem probant uerum furtum,
cum debeat dare dicto Franciſco, uel ponere in capſa: qđ
.n. maius furtum q̇ ſi famulus apothecæ uendat, & reti
neat pecunias ſeu nūmos pro ſe, cū utat̄ nummis alio mō
q̄ habeat in mandatis, & in ꝯceſsione, & in capitulis? nā
ſi uideantur capitula producta, non eſt data ſibi iſta po-
4 teſtas, & quilibet utens pecunijs † alio modo q̄ ſibi ſint cō
ceſſæ dr̄ furtum uerum committere: ut dicit tex. in l. qui
re ſibi. ff. de furtis. & inſti. de furtis. in §. itaque. & in §. pla
cuit cum concord. de quibus ibi per oēs. Verum ergo fur
tum commiſit ſi fecit ea, quæ dicta ſunt ſupra: quod au-
tem fecerit plene probatum eſt per ſuam confeſsionem,
5 de qua ſupra: & † nulla plenior, & maior, & liquidiſsima ꝓ
batio quàm partis aduerſæ confeſsio. l. generaliter. C. de
non nume. pec. l. 1. C. de confeſsis. l. proinde. §. notandū.
ff. ad leg. Aquil. & per Bar. & alios in l. ſi confeſsus. de cū
ſto. reorum. ubi dicunt quod licèt in delictis puniendis
requiratur probatio luce meridiana clarior: d. l. fin. C. de
proba. tamen ſola confeſsio ſufficit ad puniendum: & di
cit Ang. in l. ea quidem. in 6. col. C. de accuſa. quod pro-
pter confeſsionem ad omnem pœnam deuenitur, etiam
ex irrupto proceſſu, & idem reaſſumit. in l. inter ſtipulan
tem. §. ſi Stichum. de uer. ob. & ibi alij ſequuntur, cum cū
concord. de quibus in locis alleg. ergo in caſu iſto cum
agitur principaliter ad intereſſe rei furatæ: fortius iſta ꝓ
batio facta per confeſsionem dr̄ ſufficiens, & pleniſsima
probatio, cum ſit pleniſsima ad quamcunq; pœnam cri-
minalem. ¶ Et ſi dicatur hunc confeſſum fuiſſe cum qua-
litate ꝙ ponebat ad ſuum computum, ut in quodam ba
ſtardello, ut horum mercatorum uerbis utar, & memoria
6 li: † & confeſsio non pōt acceptari ſine ſua qualitate. l. &
ſi quidem. C. de exceptionib. cum materia. reſpondetur
hanc qualitatem fuiſſe appoſitam in alia oratione, & ca-
pitulo, & hoc maxime in confeſsione nummorum: quod
probatur ex diuerſo uerbo, cum copula &, ibi & poſuiſſe
dixit in dicto baſtardello ad ſui computum: copula &, pō
nitur inter diuerſa. glo. in rubr. de iuris & facti ignoran.
cum ſimi. & diuerſitas uerbi hoc demonſtrat: ponit Bar.
7 in l. demonſtratio. de condi. & demonſt. quo † caſu poteſt
ſeparari & acceptari ſine qualitate. l. Publia. §. fin. depoſi.
cum concord. de quibus per doc. in ca. cum ueniſſent. de
inſtitutio. Item ſe retulit ad quoddam memoriale ī quo
dicit ſcriptum, & ſic ſimpliciter non qualificauit, ſed re-
8 latiue: quo caſu † ſi non iuſtificatur, perinde eſt ac ſi quali
tas non fuiſſet appoſita. l. in teſtamento. de cond. & dem.
& ple-

& plene in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.ſed iſtud me
moriale nunquam fuit productum,nec fuit approbatum
& onus probandi ſpectabat ad ipſum,quia erat fundamē
tum ſuę intentionis,ergo ſibi imputandum eſt.l.actor de
proba.l.eum actum.de neg.geſt.ergo &c.Item furtum i-
ſtud eſt de genere prohibitorum, cum de eo non habeat
exp̄ſſam licentiam,ut dixi,ſupra,& eſt probatum non ſo
lum de iure,ſed ſ̄m ſtylum mercantialem:quo caſu ſ̄m cō
9 munem opi.ꝯfeſſio†pōt acceptari ſine qualitate:ut dicit
Bar.in d.l.Aurelius.§.idem quæſijt.de lib.leg.& per doc.
in c.cum ueniſſent.de inſti.& in c.cum uenerabilis. de ex
10 cep.ubi dn̄t,ſi†ꝯfiteor me occidiſſe Titium ad mei defen-
ſionem,nam pōt acceptari ꝯfeſſio de occiſione ſine qua
litate ad defenſionem,quia lꝫ qualitas ad defenſionem ſit
licita,occidere tn̄ de ſe eſt illicitum,ita in caſu noſtro po
nere in marſupio eſt illicitum,lꝫ reſcribere in libro, &,po
nere ad computum ſuum eſſet licitum : quod ēt nego.nā
non debet eſſe in ptāte ſua ſibi ſoluere,& ponere ad com
putum ſuum ſine expreſſa licentia,nec ēt iſta ſcriptura ꝓ
batur,ut dixi,ergo remanet uera ꝯfeſſio,& manifeſta ip-
25 tñ cum ſunt†reſtricta ad certam perſonam, ſ. Baptiſtam perinde eſt ac ſi uſq; ad uitam Baptiſtæ tm̃ prohibuiſſet, & ſic ad tps:ut late probat Deci.in d.conſ. ꝙ in terminis decidit hũc caſum,ergo p̃ceptum factum in caſu nr̃o ſm magis cõem opinionem & magis iuridicam ualet, & per ꝯñs dicta Dominica nõ poteſt petere diuiſionem. ¶ Nec
26 obſtat ꝙ præceptum ſonabat in conſilium,quia†non eſt uerum,cum reſpicit commoditatem Baptiſtæ fratris teſtatoris,qui non uult diuidere:ad no.per oẽs.in d.§.diui & in d.§.Iulius agrippa.& ita per ſupra dicta iudicandũ eſt per magnificos.d.iudices ad fauorem Baptiſtæ,quod ut facere poſſint abſq; ſcrupulo conſcientiæ aliquo,ultra ſupra dicta nonnulla conſidero, per quæ demonſtratur ꝙ iſte caſus eſt de iure clariſsimus,adeo ut nec Soc. ipſe uideatur ꝯdicere, ¶ Nam aduertendum eſt in hoc caſu non fuiſſe factum præceptum ambobus ſocijs ne diuide
27 rent uſq; ad uitam,ſed fuit factum tm̃†uni,ſ.Dominicæ, quo caſu non loquitur Soc.in d.conſi.& alij tenentes partem Soc.& minus.§.ſi conueniat.ex quo ſequitur ꝙ oẽs. ſupra nominatos, qui tenent ꝯ Soc. habemus pro nobis in fortiorib.terminis,ꝯ nos uero nec Soc.nec aliquos habemus,cum nõ loquantur in hoc caſu,ſed in diuerſo, qñ ambobus fuit prohibitum petere diuiſionem, nec pt in-
28 ferri†de uno caſu ad alium,cum ſint diuerſi,& diuerſam rõnem habeant.l.Papinianus exuli.de mino.l.ſi.de calũ. & ꝙ ſit diuerſa rõ patet.Nã qñ ambobus eſt prohibitum

non pōt aliquo modo fieri diuiſio,qñ uni pōt fieri : quia eſt in facultate alterius petere diuiſionē ad libitum ſuū, & pt p̄mori,& pōt eſſe ꝙ per indirectum poterit operari ille cui eſt prohibitū ꝙ alter cui non eſt prohibitū petat & ſic non eſt ita ꝑpetua & firma cōio,immo multū fragi lis,ergo &c.¶Item ꝯſidero qualitatem ꝑſonæ.Nā eſt mu
29 lier†& ſenex,cū ut mihi narraſ h3 ultra ſeptuageſimum annum nec eſt apta ad gubernandū p̄dia & colonos, nec eſt ſolita,& uerisimile eſt ſi cum Baptiſta nō maneret bo na dilapidarenſ, nec hēret vñ uiueret. accedat quoq; ꝙ narraſ eam fore nullius ingenij &c.iō p̄ſumendum eſt ꝙ ex qualitate ꝑſonæ teſtōr id prohibuerit,ꝙ apparet quia ſolum ex parte mulieris prohibuit,& ſic habuit, iſtam rō nem,& ꝑp iſtam rōnem & cāni potuit prohibere diuiſio nem quouſq; alius uixerit uel ipſa,ſicut uidemus in mi-
30 nore & eccleſia, qui † diuiſionem de iure petere non pñt ꝑp qualitatem ꝑſonarum:l.inter.C.de p̄d.min.l.elegan- ter.de ꝯdi.furt.declarat gl.magiſtralis in l.fi. cō.diui.ibi que notant oēs,& ibi dicit Bal.ꝙ hoc eſt uerum,qñ eccle
31 ſia hēt†rem cōem cum priuato,quia tunc p mortem pri uati non eſt perpetua communio , ſecus cū alia eccleſia, quia tunc poſſet diuidere,nec cōio eſſet immortalis,& ſic qñ eſt ad uitam alicuius priuati non eſt perpetua, ſed ad tp̄s & ex qualitate perſonæ admittitur,& pro hoc pōde ro tex.in d.§.ſi ꝯueniat.ibi,quod rei qualitati prodeſt, ſ3 iſtā prohibitio prodeſt qualitati rei conſiderata perſona. ¶Conſidero ēt ꝙ iſta mulier hēt ſeptuageſimum annum & iuris cenſura,l3 quis poſsit uiuere uſq; ad centeſimum
32 annum,& illud ſit tp̄s longiſsimum uitę†h ominis:ut no tatur in l.fi.de ſac.ſan.ecc.l.an uſusfructus.ff.de uſufr.nō tñ per hoc infertur ꝙ ita p̄ſumatur , quia licet poſsibile ſit,non tñ uerisimile eſt nec præſumitur, & iō qñ lex hēt aliquid ſtatuere, maxime circa uoluntatem teſtōris non
33 † ita præſumit,ſed uſq; ad ſeptuageſimum uel octogeſi- mum annum:ſm diſtin.l.hæreditatum.ad l.Fal.ubi eſt ca ſus de hoc,& ita uult Bal.in l.ſcripturæ.de fid.inſtr. Are. in l.ſed ſi de ſua.col.2.de acq.hær.Dec.in l.ſi emancipati. col.3.C.de colla.& in l.fi.de edic.di.Adr.tol.& hoc appa
34 ret a cōiter accidentibus:ex†quibus præſumptio cauſaſ
35 l.neq; natales.de prob.& hoc docet experientia quæ†eſt rerum magiſtra.c.cum ſit.de elec.in 6.quibus ſtantibus, quæ uerisſima ſunt,ſequitur ꝙ teſtator p̄cipiendo ꝙ Do minica ullo tp̄e non poſsit diuidere cum Baptiſta uirtua liter & in effectu non p̄cepit non poſſe diuidere ultra xx. uel ſaltē xxx.annum,cum iuris cenſura ipſa tm̄ uiuere nō p̄ſumiſ,cum ſeptuagenaria ſit,ut mihi in facto p̄ſupponi tur,& ſic iuris cenſura & a cōiter accidentib. & prout do cet experientia,non p̄ſumiſ uiuere.xx.uel.xxx.annis, ſed ꝓhibitio uſq; ad xxx.annos ualet:ſm gl.in d.l.fi.cō.diui. & alios in d.§.ſi ꝯueniat.Soc.in dictis ꝯſilijs.ſupra alleg.
36 ergo dicendum eſt ꝙ iſta†prohibitio, licet per illa uerba facta ualeat,cum ſit in effectu minoris tp̄is.xxx.ann.cum
37 effectus†reſultans ex uerbis & non uerba ſint in conſide ratione.gl.Bar.& alij in l.fi.§.fi.de doli excep. Bart.in l. nec codicillos.C.de codici.per Iaſ.in l.ſi prius.col.11.de ope.no.nun.facit.l.cum pr̄.§.donatio.de leg.2. ergo &c. ¶Prætereа conſidero ꝙ ſumus in teſtō in quo adſunt il- la uerba ut actus ualeat eo modo quo magis poteſt: per
38 † quæ uerba inducitur ꝙ ēt ſi non ſumus in uniuerſalib. actus ſi non ualet prout ſit,ualet prout ualere pōt tam re ſpectu tp̄is quàm ſummę & diſpoſitiōnis:ut notant oēs mod.in l.j.§.ſi quis ita.de uer.ob.ut late per eos:ergo da to millies ſine præiudicio ueritatis prohibitionem uſq; ad uitam non ualere,debet tñ interpretari ut ualeat pro eo tp̄e quo pōt,ſed uſq; ad xx.annos uel.xxx.& ſic iſte ca ſus ſaltim oīb.iſtis conſideratis eſt de iure clariſsimus ꝓ Baptiſta:& iō partes iudicantium pro eo eſſe debere pro comperto habeo , maxime cum ipſe ſit reus & ſuccedens ab inteſtato.Et eſt ad ꝯſeruandam uoluntatem teſtatoris & nō pōt in æternum inficiari,ꝙ ſi ſupradicta rem ipſam non reddunt claram,ſaltem faciunt dubiam:& in dubio
39 pro reo†iudicandum eſt.l.Arrianus.de actio.& ob.& ꝓ
40 † ueniente ab inteſtato:ad notata in l.hac conſultiſsima
41 §.ex imperfecto.de teſt.& pro† opin. quæ tendit ad ꝯſer uandam uoluntatem teſtōris.l.uel negare.quemad.teſt.
42 aper.nam†boni iudices debent ſequi uoluntatem teſtō- ris:ut per Bal.in l.fi.de neceſſ.ſer.hær.inſti.& notatur in l.in conditionib.ff.de cond.& demon. Item debent pro-
43 nunciare ut actus†& diſpō potius ualeat q̄ pereat.l. ubi uerborum.l.quoties.de reb.dub.& utrobiq; Soc. & hæc omnia concurrunt pro Baptiſta, ergo &c. ¶Ex his igiſ clariſsime conſtat cum iſta mulier uenit ꝯ teſtatoris præ ceptum de iure ualidum quod omni commodo teſtī pri uanda eſt ſiue uolumus ꝙ illa uerba cum hac ꝯdōne, im-
44 portent cōdōnem ſiue modum,cum non adimplens mo dum ſiue ꝯditionem , amittat commodum diſpōnis : ut no.abundanter in l.1.& in l.quibus dieb.§.Termilius. & per totum ti.de cond.& demon. cum ſi. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum proximiores,eſt commune, tam maſculum quàm fęminam de proprietate comprehendens.*
2 *Mulier & ſi nupta ſit nihilominus dicitur de domo & familia patris.*
3 *Proximioris appellatione,& ſi aliàs fęmina non comprehenderetur,tunc tamen comprehendi debet,quando a fęmina,quæ nō uidetur proprium ſexum abhorruiſſe profertur.*
4 *Teſtatorem uoluiſſe nepotes eſſe melioris conditionis quàm proprias filias,non eſt uerisimile.*
5 *Teſtator de filiabus mentionem faciens præteritis neptibus,non uidetur uoluiſſe illas ſub diſpoſitione comprehendi, quia ſi uoluiſſet utique dixiſſet.*
6 *Teſtator in aliqua teſtamenti parte ſpecialiter de uno mentionē faciens,in alijs autem illum præteriens,uidetur eum duntaxat in ea diſpoſitione includi uoluiſſe in qua ſpecialiter fuit nominatus.*
7 *Teſtamenti pars, alteram declarat, ſeu mentem diſponentis in alia.*
8 *Statutum ſiue diſpoſitio maſculis extantibus fęminas excludēs, uidetur agnationis conſeruandæ conſideraſſe rationem.*
9 *Ratio diſponentis cum ſit regina in diſpoſitionibus, ante omnia debet attendi.*
10 *Domus uerbum,uarijs modis in iure conſideratur.*
11 *Verbum domus,pro portantibus eadem arma,& nominatis ſub uno nomine appellatiuo,ſtat naturaliter, pro agnatione ſtat ciuiliter.*
12 *Verba in dubio naturaliter capi debent.*
13 *Mulieres nuptæ non portant arma patris,ſed maritorum.*
14 *Mulieres nuptæ ſecundum communem uſum loquendi dicuntur de domo mariti.*
15 *Mulieres nuptæ,ubi uiget conſuetudo,illas dici & cenſeri de domo mariti,non ueniunt appellatione proximorum de domo paterna.*
16 *Verba diſponentis intelligi debent ſecūdum cōem uſum loquēdi.*
17 *Diſpoſitio quali bet recipit interpretationęm a conſuetudine.*
18 *Homo imaginatur de alio ſicut de ſeipſo.*
19 *Verba proximior,& de domo,licet comprehendant fęminas nuptas non tñ comprehendūt,qñ teſtator proprias filias excluſit.*
20 *Coniecturis in diſpoſitione quæ ex ſe clara eſt nullus relinquitur locus.*
21 *Sequentia ſi ſint generalia intelliguntur ſecundum præcedentia expreſſa & determinata.*
22 *Quod dici ſolet non præſumi mulierem fœmininum ſexum abhorrere,non procedit ubi expreſſe conſtat abhorruiſſe.*
23 *Mutatio uoluntatis non præſumitur.*

RESPONSVM LXVII.

¶An fœminæ nuptę ueniant appellatione proximorum de domo teſtatoris.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Prima fronte uidebatur hanc mulierem cum ſit proximior (ut præſupponitur in facto) admitti debere, cum teſtatrix de cuius hēditate agiſ ſub-

ſubſtituit ꝓximiores ipſius teſtatricis de domo Vrſorũ.
1 Nam uerbum†proximiores,eſt uerbũ cõe & comprehẽ-
dit de proprietate fœminam ſicut maſculum.l. j. de uer.
ſigni.cum ibi plene notatis per Bar. & cõiter doctores.p
docto.in l.ſi id quod.de iuriſ.om.iud.& in terminis not.
2 Ang.in conſi.289.Viſo facto. ¶ Secundo facit † quia eſt
de domo & familia,nam mulier & ſi ſit nupta, tamen di
citur de domo & familia patris.l.fin.cum ibi plene nota
tis per Sali. Bar.Bal.Iaſ.& communiter doct. C. de uerb.
ſign.& eſt caſus,ac ibi plene notatur in l.uoluntas. C.de
fideicom. ¶ Tertio conſidero fuiſſe mulierem quæ fecit
teſtamentũ de cuius interpretatione nunc tractatur,quo
caſu & ſi alias appellatione proximioris non comprehẽ
deretur fœmina nupta , tamen hoc caſu debet compre-
3 hendi cum ſit prolatum à fœmina,†quæ nõ uidetur pro
prium ſexum abhorrere,& illũ excludere: ut late p Petr.
de Ancha.in conſi.339.Pro maiori intelligentia.col.iiij.
& ponit Dec.in c.in præſentia.in 6. char. de proba.ergo
cum ſui natura appellatione proximioris fœmina com-
prehenditur, quanto fortius hic comprehẽdi debet cum
hoc nomen ſit prolatum a fœmina? ¶ Maturius tamen
conſyderando cõtrarium determino, & dico per illa uer
ba proximiores de domo Vrſorum uocatos fuiſſe tantũ
maſculos,non autem fœminas : & per conſequens hanc
dominam excludendam fore à maſculis dictę domus Vr
ſorum.& hoc multipliciter oſtendo, & primo. Nam ex
quo proprias filias excluſit & uocauit maſculum, ergo
fortius hanc dominam eius neptem uidetur excluſiſſe,
& uoluiſſe ſub uerbo proximiores non comprehendi ne
4 ptes & alias fœminas,quia † non eſt uериſimile teſtatorẽ
uoluiſſe neptes eſſe melioris ꝯditionis q̃ proprias filias.
arg.l.ſi uiua matre.C.de bon. matern. & ita determinat
Paul.de Caſt.poſt Fulgo.in l.j.col.fin.C.de cond.inſer.&
idem Paul.de Caſt.in conſi.77.Caſus frequenter cõtigit.
& in conſil.355.Viſo dicto teſtamento. Rapha.Cuma.in
conſil.117.An in teſtamento.in prin.& ſequitur And.Si
cu.in conſil. 52. circa hanc dubitationem . inter conſilia
Alex.in 4.lib.& Dec.in conſi.15. Pro tenui facultate . &
iſta eſt firma opinio quãdo ſubſtituti ſunt de familia, vt
hic, ſm Dec.in locis prælle.& ſi dicatur,hic ſubſtituit fi
lias ſaltem in uſufructu:ut apparet in teſtamento , repli-
catur iſtud nihil facere:quia ſubſtitutio de ꝓximioribus
eſt in proprietate & in uſufructu adeo ut ſi illę neptes ue
nirent ſub illo uerbo eſſent melioris conditionis q̃ filiæ,
cum haberent & proprietatem & uſumfructum,& ſic mi
litat fundamẽtum,immò illa ſubſtitutio filiarum in uſu
fructu,demonſtrat, fœminas alias ſub uerbo proximio-
res,non debere comprehendi, quia ſi uoluiſſet utique di
5 xiſſet,& expreſſam mentionem feciſſet de†neptibus ſicut
fecit de ipſis filiabus:arg.text.in l.j.§.ſi autem.de cadu.
tol.Item quia in uno caſu includit fœminas,ergo in alio
uidetur excludere:arg.l.cũ prætor.de iud. & bene facit,
6 quia qñ uoluit includi,de ea,†fecit ſpecialẽ mentionẽ in
teſtõ legando ei, ergo ſi uoluiſſet eam ſubſtitutam fuiſſe
expreſſe ſubſtituiſſet,ſicut expreſſe ſubſtituit alias fœmi-
7 nas quibus expreſſe legauit.nam†una pars teſtamenti de
clarat aliam,ſeu mentem diſponentis in alia parte.l. qui
filiabus.& ibi Bar.ac omnes moder.de legatis. j.l. ſi ſer-
uus plurium.§.fin.eodem titu.l.utrum. de petitio. hære.
Item cõſydero teſtatorem nepotem maſculum inſtituiſ
ſe hæredem filias uero excluſiſſe legando illis certũ qd,
ex qua diſpoſitione per hunc modum facta,cum peruer-
terit ordinem ſuccedendi præferendo nepotem filiabus,
cõſtat fuiſſe motam teſtatricem fauore agnationis , & ut
bona conſeruentur in familia illorum de Vrſis: prout di
8 cunt doctores de ſtatuto præferẽte maſculos† fœminis,
ut fecit diſponens in caſu noſtro:ut notat Ioannes And.
in rub.de ſucceſ.ab inteſta.in uerſiculo,eſt ſciendũ. in ad
ditione Specu.Bal.in l.qđ uero.de leg.Iaco.de Are. Cyn.
Sali. in l.j.C.de adulte.Bal.in conſi.68.inter conſilia An-
ge.cum ſimili.& ideo attenta hac ratione ſub uerbo pro
ximiores,non debent cõtineri fœminæ, cum per illas nõ
conſeruetur familia Vrſorum,licèt poſſent dici de fami-
9 lia,& ratio†diſponentis ante omnia debet attendi,cũ ſit
regina in diſpoſitionibus. & facit includere id qđ alias
non includeretur & ecõtra:ut notatur plene in l. à Titio.
de uerb.obl.& notatur in l.cũ pater.§.dulciſſimis.de le-
ga.ij.cum uulgar.Cõfirmatur: nam ſubſtituit proximio
res de domo Vrſorum, ſed filia nupta uel neptis licèt ſit
agnata patri & de familia patris,vt dixi ſupra,tamẽ non
eſt de domo patris,ſaltem ut à proferente ſumitur , ergo
non comprehenditur, ꝙ autem non ſit de domo apertiſ-
ſime demonſtratur.Nã domus in iure capitur uarijs mo
10 dis,aliquando†pro agnatione:iuxta.l.ꝓnunciatio. & ibi
Bart.de uerb.ſign.& in l.1.in princip.ad Syllaniã. aliquã
do pro domo materiali:ut plene per Bart.& doctores in
l.j.ad Sylla.aliqñ pro habitantibus ſimul:ut in l.j.ſi qua-
cunque præd.pot.& in l.j. ne lice. poten. qñque ſumitur
pro deferentibus eadem arma, ut ſi ſunt plures deferen-
tes eadem inſignia,licet nõ ſint conſanguinei , tñ eodem
cognomine appellantur:ita eſt textus in c.j. de ſchiſma.
modo ſic nulli dubium hanc mulierem non intellexiſſe
de domo materiali,nec etiam de habitantibus in domo,
& de familiaribus , quia dixit proximiores &c. & ſic ha-
buit reſpectum ad perſonas attinẽtes & propinquiores,
potuit ergo intelligere de agnatione,uel caſata , ſeu con
ſortoria portante eadem arma, & tunc dico cum ſumus
in dubio,dicere debemus intellexiſſe de caſata,& cõſor-
toria portante eadem arma,ut uerbis illorum utar,quia
11 uerbum domus,†pro portantibus eadem arma, & nomi
natis ſub uno nomine appellatiuo ſtat naturaliter, pro
agnatione ſtat ciuiliter: ſm Bart. in l. tutelas. de capitis
12 diminuti.& in dubio † uerba debent capi naturaliter. l.
fi.de his qui ueni.ætatis impe. cum concordantibus, de
quibus ibi. ergo in dubio intelliguntur de portantibus
13 eadem arma,ſed mulieres nuptæ† non portant arma pa-
tris,ſed arma maritorum, & cum illis literas ſigillant &
alios actus faciunt , ita ꝙ neptis nupta non dr̃ de domo
paterna,& ſi ſunt ſubſtituti illi de domo non comprehẽ-
14 duntur,& præſertim quia ſm communem†uſum loquen
di dicuntur de domo mariti, qui uſus eſt hic Bononiæ,
Peruſij,& ubique in Italia:& ita in terminis conſuluit Pe
trus Philippus Corn.in conſi.26.Vr̃ dicendum. uol. 4.&
in conſi.41.Videtur eodem uolu. idem Corneus in conſ.
55.Pro deciſione.uolu.j. & aduerte licèt Corneus faciat
fundamentum ſuper uerbo cippo,tamen ſentit idem eſ-
ſe,& ſi uerbum cippus,non eſſet expreſſum, ut ipſe ſentit
& uult expreſſe in dictis conſilijs,maxime in dicto conſi.
27.in ultima colu.uerſiculo , ita etiam quo ad domum.
& in dicto conſi.55.colum.4.in princ.& ultra ipſum,vbi
15 eſt†conſuetudo prout eſt ubique in Italia nuptas dici &
cenſeri de domo mariti eas non ueniri appellatione pro-
ximorum de domo paterna.uoluit Angelus,Iaſ.& com-
muniter doctores in d.l.fin.C.de uerbo.ſign.pro quibus
16 facit uerba † diſponentis debere intelligi ſm communẽ
uſum loquendi illius loci & regionis, qui præualet pro-
prio ſermoni.l.librorum.§.quod tñ Caſſius.de leg. 3. &
17 ibi Bar.idẽ Bartolus in l.labeo.de ſupellecti.lega.&†ge-
neraliter quælibet diſpoſitio recipit interpretationem à
conſuetudine:ut eſt dictum Innoc.in c.olim. de uerb.ſi-
gnifi.ſequitur Abbas in cap.certificari.de ſepultu.Alexã
der in l.huiuſmodi.de leg.j.& in conſi.27.in cauſa & lite.
lib.2.& in conſi.107.Pro inueſtigatione.colu. penul.eo-
dem libr.& in conſi.33.Viſo dicto.libr.3.Angelus in cõ-
ſil.184.Ex forma & ſerie. colum. j. Cumanus in conſil.2.
cum ſimilib.& præſertim hoc debet eſſe in caſu noſtro,
ubi mulier quæ fecit teſtamentum agnationem propriã
patris excluſit & pro nulla habuit,ſed tanquàm de agna-
tione mariti ipſi agnationi reliquit bona ſua,ex quo ma
nifeſte colligitur reputaſſe filias nuptas agnationis ma-
riti eſſe & non patris , ſicut conſiderauit in perſona ſua.
18 Nam†homo imaginatur de alio ſicut de ſeipſo : ut inqt
Philoſophus.& ponit Socin.l.cum anus.de condi.& de-
mon.circa intellectũ illius legis & ex his apparet reſpon
ſum ad adducta in contrarium,quia licèt uerbum proxi
19 mior,†& uerbum de domo,comprehendat fœminas nu-
ptas,non tñ comprehendit qñ teſtator excluſit proprias
filias:ut per Deci.in dicto conſ.15.& per ea quę ſupra ad
duxi.

duxi.Item qñ in aliqua parte ſpecialem mẽtionem fecit
de fœminis,cum incluſio unius &c,& ſi in ſequẽti uoluiſ
ſet utique dixiſſet.Item non procedit qñ diſponens mo-
tus fuit ratione agnationis ut fuit hic, ut ſupra demon-
ſtratum eſt.Item non procedit qñ uerbum domus,capi-
tur pro portantibus eadem arma,uel qñ eſt conſuetudo
mulieres appellari de domo mariti & non patris, prout
vbique in Italia, & hanc partem in hoc caſu tutiſſimam
puto,cum ſimul iuncta ſunt:argumento.l. ſpadonem.§.
qui iura.de excuſatione tutorum.cum concordantibus.
Nec obſtat fuiſſe mulierem quę proprium ſexum non uſ
abhorrere , & per conſequens ita diligere fœminas ſicut
maſculos,quia non procedit in caſu noſtro:in quo appa
ret expreſſe maſculos prætuliſſe fœminis etiam in gradu
anterioribus,& magis ſibi teſtatrici propinquis & proxi
mis.Item qm̃ quando ſubſtituit fœminas ſubſtituit tan
20 tum in uſufructu,ergo ſumus in claris † in quibus nõ eſt
opus coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de legat.
j,l.continuus.§.cum ita.de leg.j.l.continuus. §. cum ita.
de uerb.oblig.& ſequentia declarantur per pręcedentia.
l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de lega.j.& ideo dixit Bal. poſt
Cynum in l.legatorum petitio.§.fin.de lega.ij. qñ præce
dentia ſunt expreſſa & determinata,ſi ſequentia ſunt ge-
21 neralia,intelliguntur ſequentia† ſm̃ præcedẽtia. & idem
uoluit Baldus,Imola, & moder.in l. coheredi. §. qui di-
ſcretas.de uulg.& pupil. ſed in caſu noſtro expreſſe in p̃-
cedentibus præfert maſculos fœminis, ergo & in ſequen
tibus in quibus uerbo generali loquitur. Dico igitur nõ
poſſe nos fundare in illa qualitate,quia erat mulier teſta
22 trix,quia expreſſe†abhorruit ſexum muliebrem, & non
23 præſumitur mutatio†uoluntatis.l.cum tacitum. de pro
bationi.cap.maiores.de baptiſmis. cũ ſimilibus. Ex his
& aliis quæ ſi opus foret adduci poſſent, iuſtiſſimum ac
doctiſſimum iudicem noſtrum ad fauorem maſculorũ
conſeruantium ipſam domum Vrſorum ſententiam pro
laturum pro comperto habeo, Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita alienatione,& inſtitutio prohibita uidetur.*
2 *Succeſſurus ab inteſtato,alienationis prohibitione non obſtante, inſtitui poteſt.*
3 *Teſtantis uoluntatem,ſicut canis leporem,& ſi uerborum rigor ſit in contrarium,iudex ſequi debet.*
4 *Prohibitus alienare eo tunc ab inteſtato ſucceſſurum inſtituere non cenſetur prohibitus, quando erat de filijs, ſecus autem ſi de cæteris ſucceſſoribus eſſet.*
5 *Prohibitio alienationis falcidiam comprehendit, quæ eſt alienatio legis.*
6 *§.cum inter.l.cum pater.de lega ij.non procedit,quando prohibitio fuit facta per iſta uerba,quod aliquo modo non uult eam fieri.*
7 *Ratione legis generali extante,generaliter lex intelligitur,licèt dictum ſit ſpeciale.*
8 *Ratio prohibitionis ampliat prohibitionem.*
9 *Verba pro conſeruanda familia,prohibitioni alienationis appoſita,ſapiunt perpetuitatem.*
10 *Prohibitio alienationis in qua adſunt uerba,pro conſeruanda familia,neceſſariam & legis continet alienationem.*
11 *Diſpoſitio teſtatoris bona in familia conſeruari uolentis, ab inteſtato ſucceſſuri,per quem familia non conſeruaretur, impedit inſtitutionem.*
12 *Mulieres nuptæ dicuntur eſſe de familia patris.*
13 *Prohibitus alienare extra familiam,in alia familia nuptam,nihilominus inſtituere poteſt.*
14 *Appellatione familiæ mulieres non comprehenduntur,quæ ſunt maſculis inſtitutis excluſæ.*
15 *Prohibita alienatione , alienatio quæ inter ipſos de familia fit, prohibita non uidetur.*
16 *Verba niſi inter illos de familia, probibitioni alienationis adhibita,ut aliquid operentur,de maſculis tantum intelligi debent.*
17 *Fideicommiſſum per prohibitionem alienationis , ut uerba operentur inducitur,& ſpurij ac fœminæ excluduntur.*
18 *Fœmininum , licèt aliàs in ultima uoluntate comprehendatur ſub maſculino, tunc tamen non comprehenditur ſi geminatum aderit maſculinum.*
19 *Maſculinum in ultima diſpoſitione,contra uerbi proprietatem, ex intentione & coniecturata mente teſtantis, concipit fœmininum.*
20 *Fœmina familiam non cõſeruat,ſed de alia familia eſſe cẽſetur.*
21 *Fœminæ in materia ubi de familiæ conſeruatione tractatur,non ueniunt.*
22 *Dictio pro,iuncta gerundio ablatiui caſus denotat cauſam finalem.*
23 *Prohibitio, ſecundum naturam & terminos rationis, regulatur.*
24 *Appellatione familiæ patris,filiæ non comprehenduntur,quando communis uſus loquendi eſt,illas cenſeri de familia mariti.*
25 *Verba diſponentis debent intelligi ſecundum communem uſum loquendi loci,& regionis in qua emanauit diſpoſitio.*
26 *Diſpoſitio qualibet,à conſuetudine recipit interpretationem.*
27 *Conſuetudo Bononiæ uiget,fœminas nuncupari de domo & familia maritorum, non autem patris & ſigillo mariti in literis obſignandis uti.*
28 *Quæ proſunt ſingula,multo fortius unita iuuabunt.*

RESPONSVM LXVIII.

¶ An prohibitio alienationis facta in teſtamento comprehendat alienationem legis,uel hominis,in perſonam ſuccedentem ab inteſtato : & an inſtituendo ſororem nuptam,quis dicatur alienare extra familiam.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſis ac
diligenter conſideratis uerbis prohibitio-
nis alienationis extra familiam , ac uiſo ele-
ganti conſilio excellentiſſimi doctoris do.
Vincentij Saluiole,aliàs ab Ocha,tota difficultas conſi-
ſtit in duobus.Primum eſt an prohibitio alienationis fa-
cta in teſtamento comprehendat alienationem legis,uel
hominis,in perſonam ſuccedentem ab inteſtato . Secun-
dum eſt an quis inſtituendo ſororem nuptã dicatur alie
nare extra familiam . ¶ Circa primum uidetur dicẽdum
1 quod non:quia †licèt aliàs prohibita alienatione uidea-
tur prohibita inſtitutio.l.peto.§.fratre. & ibi Dyn.& Ia-
cob.de Are.de lega.ij.glo.& Bar.l. pater filium. §. Iulius
agrippa.de lega.iij.cum concordantib.tñ iſtud procedit
2 cum inſtitutus non erat ſucceſſurus†ab inteſtato: nam ſi
ſucceſſurus erat potuiſſet inſtitui non obſtante prohibi-
tione.glo,& Bar.in l.cum pater.§.cum inter.de lega.ij.&
dicto.§.iulius agrippa. & eſt communis opinio : ut per
doctores in l.ſi ita quis.§.ea lege.de uerb.obl. & per Ale
xan.in conſi.56. Conſideratis uerbis teſtamenti. uolu. j.
& in conſi.155.Viſis & accurate. uolu.ij. & in conſil. 55.
Ponderatis his.& in conſi.59.Attentis uerbis.uolu. iij.&
eſt firma opinio:per Curtium in conſi.46.Sæpe. colu.14.
ſed,ut audio , ſoror nupta extra familiam eſt ſucceſſura
fratri ab inteſtato,cum non ſuperſint propinquiores:er-
go potuit inſtitui ſecundum communem opinionem: &
ad hoc non uideo reſponſum per dominum conſulentẽ,
& omnia allegata per ipſum ceſſant hac ſola cõſideratio
ne.¶ Maturius tamen rem ipſam conſiderãs determino
p̃rium,& cum regulam habemus quod prohibita aliena
tione cenſetur prohibita inſtitutio:dict.l.peto.§.fratre.
de lega.ij.cum aliis ſupra allegatis : & ita habemus fun-
datam intentionem,cum pro regula ſit iudicandum : ad
plene notata in l.j.de reg. iur. Solum ſupereſt ut reſpon-
deamus ad limitationem ſupra in contrarium adductã.
Ad quam primo dicas poſſe tentari contra illam cũ mul
ti cõtra eam tenuerunt : ut Bal.Raph.in d.§.fratre.& qui
dem intentio teſtatoris fuit illa , ut non ueniret exiſtens
extra familiam,etiam ſi ſit ſucceſſurus ab inteſtato, cum
3 prohibuit extra familiam:quam uoluntatem† & ſi rigor
uerborum ſit in contrarium, tamen iudex ſequi debet ſi
cuti canis leporem. l. in conditionibus primum locum.
de condi.& demon.l.uoluntatis.l.cum uirum.C.de fidei
commiſſ.

commiſſ.cum ſimilib.ut inquit Bal.in l.fina.de neceſſar.
ſer.hæred.inſti.& iſtud dico,non ut teneā contra ipſam,
ſed ut demonſtrem debilem eſſe: & proprerea de facili li
mitari poſſe, ac eius limitationes admittendas iuuan-
dasque fore:& ipſi pluribus modis reſpondeo. ¶Et pri-
mo quod non habet locum quando ille ſucceſſurus fuiſ-
4 ſet de tranſuerſalibus† & tantum procedit in filiis & non
in alijs ſucceſſoribus: ſm Pet.& Bal.in d.§.cum inter,Sa-
lic.in l.ea lege.C.de cond.ob cau.pro quibus allego tex.
5 in aut.ſed in ea.C.ad leg.fal.ubi in prohibitione †aliena
tionis comprehenditur falcidia, quæ eſt alienatio legis.
l.Titia.ad leg. fal. ſed hic ſumus in tranſuerſalibus ergo
6 nihil ad nos. ¶Secundo reſpondeo † quod.§.cum inter.
non habet locum quando prohibitio fuit facta per iſta
uerba ꝙ aliquo modo nō uult eam fieri. ita colligitur ex
not.per Bar.in l.uentre.de acqui.hæred.uerſi. tertius ca-
ſus.& ibi not.Aret.& idem Aret.in l.Pantonius.§.j. eod.
titu.col.ij.Iaſ.in l.ſi ita quis.in §.ea lege. col. penulti.de
uer.obl.& pro iſta opi.eſt text.in l. quidam teſtamento.
§.j.cum gloſ.de fideicom.liber.ubi pp ſimilia uerba ſub
prohibitione comprehēditur prohibitio neceſſaria, quæ
aliàs non comprehenditur.l.peto.§.prædium. de lega.ij.
ſed iſta fuit facta hoc modo,ergo &c.& ſola iſta reſpon-
ſio ſufficeret. ¶Tertio conſidero ꝙ in dicta prohibitio-
ne adeſt ratio generalis,ibi pro conſeruanda familia illo
rum de Chatellanis:quæ ratio ita militat in alienatione
legis ſicut hominis; ergo diſpoſitio habet locum in utro
que caſu,licèt dictum ſit in uno tantum, cum ratio am-
pliet dictum.l.cum pater.§.dulciſſimis.de leg.ij. & bene
facit tex.in l.generaliter.§. regula. de iur. & fac. igno. &
7 ibi Bar.& Bal.ꝙ quando†ratio eſt generalis, generaliter
intelligitur lex,licèt dictum ſit ſpeciale,ita hic.& ꝙ ratio
8 prohibitionis†ampliet prohibitionem uoluit Alexan.in
conſi.79.Attentis uerbis teſtamēti.col.ij.uol.iij.allegat
not.per Bar.in l.pater.§.fundum.de leg.iij.ubi prohibi-
tio extenditur pp rationem expreſſam: quo caſu qn̄ pro
hibitio eſt generalis communis, de qua in §. cum inter.
non habet locum, ſed ita prohibetur inſtitutio perſonæ
non ſuccedentis ſicut ſuccedentis,ſi nō ſit de familia: ſm
Paul.de Caſt.in conſi.51.Viſis ſtatutis. in nouis. Petr. de
Anch.in conſil.382.In themate præmiſſo.qui licèt loqua
tur qn̄ generalis eſt prohibitio, tamē idem eſt qn̄ eſt par
ticularis ſi ratio ſit generalis,per nota. ſupra.ergo. §. cū
inter non obſtat in aliquo illis de Chatellanis, ita ꝙ in
prohibitione non comprehendatur inſtitutio illorū, qui
non ſunt de Chatellanis, etiam ſi ſint ſucceſſuri ab inte-
9 ſtato. ¶Quarto conſidero ꝙ illa uerba †pro conſeruan-
do &c.ſapiunt perpetuitatem & conſeruationem; ut de
10 ſe patet,quo caſu† in prohibitione continetur alienatio
neceſſaria & legis quæ aliàs non continetur: ut probatur
ex his quæ dicit Alex.in conſi.23.col.pen.uol.j.& quādo
11 teſtator uoluit ꝙ bona conſeruentur†in familia, nō poſ
ſit inſtitui ſucceſſurus ab inteſtato,ſi non conſeruet fami
liam:uoluit Soci.& principaliter ita conſuluit in cōſ. 43.
Viſis teſtamento.col.pen.cum ſeq.uolu.iij.& licèt ibi eſ-
ſet inſtituta mater,quæ non eſt de familia, tamen ſat eſt
mihi ꝙ illa ratio de alienatione legis & ſucceſſionis ab
inteſtato tollatur, & non conſideretur. Si autem uis con
ſiderare ꝙ ſoror eſt de familia, iſtud pendet à ſecūdo du
bio ad quod condeſcendo. ¶Circa ſm dico ꝙ vr̄ dicen-
dum ꝙ non dicatur alienare extra familiam,quia mulier
12 nupta dicitur†eſſe de familia patris,& in eam poteſt alie
nari:ut uidetur caſus in l.uoluntas.C. de fideicom. & ibi
notant omnes,& ꝙ mulieres nuptæ ſint de familia patris
eſt caſus in.l.fi.C.de uerb.ſigni.& ibi plene per Bal.Bart.
Salice.Iaſo.& communiter doctores:ergo dato ꝙ ſit pro
hibita inſtitutio,non dr̄ contrafeciſſe inſtituendo ſoro-
rem nuptam.cum ſit de familia de Chatellanis, quos in-
ſtituere poteſt,& inter quos non eſt prohibita alienatio,
13 immo in teſtamento expreſſe conceſſa,& quod†prohibi
tus alienare extra familiam poſſit nuptas in aliam fami-
liam inſtituere,dicit Soci.in conſi.127.Præſens conſulta
tio.col.6.cum tribus ſeq.uolu.ij.& ſequitur Deci.in ꝯſil.
287.In ciuitate Placentiæ.col.6.ubi qn̄ poteſt fieri aliena
tio inter illos de familia poterit fieri in fœminas nuptas,
quia ſunt de familia, & præſertim quando ſunt ſucceſſu-
re ab inteſtato. ¶His tamen non obſtantibus ꝯrium de-
termino, & conſidero ꝙ licèt aliàs appellatione familiæ
& illorum de familia ueniant fœminæ etiam nuptæ iuri-
bus ſupra adductis, tamen in iſto caſu non poſſunt ueni
re.& hoc multipliciter probo. ¶Et primo quia teſtator
proprias filias ac ſorores excluſit & tantum maſculos in
14 ſtituit,ergo amplius appellatione familiæ †non compre
henduntur:argumento.l.ſi uiua matre. de bonis mater.
Pau.de Caſt.& Fulg.in l.j.de condi.inſer.Pau.de Caſtr.in
conſi.77.Caſus frequenter.& in conſi.151.An in teſtamē
to.& Sicu.in conſi.52.inter conſilia Alex.uolu. iiij. Deci.
in conſil. 15. & eſt firma opinio,& licèt aliqui teneant ꝙ
non procedit in nepte,tn̄ omnes fatentur quod procedit
in ſorore, & maxime in ea quam excluſit tempore teſta-
menti. ¶Secundo cōſidero ꝙ prohibuit alienationē &c.
niſi inter illos, certe nulli dubium ꝙ illa uerba niſi inter
illos de Chatellanis, non fuiſſent appoſita,potuiſſet fieri
15 †alienatio inter illos de familia.d.l.uoluntas.C.de fidei
com.ergo ut illa uerba non ſint ſuperflua, prout eſſe nō
debēt.l.ſi qn̄.ff.de lega.j.§.qbus in proc.codic.& ſint pō
ſita cum miniſterio prout eſſe debent,debemus dicere ꝙ
fuerunt poſita ad demonſtrandum ꝙ alienatio nō poſſit
16 fieri in fœminas ſed tn̄ in maſculos,cū dixit in illos † de
familia,& ſit in maſculino genere,& ſi intelligerentur in
maſculino & fœminino nihil operarentur, cum ſine illis
uerbis talis alienatio admitteretur, & in terminis conſu
luit Soc.in conſi.251.col.v.Quoniam in præſenti. uerſi-
culo, aliqn̄ & ſecūdo. ubi uoluit ut uerba operentur per
17 prohibitionem † alienationis inducatur fideicommiſ-
ſum,ſpurij & fœminæ excludātur: ut latius per ipſum in
ſequenti columna. ¶Tertio conſidero ꝙ prohibuit alie-
nationem,niſi inter illos de familia illorum de Chatella
nis pro conſeruando familiam ipſorum &c. & ſic adeſt
maſculinum geminatum immo triplicatum: quo caſu li
cèt aliàs in ultima uoluntate comprehendatur ſub ma-
18 ſculino fœmininum,†tn̄ qn̄ eſt geminatum non compre
henditur.l.j.de uentre in poſſeſſio. mitten. notat Dec. in
l.ij.de reg.iur.col.18.allegat Bal.in cap. cū tu. de reſcri.
ubi geminatio arguit præciſam mentem,& hoc tolerabi
le eſt & conueniens, cum retenta hac opinione ſeruatur
proprietas uerbi:argu.l.ille aut ille.§.cum in uerbis. de
leg.ij.& qn̄ comprehenditur fœmininum eſt contra pro
prietatem uerbi ex intentione & coniecturata mente te-
ſtatoris:ut notatur in l.j.de uerb.ſigni.ergo cum alia cō
iectura adeſt in contrarium,ſcilicet geminatio maſculi-
19 ni,†quæ eſt ſm proprietatem uerbi,& eſt particularis, il
la autem generalis:ꝙ maſculinum ex coniecturata men-
te comprehendat fœmininum,ſed quādo concurrit par-
ticularis coniectura,& generalis præfertur particularis.
l.diuus.de in integ.reſtit.& ibi Bart. l. cum de indebito.
de probatio.& præſertim iſta, quæ eſt ſm proprietatem
uerbi,hoc tn̄ admitto in hac materia differenti ex uolun
tate teſtantis:ut ex aliis fundamentis apparet, in alia tn̄
materia differenti non ita admitto, & aliàs multa iura
ponderaui in contrarium. ¶Quarto conſidero ꝙ licèt
20 fœmina†ſit de familia & agnata, non tn̄ conſeruat fami
liam,ſed eſt de alia familia,& ideo dr̄ frater quaſi fere al-
ter, ſoror quaſi ſeorſum naſcatur & à familia ſeparetur:
ut late per Soci.in cōſi.30.Quamuis ex his.col.3.& ideo
21 in materia ubi tractatur de conſeruatione familiæ † fœ-
minæ non ueniunt:ut per Soci. ibi, & ꝙ per fœminas nō
conſeruetur familia & agnatio,& ideo ubi agitur de cō-
ſeruatione agnationis fœminæ licèt ſint agnatæ non ue-
niant:uoluit Ange.in conſi.281.Martinus col.j. & per to
tum.& in conſi.104.& in conſi.105.& in conſil.111.& in
conſi.199.& in conſi.251.& 329. & in multis aliis conſi-
liis,ſed teſtator conſiderauit cōſeruationem familiæ ibi
pro conſeruando familiam &c.ergo appellatione fami-
liæ iſto caſu non ueniunt fœminæ, & eſt conſiderandum
ꝙ illa uerba fuerunt prolata per modum rationis & cau
22 ſæ finalis.Nam†dictio pro,iuncta gerundio ablatiui ca
ſus denotat cauſam finalem:ut notatur in rubr.de eden.
quo

, quo caſu cum in fœminis ceſſat ratio diſpoſitionis, per ꝯñs ceſſat diſpoſitio.l.adigere.§.quis.de iure patro.l. generaliter.C.de epiſco.& cleri.& ꝙ prohibitio ſm̃ naturã
23 & terminos†rationis reguletur uoluit Bar. in l. pater filium.§.fundum.de lega.3.Roma.in conſ.457. Circa propoſitam.in principio.Pau.de Caſt.in conſi. 232. Viſis & conſideratis.col.v.Ioannes de Anania in conſi.47. Illud præſupponitur.Alex.in conſi.59.Attentis uerbis.col.ij.libro.iij. cum ſimilibus. ¶ Quinto conſidero ꝙ licèt appellatione familiæ patris comprehendantur filiæ nuptæ ex proprietate uerbi, non tamen comprehenduntur quãdo communis uſus loquendi eſt in contrarium: ut quia
24 uulgo non appellantur†de caſata patris, ſed appellãtur & nominantur de familia mariti.ita Ange. Iaſ.& cõiter doct.in l.fin.C.de uerbo. ſigni. & ita ẽt uoluit Corne.in conſi.27.Videtur dicendum.uolu.4.uerſic.ita ẽt quo ad domũ.& in conſi.55.Pro deciſione.uolu.j.col.4. in prin. & in conſi.41,uolu.4. & eſt firmior opinio ſcribentium:
25 pro quibus facit quod uerba†diſponentis debent intelligi ſm̃ communem uſum loquendi illius loci & regionis,& iſte communis uſus præualet proprio ſermoni.l.librorum.§.quod tamen Caſſius.de leg.3.& ibi Bar.& idẽ Bar.in l.Labeo.de ſuppel.leg.& generaliter quęlibet diſpo
26 ſitio†recipit interpretationem à cõſuetudine. Innoc.in c.olim.de uerb.ſigni.Abbas in c.certificari.de ſepul. Alexan.in l.huiuſmodi.de leg.j.& in conſi.17. In cauſa & lite.lib.ij.& in conſi.107.Pro inueſtigatione.col.penul.eo
27 dem lib.&c.Sed hic Bononiæ eſt conſuetudo†& communis uſus loquendi ꝙ fœminæ nuncupãtur de domo & familia maritorum nõ autem patris, & cum ſigillo mariti ſignant literas,ut de ſe patet.ergo in terminis noſtris appellatione familiæ non ueniunt fœminæ, ſed tm̃ maſculi,& iſtud ſolum fundamentum eſſet ſufficiens ad reportandam ſententiam.& non obſtat.l.uoluntas.C.de fideicom. & alia allegata ſupra, per quæ probatur ꝙ mulier nupta eſt de familia patris,non dr̃ alienari extra familiã, ſi ipſa inſtituatur,quia multipliciter reſpondetur:ut patet ex fundamentis ſupra adductis.¶ Et primo non procedit qñ teſtator excluſit fœminas & prætulit maſculos, & maxime quando excluſit illas fœminas:quę poſtea uolunt admitti, & ita eſt communis opinio, & in hoc caſu particulari nullus contradicit.Itẽ non procedit quando aliàs redderetur ſuperflua diſpoſitio teſtatoris.Item quãdo maſculinum eſt geminatum: & etiam qñ teſtator conſiderauit conſeruationem familię:& iſtud expreſſit ut in caſu iſto.Item qñ communis uſus eſt in contrarium:quę omnia concurrunt in caſu noſtro.nam & ſi ſingula ſuffi
28 cerent multo magis†unita iuuant.l.ſpadonem.§.qui iura. de excuſatio tuto. cum ſimili. ¶ Ex his & aliis adductis per dominum conſulentem pedibus ac manibus in ſententiam celeberrimi cõſultoris deſcendo ac dico partes iuſtiſſimi ac doctiſſimi iudicis omnino eſſe in pronunciando pro maſculis,per quos uere conſeruatur ipſa familia & agnatio: quod quidem præcipue à teſtatore conſideratum fuit. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Actore probante reus condennari debet.*
2 *Cauſa alimentorum fauorabilis eſt,ac habet infinita priuilegia.*
3 *Relictum ſub conditione de ſtando in domo deficit, licèt propter caſum deficiat conditio.*
4 *Relictum alimentorum ſub conditione de ſtando in domo,non deficit,quando propter caſum deficit conditio.*
5 *Legatum alimentorum dicitur pium.*
6 *Legatum factum pro anima habet infinita priuilegia, & in eo receditur à regulis iuris.*
7 *Verbum debeat,ſignat neceſſitatem.*
8 *Aduerbium refertur ad uerbum cum ſuis qualitatibus.*
9 *Dictio tantum,eſt taxatiua: & excludit omnem alium modum per quem res explicari poſſet.*
10 *Verba in domo adiecta legato alimentorum ſignant oportere legatarium in domo morari ut percipiat alimenta.*
11 *Paria ſunt legatarium alimentorum ſub conditione ſi manſerit in domo,in domo moratum fuiſſe,uel facto hæredis morari non potuiſſe,ad hoc ut conſequatur legatum.*
12 *Requiſitum ad fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur.*
13 *Intentionem ſuam cuilibet non ſufficit probare, ſed neceſſe eſt probare qualitatem neceſſariam ad intentionem.*
14 *Factum probans ſine qualitate nihil feciſſe uidetur.*
15 *Actore non probante id quod ſibi neceſſarium fuit reus abſolui debet.*
16 *Actore non probante,quando fuerunt ſtatutæ dilationes hinc inde ad probandum reus non ſolum ab obſeruatione iudicij, ſed etiam diffinitiuæ abſolui debet.*
17 *Legatarius qui conditionem mixtam adimplere debebat,ſi dicat facto hæredis adimplere nequiſſe illud probare tenetur.*
18 *Qualitas ſæpius à teſtatore demonſtrata, denotat enixam mentem teſtantis.*
19 *Verba ut aliquid operentur cenſetur eſſe ſublatum quod à iure communi permittebatur.*
20 *Locator promittens non expellere conductorem durante tempore locationis intelligitur promiſiſſe, etiam ſi ipſe uellet pro uſu ſuo,ut uerba aliquid operentur.*
21 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur ad correctionem iuris ne uerba ſint ſuperflua.*
22 *Facta non præſumuntur,niſi probentur.*
23 *Præſumptio transfert onus probandi in eum qui aliàs pro re non tenebatur.*
24 *Citatio habilitat citatum, & facit legitimum contradictorem.*
25 *Citatio non facit neceſſario,quod citatus licèt compareat, fateatur ſe eſſe talem,pro quali citatur.*
26 *Citatus tanquàm Petrus Martini,cum ſit Petrus Ioannis quãuis ueriſimiliter cognoſcat de alio iudice intelligere, nihilominus comparere tenetur.*
27 *Probatio quæ neceſſario non concludit non ualet.*
28 *Cauſa alimentorum eſt fauorabilis, & ſummaria reſpectu alimentorum præſentium,& futurorum,non autem præteritorũ.*
29 *Conſequentia hæc non eſt bona,cauſa alimentorum habet multa priuilegia,ergo habet iſtud,niſi ſit expreſſum in iure.*

RESPONSVM LXIX.

¶ An is cui relicta fuerunt alimenta in domo, illa debeat conſequi abſque eo quod probet per ipſum non ſtetiſſe, quin moraretur in domo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In præſenti cã,cũ ſit ſatis clara & ueritas in paucis conſiſtit quid ſentiã breuibus explicabo. Et prima fronte uidereĩ agentẽ ad alimẽta ſibi relicta ꝑ magnificum equitem.d.Franciſcũ de la Molza, ꝯ hæredem.d.Ludouici,uti hæredis.d. dñi Franciſci audiendum eſſe, cum ꝑ productionẽ teſtamenti probauit legatũ ſibi factum,probauitque.d.Ludouicũ hęredẽ fuiſſe per inſtrm̃ aditionis factæ per ipſum, & ita incumben
1 tia probauit:quo caſu actore†probante reus condẽnandus eſt ſicut fit econtra:ad plene nota.in l.q accuſare. C. de edendo. & in l.actor.C.de probatio. & in c.in præſentia.de probationibus. & id eo magis debet habere effectum.cũ agitur de executione teſtamenti qđ uigore ſtatutorũ loci hẽt executionem paratam:& quia contineat
2 materiã alimentorum†quæ fauorabilis eſt,& eſt ſummaria ac hẽt infinita priuilegia:ut ꝑ Bar.in l.mela.de alimẽtis & ciba.leg.cũ infinitis uulgaribus,adeo qđ dicit gl. fere in ꝓpriis terminis in l.illis libertis.de ꝯdit.& demon. quã ſequunt Bar.& alij:in l.in teſtõ.eo.tit.ꝑ Bar.& alios in l.qui ꝯcubinã.§.uxori.de leg 3.qđ conditio de ſtando
3 in domo†ſi deficit ꝑ caſum,licèt aliàs deficiebat relictũ.
4 l.in teſtõ.de cond.& demon.tũ non deficit in legato †alimentorum, & ita fauore alimẽtorũ in hmõdi relicto ſub ꝯditione morandi recedit à regulis iuris,ergo quãto for
5 tius,cũ non ſolũ ſit legatum alimentorum qđ†dr̃ pium: ut ꝑ Roma.in aut. ſimilr.C.ad legem falci.ſed ẽt quia expreſſe dr̃ qđ eſt factum hmõdi legatum pro anima: ut in
dicto

6 dicto teſtō quo caſu receditur à regulis†iuris,& infinita hēt priuilegia:iuxta not.in dicta aut.ſimilr.& in l.j.C.de ſacroſan. eccle. ergo quanto fortius cū concurrant hæc omnia,ſcilicet eſſe factū ex cā pia , & pro alimentis ac ꝑ anima. ¶His tn̄ non obſtantibus determino ꝯriū,& conſidero uerba teſtamenti ac legati : nam teſtator uult per hæc uerba qđ ultra ſalarium alimenta uictus,& cibariorum tm̄ hr̄e & percipere debeant ab ipſo hærede in domo dicti teſtatoris,& non alibi,& hoc iure legati pondero,uult quod percipere debeant in domo dicti teſtato-
7 ris per uerbum debeant,quod ſignat†neceſsitatē ad not. in l.creditores.de pign. ergo uult de neceſsitate alimentarium in domo manere,ut conſequatur legatum,ſuadetur quia dr̄ tm̄ quod eſt aduerbiū, & debet referri ad uer-
8 bum hr̄e & percipere in domo,cum† aduerbium referatur ad uerbum cum ſuis qualitatibus ad nota. in l. j. de cond.& demon.& cum ſit taxatiuum.l.j.§.cum Titio.de
9 adi.lega. † excludit omnem alium modum percipiendi, & in quocunque alio loco.ad plene nota.in l.ſi conſtāte.
10 ſol.matr.& in l.j. de bono.poſſeſ. ſm̄ tabul. immo† illa uerba in domo id de per ſe ſignant qđ in domo habeat morari ut percipiat alimenta.& nota.in l.caio.§.j.& in l. 3.de adim.leg.& in l.diuortio.in prin.ſolu. matri.& in l. j.de inſtit.& ſubſtit.ſub condic.fact.& ratio,quia unr̄ oppoſita fauore hæredis grauati , cū iuris cenſura facilius pōt, & commodius in domo propria alimenta præſtare quàm extra domum:ut in dictis iuribus not.ita qđ fundamentum intentionis iſtius alimentarij eſt probarē ſe in domo habitaſſe,uel facto aduerſarij in domo habita-
11 re non potuiſſe,quo caſu perinde † eſt ac ſi habitauerit: ad nota.in l.iure ciuili.& in l.in teſtō. de cond. & dem̄ō. & in l.caio.§.j. ꝑ illū tex.de alimen.& ciba.lega.cū iſtud legatum duo contineat,unū ad fauorem legatarij qđ alimenta percipiat:aliud ad fauorem hæredis qđ in domo, qđ ſibi facilius & cōmodius eſt,& hoc eſt adimplendum ex parte legatarij , & ita id debet probare adimpleuiſſe, ut legatum conſequatur:ad nota.l.Iulianus.§.offerri.de actione empt.cum ſimi. & cum ſit requiſitum neceſſariū
12 ad fundamentum ſuæ intentionis†probare debuiſſet. l. eum actum.de neg.geſt.l.actor.de proba. nā non ſufficit
13 probare intentionem ſuā,ſed†neceſſe eſt qualitatem neceſſariā ad intentionē probare:ut in dictis iuribus.& nota.per Bar.in l.j.§.qđ ait prætor.ne quid in loco public. ꝑ Io.And.& alios in rub.de homici.adeo qđ ſi factū pro-
14 baret ſine qualitate†nihil probaret:ut nota.ꝑ Iaſ.& Moder.in rub.qui admit.ſuper uerſ.intra q̄ tēpora.ſed agēs non probauit in domo habitaſſe,uel non potuiſſe habitare facto aduerſarij,uel ꝑꝑ alium caſum impedientem,er-
15 go dēt ſuccumbere,cum actore†non probante id qđ ſibi neceſſarium fuit reus abſoluitur.l.qui accuſare.de eden. cum uulga.& ita in qualitate non probata cōſuluit Dec. in conſi.19.immo non ſolum ab obſeruatione iudicij debet in hoc caſu abſolui,quia non probatum:iuxta nota. in l.Iulianus rerū debitorē.de condi.inde.& in d.l.q ac-
16 cuſare.ſed ēt debet diffiniuitiuæ †cum fuerūt ſtatutæ dilationes utrique ad probandum:ita uoluit Bar. in l.properandū.§.ſi quidē,de iud.ubi Alex.& Moder. ſequūtur & allegant infinita concordantia ponit Matheſil.in notabi.17.& in terminis propriis quod ille qui conditionem
17 miſtā adimplere debebat ut legatū cōſequeretur, ut †eſt in domo habitare ſi dicat non potuiſſe habitare,ut puta facto hæredis,uel aliūde id debeat oſtēdere: uoluit Dec. in d.l.j.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi. ſed hm̄oi per agentem non fuerunt demonſtrata, ergo omnino ſuccumbere dēt,& ita iuſtiſſimum iudicem pronunciare debere ꝑ comperto habeo,qđ tanto magis faciendū eſt , cū ultra ſupra dicta ꝯſtat de enixa uoluntate teſtantis ꝑ alia uerba uidelicet,& non alibi qđ nullo pacto in alio loco uolebat ſolui alimenta quā in domo dicti teſtantis,& ſic alimentariū debere ibi morari,ac cōmodius ſit hæredi ſoluere talia alimenta:nā non ſolum illud ſæpius demōſtra-
18 tī. denotat†enixā mētē teſtātis:ad not.ꝑ Bal.in c. cū tu. de reſcrip.& ꝑ Dec.in l.ij.de reg. iur. ſed ēt cum iam per alia uerba id erat diſpoſitū ut ſupra demōſtraui ut hm̄oi uerba aliquid operenē dicendum eſt qđ adimant legatū, ſeu conſtringant ēt in caſu in quo aliàs,& ſi domū nō habitauerit alimenta ꝯſequi debuiſſet de iure:ut puta ſi caſu fortuito,uel facto tertij iuſto , quæ omnia ēt debebāt probari, ita qđ magis in caſu dubio p̄ſumatur in domo non ſtetiſſe facto ſuo:ad nota.in l.Titius. & in l.in teſtō. & in l.illis.de cond.& demon. nā ut uerba operenē hm̄oi
19 interpretationes capiuntur,& cenſetur†ſublatum id qđ à iure permittebatur:ad nota.in l.ſi qn̄.de leg.j.& in c.ſi Papa.de priuil.in 6.& ideo Ange.uoluit in l.edem.C. lo-
20 ca.qđ ſi†locator promiſit non expellere ꝯductorem durante tpe locationis:intelligitur ſi locator uellet pro uſu ſuo,ut uerba aliquid operenē.& not.Abb.in c.j.de reſcr. ſm̄ lectu.Hoſt. & tn̄ de iure poterat pro uſu ſuo expelle-
21 re , & intm̄ hoc procedit ꝙ ēt arg.à ꝯrio†ſenſu ſumiē ad correctionem iuris,ne uerba ſint ſuperflua:ut ꝑ Fulg. Ludo.Alex.& alios in aut.ex teſtō.C.de colla. per illū text. iuncta l.j.eo.tit. & ita in ultima uoluntate teſtantis dicit Dec.in ꝯſil.69.col.3. ergo omnino dici dēt ex mente teſtantis fuiſſe p̄ciſe in domo alimentariū habitare , ac id probare debuiſſe ut legatū conſequi poſſit,ēt in caſibus à iure permiſſis habitandi extra domum. Id quoq; corroboratur:nā in domo teſtantis morari , uel impeditum
22 fuiſſe eſt facti,facta autem†non p̄ſumuntur, niſi probentur.l.in bello.§.factæ.de captiuis & poſtlimi.reuer.& ita iſte qui habebat morari hēt præſumptionem ꝯ ſe , ergo in eum transfertur onus probandi,& ſi aliàs probare nō
23 teneretur,quia præſumptio†transfert onus probandi in eum qui aliàs probare nō tenebatur.l.quintus.de donatio.inter uirum & uxo.glo.in l.actor.C. de probat. & ibi Sali.qui allegat plura iura concordantia, ergo & ſi nō eſſet actor qui qualitatē requiſitā,ad intentionem ſuā dēt probare ꝑꝑ præſumptionem ꝯ ipſum omnino probare debebat, qđ cum non fecerit ut ex actis manifeſte apparet abſoluendus eſt conuentus. ¶Vltimo demonſtratur agentē repellendum eſſe:nā dēt hr̄e legatum ab hærede, & ſic dēt probare ꝯuentum hæredem eſſe,& licēt probauerit.d.Ludouicum adiuiſſe hæreditatē teſtantis non tn̄, ut mihi p̄ſupponitur in facto, probauit reum ꝯuentū de præſenti fuiſſe hæredem. d.dn̄i Ludouici qui iam deceſſit, ergo tā ex parte ſui agentis quā ex parte rei cōuenti, cum non probauerit extrema neceſſaria reus abſoluendus eſt . ¶Nec obſt.qđ dr̄ fuiſſe citatum reum uti hære-
24 dē.d.Ludouici,quia licēt citatio†habilitet citatū,& faciat legitimum ꝯdictorem:ut nota.in.l. mulier.qđ met. cau.in l.j.§.j.de noui ope.nun.& ī l.fi.de edic.diui Hadr.
25 tollen.non tn̄ facit neceſſario,qđ citatus,licēt†cōpareat fateatur ſe eſſe talē,quia licēt ſciat ſe non eſſe talē,& non hr̄e aliquam qualitatem,& nomen poſitū citantis,ſed ueriſimilr̄ cognoſcat qđ iudex intelligit de eo, licēt qualitas appoſita in citatione non adſit in eo tenetur comparere, & cōparendo non fatetur ſe hr̄e illam qualitatē , &
26 ideo ſi citetur ut†Petrus Martini,& ſit Petrus Ioannis,& ꝯſtat ex aliquo ueriſimili qđ ꝯſtat & intelligit de eo,dēt comparere,& ſi compareat per hoc tn̄ non fatetur ſe eſſe Petrum Martini,ut in citatorio dicebatur. iſtud deciditur ex theorica Bar.in l.demonſtratio falſa.de cond.& demon.in 6.q.Bal.in l.eū quē temere.de iud. & per Soci. in d.l.demonſtratio.col.3. & ita neceſſario non infertur cō-
27 paruit,ergo fatetur ſe eſſe talē,& probatio quæ †neceſſario non ꝯcludit non ualet:ut in c.in præſentia.de proba. l.non hoc.unde cogna. ¶Non obſtant adducta in cōtrarium, ſcilicet,quod probauit incumbētia,quia negatur ꝑ ſupra dicta,& ita retorquetur. ¶Non obſt. qđ cā alimentorum ſit fauorabilis,& ſummaria,quia illud proce-
28 dit†reſpectu alimentorum præſentium & futurorū,non præteritorū.Bar.Iaſ.& alij in l.de alimentis.C.de transa. & ꝑ hoc tolluntur omnia alia,ſcilicet, de fauore animæ, & pia cā. ¶Secundo rn̄deo:nam licēt habeat infinita pri-
29 uilegia,non ſequitur†ergo hēt iſtud,niſi ſit expreſſum à iure:ut per Sali.in fi.C.de dotis promiſſio.ꝑ Dec.in cōſi. 9.ſed non reperitur iſtud expreſſum, ergo , immo ꝯrium per ea quæ dixi. ¶Non obſt.gl.in l.illis,quæ uult ꝙ propter caſum legatum alimentorum non deficiat,quia per

hoc

hoc non tollitur quin legatarius habeat probare caſum. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quondam, de proprietate præteritum ſignat.*
2 *Verba contrahentium intelliguntur ſecūdum communem uſum loquendi.*
3 *Hæredes uiuentis non dantur.*
4 *Verba narratiua probant, quando ſunt poſita in diſpoſitione.*
5 *Verba narratiua probant, quando ſunt geminata.*
6 *Libellus & probationes in iudicio deductæ, aperte demonſtrant quod remedium per agentem fuerit intentatum.*
7 *Remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. non competit hæredibus, quod declarat author infra nu. 15.*
8 *Remedium dicti. c. reintegranda. eſt in rem ſcriptum.*
9 *Remedia in rem ſcripta tranſeunt ad hæredes.*
10 *Remedia perpetua regulariter tranſeunt ad hæredes.*
11 *Remedium. d. c. reintegranda. eſt perpetuum.*
12 *Hæres eiuſdem iuris eſt, cuius fuit & ipſe defunctus.*
13 *Diſpoſitio exorbitans, & odioſa loquens in defuncto in hærede uendicat ſibi locum.*
14 *Tex. in d. c. reintegranda. loquens in epiſcopis deiectis, in laicis habet quoque locum.*
15 *Declaratio ad dictum Bal. in l. defuncto. ad Tertul. & Alex. in conſi. 37. uol. 1. & 225. uol. 2.*
16 *Ficta poſſeſsio hæredis non parit remedium. c. reintegrandā. 4. quæſt. 1.*
17 *Multa in eſſe deducta tenent quæ non ita de facili inducuntur.*
18 *Remedium dicti. c. reintegranda. durat triginta annis, ſecundum communem opi.*
12 apprehenſa†uia iudiciaria, ſaltem ualet tanq̃ apprehẽſa iure proprio,& authoritate propria,quia ſi non ualet actus ut ago,ualet ut ualere p̃t,cum ſumus in diſpõne particulari:iuxta no.per Bar.Alex.& oẽs in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.de uerb.ob.& ꝑꝑ illa uerba non dr̃ elegiſſe uiam iudiciariam,niſi quatenus ſibi proficiat:& in his terminis non loquitur Bal.in d.l.1.de execu.rei iudi.& uoluit Sal.& alij in l.creditores.de pig.& hoc quãtum ad.d.Laurentium particulariter conſideratum.Et pro hac opi. bene facit quod uoluit Roma.in conſi.499.In præmiſſa.colu.2.ubi uult, ꝙ iudex ſine citatione poteſt auferre poſ-
13 ſeſsionem,quando conſtat†iudici poſſeſſorem ius non habe-

habere.allegat Inno.& Abb.in c.accepta.ut ibi per eum.
ſequitur Dec.in conſi.191.In cauſa quæ agitatur.col.pe.
in fi.ſed iudici conſtat Vincentium nullum ius habere,
uigore inſtrumenti dationis inſolutum,factæ Laurentio
item ꝙ Laurentius nullum ius habeat ex multiplici cau-
ſa,& præſertim uigore laudi:quod trãſiuit in rem iudica
tam,ac ab eo fuit tacite approbatum:nam acta & inſtru
14 menta†publica faciunt notorium,ut dixi ſupra: & late
etiam ponitur per doc.in c.ex inſinuatione.de app.in d.
l.1.in prin.de noui ope.nun.& ultra doc.allego. Rom.in
conſi.483.Dubitatur primo.in fi.& pro hoc allego dictũ
Bal.in l.ea quidem.col.9.de accuſ.& Abb.in c.cum olim
col.pen.de re iud.& in c.cum ſit Romana.col.fi. de app.
15 & ibi per mod.ubi uolunt ſi†notorium eſt abſenti defen
ſionem non competere,citationem poſſe omitti, ſed no-
torium eſt propter acta, & inſtrumenta ꝙ iſti non poſ-
ſunt impedire ne detur tenuta,ideo potuit omitti cita-
16 tio.¶Vltimo dico cum conſtet per ſententiam†quæ trã
ſiuit in rem iudicatam:de iure iſtius qui habuit tenutam
quamuis tenuta non fuiſſet iuridice,&facta citatione da
ta:tamen debet in ea confirmari,ſm Dec.in d.conſi.191.
allegat Bar.in v.q.princ.C.de pig.Ang.& Alex.in l.ſi fini
ta.col.pe.in prin.ff.de dam.infec.qui illud in terminis uo
lunt. ¶Ex his puto omnino tenutam non eſſe reuocan-
dam,ſed confirmandam:non obſtant adducta in contra
rium,ſcilicet c.licèt epiſcopus.& omnes doctrinæ ſupra
allegatæ:quia non procedunt quando conſtat nullũ ius
competere poſſeſſori,ſm Roma.& Dec.in conſilijs.ſupra
alleg.pro parte.d.Iacobi ubi in ſpecie limitant.d.c.licèt
17 epiſcopus.†ſed hic conſtat nullum ius competere:ut di-
xi,ergo &c.¶Secundo dico, ꝙ non procedunt quando
ſemel fuerunt citati,ſeu illis fuit intimata tenuta, & com
paruerunt:nam tunc poteſt illa tenuta iterum dari parte
non citata: prout hic fuit: quia iſta ſecunda non conſi-
18 deratur,ſed prima cum ſit conſiderandum†non illud qđ
fit,ſed propter quod fit,& ex qua cauſa.gl.in c. & ſi Chri
ſtus. in uer.ex cauſa.de iureiur.& facit quod uoluit ele-
19 ganter Imo.in l.ſi dignum.ad l.Falc.ubi uoluit ꝙ†aliena
tio facta inter uiuos,propter ultimam uoluntatem, iudi
catur ut ultima uoluntas,ita hic,cum iſta tenuta fuit da
ta propter primam in qua adfuit citatio non conſideratã
ut ipſa,ſed ut prima,& hoc caſu non loquuntur adducta
in contrarium:ſed quando nunquam fuit facta aliqua in
timatio.¶Tertio dico,non loquuntur quando iuris cẽ
ſura per lapſum temporis poſt factam intimationem ap
probarunt.¶Quarto dico ꝙ illa iura adducta in ꝯrium
non loquuntur in caſu quo quis propria authoritate po
terat ingredi:ut erat iſte Iacobus,& poſtea accepit tenu
tam de mandato iudicis:citra præiudicium iurium ſuo-
rum,quæ tenuta ſaltem ut illa uerba aliquid operentur.
ar.l.ſi quando.de leg.1.& per alias rationes ſupra addu
20 ctas ualet in uim tenutæ apprehenſæ†propria authorita
te,ergo cum ſint termini diuerſi:& ex diuerſis non infer
tur.l.Papinianus exuli.de minorib.l.fi.de calum.nihil fa
ciunt ad caſum noſtrum. ¶Quinto dico ꝙ non proce-
dunt qñ ille qui conqueritur non poſsidebat, prout erat
iſte Vincentius:ut latius deduxi ſupra,quod patet, quia
21 ſemper ſe fundat in poſſeſsione illud c. † licèt epiſcopus
& de hoc conſtat per acta,uel inſtrumẽta,ut in hoc caſu.
¶Et quod dictum eſt ſupra ꝙ in executione debet inter-
22 uenire citatio,non procedit quando ſententia † habet ſe
cum executionem,& illa fuit intimata, quia ſemel cita-
tus amplius non eſt citandus, ut dixi, ſed loquuntur
quando tenuta nunquam fuit intimata, ergo nihil ad
nos. Laus Deo.

¶Ita reſpodebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ex falſa cauſa expreſſa non ualet.*
2 *Sententia lata contra regulam iuris non ualet,licèt in aliquo ca ſu ſaluari poſsit.*
3 *Res certa eſt pro eo qui habet regulam pro ſe.*
4 *Opinio communis eſt ſeruanda tanquam ius.*
5 *Iudex pendente dilatione nihil innouare poteſt.*
6 *Innouata & facta pendente appellatione ſunt ipſo iure nulla.*
7 *Quod locum etiam habet quamuis a parte nihil opponatur.*
8 *Sententia lata pendente dilatione,eſt ipſo iure nulla,nec de conſenſu partium ratificari poteſt.*
9 *Conſenſus partium non poteſt operari ut fingatur iudicem non habentem exercitium iuriſdictionis retrohabuiſſe.*
10 *Præſumitur pro ſententia.limita ut nu.ſeq.*
11 *Appellatione pendente non præſumitur pro ſententia.*
12 *Præſumitur pro ſententia, quamuis aduerſarius fuerit admiſſus ad probandum contra illam,nec iudex antequam ille contra probauerit poteſt eam reuocare.*
13 *Hæres propter non confectum inuentarium amittit Trebellianicam.*
14 *Sententia lata contra communem opinionem non eſt ipſo iure nulla.*
15 *Dubium, dicitur illud quod vario & contrario modo intelligitur.*
16 *Opinio contra communem præfertur quando fundatur melioribus rationibus & habet pro ſe caſum legis.*
17 *Cautela ad hoc ut iudex pendente dilatione procedere poſſit.*
18 *Iudex uno contextu plura ſtatuere poteſt,ut ibi.*
19 *Actus ut ualeat,ordo ad eum neceſſarius præſumitur obſeruatus.*
20 *Actus ut ualeat,ſi in inſtrumento dicatur patrem donaſſe filio & illum emancipaſſe attento ordine literæ præſumitur quod emancipatio prius fuerit facta.*
21 *Iudex pendente dilatione poteſt procedere ad ulteriora ad inſtantiam & fauorem partis cui fuit data dilatio.*
22 *Dilatio data in fauorem unius,cenſetur etiam data alteri.*

RESPONSVM LXXVII.

¶An ſententia lata contra communem opinionem,uel pen
dente dilatione,ſit nulla.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶Duo prin
cipaliter obijciuntur contra ſententiam latã
ad fauorem illuſtrium dominorum de Mala
teſtis,pro quibus conſulti ſuperiori anno re
ſponſum dedimus.¶Et primo opponitur ſententiam nõ
1 ualere tanquam latam ex falſa cauſa expreſſa: † nam de
iure certiſsimum eſt huiuſmodi ſñiam non ualere per. l.
qui teſtamento,de excu.tut.per Ang.Alex.Iaſ.& commu
niter omnes in l.qui Romæ.in §.duo fratres.de uer. obl.
poſt Inn.in c.in præſentia.de proba.& bene probatur in
l.2.C.quando prouoca.non eſt neceſ.ubi uidetur caſus,
2 † ꝙ habet locum etiam ſi eſt contra regulam iuris, licèt
ſñia poſſet in aliquo caſu ſaluari,in quo cauſa de iure ue
ra eſſet.Math.in notab.20.alle.gl.in l.fi.de app.recipi.In
no.in c.præterea.de dila.Facit dictum Bar.in l.2.col.1.ſi
quis in ius uoca.non erit.& in l.quoties. ſi quis cautio.
3 ubi dixit†rem certam eſſe pro eo qui habet regulam pro
ſe,cum ſimilibus allegat.per Dec. in l.j.de regu. iur.& in
conſ.8.& idem vr̃ eſſe ſecundum aduocatos partis aduer
ſæ,quãdo communis opi.doc.eſt,& contra eam lata fue
4 rit ſñia.†cum communis opinio ſit ſeruanda tanq̃ ius:ad
no.per Abb.& alios in c.1.de conſti.per autho.in c.noui
mus.de uer.ſig.Alex.in conſ.95.Viſis proceſsibus.col.2.
li.2.& in conſi.51.Videretur.col.2.lib.v.& per plura quæ
congerunt Fel.& alij in d.c.1.de cõſti.ſed in hac ſñia fuit
expreſſa cauſa:quia hæredes non confecerunt inuentariũ
ideo teneri & obligatos eſſe ad reſtituendam trebelliani
cam,ſed hoc eſt falſum,ſecundum communem opin. de
qua per Alex.in conſi.64.Viſis.lib.4.& idem Alex. in ꝯſ.
21.Perſpectis.lib.v.dicit iſtã opi.ueriorem eſſe & magis
communem,& per Corneum in conſi.180.Multitudo q̃-
ſitorum.ubi dicit poſt Bal.quem refert,hanc opinionem
ſeruari,& multi moderni eam tenent in l.Marcellus. col.
fi.ad Treb. & quamplures antiqui quos ibi refert Alex.
poſt Bar.ubi etiam reſidet in iſta opinione, ergo ſequi-
tur hanc ſententiam,uti continentem cauſam expreſſam
contra communem opi:doct.nullam eſſe,& hoc primo.
¶Secundo

¶Secundo ꝯ hanc ſententiam obijcitur, ꝙ uti lata pendente dilatione ad allegandum quo tpe quieſcit officiū
5 iudicis eſt nulla,†cū iudex pēdente dilatione nihil innouare poſsit.l.ſiue pars.C.de dila.& ibi no.oēs.c.ſæpe.c.ſignificante.c.oblatæ.& in c.perſonas.de app. ubi ꝑ Abb.
6 & alios,adeo†ꝙ innouata & facta pendente appellatione ſunt ipſo iure nulla.§.ſuſcepto.in auth.de exhib.reis.
7 in uerbo,nihil in medio.& in uerbo,pro nihilo†ꝙ locum ēt ſibi uendicat & ſi a parte nihil opponatur.gl.in l.1.de
8 fer.quam ibi notant ad hoc Alex.& mod.& in terminis† in ſnīa lata pendente dilatione ꝙ ſit nulla ipſo iure, tanq̄ lata ab eo qui carebat officio iuriſdictionis ſeu exercitio adeo ut ēt non poſsit de conſenſu partium ratificari, cū
9 † conſenſus partium non poteſt operari ut fingat iudicē non habentem exercitium iuriſdictionis retrohabuiſſe.l. obſeruare.§.fi.de off.procon(.& leg.ita dixit Bal. in l.pe. in ulti.colu.C.de arbi.quod dictum ſingulare appellat:& notandum eſſe dicit Iaſ.in l.2.in fi.de re iudi.ꝯ.& hæc in effectu ſunt duo quæ principaliter obijciunt ꝯ hāc ſnīam de reliquis uti non relatione dignis non facio uerbum.
¶His tñ non obſtan.maturius conſiderans, determino
10 ꝯrium,& dico cum habemus ſnīam pro †qua præſumit. l.2.C.de off.ciui. iudi.ibi,ꝙ non arbitramur.Bal.& Pau. de Ca.ꝑ illum tex.in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.de inoff.teſt.ꝙ procedit ēt pendente appellatione, ut no. Bal. per illum tex.in c.cum ſuper. de re iudi.Abb.in c.cām q̄. de re iud.in 2.not.& Dec.in c.qm̄ ꝯ.de prob. & rō eſt,q̄a pro iudice præſumitur. l. Herennius. §. Caia . de euict. cum a communiter accidentibus non eligant niſi iudices boni,literati.& honeſti.c.in noſtra.de procu.c.niſi eſſet.de præb.& facit dictum Bal.in c.ſicut.de re iudi.col. 2.ubi inquit dictum pontificis aſſerentis ꝑꝑ authoritatē iudiciariam pro ſnīa præſumi,procedere ēt ſi iudex eſſet uir iniquiſsimus:quia fundatur in authoritate iudicia-
11 ria,& licet†communis opinio ſit in ꝯrium ut non pſumatur pro ſnīa pendente appellatione non obſtantibus ſupra deductis:ut late per Fel.in d.c.qm̄ ꝯ.de prob. poſt Abb.ibi & alios citatos per eum,de qua & cuius ueritate in præſenti cā diſcutiendum non eſt,tum quia a cōi nō eſt recedendum,tum ēt qm̄ præſupponitur hāc ſententiā in rem iudicatam tranſiuiſſe quo caſu vr̄ abſq; difficulta
12 te†pro hanc ſnīa præſumendum eſſe:ut per Inn.in c. bonæ.de elec.Abb.in c.ſicut. ubi late per mod. de re iud.& per Alex.in conſi.22.Viſo proceſſu.in 2.lib.Fed. de Sen. in conſi.59.Credo.in fi.Ro.in ꝯſi.334.Circa primum. Signo.in conſi.9.Factum ſic.Cuma.in conſi.7.And.Sicu.in conſi.18.col.6.lib.1.& per omnes in d.c.qm̄ ꝯ.& lꝫ pars obtinuerit reſtōnem ad agendum aduerſus rem iudicatam ſeu ad reuidendum ſnīam,nihilominus per iſtam reſtōnem non tollitur præſumptio quæ eſt pro ſnīa,ſi uerba reſtōnis conſiderentur,quæ attendi debent, & ſtricte interpretari,cum ſit ꝯ ius commune,iuribus uulgarib.& ſatis operatur cum reponat aduerſarium ad probādum ꝯ ſnīam quæ tranſiuit in rem iudicatam,cum alias audiri non debuiſſet,& exceptione rei iudicatæ excludebat, toto ti.de excep.rei iud.& probatur ēt hoc in ſimili:nam & ſi parte tacente & cōſentiente admittatur aduerſarius ad probandum ꝯ ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam:adhuc tñ præſumitur pro ſententia quouſq; probauerit ꝯriū,nec iudex prius eam habet reuocare:ut ꝑAbb. Dec.& omnes alios in d.c.quoniam ꝯ.Ex quibus recte cōſideratis ac ponderatis,cum ſerie facti ac ſpecie conſtat nos habere fundatam intentionem,quouſque liquidiſsime probatum fuerit contrarium.¶Et ſolum ſupereſt ut contrarijs reſpondeamus:& ad primum itaq; rñdeo, & nego ſententiam latam fuiſſe contra communem opi.im
13 mo ſm̄ communem opin.quæ habet† hæredem ꝑꝑ non confectum inuententarium amittere Trebellianicam:ut, atteſtatur Dec.in conſi.236.in 4.col.qui refert plures doctores tenentes hanc opinionem:& inter cęteros Fulg.in auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Fal.& Corn.in conſ.168. In hac conſultatione.in 3.dubio. lib. 3. aſſerentes iſtam eſſe communem opi.& Fulg.in conſi.41.Caſus talis.col. fi.inquit doctores ut plurimum ſequi iſtam opinionem:

& idem atteſtatur eſſe communem Deci. in conſi. 380.& 495.& Ant.ſic in tractatu Trebellianicæ.in 4. dub. & Io. Crot.in c.Raynutius.in antep.col.extra da teſt. & latius ſcripſi in allegatione principali ad id facta:ubi hanc opinionem pluribus rationib.& authoritatibus comprobaui.& Alex.&alijs aſſerentib.communem eſſe in contrariū reſpondi,eoſque conciliaui.¶Præterea quantum ad rem præſentem dico & ſi uerum eſſet communem opinionem eſſe in ꝯrium adhuc hanc ſententiam latam contra eam ualere:quoniam licet uerum ſit quod dictum ē ſuperius
14 ſententiam latam ꝯ regulam non ualere: †uerumtamen non eſt ſententiam latam ꝯ communem opinionem doctorum eſſe nullam.ita in terminis dicit Imo.in l.qui Romæ.in §.duo fratres.de uer.ob.ſequitur Fel.in c.1. de cōſti.& Iaſ.in l.cum prolatis.de re iudi.atteſtatur communiter id teneri,ꝙ maxime ego admitto in pn̄ti cā, in qua ſaltem dubitatur quæ opi.ſit communior, cum hincinde ſint doctores maxime authoritatis ſibi inuicem aduerſantes,quorum aliqui unam partem cōem atteſtant,alij alteram,& lꝫ demonſtrauerim partem noſtram communiorem & ueriorem eſſe, nihilominus ille qui dictis noſtris aſſentire noluerit,inficiari tñ nō poterit dubium rē
15 ipſam non habere:†cum dubium dicatur illud quod uario & ꝯrio modo intelligitur : ut no.in l. in ambiguo.de reb.dub.cum uulg. & ex his apparet primum obiectum ceſſare, & ſnīam non fuiſſe latam ꝯ communem opini.& ſaltem ꝯ certam communem opi.& caſu quo eſſet lata nō eſſe nullam,ſm̄ communem ſnīam:& præſertim in hoc caſu in quo dubitatur de communi:& ubi pars noſtra me-
16 lioribus rōnibus fundatur,& hēt caſum legis pro ſe†quo caſu præfertur & ſi alia eſſet communis:ut per Fel.Dec.& alios poſt Abb.in d.c.1.de ꝯſti.& late demonſtraui in dicta allega.non repeto.¶Non ob. id quod ſecundo loco obijciebatur ſnīa non ualere uti lata pendente dilatione qm̄ reſpondetur in præſenti caſu omnino hanc ſnīam ualere debuiſſe,cum iudex citauit partem ad uidendum reuocari dilationem,&ſucceſsiue ad ſnīam audiendam,qđ
17 quidem de iure facere poteſt:immo † cautela eſt ut pendente dilatione procedere poſsit, ut faciat citari partem ad uidendum dilationem reuocari,ſm̄ Bar. in l. ꝙ iuſſit. in 1.opp.de re iud.quem ibi ſequuntur alij,& nouiſsime Papienſes in l.2.in fi.de re iud.& ſi dicatur bene pt̄ dilationem reuocare citata parte: ſed non dēt poſſe uno contextu ea facere,de quib. ſupra ſ.citare partem ad uidēdū ſuſpenſionem reuocari & audiendum ſnīam, qm̄ reſpon
18 detur de iure eſſe † iudicem poſſe uno contextu ſtatuere plura:ut puta monere partes aſsignatis terminis ad articulandum,ponendum,producendum & probandum . caſus eſt in l.properandum.in prin.de iud.ubi no. Bal.Sal. Alex.Iaſ.& cōiter oēs,& Alex.alleg.ꝯcor.& rō eſt , quia lꝫ uno contextu hæc acta ſint habent tamen in ſe ordinem, ſm̄ iuris diſpōnem ut prius reuocetur dilatio: deinde ꝑferat ſnīam ad no.in l.2.§.ſi prius.de uulg.& pup. & in l. Gallus.§.quidam recte.de lib.& poſth. quod in caſu nr̄o
19 abſq; dubio locum hr̄e debet, ut † actus ualeat, quod ut fiat ordo ad ipſum neceſſarius pſumitur obſeruatus Deci.in l.in ꝯhenda.de reg.iur.allegat Bal.in l.cum in teſtō.
20 §.hæc uerba.de hær.inſti.ubi inquit,†ꝙ ſi in inſtrumento dicatur patrem donaſſe filio & illum emancipaſſe: attento ordine literæ præſumitur ꝙ emancipatio prius facta fuerit,ut actus ualeat.ſequuntur Imo.& Ang.in d.§. hæc uerba.& Alex.in d.§.prius.& in ꝯſ.81.Lecto.col.4.li. 3.& in cōſi.112.Super eo dubio.li.v.& alibi ſæpe per doc. ergo quanto fortius in caſu noſtro, cum prius ſcriptum ſit ad uidendum dilationem tolli & ad audiendam ſnīam & ita repetio in fortioribus terminis conſultum fuiſſe ꝑ famoſiſsimum Iureconſultum do.Io.de Campegio , qui reſpondit ſtante ſuſpenſione iuriſdictionis , iudicem potuiſſe proferre ſententiam citando partem ad uidendum ſuſpenſionem reuocari & ad audiendam ſnīam:de cuius dicti ueritate pro nunc non diſcutio,cum maiorem difficulatē habeat:ex eo quia ſtante ſuſpenſione iuriſdictiōis iudex nihil pōt facere,cum exercitium iuriſdictionis nō habeat, ſed ſtante dilatione multa pōt agere , præſertim com-

compatibilia:ut per omnes in l.2.de re iud.Item dilatio
poteſt eſſe ad partem cauſæ : ut puta circa unum teſtem,
& ſimilia. Quo caſu circa alia iudex poteſt exercere iu-
riſdictionem , & quia dilatio habet tacitam ſuſpenſionẽ
& non ſimpliciter:ſed in caſu præfati doctoris ſuſpenſio
eſt expreſſa & ſimplex.Itaq; dico in caſu nr̃o facilius ad-
mittendam eſſe citationem,de qua ſupra:dilationis reuo
catiõem,& ſnĩæ prolationem,q̃ in caſu ſuo: ergo facilius
dicere debemus præfatum doctorem ſentire ſnĩam uale-
re de qua in hoc caſu:& qm̃ eius conſilium non eſt impſ-
ſum mittam eius originale quod apud me eſt ſubſcriptũ
& ſigillatum manu & ſigillo eiuſdem, una cum præſenti
reſolutione. ¶Præterea dico,ꝙ cum allegatio & proba-
tio quæ fieri debebat pendente dilatione erat de articu-
lo iuris,in quo communior opinio eſt pro parte noſtra,
igit̃ parũ uel nihil operari poterat,& ꝯñr cũ ex inſpectio
ne librorum iudex poterat ſe informare,& informatus eſ
ſe debebat. Vr̃ ꝙ non obſtante dicta dilatione procedere
poſsit.arg.eorum quæ no.per Bart. Bal.& alios in l.cum
pater.§.curatoris.& per gl.ibi,de leg. 2. ubi uolunt non
obſtante dilatione data ad faciẽdum quod nullum eſſet
proceſſum non impediri,& iudicem ad ulteriora proce-
dere poſſe:ſequitur Iaſ.in d.l.2.in fi. de re iudi.allegat re-
gulam.l.aliquando.ad Velleianum . ¶Comprobatur &
&ultimo ex his quæ uoluerunt Bal.Ang.& alij in l.ſi quis
hæres inſtituatur.de hæred.inſtit.per illum tex. ſequun-
tur Alex.Iaſ.& alij in d.l.2.de re iudi.circa fi. ubi uolunt
21 †non habere locum id quod dictum eſt pendente dilatio
ne,quieſcere officium iudicis,nec aliam dilationem da-
re poſſe , quando aliam dilationem daret & procederet
ad ulteriora ad inſtantiam partis & in eius fauorem cui
fuit data prima dilatio:& ratio poteſt eſſe,quoniam per
inſtantiam petentis procedi ad ulteriora vr̃ ab ipſa parte
renunciatum dilationi:& ꝯñr ſublata dilatione iudicem
22 poſſe ad ulteriora procedere.Nec obſtat†ꝙ dilatio data
in fauorem unius,cenſeatur etiam data alteri.l.petendę.
C.de tempo.in integ.reſti.& conſequenter non poſsit ꝓ
cedere ad ulteriora in præiudicium illius cui ius quæſi-
tum eſt propter dilationem datam alteri: qm̃ reſponde-
tur ꝙ illud ius uenit in conſequentiam conceſsionis dila
tionis datę principaliter alteri:ideo ſublato principalli
tollitur acceſſoriũ.ad no.in c.acceſſorium. de reg. iur.in
6.& in l.cum principalis.cod.ti. & hæc maxime admitto
accedente citatione ad reuocandam dilationem, & alijs
ſupra deductis quibus ſimul iunctis caſus iſte clarus eſſe
uidetur. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex de ſtylo curiæ ex officio ſuo ſe informare poteſt.*
2 *Citatio fieri poteſt ad plures actus in una ceſſione fiendos.*
3 *Dilatione una pendente,alia diuerſo tempore dari non poteſt.*
4 *Citationes plures in uno edicto,ordine ſucceſsiuo fieri poſſunt.*
5 *Iudex ſuper pluribus articulis,unum & eundem terminum aſſignare poteſt.*
6 *Diſpoſitio omnis iudicatur reſpectu temporis , in quo conficitur effectus.*
7 *Contractus factus de ſeruo fugitiuo licèt non ualeat quandiu eſt in fuga,ualebit tamen quando fuerit deprehenſus.*
8 *Iudex poſtquam dixit ſe incompetentem , nihilominus adhuc in expenſis condemnare poteſt.*
9 *Iudex ſuper diuerſis articulis incompatibilibus uno & eodem actu terminum aſsignare poteſt.*
10 *Iudicis uerba regulantur ſecundum eius mentem,quæ præſumitur talis qualis eſſe debet.*
11 *Fideiuſſio ualet & propria, ſi fideiuſſor prius promittat quàm principalis.*
12 *In libello poteſt cumulari uia ordinaria & executiua ſucceſſiue.*
13 *Libellus implicitus procedit in his in quibus eſt datus certus ordo procedendi a iure.*
14 *Tempore feriato,ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicis,ſeu eius exercitium.*
15 *Conſuetudo indiſtincte admittit quod quis poſſit citari die feriata etiam in honorem dei,pro alia die non feriata.*

RESPONSVM LXXVIII.

¶An ſtante ſuſpenſione iuriſdictionis iudex poſsit profer-
re ſententiam,citando partem ad uidendum ſuſpenſio-
nem reuocari,& audiendam ſententiam.

IN Chriſti nomine Amen. ¶ Viſo caſu mihi
exhibito & conſideratis ſtatutis de quibus
in eo,& uiſis ſubſcriptionibus & atteſtationi
bus quamplurium cauſidicorum ſuper ſtylo
& conſuetudine palatij,uidetur mihi de iure concluden-
dum quod citatio facta ad uidendum reuocari ſuſpenſio
nem & ſucceſsiue ad audiendam ſententiam facta reuo-
catione ſuſpenſionis,& poſtea ſnĩa lata ualuerit & tenue
rit uigore citationis,de qua ſupra. ¶Et primo ſi præſup
ponimus probatum fuiſſe ſtylum palatij , nulli dubium
1 ꝙ illi ſtandum eſt,†& iudex poteſt ex officio ſe informa-
re de tali ſtylo.l.3.§.lege Iulia.&ibi Bar.ff.de teſtib.Imo.
in cle.auditor.de reſcrip.Ant.de But.in c.ſi.col.pe. de cõ
ſue.& ſufficit ꝙ reperiat ꝙ ita ſit per ſolam famam: ut la
te concludit Cy.in l.2.C.quæ ſit longa conſue.in uerſi. ſe
cundo quæritur.& dicit Ant.de But. in d. c. ſi. ubi ſupra
ꝙ in ſtylo ſufficit obſeruantia facti quæ ſeruatur in uno
tribunali,etiam ſi non tranſiret in nomen uere conſuetu
dinis:maxime quia iſte ſtylus & obſeruantia vr̃ declara-
tiua & ſuppletiua legis,ut infra dicetur . ¶Præterea etiã
quando non eſſet aliquis ſtylus uel obſeruantia facti, ta-
men attentis ſtatutis de quibus in puncto:ex quibus con
ſtat ꝙ in una & eadem ceſsione plures actus fieri poſſunt
2 ſimiliter dicendum eſt ꝙ poteſt fieri†citatio ad plures a-
ctus in una ceſsione fiendos:quia qui uult cõſequens uul
omne neceſſarium antecedens.l.ad lacum.&l.ad rem mo
bilem.ff.de procu. ¶Præterea hoc etiam procedit de iu-
re communi:ut uoluit Bal.per illum tex.in c. cum ſuper.
3 de teſti.cogen.ubi dicit ꝙ † licèt pendente una dilatione
non poſsit dari alia.l.ſiue pars.C.de dilat.illud eſt uerum
diuerſo tempore,ſed ſemel poſſunt dari:quia una pendet
ex alia,ita in propoſito:etiam præſuppoſito ꝙ ſi fuiſſet fa
cta citatio ad uidendum reuocari ſuſpenſionem non po-
tuiſſet ex interuallo adhuc non facta dicta reuocatione
citari ad alios actus,puta ad audiendum ſententiam: ta-
men ſemel potuit citari prout citatus fuit ad uidendum
reuocari ſuſpenſionem,& ſucceſsiue ad audiendũ ſnĩam:
quia ſicut ualuit citatio ad uidendum reuocari ſuſpen-
ſionem,ita ualuit etiam ad audiendum ſententiam,cum
4 †in uno edicto poſsint fieri plures citationes ſucceſſiuo
modo.gl.notab.in c.conſtitutionem.in ver. una. de ſen-
ten.excommu.in 6.de qua per dominum Abb. in c. cum
ex literis.in 7.col.de reſtitu. in integr.Imo.& Roma.in l.
5 contumacia.ff.de re iudic.† Et ſuper pluribus articulis
poteſt aſsignari unus & idem terminus.l.generi.§.pe.C.
de reb.credi.glo.in clem.ſæpe.in uer.poſt dationem . de
uerb.ſig.no.doc.in c.præterea.de dilatio . ¶Non obſtat
ſi diceretur ꝙ prædicta procedunt in iudice competen-
ti habente iuriſdictionem ad omnes.d.actus ſiue articu-
los,quod non eſt in caſu nr̃o,in quo iudex commiſit par
tem citari ad audiendum ſnĩam tp̃e quo iuriſdictio ſua
erat ſuſpenſa,cum prius debuiſſet ſuſpenſio reuocari , &
poſtea committere partem citari ad ſnĩam : & in hoc vr̃
conſiſtere totum fundamentum partis aduerſæ: Quia re
ſpon.ꝙ per dictam ſuſpenſionem inſtantiæ non dr̃ extin
cta iuriſdictio iudicis, ſed tm̃ impeditur exercitium iu-
riſdictionis non prius reuocata.d.ſuſpenſione,& ideo ex
quo iudex citabat primo ad reuocandam ſuſpenſionem
& ſucceſsiue ad audiendum ſnĩam ex mente ipſius iudi-
cis,& ſecundum ordinem intellectus iſte ſecundus actus
occultatur in prima citatione,quæ uidetur facta primo
ad reuocandam ſuſpenſionem,& ea reuocata vr̃ facta ci-
tatio ad audiendum ſententiam,cum potuit fieri ad plu
res actus ſucceſſiue fiendos,ut dictum eſt ſupra .
6 ¶Nam † omnis diſpoſitio iudicatur reſpectu tẽporis in
quo

quo conficitur effectus. Bar. in ſuo conſi. 76. incip. Pater filio emancipato. col. ult. arg. l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nupt. & l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. ſed effectus dictæ citationis confertur poſt reuocatam dictam ſuſpenſionem, ut patet propter illud uerbum ſucceſsiue, ergo uidetur facta poſt huiuſmodi reuocationem & ꝯñr ualet. Ad idem facit bonus tex. in l. in fuga. C. de plagia. ubi lꝫ
7 † non ualeat ꝯctus uenditionis uel donationis factus de ſeruo fugitiuo quandiu eſt in fuga & ſic deficit potentia ꝯhendi: tamen ſi quis uendat ſeruum fugitiuum, ut uenditio ualeat quando ab emptore perquiſitus & deprehenſus fuerit ſuſtinetur contractus ex mente, & anticipatio non nocet, ſed iudicatur reſpectu tpis intra quod ꝯferẽ effectus, ſed in propoſito noſtro citatio fuit ſucceſsiue facta poſt reuocationem ſuſpẽſionis, ad audiendã ſniam: ergo debet iudicari ſm illud tps reuocatę ſuſpenſionis, ut ualeat. Ad hoc facit in ſimili id quod dicunt doc. in illo articulo an iudex qui non eſt competens in cauſa principali ſit competens ad ꝯdemnationem faciendam in expenſis: & licet Spe. in ti. de expen. §. in iſta. uerſi. 9. dicat, ꝙ practica eſt ꝙ prius condemnet in expenſis, & poſtea pronunciet ſe incompetentem, & iſtud faciat ꝙ iudex nõ potuerit citare ad audiendum ſententiã non facta prius reuocatione d. ſuſpenſionis, quia tunc nõ habebit exercitium iuriſdictionis, & ꝯñr erat incompetens: tamen doc.
8 communiter tenent ꝙ in mo etiam poteſt fieri condemnatio expenſarum poſtquam dixit ſe incompetentem qa ſuſtinetur condemnatio ex ordine intellectus, ſm quem dicimus proceſsiſſe quod ſequutum eſt: tex. no. in c. cum appellation: b. de app. in 6. & in c. ſtatutum. §. cum uero. de reſcri. eo. lib. mod. in c. 1. de iud. in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſd. omn. iudic. cum ſuis concord. Ad idem facit, quia licet iudex non poſſit aſſignare ſimul terminum ſuper
9 diuerſis articulis incompatibilibus: † tñ uno & eodem actu põt aſſignare terminum ſucceſſiue ad probandum ſuper utriuſq;, ſm Bar. in l. 2. ff. de re iud. per d. Abb. & alios in c. licet cauſam. de proba. ita in caſu noſtro, licet iſta uidenẽ incompatibilia citare partem ad reuocationem ſuſpenſionis & tali reuocatione non facta citare ad audiendum ſniam: tñ ualuit citatio ſucceſſiue facta ad utrunq;
10 actum: quia † uerba iudicis regulantur ſm mentem eius, quæ pſumitur eſſe talis qualis eſſe debet, idõ magis inhęremus menti q̃ cortici uerborum ſm Bal. in l. 1. C. de neg. geſt. faciunt no. in c. in his. de uerb. ſig. Sicut etiam uide-
11 mus † ꝙ licet fideiuſſor non poſſit ſe obligare niſi præcedente obligatione principalis debitoris, tñ ualet fideiuſſio ſi fideiuſſor prius promittat q̃ principalis, & eſt ꝓpria fideiuſsio, quia vr̃ collata in tps ſuæ naturæ conueniens. ſ. poſtquam principalis fuerit obligatus. inſti. de fideiuſ. §. fideiuſſor. no. gl. in l. ſi uero non remunerandi. §. ſi poſt creditam. ff. manda. ita hic citatio ad audiendum ſniam vr̃ collata in tps reuocatæ ſuſpenſionis, & non attendiẽ ꝙ ante huiuſmodi reuocationem facta fuerit quia vr̃ facta in tempus ſuę naturę conueniens & maxime propter illud uerbum ſucceſsiue. Sic etiam † in libello poteſt cu-
12 mulari uia ordinaria & executiua ſucceſsiue, ut pꝫ ex his quæ no. Bar. in l. 2. §. prius. ff. de uulg. & pup. & in l. 1. C. de execu. rei iud. Bal. in l. edita. in repe. P. in 24. col. C. de eden. & in l. conuenticulam. in 4. col. C. de epiſc. & cler. & in auth. dos data. ad fi. de dona. ante nup. Facit tex. in l. ſi
13 res. C. de ord. cog. per quem dicit Bal. ibi in fi. † ꝙ libellus implicitus & impoſsibilis procedit in his in quibus eſt datus certus ordo procedendi a iure quia tunc ſm illum ordinem diuiditur & ordinatur, ita & in propoſito nr̃o citatio diuiditur: quaſi una ſit facta ad uidẽdum reuocari ſuſpenſionem, & ea reuocata alia vr̃ facta ad audiendum ſniam. & pondero tex in d. l. ſi res. ibi, tunc demum damni dari &c. & tamen tunc libellus ſuſtinetur ſm ordinem a iure datum ut ibi. Facit quod dicit Bar. in l. quidam cõſulebat. ff. de re iud. dum loquitur de pluri b. exceptionib. contrarijs eodem tempore appoſitis. ¶ Præterea ad idẽ
14 facit quia † tempore feriato ſuſpenſa eſt iuriſdictio iudicis ſeu eius exercitium. l. omnes. & l. actus. C. de fer. l. j. ff.
15 eo. tit. & tamen † conſuetudo indiſtincte admittit ꝙ quis poſsit citari die feriata etiam in honorem dei, pro alia die non feriata. ita dicunt Iac. de Are. & Oldr. in l. 1. §. nũciatio. ff. de oper. noui nun. Dy. & Alber. in l. dies feſtos. C. de ferijs. Io. And. in c. fi. extra eo. ti. Bar. in tract. ſuo de cita. in 7. q. ubi dicit, ꝙ ita ſeruat ſtylus Romæ curiæ. Ita ergo potuit ſtylus palatij noſtri introducere ꝙ ſuſpenſa iuriſdictione poſſit iudex citare partem ad tempus quo d. ſuſpenſio erit reuocata potiſsime citando ſucceſsiue: ut ſupra dictum eſt.

¶ Et ita dico & conſulo ego Ioannes Campegius V. I. doc. in quorum fidem me propria manu ſubſcripſi & ſolito ſigillo meo ſigillaui, ſemper ſaniori conſilio.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ineptus uenit reijciendus.*
2 *Exceptio ineptitudinis libelli quandocunque opponi poteſt.*
3 *Sententia lata ſuper inepto libello nullius eſt momenti.*
4 *Libellus in quo plus petitur uenit annullandus.*
5 *Supplementum legitimæ, ſignat partem quæ ſuppletur, non autem actum ſupplendi.*
6 *Rei appellatione pars proprie continetur, quando res affirmatiue profertur.*
7 *Petens fundum in libello, licet tantum probet de parte, tamen in parte illa debet obtinere, & libellus eſt ualidus.*
8 *Libelli largiſsime interpretantur, & uerba ad illorum ſuſtentationem impropriantur.*
9 *Verbum unum, exponitur pro alio penitus difformi & non conuenienti, ut uerbum mutuo pro comodo, ut ſaluetur libellus.*
10 *Ad totam legitimam agitur uno remedio, & alio ad ſupplementum.*
11 *Clauſula, et alijs remedijs opportunis, &c. operatur ut libellans non uideatur ſe reſtrinxiſſe ad actionem, immo cenſeatur intentaſſe remedium magis aptum.*
12 *Verba, quoquo modo, &c. ſunt prægnantia, & continẽt omne remedium & officium iudicis.*
13 *Verba generalia libelli quæ non poſſunt referri niſi ad unum, dicuntur proprie illud exprimere.*
14 *Libellus affirmatiuus non reijcitur, quando alternatiua eſt inter ſpeciem & genus.*
15 *Libellus incertus ſuſtinetur, quando ex narratione facti uel proceſſu, colligitur certitudo.*
16 *Libellus quando fuit propoſitus in uim qualiſqualis petitionis, non conſideratur prout de iure ciuili, ſed ſecundum merum ius gentium & æquitatem naturalem.*
17 *Clauſula, omni meliori modo, & clauſula, petens iuſtitiam ſibi miniſtrari, operatur ut illud quod expreſſe non eſt petitum, ueniat ut ſaluetur libellus.*
18 *Clauſula, omni meliori modo, &c. facit quod ſemper dicitur intentatum remedium aptum & neceſſarium.*
19 *Item ad ſuſtinendum libellum multum operatur.*
20 *Verba hæc, de facto & de iure, faciunt ut ſit data poteſtas iudicandi ex cauſa in libello non deducta.*
21 *Libellus ineptus coram iudicibus caſtrorum regulariter procedit.*
22 *Clauſula hæc, uel ultra & citra, prout liquidari contigerit, libello inſerta, facit ceſſare diſpoſitionem. §. ſi quis agens. inſtitu. de actio.*
23 *Legitima de bonis hæreditarijs tantum ſolui debet.*
24 *Valor rerum hæreditarium ſi fuerit auctus, tendit ad commodum eius cui debetur legitima.*
25 *Legitima ex quibus bonis hæreditarijs ſolui debeat, eſt in iudicis electione.*
26 *Fructus legitimæ debitæ in bonis hæreditarijs, filio debentur.*

RESPONSVM LXXIX.

¶ An libellus in quo quis petit legitimam, cum debeat petere ſupplementũ, ſit ineptus: & qualiter ſuſtineaẽ libellus: &

lus:& an pro legitima æſtimatio ſolui poſſit:& in ſoluen-
da legitima in bonis hæreditarijs cuius ſit electio : & an
fructus legitimæ debeantur filijs.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Circa
primum de quo ſum requiſitus,an libellus in
quo præſens actor agebat ad legitimam , cũ
debebat agere ad ſupplementum legitimæ ſit
nullus , ſeu a iudice tanquam inualidus pronunciari ſeu
reijci debeat,in qua cauſa cum ſit ſatis clara, & non ma-
gni ponderis breuibus me abſoluam : & licèt uide-
batur prima fronte libellum debere reijci tanq̃ ineptum;
cum aliud ſit legitima,aliud ſupplementum legitimæ,&
1 libellus ineptus † reijciendus eſt.l.qui habet.de inſtitu.
2 cum ſimi.adeo ꝙ†exceptio inepti libelli quandocunque
poteſt opponi,etiam poſt ſententiam : ſm Bal. poſt Iac.
But.in l.licèt.C.de procu.coln.antep.& in l.2.C. de for-
3 mul.& in l.exceptiones.C.de proba.adeo ꝙ ſi† ſententia
eſſet lata pro eo nullius momenti eſt : gl.inſtit. de oblig.
in prin.& per Bal.in l.actori.C.de reb. credi. in c.exami-
nata.extra de iudicijs.¶Secundo uidebatur id confirma
ri poſſe:quia legitima nulli dubium eſt continet plus quã
ſupplementum legitimæ , ut patet ad ſenſum : ergo iſte
4 formando libellum dicitur plus petere,quo caſu†annul-
landus eſt talis libellus.l.1.C.de petitio.§.ſi quis agens.
inſti.de actio.in prin.& ibi plene notatur, ubi nedum li-
bellus repellitur,ſed punitur.¶Veruntamen melius cõ-
ſiderando dico hunc libellum non eſſe annullandum,ſed
ualidum pronunciari debere.Et primo conſidero ſupple
mentum legitimæ eſſe partem legitimæ, ut patet ad ſen-
ſum,capiendo ſupplementum ut capiunt doctores ꝑ par
5 te quæ ſuppletur,non pro actu†ſupplendi: iuxta tex.in l.
quæ nuper.C.de inof.teſta.ibi tantum quantum deeſt le-
6 gitimę ſuppleatur.Sed appellatione rei proprie†pars cõ
tinetur quando res affirmatiue profertur : ſm Bar.Alex.
Arc.Iaſ.& communiter doct.in l.1.§.ſi ſtipulanti.de uer.
obl.quod procedit ſiue loquamur in quantitate ac re cõ
tinua,ſiue diſcreta:& ideo appellatione dimidię contine
tur quarta proprie.l.qui quartam.& ibi Bar.& Raph.Cu
ma.de leg.1.ex quo infertur,ꝙ iſte petendo legitimam ,
non ſolum integram legitimam ſed quamlibet partem
legitimæ dicitur proprie petere & ſic dicitur proprie pe
tere ſupplementum legitimæ,quæ eſt pars diſcreta legiti
mæ:& iſtud etiam procedit in ſententia.l. ſi quis cum to
tum.de excep.rei iudi.& ibi no.licèt ſententia ſit ſtrictiſ-
ſimi iuris.l.1.C.ſi plures una ſenten.
¶Et ꝙ in libello hoc admittatur,eſt gl.in l.1.C.ſi aduer.
7 rem iudi.& ibi no.Bar.ꝙ qui petit fundum, † licèt tantũ
probet de parte:tamen in parte illa debet obtinere quia
illam dicitur petijſſe,& libellus ualidus eſt: idem Bar. in
l.qui uas.in prin.de furtis.Bar.& omnes doct.in l. ſi con
ſtante.§.fi.ſol.mat.Alex.Pau.de Caſt.Iaſ.& nouiſsimi in
l.quidam æſtimauerunt.per illum tex.ff.ſi cer. pet.
¶Id quoque confirmatur,quoniam quantuncunque ap
pellatione legitimę non uenit ſupplementũ tanq̃ proprie
pars legitimę(quod nullo pacto concedendum eſt)tamẽ
cum ſumus in libellis debet comprehendi,cum libelli lar
8 giſsime interpretentur,&† uerba improprijſsime capian
tur,ut libelli ſuſtineantur.l.ſed & ſi poſſeſſori.in §.item ſi
iurauero.de iureiu.l.ſi olei.& ibi Bar.loca.per Bar.in l.1.
9 C.de uſufru.adeo ut unum uerbum†contra ſuam ſignifi
cationem exponitur pro alio penitus diſformi & non cõ
uenienti:& uerbum mutuo,exponitur pro commodo,ut
ſaluetur libellus:ſecundum Bal.per illum tex.in l.2.C.de
his qui ex publicis rationibus.lib.11.& per Imo.in c.ex
literis.de pign.& hic multa poſſent accumulari:de quib.
per mod.in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. de
iureiur.& per Soci.in conſi.146.Viſo proceſſu.uol.1.ergo
multomagis in caſu noſtro , cum uerba proprie poſſint
10 intelligi,& ſi dicatur ad totam legitimam agi uno†reme
dio,ad ſupplementum alio,ſcilicet conditione ex l. om-
nimodo.C.de inoff.teſtam.ut ibi Iaſ.& alios.ergo.&c.re-
ſpondetur in hoc libello non fuiſſe expreſſum nomen a-
11 ctionis,ſed fuit dictum † remedijs opportunis , & omni
meliori modo &c.adeo ꝙ non ſe reſtrinxit ad actionem,
& uideatur intentatum remedium aptum: ut per omnes
& plene per Fel.in c.examinata.de iudi. ¶Item conſide-
ro dato & non conceſſo hæc non procedere poſſe , & ha-
bere difficultatem de iure:tamẽ in caſu noſtro de plano
procedũt abſque difficultate, cum libello de quo agitur
dicit & petit ſibi dari omnia iura,& bona , quæ ſpectant
& pertinent ad ipſum ex dicta hæreditate , uigore dictæ
legitimæ,uel alio quoquomodo ſibi competenti, ſiue eo
rum ꝑtium,& ualorem &c.ponderandum eſt,ꝙ non ſe re
ſtrinxit ad debitum uigore legitimę : ſed ultra procedit,
& dicit alio quoq; modo ſibi competenti,ſed ſibi compe
tebat debitum & condictio ex lege ad ſupplementum,er
go ad illud debitum,& ad illam actionem uidetur ſe re-
tuliſſe,& illam intentaſſe:nam ea uerba ſunt prægnantia
12 †quoquomodo,& continent omne remedium & officiũ
iudicis:ut no.per moder.in l.2.de iuriſd.omn.iud.in illo
articulo an & ſi ſtatutum faciat mẽtionem de actione ve
niat officium iudicis,ergo ſunt relata ad debitum con-
gruum & ſupplementum legitimæ,& ſic uerba manifeſte
13 & expreſſe hoc continent,cum ſint uerba generalia, † &
non poſſunt referri niſi ad ſupplementum legitimę,ergo
dicuntur proprie illud exprimere.l.2.de libe.& poſth. &
ibi no.omnes:ergo ſumus in claris & ſic non eſt opus di
ſputatione,ac ꝯiecturis.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de
leg.3.l.continuus.§.cum ita.de uer.ob.cum ſimi.& ſi op
ponatur libellus ſaltem ut alternatiuus,ibi uel &c.debet
reijci,quia iſta non procedunt quando alternatiua eſt in
14 ter ſpeciem†& genus,ut hic:quia exponitur uel alio &c.
id eſt alio:iuxta no.per Alex.in conſi.91.Perſpectis. uol.
15 4.& etiam ſi dicatur,tunc eſſet incertus,dico ꝙ ex†nar-
ratione facti,colligitur certitudo , & etiam in proceſſu
cauſæ fuit demonſtratum ꝙ petebatur ſupplementum,
quibus caſibus ſuſtinetur libellus:ut plene no.in §. cura
re.inſtit. de actio. ¶Et præſertim in caſu noſtro libellus
ponderari debet,quia non ſolum fuit propoſitus libel-
16 lus , in uim libelli : ſed in uim qualiſqualis † petitionis,
quo caſu libellus non conſideratur prout de iure ciuili :
ſed ſecundum merum ius gentium,& æquitatem natura
lem & puram,quo ſola intentio, & pura ueritas extat in
conſideratione:ut late per Lanfran.in repetitione. c. q̃m
contra falſam de probat.in uerbo,petitiones.¶Corrobo
ratur iſtud,quia in iſto libello ſunt iſtę clauſulæ , omnia
& ſingula iura,& clauſula omni meliori modo, & clauſu
17 la petens iuſtitiam ſibi miniſtrari:propter†quas clauſu-
las illud quod expreſſe in libello non eſt petitum uenit,&
ſaluatur libellus:iuxta no.in c.2.de ordine cogna. & per
Imo.& doc.in l.ſi cum nullum.de re iud.ponit Soc. in ꝯſ.
128.in fi.Iuſtiſsime iudex.uol.1.ergo & ſi ex alijs uerbis
petitionis non comprehenderetur , & aliter ſuſtineri nõ
poſſet:quod tamen nego ut apparet ex ſupra deductis ,
ex iſtis clauſulis ſuſtineretur:& bene facit quod uoluit A-
lex.in conſi.206.uol.7.num. 3. quod clauſula omni me-
18 liori &c.facit quod ſemper dicitur intentatum † reme-
dium aptum & neceſſarium,ergo & dicit Alex.in conſ.6.
19 uol.3.quod facit†libellum multum ſuſtentabilem . & ꝑ
Fel.& doc.in c.examinata.de iud.& Pau.de Ca.in ꝯſ.163.
¶Et iſta ſine difficultate procedunt in caſu noſtro:quia
fuit actum coram arbitratoribus qui de facto, & de iure
20 &c.per quæ†uerba datur poteſtas iudicandi ex cauſa nõ
deducta in libello:ut uoluit Io.And.in addit. Specu.& in
tit.de ſent.§.qualiter.conſuluit Ant.de But.in conſi. qđ
incipit,Titius.& Soc.in conſi.160.In præſenti cauſa.uol.
2.col.pen.cum infinitis concordan.quæ poſſem tibi ad-
ducere de hac clauſula de facto,non obſtat ꝙ in ſtatuto
ſit cautum,ut illud procedere remittatur ſuis conſcien-
tijs,quia apparet in caſu noſtro ꝙ proceſſerunt de facto
nullo iuris ordine ſeruato:ut conſtat ex proceſſu coram
eis actitato, immo nullo prorſus fuit factus, ſed tantum
eſt proceſſum,& coram amicabili compoſitore.¶Præte
21 rea ibi erant in caſtris,&†coram iudicibus caſtrorum re
gulariter libellus ineptus procedit:ſm Bal.& Salic.in au
then.niſi breuiores.C.de ſenten.Alex.in conſi.203. in pe
nul.col.Viſo proceſſu.ex quibus omnibus apparet mani
feſtiſ-

feſtiſsime libellus iſte fuit ualidus,& licèt fuiſſet ineptus debebat procedere,& non poterat annullari,immo adiuuari:& præſertim cum pro libellante poſtea cauſam terminarunt,& ſic etiam ſecundum ipſos fouebat iuſtitiam & ad adducta in 3̃trium apparet reſponſum:nec etiam obſtat ꝙ continebat plus,quia erant multæ clauſulæ iuſtificatiuę in libello:& præſertim illa ualorem librarum mille uel ultra,& citra prout liquidari contigerit,de quibus
22 in libello de quo agitur,quæ † uerba faciunt ceſſare diſpoſitionem.§.ſi quis agens.de act.ſm Ant.de But. in c. 2.in pen.col.extra de libe.l.oblatio.allegat Spec.& alios ut ibi per eum:& poſt eum plene per moder.in d. c. 2 .cũ ſimi. ¶Circa ſecundum quo quæritur, an legitima debeatur ſolum de bonis hęreditarijs,uel poſsit ſolui in æſtimatione, & breuiter omiſsis argumentis determino
23 † tantum de bonis hæreditarijs ſolui debere: ita gl.Bar. Ang.Bal.& alij in l.Papinianus.§.unde inoff.teſtam. per moder.in l.ſcimus.§.repletionem.de inoff.teſta.per Cor. in conſi.165.Circa primum.uol.1.col.3.& in conſi.165. In hac uidetur.col.fi.uol.3.& idem uoluit Dec. in conſi. 71.col.fi.Are.in conſi.154.Diligenter uiſis.& eſt communis ut per ipſos doct.& dixit Corn.in d.conſi.165. uol.j.
24 ꝙ adeo uerum eſt ꝙ ſi†ualor rerum hæreditariarum fuerit auctus tendit ad commodum ipſius habere debentis legitimam, ex quo patet deciſio caſus noſtri, cum tota quæſtio ſit propter ualorem rerum hæreditariarum auctum.¶Tertio quæritur cuius ſit electio in his rebus hę
25 reditarijs,& breuiter concludo†ꝙ eſt iudicis : ut per Aret.& Dec.in conſilijs ſupra allega. & per Alex. in conſi. penu.uol.4.& moder.in l.filium quem habentem . C. famil.erciſc.¶Quarto quæritur,an ultra legitimam in bo
26 nis hæreditarijs debeantur fructus,& communis† eſt ꝙ ſic : ut per doctor.ſupra allegatos , præſertim Corne. in conſilijs ſupra allegatis:in uol.3.& uolu.primo , & uult Alex.in conſi.149.uolum.2.

Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio ibi non admittitur ubi tres ſententiæ conformes latæ fuere.*
2 *Sententiam paſſus in criminalibus an in expenſis condemnari poſsit alta eſt quæſtio.*
3 *Condemnatus ut contumax,& habitus pro confeſſo,ad nullum intereſſe partis condemnari poteſt.*
4 *Condemnatio in expenſis fieri non poteſt in cauſa criminali. criminaliter intentata.*
5 *Cauſa tunc dicitur criminalis,quando agitur de pęna pecuniaria fiſco applicanda,uel corporali.*
6 *Expenſarum condemnatio ubi petita non fuit , fieri non poteſt.*
7 *Sententia nulla eſt,quæ continet taxationem expenſarum factã nullo præſtito iuramento.*
8 *Notorium illud dicitur quod colligitur ex actis.*
9 *Item illud quod prima facie iure communi eſt tale , licèt poſſet ſubeſſe cauſa propter quam redderetur falſum.*
10 *Exceptio nullitatis contra tres ſententias conformes admittitur quando nullitas eſt euidens,& notoria.*
11 *Item quando eſt euidens iniquitas.*

RESPONSUM. LXXX.

¶An contra tres ſententias conformes admittatur appellatio, & quando earum impediatur executio, & quando ſententia dicatur continere manifeſtum iuris errorem.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi prima facie uidebatur executioni locum fore contra Balthesarem de Sellis , cum ſint contra eum latę tres ſententiæ conformes ſuper executione expenſarum de quibus agitur:quo caſu non
1 eſt amplius†locus appellationi.l.1.ne lice.tertio prouo. nec poteſt dici de nullitate,ſed quamprimum fieri debet executio.clem.1.de re iud.& ibi no.omnes Ioan.de Imo. i l.de pupillo.§.qui opus.de no.ope.nun.per Bal.& alios in d.l.1.ne liceat tertio prouo.cum ſimilibus . ¶Nihilominus rem ipſam accuratius conſiderans,dico nullo pacto ipſas ſententias exequendas eſſe:& primo quia continent expreſſum iuris errorem.quoniam prima ſententia condemnatoria expenſarum ad quarum taxationem , & confirmationem aliæ fuerunt latæ fuit ob contumaciam Balthesaris, & quia contumax habetur pro confeſso: ut
2 in uerbis ipſius ſententiæ expreſſe narratur:ſed in†criminalibus licèt ſit alta quæſtio.an poſsit ſententiam paſſus etiam in expenſis condemnari :ut late per Bal.Bart. Sali. in l.non ignorat.C.de fructi.& lit.expen.per Ioan.de A-
3 na.& Feli.in c.accedens.de accuſ. tamen quando † condemnatur quia contumax , & habetur pro confeſso ad nullum intereſſe partis poteſt condemnari.Bar.in l.cunctos populos.C.de ſum.Trin.& fide catho. ſequitur Iaſ. in l.properandum.§.ſinautem alterutra.col.7.C. de iud. ergo uti continens extenſe manifeſtum iuris errorem,
4 eſt nulla.¶Præterea quando eſt†cauſa criminalis & criminaliter intentata in qua officio iudicis mercenario ueniant expenſę condemnatio in expenſis fieri poteſt : ſm Io.de Ana.& Feli.ex mente aliorum in d. c.accedens . de accuſa.ſed iſta cauſa eſt criminalis & criminaliter inten-
5 tata:ut ex lectione proceſſus euidenter apparet:† cum agitur de pœna pecuniaria applicanda fiſco & corporali: iuxta tex.in l.3.de ſepul.uiola.& in l.in agraria.de termi. moto.ubi plene per Bar.& expenſæ ueniunt officio iudicis mercenario,cum ſint litis,nec per aliquem contractũ promiſſæ:ad plene tradita in l.properandum. §. ſinautẽ alterutra.de iudi. ergo in expenſis condemnatio de iure fieri non potuit:& cum fuit facta ſententia expreſſum cõtinet iuris errorem.¶Accedat quoque quod non fuit petita expenſarum condemnatio, immò nihil de expenſis
6 fuit dictum,cum per inquiſitionem proceſsit : & ubi†expenſarum condemnatio petita non eſt , fieri non poteſt ut per Bal.Bar.& docto.in d.l.properandum.§. ſinautem alterutra.de iud.ergo nulla fuit iſta condemnatio in expenſis,& damnis , & intereſſe : & per conſequens omnes ſententiæ ſuper taxa ſunt nullæ:cum id quod non eſt,uel nullum eſt quod a pari procedit.l.4.§.condemnatum.de re iudi.taxari non poteſt , iuxta illud : non entium nullæ ſunt qualitates.l.eius qui in prouincia,cum ibi plene no. ff.ſi certum peta.¶Alium etiam iuris errorem non prætermittam,ſcilicet hunc bonum iudicem taxaſſe nullo pſtito iureiurando,contra legem expreſſam,in auth.ut iuſ
7 iurandum.C.de iud.cum concord.ſed † ſententia continens expreſſum iuris errorem eſt nulla.ca.1.de ſenten.& re iudica.l.cum prolatis.ff.ſententia & re iudic. quod adeo uerum eſt,ut procedat etiam ſi ſententia lata contra ius in aliquibus caſibus ſaluari poſsit , ſi de illis caſibus nihil dictum eſt.Inno. in c.præterea. de dilationibus per doctores in c.prudentiam.de offi. deleg.per Matheſi.in notabili.20.& plene per Feli.in d.cap.primo, ergo multo magis iſta ſententia eſt nulla:cum non ſolum unum iuris errorem contineat:ſed plures ſupra enumeratos,& ultra nonnullos alios quos breuitatis cã,& uti non neceſſarios prętermitto:iuxta illud tritũ ꝙ no.in auth. de ſan. & uter.fratr.& pſertim cum iſti iuris errores in ipſis uerbis expſſis ſententiæ appareant,& non oculo mentis uirtualiter eliciunt:iuxta plene tradita per Inn.& Sicu. in c. P.& G.ad fi.de off.dele.q uerba expſſa reddunt nullitatẽ
8 notoriam,& euidentem:cum†illud dr notoriũ,ꝙ ex actis colligitur:ut no.per mod.in l.1.in prin.de no.oper.nun. ubi late:& in c.ſignificauerunt.in uerbo,liquere.de teſti. immo dixit Are.in l.in illa.in 7.col.de uer.ob.& in d. c.ſi
9 gnificauerũt.in pe.col.ꝙ†id dr notorium quod prima facie de iure cõmuni eſt tale,licèt poſſet ſubeſſe cã p quã redderetur falſum:allegat.c.ad decimas.de teſti.ſpol. in 6.ergo abſq; difficultate aliqua iſtæ ſententiæ ſunt nullæ & nullitas eſt euidens & notoria:& per ons non debent exequi:cum ſententiæ nullæ non ſunt exequendę ut ſtatim dicã,hoc primo deducto,ad quod rogo animaduertere

tere dñm iudicem, & facillime ſibi apparebit de agentis calũnia:& euidẽti iure d.Balthеſaris, nonne illę notarius imputatuș de falſo teſtõ, fuit liberatus ꝑ eundẽ iudicem, ꝑꝑ cuius falſitatem fuit ꝯdemnatus ab eodẽ iudice dictꝰ Balthеſar, tanq̃ fabricari faciẽs falſum teſtm̃? ſi igĩ liberatus eſt notarius ex eo quia teſtm̃ qđ fecit non eſt falſum: nec in eo falſitas aliqua adeſt: nec eſt culpabilis,& indicia ꝯ eum ſunt purgata, ut utar iudicantis uerbo, impoſsibile eſt ꝙ Balthеſar, & ſi millies rogauerit notarium ut fabricaret teſtm̃ ſimpꝉr, prout in actis dr̃, ꝙ procurauerit falſum: cum teſtm̃ non ſit falſum, & ex hoc ſequitur notoria nullitas & iniquitas ſententiæ prolatæ ꝯ Baltheſarem, uti procurantem cũ effectu notarium fabricare falſum teſtm̃ ex quo procurauerit illud teſtm̃ fieri, cum illẽmet iudex declarauerit eum notarium non fabricaſſe falſum teſtamentũ, ut pꝫ ex ſe. nam ſublato falſo, nec agens & procurans falſum cum effectu poſſunt conſiderari, cum qualitates ceſſant, ubi deficit ſubſtantia. l. 2. de uſufru. & ſimpliciter ut eſt procurarunt: & cũ ꝑꝑ effectum fuit condẽnatus, qui non adfuit, ex alia qualitate condemnatio ſaluari non poteſt: ſm̃ Io. And. in rubr. de homi. & quia alia qualitas tranſſubſtantiauit delictum. l. denunciaſſe. §. qđ tñ. de adulterijs. ¶Et ex his apparet rñſum ad id quod dicebatur ꝯ tres ſententias ꝯformes, non admitti exceptionem nullitatis, & executionẽ non impediri, non ꝓcedere
10 † qñ nullitas eſt euidens & notoria ut fuit in hoc caſu: ita Bal. in d. l. j. ne liceat tertio prouo. & per Imol. in d. l. de pupillo. §. q opus. de noui oper. nunc. & Oldr. in conſi. 108. Abb. in conſi. cl. & plene no. in d. cle. 1. de ſent. & re iud. &
11 † idem ubi eſt euidens iniquitas: ut ꝑ doct. præſertim ꝑ Feli. qui allegat infinitos in c. inter cęteras. de ſen. & re iudi. per Cur. in l. ſub ꝑ̃textu. de tranſa. ſed hic eſt nullitas. & iniquitas: ergo legitima executio fieri nõ põt, & ſcio à doctiſsimo iudice nullo pacto admittendam eſſe, cum tramites iuris optime calleat: puto etiam ſi prius accerſitus fuiſſem, ita ſupra caput illius boni iudicis clamaſſem, ut ueritatem ſaltem audiuiſſet, ad inſtar ſurdi ex accidenti, ſi Celſo Iubentio credimus: cuius ſñiam recepit Iuſtinianus in l. diſertis. C. qui teſta. face. poſſ. qua intellecta has euidentiſsimas nullitates comprobare erubuiſſet.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Grauamen impoſitum alicui a teſtatore non ualet quando nihil ei legauit.*
2 *Interpretatio ſemper fit ut actus ualeat.*
3 *Legatum præſumitur, quamuis nullo modo fuerit factum, ut grauamen iniunctum à teſtatore ualeat.*
4 *Res quæ aliquo modo ualet facilius inducitur ut alio modo ualeat, quàm res quæ non eſt in eſſe deducatur.*
5 *Legata propter benemerita & obſequia fieri ſolent.*
6 *Teſtator legans ei cui aliquid oneris iniunxerat, in recompenſationem iniuncti oneris legaſſe uidetur.*
7 *Facta immediate ex cauſa & contemplatione præcedentium facta cenſentur.*
8 *Copula &, appoſita duobus copulatis operatur ut unum non poſſit eſſe ſine alio.*
9 *Relatiuum cui, refert perſonam cum qualitatibus ſibi annexis.*
10 *Legatum interpretatur factum fuiſſe eo modo quo fieri ſolet.*
11 *Relatiuum quibus, iunctum uerbo futuri temporis importat conditionem.*
12 *Paria ſunt aliquid exprimi per ſe uel per relationem ad aliud.*
13 *Dictio prout, ſtat declaratiue, & reſtrictiue.*
14 *Clauſula generalis in fine appoſita ad omnia præcedentia referri debet.*
15 *Relatio ad proximiora fieri debet.*
16 *Verba & ſi ſint correctoria, nihilominus iuxta eorum proprietatem generaliter intelliguntur.*
17 *Mutatio uoluntatis teſtatoris non præſumitur.*
18 *Voluntas teſtantis ut dominetur ſufficit quòd per coniecturas appareat.*
19 *Qualitates requiſitæ in aliquo facto, à teſtatore ſunt indiuiduæ à facto, ex ipſius uoluntate.*
20 *Actus celebratus per legatarium ſine qualitatibus requiſitis à teſtatore nullius eſt momenti.*
21 *Legatum habens tempus præfinitum, non obſtantibus uerbis ſingulis annis, dicitur unicum.*
22 *Onus iniunctum legatario, quando eſt limitatum ad tempus dicitur unicum ratione uoluntatis.*
23 *Præceptum teſtatoris ad unguem obſeruari debet.*
24 *Legatarius agnoſcens legatum onus quoque legato iniunctum agnouiſſe cenſetur, ac ſe ad illud ſubeundum obligaſſe.*
25 *Verbum debeat denotat neceſsitatem.*
26 *Dictio donec, limitat & reſtringit diſpoſitionem cum perſeuerantia uſque ad tempus cui eſt adiecta.*
27 *Geminatio uerbi enixam & præciſam mentem diſponentis demonſtrat.*
28 *Præceptum teſtatoris quod habet cauſam ſucceſsiuam & tractum in futurum per aliquos actus obedientiæ uel implementi non adimpletur.*
29 *Legatarius non adimplens in totum onus ſibi impoſitum à teſtatore, ſed tantum pro parte, amittit totum legatum nec partem habere poteſt.*
30 *Legatum eſt unum licèt plures annos contineat quando habet tempus præfinitum, maxime quando habet unicum onus adiectum reſpiciens omnes actus.*
31 *Teſtes duo faciunt plenam probationem.*
32 *Teſtes affirmantes negantibus præferri debent.*
33 *Teſtes digniores alijs præferuntur.*
34 *Familiares & ſalariati teſtes nullum penitus indicium faciunt.*
35 *Fama facit ſaltim ſemiplenam probationem.*
36 *Teſtes deponentes ſuper negatiua coartata tempore & loco optime probant.*
37 *Notorium ſufficit allegari.*
38 *Duabus etiam neceſſarijs rebus, credendum non eſt quenquam ſufficere poſſe.*
39 *Inſtrumenta publica pleniſsime probant.*
40 *Secreta pandens non dicitur fideliter ſeruire, immo tanquam infidelis feudo priuari poteſt.*
41 *Pandens ſecreta iniuriarum actione conueniri poteſt.*
42 *Fraudes quæ ſecreto fiunt, & de facili probari non poſſunt, per coniecturas ſufficienter probari dicuntur.*
43 *Vſura cum fiat clam ſolis præſumptionibus & argumentis probari poteſt.*
44 *Fraus facilius præſumitur ex qualitate perſonæ.*
45 *Reſponſio interrogationi conformis eſſe debet.*
46 *Confeſsio facta parte præſente & interrogante optime probat contra confitentem.*
47 *Confeſsio quæ nulla erat propter geminationem conualidatur.*
48 *Depoſitio teſtis facta ſuper eo quod aſſerit ſe ignorare nullius eſt momenti.*
49 *Verbum ſæpius, in tribus uicibus uerificari poteſt.*
50 *Inimicus teſtis repelli debet.*
51 *Teſtis de peritia alterius in arte quam penitus ignorat deponere non poteſt.*
52 *Teſtis in ratione ſui dicti deponens ſe habere aliquem pro bono uiro nihil concludit.*
53 *Deponens uidiſſe aliquem ſolicitum tempore quo ab eo aliquid emebat neceſſario non concludit illum ſemper debitis horis & temporibus fuiſſe ſolicitum.*
54 *Teſtis amiciſsimus repellitur cum non careat ſuſpicione.*
55 *Teſti ſuſpectiſsimo, non probanti neceſſario, & falſa uel ſaltem non ueriſimilia deponenti, nihil eſt credendum.*
56 *Maior numerus teſtium præfertur minori.*
57 *Duplicationes & exceptiones ſunt reorum.*
58 *Teſtes deponentes pro reo, data paritate, teſtibus actoris ſunt præferendi.*
59 *Teſti non contradicens uidetur illum approbare, ita ut teſtis qui aliàs non faceret indicium, contra tacentem faciat plenam probationem.*
60 *Teſtes deponentes in ſpecie & indiuiduo, teſtibus deponentibus in genere præferri debent.*
61 *Teſtes melius informati ræ pſumptione legis alijs præferuntur.*
62 *Teſtes dicentes cognita iuris præſumptione, dicentibus non ita cognita*

gnita ſunt anteponendi.

63 *Plures probationes præferuntur uni.*

64 *Agentis factum, ipſo melius, nemo ſcire poteſt.*

65 *Teſtes domeſtici & familiares admittuntur, in his quæ facilius per domeſticos & familiares ſciri poſſunt.*

66 *Domeſticorum & familiarium teſtimonium admittitur quando eis non fuit oppoſitum, dum recipiebantur ad examinandū.*

67 *Teſtes ſemel approbati niſi noua cauſa ſuperueniente, amplius reprobari non poſſunt.*

68 *Teſtes affirmantes non præferuntur, quando negatiua ita cadit in ſenſu ſicut affirmatiua.*

69 *Perſonis capitularibus deponentibus negatiue de aliquo actu qui ſolet fieri in capitulo creditur.*

70 *Teſtes digniores non præferuntur, quando contra reum deponunt.*

71 *Fama non probat, neque officit, quando non eſt probata eo modo quo probari debet.*

72 *Contraueniens uoluntati teſtatoris etiam in iudicio, uirtute teſtamenti ſibi debitum legatum petere non poteſt.*

73 *Legatarius grauatus ex uoluntate teſtatoris ad aliquid dandū uel faciendum, licèt teſtator non rogauerit ut cautionem præſtet, tamen tacite ex legis diſpoſitione poterit compelli ad cautiõdum de dando uel faciendo, perinde & ac ſi ad id teneretur ex expreſſa teſtatoris diſpoſitione.*

74 *Demonſtratio non eſt diſpoſitio, ſed qualitas ad diſpoſitionem.*

75 *Cauſa dicitur de præterito.*

76 *Emolumentum relictum ſub conditione quis conſequi non poteſt, niſi prius formaliter adimpleuerit conditionem.*

77 *Modus in dubio potius iudicatur quàm conditio.*

78 *Legatarius, quando onus ſibi iniunctum ſtat modaliter, cautionē de modo adimplendo indiſtincte præſtare tenetur.*

79 *Natura conditionis eſt, ut prius perfecte adimpleatur, quàm ut eius occaſione aliquis quidquam conſequi poſſit.*

80 *Minores & ſi ceſſauerint per aliquod tempus petere ſibi debitam cautionem ab aliquo interponi, nihilominus ueniunt reſtituendi.*

RESPONSVM LXXXI.

¶An legatarius poſſit diuidere onus ſibi iniunctum à teſtatore, & partem legati conſequi: & quomodo probeē legatarium cõtraueniſſe præcepto teſtatoris, adeo ut poſſit priuari legato: & quando legatarius teneatur cauere, de adimplendo onere ſibi iniuncto à teſtatore, ubi multa in materia teſtium.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſo legato facto Baldaſari cū onere de quo in eo, ac diligenter conſiderato, de tribus contingit dubitari. Et primo, an teneatur ſtare in apotheca & fideliter ac ſolicite ſeruire quouſque quilibet hæredum compleuerit .xxv. annum, uel an poſſit diſcedere in fine cuiuslibet anni. Secundo, an propter aliqua q̃ ei obijciuntur priuari debeat dicto legato. Tertio, an caſu quo hæredes uelint ꝙ duret & permaneat in apotheca teneatur præſtare cautionem de ſtãdo in d. apotheca, ac ſolicite & fideliter ſeruiendo uſque ad tempus quo minor hæres compleuerit .xxv. annum. ¶Pro reſolutione præſuppono legatum relictum Baldaſari fuiſſe factū ex cauſa grauaminis præcedentis, & ut onus ſibi iniunctū per teſtatorem de morando in apotheca & ſolicite & fideliter ſeruiendo donec & quouſq; quilibet hæredum compleuerit .xxv. annum effectum habeat: ita ꝙ uoluntas teſtantis fuit ut non habeat legatum niſi grauamina ſibi impoſita exequatur, quod probatur multipliciter. Et primo, ratione neceſſariæ diſpoſitionis ad ualiditatē grauaminis: nã
1 grauamen † impoſitum à teſtatore non ualuiſſet niſi ei legaſſet: quia quem non honoro grauare non poſſum. l. ab eo. C. de fideicom. l. cum quidam. l. non amplius. de leg. 1. ergo ut grauamen ualeret legauit grauato: nam ſemper
2 fit interpretatio ut actus † ualeat. l. quoties. de uerb. obli. & ut quis eligat uiam per quam actus ualeat. l. 3. de mili. teſta. & iſta interpretatio omnibus præfertur ut per Dec. in l. in contrahenda. de reg. iur. & in fortioribus terminis eſt tex. in l. denique. §. interdum. de pec. leg. per quem ita not. Are. & alij in l. centurio. de vulg. & pup. ubi probatur ꝙ in caſu quo nullo modo legatum factum eſt, præſumitē
3 † legatum ut grauamen iniunctum à teſtatore ualeat, ergo quanto fortius qñ legatum eſt factum grauato præſu-
4 mitur factum ut grauamen exequatur, cum res † quæ aliquo modo ualet facilius inducitur ut alio modo ualeat q̃ res quæ non eſt in eſſe deducatur: ut per Bar. in l. de pupillo. §. ſeruo. de no. oper. nunc. ¶Comprobatur ex natura
5 legatorum, quæ ſolent fieri ꝑ obſequia & † benemerita. l. nec adiecit. pro ſoc. cum vulgaribus. & cum appareat de obſequijs & laboribus impoſitis nemo eſt qui non præſumat ꝑ illos labores legaſſe cum quando de illis non conſtat lex ꝑ eos præſumit legatum eſſe. Suadetur ex ſolita natura & qualitate oneris ac perſonæ: nam cum ei præcepit ꝙ uti mercenarius ſeruiret in apotheca, & huiuſmodi perſonis ſolent mercedes ſuorum laborum ſolui legãdo
6 ei uidetur † legaſſe in recompenſationem oneris, ut uidẽs ſe remunerandū fore libentiſsime onus acciperet, & ita legauit ut ſeruiret, adeo ut ſi non ſeruiret legatum non debeat habere, ſicut & mercedem non habent mercenarij ſi ſeruitia non præſtiterint: nam ſm ſubiectam materiam & conditionem perſonę uerba teſtatoris intelliguntur. l. plenum. §. equitij. de uſu & hab. ¶Confirmatur ex uicinitate ſcripturæ, nam immediate & incontinenti poſt graua-
7 men impoſitū legat grauato: & ea quę immediate † fiunt uidentur facta ex cauſa & contemplatione præcedentiū: arg. eorum quæ ponit Bar. in l. ſi uentri. §. in bonis. de priuil. cred. Bar. in l. poſt ꝯtum. de donat. col. 4. per Dec. & mod. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ubi plura. col. v. ſi cer. pe. Verba quoque legati id apertiſsime oſtendunt: nã
8 copula &, appoſita in principio legati, cū copulat † grauamen cum legato ita ꝙ unum non ſit ſine alio, ad not. in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. ¶Item repetit oẽs qualitates præcedentes in ſequentes. l. Seia. §. caio. de fun. inſtruc. ergo in legato repetit præceptum ſeruiẽdi, ita qđ
9 legat ut ſeruiat, uel ſi ſeruiuerit & grauamen adimpleuerit. Adeſt etiam † relatiuum cui, quod refert perſonam cū qualitatibus ſibi annexis: ad abundanter tradita in l. 1. C. de ſenten. pro eo quod intereſt, ergo &c.
10 ¶Præterea ita ſolitum eſt † legari: ad not. in l. quibus diebus. §. termilius. de condi. & demon. bene facit tex. in l. j. C. de his qui pęne nom. ibi, licere teſtanti pro imprimenda ſua uoluntate &c. ſed argũ. à ſolitis ualet: ut in l. certi condictio. §. ſi nũmos. ſi cer. pet. cũ vul. ergo &c. Id ẽt aptiſsime ex legato ipſo oſtendit, nam relinqt ſextam partẽ omnium lucrorum fiendorum ſingulis annis, quibus ut ſ̃
11 ſteterit in dicta apotheca & exercitio &c. ¶Põdero † relatiuū qbus qđ eſt iunctū uerbo futuri tpis ſteterit quo caſu importat ꝯditionem. l. nuper. in uerſi. ſi. de leg. 3. per Bart. in l. 1. de ꝯdi. & demon. cum concor. quod procedit ẽt ſi iungaẽ uerbo ſubiunctiui modi: vt ꝑ glo. in l. cū tale. §. ſi. in uerbo, dixerunt. in ſi. de ꝯd. & demon. ꝑ Iaſ. in l. Stichū. de leg. j. col. 2. uer. v. ergo relinquit expreſſe ſub ꝯditione ſi grauamen adimpleuerit, & aduertendū eſt ꝙ non ſimplr legauit quatenus ſteterit & gubernauerit ſed cum hac adiectione, vt ſupra ſed ſupra dixit, ꝙ deberet ſtare in apotheca donec & quouſq; qlibet hæredū ꝯpleuerit. 25. annū: & ita legauit ſub ꝯditione ſi ſteterit quouſq; ultimus ꝯpleuerit .xxv. annū: cū ſe refert ad ſtatū & ſeruitiū,
12 de quo ſupra & ita fuit ſupradictū, & paria ſunt † aliqd exprimere ꝑ ſe uel ꝑ relationē ad aliud: auth. ſi qs in aliquo. C. de eden. ubi infinita accumulantur per Dec. Curt.
13 & cõiter doct. & dictio prout, † ſtat declaratiue & reſpectiue: ut per Bar. in tit. ad reprimendū. in uerbo, prout, & per doc. in l. edita. C. de edendo. & ita reſtringit conditionē ſtandi uſque ad illud tempus qđ ſ̃ nominauit, nec põt dici ꝙ illa uerba, ut ſupra referantur ad alia & non ad tẽpus morandi, qa cum illa clauſula, ut ſupra ſit generalis,
14 & in fine poſita, debet referri ad oĩa † præcedẽtia. l. talis ſcriptura. de leg. j. c. ſecũdo reqris. de app. cũ ibi no. & ma
15 xime quia taxatio tpis eſt proximior in ſcriptura: † & relatio & ſi ad omnia non poſſet fieri, qđ tamen negatur, ad proximiora fieri debet. l. ſi idem cum eodem. de iur. omn.
iudic.

iud.cum ſimil. & quia ſi aliàs in legato dum fit mẽtio de
morando in apotheca non intelligeretur pro tanto tpe,
quo ẽ dixit, uerba, ut ẽ uiolarentur, quod eſſe nõ debet, cũ
16 uerba intelligantur generaliter † iuxta eorum proprieta
tem etiam ſi ſint correctoria.gl.in c.ꝯ Chriſtianos. de hæ-
re.in 6.Alex.in auth.ex teſtamento.C.de collationib.
17 ¶Item teſtator mutaret † uoluntatẽ quod non p̄ſumit.
l.cum tacitum.de proba.c.maiores.de baptiſ. & eſt text.
in ult.uoluntate in l.Lucius.la j.de leg.2.& late conſuluit
Dec.in cõſ.cxc.col.pe. & quod magis abſurdum eſt in ea-
dẽ ſcriptura immediate ſe ſtatim corrigeret quod non p̄-
ſumitur.l.nam ad ea.de ꝯdi.& demon.cum ſimi.ergo &c.
& ita tam ex uerbis teſtamẽti q̃ ex coniecturis ẽ deductis
liqdiſsime apparet ꝙ teſtator legauit gratia grauaminis
ſupra facti, & ut legatarius adimpleat grauamen, cũ om-
nibus ſuis qualitatibus ſi legatum conſequi uelit, qđ ali-
ter non corroboro, cũ ex ſupradictis ſatis liqueat de uo-
luntate teſtantis, & ſumus in legatis, in quibus uoluntas
teſtantis ut regina prædominatur. l.in conditionibus pri
18 mum locum.de condi.& demon. & ſufficit † ꝙ per conie
cturas appareat.l.uoluntatis.l.cum uirum. C.de fideicõ.
l.cum proponeret.in fi.de leg.2.& dicit Bal. in l.qm indi
gnum.de teſt.& in l.fi.col.pe. C. de impub. & alijs ſub. ꝙ
ex coniectura à uerbis receditur, & hic non ſolum plures
coniecturæ probabiles & neceſſariæ concurrunt, ſed uer-
ba ipſa expreſſe id oſtendunt. ¶Scđo p̄ſuppono ꝙ præce
ptum cõtinet ſeruire hæredibus in exercitio aromatariæ,
cum his qualitatibus.ſ. fideliter, ſolicite, donec & quouſ-
que quilibet heredũ compleuerit.xxv.annum ſuæ ætatis:
19 quæ † qualitates ſunt indiuiduæ à facto ex uoluntate te-
ſtatoris:ut no.Bar.in l.Aurelius.de lib.leg.& utrunq; de-
bet probari.l.itẽ apud.§.ſi igitur.de iniur. adeo ꝙ ſi quali
tates non interueniant per implere debentem actus eſt
20 †.nullius momenti:gl.in uerbo, corporaliter.de elect.nec
diſpoſitio habet effectũ.Bar.in l.1.§.quod aũt ait pretor.
ne quid iu fl.publi.Io.And.in ca. 1.de homic. in 6. Pet.de
Anch.in conſ.271.Dec.in l.fi.in 13.col.C.de edic.diui.ha
dria.tol.cum ſimil.ergo oẽs qualitates illas appoſitas in
præcepto de ſeruiendo uti neceſſarias ad actũ, immo in-
diuiduas legatarius cogitur adimplere, ac ſe adimpleuiſ-
ſe,& adimplere, probare. ¶Tertio præſuppono ꝙ legatũ
eſt unũ, licèt in eo dicatur ſextam partem lucrorum fien-
dorum ſingulis annis:quia illud uerbũ ſingulis annis, re-
ſpicit factum.ſ.fiendorum, & eſt appoſitũ, ut demonſtret
lucrum cuius temporis ſit legatum, non autẽ ut legatum
diuidatur ſm̃ numerum annorum, nec hoc caſu loquitur.
l.ſi in ſingulos.cum concord.de annu.leg. ſi recte conſide
21 retur. ¶Item cum † habet præfinitum tempus.ſ.quouſq;
minor &c. non obſtantibus uerbis ſingulis annis dr̃ uni-
cum.l.ſi cum præfinitione.qñ dies leg.ced. & ibi Barto.&
oẽs,& dato ꝙ eſſent plura legata, tñ cũ onus ſit unicũ li-
22 mitatum † ad tẽpus, qđ ratione uolũtatis dr̃ indiuiduũ:
ad not.in l.grege.§.illud. de fideiuſſ.cũ præceptum teſta-
23 toris † ad vnguẽ obſeruandum eſt:ut no.in l.1.de his qui
pene no. iudicatur ut unicum legatum quo ad hoc ut nõ
poſsit partẽ oneris ſubire & partem legati, uel legatũ v-
nius anni conſequi:ſm̃ Imol.in l.etiam ſi partis. de leg.j.
¶Quarto p̄ſuppono in facto ꝙ agnouit legatũ, & de ma
nu hæredum cepit, cum habuit multa bona ratione ſextæ
partis lucri.d.apothecæ iuxta legatũ, ut ex libris de apo-
theca conſtat. His ſic præſuppoſitis quæ ueriſsima ſunt fa
cilis eſt reſolutio eorum quæ propoſita fuere. ¶Et ad pri
24 mum dico ꝙ ex quo † agnouit legatum onus quoque le-
gato iniunctũ agnouiſſe dr̃, ac ſe ad illud ſubeundũ obli-
gaſſe.c.officij.de teſt.l.& ſi non ſeruus.in prin. ad le. fal.l.
cum ab uno.de leg.2.gl.in uerbo, petitione.in l. Titia cũ
teſtamento.§.qui in uita.de leg.2.& ita conſuluit Alex.in
cõſi.cij.Viſis.col.2.uol.1.Sed onus eſt iniunctum per uer-
25 bum debeat, † qđ denotat neceſsitatẽ.l.creditores. C.de
26 pig.& per dictionẽ donec, † q̃ limitat & reſtringit diſpo
ſitionem cum perſeuerantia uſque ad tempus cui adiecta
eſt:ut not.in l.ambiguitatem.C.de uſufr.ꝑ Bar.in l.1.col.
6.ff.de cond.& demon.ꝑ moder.in l.ſufficit.de condi.in-
de.ergo de neceſsitate habet inſeruire uſque ad tempus
quo minor ꝯpleuerit.xxv.annum.qđ eo magis eſſe debet
cũ de enixa mente teſtantis eſſe uideatur: nam geminate
27 ꝓfert dictionẽ donec, & quouſq; &c.Et ex geminato † uer
bo demonſtratur enixa & præciſa mens diſponentis:ut in
cle.1.in uerb.diœceſanos.de iur.patr.& in l.cũ ſcimus.de
28 agri.& cenſi.cum ſi.Sed qñ præceptum † teſtatoris habet
cauſam ſucceſsiuam & tractum in futurum ꝑ aliquos a-
ctus obedientiæ uel implemẽti non adimpletur, nec ſatiſ-
fit præcepto niſi detur perſeuerãtia uſque ad tp̃s præfixũ
in præcepto:arg.l.inter caſtelanũ.cum ibi no. de arbi. fa-
cit quod dicit Bar.in l.ſicut.§. ſuperuacuum. quib. mod.
pig.uel hypothe.ſol.& ita rñdit Soci. in conſil.173.col.2.
& in conſi.31.uol.1.alleg.no.per Iaco.de Are.& Bald.in
l.ſi Titio.de cond.& demon. & per Bal. in l. qui illicitũ.§.
1.de adulte. cum ſimilib. & merito quia cum præceptum
teſtantis contineat, vt ſtet.in d. apotheca & ſeruiat donec
& quouſque &c, & ſi non ſtat uſque ad illud tempus, non
adimplet in totum, & ſm̃ qđ ei præceptum eſt:ſed quoties
29 legatarius † non adimplet in totũ onus ſibi impoſitũ à
teſtatore, ſed tm̃ in parte amittit in totum legatũ, nec par
tẽ legati hr̃e poteſt:tex.eſt in l.etiam ſi partis. de leg.1.&
ibi not.omnes & allegant concor. qđ procedit ſiue onus
ſit appoſitum per uiam conditionis.l.cui fundus.de ꝯdit.
& demon.ſiue per uiam modi.l.quibus diebus. §. Termi-
lius.eo.tit.ſiue per uiam diſpoſitionis.d.l.etiam. & ibi in
terminis not.Pau.de Caſt. ergo cum iſte acceptauit lega-
tum, & per conſequens ſe obligauit ad onus adimplen-
dum,& exequẽdum, de neceſsitate cogitur adimplere in
totũ:& ſic permanere uſque ad tempus impoſitũ à teſtato
rẽ:maxime cum onus inſeruiẽdi in d.apotheca unicũ eſt,
& cum neceſsitate limitatum ad tempus, licèt plures an-
nos ꝯtineat:ſicut etiam propriè eſt onus tutelæ uel guber
30 nandi:de quo in d.l.etiam.& legatũ † eſt unum, licèt plu-
res annos ꝯtineat cũ ſit factum cum præfinitione tempo-
ris.l.ſi cum præfinitione.qñ dies leg.ced.& dato ꝙ eſſent
plura legata, quod tñ negatur nihilominus cum onus in
ſeruiendi poſitum ſit in præcepto, cum neceſsitate ad tẽ-
pus limitatum ſit unicum, non poteſt ſcindi a legatario.
ſed debet in totum adimpleri, cum ratione uoluntatis di-
catur indiuiduum: adeo ꝙ non poteſt legatarius unũ le-
gatum habere niſi totum & integrum onus adimpleat:ut
per Imol.in d.l.ẽt ſi partis.ut dixi in p̄ſuppoſitis: ita ꝙ to
tum legatum uel aliquam legatorum partẽ, uel unũ lega-
tum conſequendo, ſeu acceptando integrum onus adim-
plere cogitur & ꝑmanere, ac in d. apotheca inſeruire vſq;
ad tp̃s impoſitũ à teſtatore. ¶Et ex p̄dictis ſequitur reſo-
lutio ſecundi dubij, ꝙ ſi ſolicite ac fideliter non ſeruiue-
rit, ac ita non adimpleuit p̄ceptum omnino in totum le-
gato priuari debeat, cum onus ſit unicum cum neceſsita-
te limitatum ad certum tempus, & indiuiduum, ac quali-
ficatũ qualitatibus indiuiduis à facto, ita ꝙ ſi omne onus
integrũ, ac oẽs qualitates ſibi annexas non adimpleuerit
in nihilo adimpleuiſſe dr̃: nec aliquid legati conſequi p̃t:
ut late demonſtraui in 2. & 3. præſuppoſito, & in primo
dubio non repeto:ſolum reſtat uidere, an onus ac quali-
litates ſibi annexas in totum adimpleuerit: ſaltem uſque
ad iſtud tempus necne. Et licèt prima fronte uidebatur
in totom adimpleuiſſe per tredecim teſtes examinatos ꝓ
eum:quorum maior numerus deponere vr̃ ꝙ ſeruiuit ſo-
licite, & fideliter, ac aſsidue in d.apotheca:prout ſibi im-
poſitum fuit per d.teſtatorem. & ita uidetur pleniſsime
probaſſe ſe ea feciſſe ad quæ tenebatur ex teſtamento, cũ
31 duo teſtes faciant plenam † probationem. l. ubi nume-
rus.de teſtib.c. in omni.eo.titu. ergo quanto fortius tre-
decim teſtes pleniſsime probant. ¶Nec obſt.ꝙ aliqui te
ſtes ſint examinati in contrarium: quia iſti cum deponũt
ſuper affirmatiua, & alij ſuper negatiua ſcilicet ꝙ non ad
32 impleuerit, ſunt p̄ferẽdi:qa teſtes affirmantes † preferunẽ
negantib.gl.& doc.in l.diẽ ꝓferre. §.ſi plures. in uerſi. in
maiori.de arbi.Imo.in c.ſup hoc.in fi.de renũ. Abb.& a-
lij in c.in nr̃a.de teſt.Ro.in l.in illa.de uerb. obli. ¶Item
33 quia teſtes Baldaſaris uidentur digniores † qui preferũ-
tur alijs.l.3.de teſt.ubi per oẽs allegant ꝯcordãtiæ:& ma-
xime cũ ꝓ maiori parte teſtes heredũ ſunt familiares: &

famuli,ſalariati ab ipſis hæredibus,& familiares,& præ-
34 ſertim † ſalariati,nullum equidem faciunt indicium: ſe-
cundum Bal.in l.in teſtimonium.in apoſtil. de teſt. Spec.
in tit.de teſt.§.j.uer.quid ſi teſtis domeſticus. Abb. & mo
der.in c.in literis.de teſti.facit etiam quia teſtes. d.Balda
ſaris probant ꝙ ita.ſ. fidelis & ſolicitus reputatur inter
35 mercatores,quæ fama facit † ſaltim ſemiplenam proba-
tionem:ad not.in l. admonendi. de iureiurā. ubi late per
Iaſ.Cur.& alios. ¶ Melius tamen dicta teſtium perſcru-
tando determino ʒrium,& dico liquidiſsime probari di-
ctum Baldaſarem onus ſibi impoſitum non adimpleuiſ-
ſe:& in pluribus uoluntati teſtantis ʒueniſſe:& per conſe
quens in totum legato ſibi facto priuandum fore.Et con
ſidero ꝙ pro parte hæredum eſt probatum ꝙ illi qui ſunt
ſoliciti eũt ad ſuas apothecas immediate poſt pulſum cã-
panæ ſancti Petri de mane: & quando eunt ad prandium
intra vnam horam redeunt:& in apotheca Meloni mini-
ſtri ſunt ſoliti comedere die ſabbati in apotheca:& eſt ꝓ-
batum ꝙ d. Baldaſar non immediate ſe contulit ad apo-
thecam poſt pulſum campanæ ſancti Petri, & poſt pran-
dium poſt unam horam,& duas ac tres horas ad apothe-
cam ſe contulit: immo ſtetit aliquando per totam diem
laboratoriam ꝙ non fuit in apotheca: nec die ſabbati in
ea cõmedit:ut late per teſtes productos per. d.hæredes,&
præſertim per primum,ſm,tertium,quintum,nonum,de
cimnmquintum,& decimumſextum, qui inter alios opti
me deponunt ꝙ non erat ſolicitus, & ꝙ non faciebat ea
q̃ faciunt illi qui ſunt ſoliciti, de quibus ſupra.& licet ui-
deantur deponere ſuper negatiua: tñ cum deponant ſup
36 negatiua coartata † loco.ſ.in apotheca Meloni, & tpe, ſ.
quod poſt duas horas & tres poſt pulſum campanæ ſan-
cti Petri,& poſt prandium,& in die ſabbati,ut ſupra opti-
me probant.l.in illa.de uerb.oblig.& in l.hoc iure.eo.tit.
ubi late per omnes,& maxime cum deponant id qđ noto
rium eſt.ſ.eos qui ad apothecam horis,& temporibus, de
quibus ſupra ſe conferunt non eſſe ſolicitos ut apud om-
37 nes notiſsimum eſt:& notorium ſufficiat † allegari. c.nõ
ſolum.de app.in 6.& c.fi.de cohab.cle.& mulie.ideo faci
lius admittendæ ſunt eorum probationes. ¶ Et aduertẽ-
dum eſt ꝙ poſtq̃ accepit uxorẽ,quod fuit de anno. 1534.
cępit non ſolicite ſeruire: nec horis & temporibus debi-
tis ad.d.apothecam ſe cõferre: ut per Ioannẽ Iac.x.teſtẽ,
& Iaco. xj. optime probatur,quæ probatio licet deberet
ſufficere, tamen vt magis ſit ſatisfactum magnifico dño
meo,dico ꝙ probatur etiã.d.Baldaſarem non fuiſſe ſolici
tum in apotheca Melonis, ex quo deponunt ꝙ ſæpe ac ſę-
pius ſtabat in apotheca Agni, ut per.d.teſtes. immo tota
die ut atteſtabantur Gaſpar famulus partis aduerſæ, & ſe
cundus teſtis, ac multi alij. ſi ita eſt ſequit̃ de neceſsitate
ꝙ non ſtabat in apotheca Melonis, cũ per totam diem in
alia morabatur, & per conſequens nõ erat ſolicitus ac ſo
licite non ſeruiebat:immo in dicta alia apotheca ſtabat,
ut famulus.d.apothecæ,& ut talis ſuper bancho nonnul-
la uoluebat, ut deponitur per Antonium Alex. ſextum te
ſtem. ¶ Item ꝙ.d.Baldaſar taxabat ſalaria & conduce-
bat famulos pro alia apotheca, deponitur per Gaſparem
ſeptimum teſtem. ¶ Item ꝙ ſtabat ut miniſter eorum in
d.alia apotheca,& agebat ea q̃ faciunt alij mercenarij.d.
apothecæ:ut probatur per Ioan. octauum teſtem, dr̃ etiã
per Bernardum nonum teſtẽ,Io.Iacobum. x. ac Ognibo-
nũ.xiij.ꝙ Baldaſar emit ſcatulas pro alia apotheca:per q̃
& multa alia quę deponuntur per teſtes liquidiſsime cõ-
ſtat quod hic Baldaſar alteri apothecę ſeruiebat, & ꝑ ꝯñs
ſolicite & fideliter apothecæ Melonis non ſeruiebat,cum
qs duabus apothecis in diuerſis locis poſitis ſolicite ſer-
uire nõ poſsit:nam cũ uni inſeruit ab officio alterius de-
38 cerpitur, cum non eſt † credendũ duobus etiam neceſſa-
rij rebus unum ſufficere:ut inquit tex.in l.nemo. de offic.
aſſeſ.l.v.§.in poſterum.qui mili.nõ poſſunt.nota.abundã
ter.88.diſt.§.ſingula.& per moder.in l.electa.ſi cer.pe. Et
quod non ſeruiebat in d.apotheca conſtat ex propria cõ-
feſsione. d. Baldaſaris, vt apparet in tribus inſtrumentis
ſuper dicta confeſsione celebratis, ac productis: quæ in-
39 ſtrumenta † pleniſsime probant.ad not.in l.1.in prin. de
nõ.ope.nun.& in l.ʒ negantem.C. ad l.Aquil. & cum ha-
bemus confeſsionem partis aduerſę pleniſsime probatã
ulterius non eſt laborandum. ¶ Quod autem fideliter nõ
ſeruierit patet: quia pandit ſecreta dominorũ ſuorum.ſ.
aromaticorum globorum quorum gratia per totam Ita
40 liã hæc apotheca celebrat̃, & ille q pandit ſecreta † non
dr̃ fideliter ſeruire:immo infidelis eſt, & ut infidelis feu-
dõ priuatur.c.1.quib.mod. feu.amit. ¶ Item actione in-
41 iuriarum poteſt † conueniri.l.j.§.ſi quis ita.depoſi.actio
nẽ in factum. l. ſi quis teſtamentum. §.ſi quis ad.l. aquil.
immo pœna falſi poteſt puniri. l. 1. §. is qui depoſita. de
fal.& ſecretũ dr̃ ꝙ cõiter ignoratur.Bal.in ti.de pac.cõſt.
in fi.ꝙ autẽ panderit probatur, præſuppoſito ꝙ iſtæ frau
42 des ſufficienter dicuntur † probari per coniecturas, cum
fiunt ſecreto & de facili non pñt probari. l. dolũ. de dol.
& per doct.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.pe.de eden. & hinc
43 eſt ꝙ uſura † cũ ſit clauſula, ex ſolis præſumptionibus &
argumẽtis probatur.c.cum in diœceſis. in uerbo,ſi tamẽ
argumentis. de uſur.Io.And.in ca.ex literis.de iureiur.ꝑ
Petr.& Imol.in c.ad noſtram.de emp.& uen. cũ ſi.ſed hic
ſunt maximę & uehementes coniecturæ.ſ.ꝙ ꝯpoſitio glo-
borum eſt ſecretum, ita ꝙ non eſt in alijs apothecis præ-
terq̃ in apotheca Melonis,& ꝙ ꝯiuncti.d. Baldaſaris ſunt
imperiti in arte aromatariæ:& Baldaſar ſcit iſtud ſecretũ
& docet illos: ut atteſtatur ſecundus & quartus teſtes &
ſeptimus qui eſt famulus partis aduerſæ: maxime cum
liqueat in proceſſu hũc Baldaſarẽ eſſe fallacem ac periu-
rum:nam in poſitio. 103.dicit, ꝙ neſcit apothecam Agni
poſitam in platea in qua manet pater ſuus: & tñ ſtatim ſi
bi ʒriat in poſitio.112.ubi dicit, ꝙ in illa apotheca nõ ha
bet intereſſe niſi reſpectu patris, & ſic habet cognitionẽ,
immo ſæpius ſtetit ac cęnauit, ut deponunt oẽs teſtes hę
redũ,& aliqui teſtes producti per d.Baldaſarẽ, ex quibus
apparet eum eſſe mendacem & fraudibus plenũ, & per ꝯ-
ſequens magis ratione perſonę aggrauatur. Nam ex qua
44 litate perſonæ † facilius fraus præſumitur:ad not.in d.c.
ad noſtram.& in regula,ſemel malus.de reg.iu.in 6. ¶ In
fidelitas quoq; iſtius Baldaſaris probatur,quia fuit illę q
uoluit ut fieret apotheca duorum Melonũ ʒ de directo
apothecã iſtorũ hæredũ & in eorũ damnũ & detrimentũ,
& ʒ formam iuris & ſtatutorũ,& quia ita erat fuit prohi-
bitum & iudicatũ non poſſe fieri &c.Quod autem ita uo-
luerit & ꝓcurauerit probatur ꝑ Antonium Alexãdri ſex-
tum teſtẽ qui deponit ꝙ facere uolebat apothecam ad in
ſignia Melonis, & ꝙ ꝓcurauit cũ dño Ludouico Rubeo,
ut fieret illa apotheca,& promiſit ei facere debitũ. & hęc
dixit ſe teſte,& Ioannino octauo teſte,prę ſentibus: q Ioã
nes idẽmet deponit. ¶ Probatur ẽt per publicum inſtr̃m
confectũ ſuper hoc.d.Baldaſarem præſente Vincentio hæ
rede & interrogante confeſſum fuiſſe ac reſpondiſſe ſe. d.
apothecam facere ꝓcuraſſe,& cã damnificandi.d. hr̃des,
45 ut rñſio † ſit ꝯformis interrogationi.§.præterea. inſti. de
inuti.ſtipu.l.ſi defenſor.§.qui interrogatus. de interrog.
act.uideatur omnino à magnifico dño meo illud inſtr̃um
& quam facile ei ꝯſtabit infideliter eum ſe geſsiſſe ac ma-
chinatũ fuiſſe ʒ.d.hæredes iuxta uires ſuas: & id ex pro-
pria ipſius ꝯfeſsione facta præſente parte & interrogãte:
46 quo caſu optime † probat̃ ʒ confitentẽ:ad abundãter tra
dita in l.1.C.de ꝯfeſ.& in ca.ſi cautio.de fid.inſtr. & tanto
47 magis quia eſt geminata: quo caſu qñ † ꝯfeſsio eſt nulla
ꝑꝑ geminationẽ ualidatur:ſm Rom. in l.nuda. de dona.
per Feli.in d.c.ſi cautio.de fid.inſtr.col.3.uerſ.nono fallit
&c.Et eſt ſup fraude & infidelitate,q̃ per coniecturas, ac
debilib.ꝓbationibus probatur.d.l.dolũ. cũ alijs ſ̃ not.er
go quanto fortius hac duplici ꝯfeſsione ualida apertiſsi-
me probatur,quũ nulla maior probatio reperit̃:ad no. in
l.generaliter.C.de non nu.pec.cũ vulg. ¶ Quibus omni-
bus ꝯcurrẽtibus liqdiſsime ꝯſtat.d. Baldaſarẽ nec ſolici-
te, nec fideliter in d.apotheca ſeruiſſe, nec de p̃ſenti ſerui-
re:& p̃ſertim ab anno. 1534.in quo accepit uxorẽ uſq; in
iſtũ diẽ: & ſignanter de anno p̃terito quo lis fuit ſup illa
apotheca quã uolebat facere in faciẽ apothecæ hr̃dũ ad
eorũ damnũ & detrimẽtum ſub eiſdẽ inſignib.& ita uolũ
tati teſtantis ʒueniſſe ac legato in totũ priuandum fore.

¶ Non

¶Non obſt.teſtibus examinatis pro parte ſua qui in ueri
tate nihil concludunt ſi recte conſiderentur:nam primus
Ioannes de lectis dicit aperte ꝙ non uidit eum continuis
horis tẽporis laborare. & ita non probat adeſſe quod ab
hoc contingit abeſſe.l.non hoc.vnde cog. immo non põt
48 fieri fundamentum in eo, quia dicit ꝙ cum ignoret † ar-
tem illam, propterea neſcit quæ ſolicitudo & peritia re-
quiratur in ea:ergo depoſitio ſuper eo quod ignorat non
ualet:ad not.in l.ſolam.de teſt. ¶Secundus teſtis Ioã. Ba
ptiſta nihil concludit cum dicit ꝙ non fuit in d. apothe
ca à morte Iacobi niſi duabus uicibus, ſed ſæpius tranſi-
49 uit per ſtratam, quod † uerbum in tribus uicibus poteſt
uerificari:ad notata in l.ſæpe.de re iudic.& non ſequitur
tribus uicibus, uel quatuor, uidi per ſpatium multorum
annorum:ergo fuit ſolicitus. Item ut inimicus debet re-
50 pelli, cũ non ſunt duo menſes ꝙ habuit litẽ: ad † notata
in l.quoniam liberi.C.de teſt.& in auth.ibi poſita. ¶Ter-
tius teſtis Nicola Bertarius eſt ſuſpectiſsimus, cum depo
nit illud quod deponere non poteſt.nam deponit de peri
tia maiori aliorum famulorum,& non eſt de illa arte:ſed
Bertarius, ut ipſe aſſerit, quo caſu nõ poteſt de hoc depo
51 nere:ut declarat † Bar.in tract.de teſte.in uerſi. cerdonẽ.
cum ſimilib. ergo cum deponat non eſt ei credendum in
aliquo,cum ſe ſuſpectum oſtendit. ¶Idem dico de quar-
to qui eſt Strazarolus & deponit de peritia maiore alio-
rum aromatariorum. Item eſt inimicus cum ſolicitabat
litem cum patre.d.Baldaſaris ſup illa apotheca duorum
Melonum.item de fidelitate nihil concludit. ¶De Cæſa-
re quinto teſte uti non perito de arte idem dico,præterea
non deponit niſi de factis in domo teſtis,de geſtis uero ꝑ
Baldaſarem in apotheca, non recordatur: ergo nihil ad
propoſitum facit. ¶Idem dico de ſexto teſtę qui non eſt
de arte aromatarię: & nõ concludit cum dicit ꝙ ſæpe pra
cticabat:quod uerbum in duabus uicibus poteſt uerifica
ri.d.l.ſæpe.de re iudi. & deponit de auditu à Baldaſare.
¶Septimus teſtis Franciſcus Gorgudinus, cum non ſit
de arte, & dicit ꝙ non aliter ſcit, q̃ quod tranſiuit iuxta
apothecam, & fuit in apotheca pro ſuis neceſsitatibus,
nihil concludit,cum non ſequitur illis uicibus uidi, ergo
ſingulis diebus & debitis horis aderat.d.l.non hoc.unde
cog.cum vulg. ¶Octauus teſtis circa fidelitatem ac cir-
ca ſolicitudinem non concludit, cum non deponat quod
ſummo mane, & ſtatim poſt prandium ac omnibus debi
tis temporibus aderat in apotheca: ſed cum ipſe iuit ad
ordinandum medicinas pro maiori parte erat in apothe-
ca,quod nihil concludit, cum tempore quo eunt medici
ad ordinandum à communiter accidentibus eſt de ſero
& hora tarda. ¶Nonus teſtis Franciſcus Dominici pri-
mo deponit de geſtis per nouem menſes, iam ſunt ſex an-
ni,de geſtis poſtea ac de fide & ſolertia nihil dicit.
¶Decimus Marcus Antonius nihil concludit quoniã dũ
52 reddit rationem dicit quod aliter neſcit, q̃ quia † habet
illum pro bono homine, quæ ratio quantum concludat
neminem fugit, cum teſtis debeat deponere de ſenſu: ad
notata in l.ſolam.de teſtib. ¶Vndecimus teſtis Iacob.de
Imola non concludit, quia dicit ꝙ fuit in apotheca emen
do & conducendo emptores,& uidit.d. Baldaſarem ſoli-
53 citum.nam non † ſequitur uidit ſolicitum tempore quo
emebat,ergo ſemper fuit ſolicitus, & debitis horis,& tẽ-
poribus,de quibus ſupra cum à communiter accidentib.
quotidie quis non emit,& ſupra dictis temporibus:quod
argumentum ualet maxime in probationibus:ad notata
in l.neque natales.de proba.cum ſimilib. & præſertim cũ
dicit ꝙ aliquando non inuenit,& eſt ſuſpectiſsimus,quia
deponit de peritia, & ipſe ignorat illam artem, ergo &c.
per ea quæ ſupra dixi:& quia eſt ualde amiciſsimus,ut ip
ſe dicit: & quia ſolicitabat alios ut irent ad emendũ gra-
tia Baldaſaris,quod eſt ſignum maximę amicitię,& teſtis
54 † amiciſsimus repellitur, cum non careat ſuſpicione: ad
not.in c.teſtes.2.q.vj.per Crot.in ſuo tracta. ¶Duodeci-
mo Lactantio nihil credendum eſt cum reddat ſe ſuſpe-
ctiſsimum deponendo de eo de quo deponere non põt,
nam dicit ꝙ Baldaſar ſemper fuit peritior, & eſt, q̃ quili-
bet alius qui fuerit & ſit in dicta apotheca, & ipſe teſtis
non habet peritiam.Itẽ non deponit aliquid per quatuor
menſes citra, quibus potuit ꝯuenire & ꝯuenit ut proba-
tum eſt:ergo nihil concludit,cum non probat neceſſario.
c.in pręſentia.de proba. Item deponit falſum uel ſaltẽ nõ
ueriſimilia,ſ.ſe neſcire ꝙ Dominicus non ꝯxit ſocietatem
cum Ludouico patre Baldaſaris,cum ſit ſuus nepos,& cõ
tinuo eſt cum eo,& nihil agit abſque conſilio. d. Lactan-
tij,& hæc ſunt notoria etiam teſti, ergo ei in nullo credẽ
55 dum eſt, † cum teſti ſuſpectiſsimo non probanti neceſſa-
rio & falſa uel ſaltem non ueriſimilia deponenti nihil cre
dendũ ſit.c. præterea. c.in literis.cum ibi notatis de teſti.
¶Vltimo quoque teſti minime credendũ eſt cũ deponit
de peritia.d.Baldaſaris,& quod ſe exercebat prout ſibi ꝯ-
ueniebat in d.exercitio:& tamẽ ipſe eſt presbyter,& igno
rat peritiam illius artis,& quid cõueniebat facere.d.Bal-
daſari.Item ſuper fidelitate & ſolicitudine deponit ꝑ uer
bum credit & iudicat. Item quia ratio,ꝙ uidit in apothe
ca cum iuit ad emendum non concludit circa fidelitatẽ
& ſolicitudinem: cum ſtant ſimul ꝙ illo tempore fuit in
apotheca,& tamen non fuerit ſolicitus & fidelis, cũ poſ-
ſit eſſe cum illis qualitatibus & ſine illis, ergo &c.ad nota
ta in d.c.in præſentia. de proba. cum vulgarib. ¶Et ad-
uertendum eſt ꝙ licet creuerit ualor apothecę,non tamẽ
fuit induſtria Baldaſaris, cum non multum creuit niſi cũ
Georgius gubernator fuit in dicta apotheca, ut ex calcu
lo rationum producto conſtat: ita ꝙ Georgio id augmẽ
tum aſcribendũ eſt.Et ex his apparet ꝙ teſtibus partis ad
uerſę à magnifico domino meo nihil credendum eſt: ſed
ut magis liqueat de bono iure iſtorum hæredum,dico da
to & nõ conceſſo ꝙ teſtibus.d. Baldaſaris eſſet credendũ,
non obſtãtibus legitimis exceptionibus,de quibus ſupra
nihilominus in hoc caſu non eſſe credendum, ꝑꝑ teſtes,
inſtrumenta,libros productos ex aduerſo pro parte hære
dum, quibus probatur ꝙ non fuit nec fidelis, nec ſolici-
tus,ut late ſupra deductum eſt:nam teſtes hæredum ſunt
præferẽdi teſtibus Baldaſaris ultra exceptiones ſupra da
tas ex pluribus.¶Et primo rõne numeri:nam plures ſunt
56 † & maior numerus præfertur minori: vt per gl. & doct.
in l.3.§.iſdem.de teſt.¶Scdo,quia deponit pro reis:nam
hæredes conueniũtur, & ipſi excipiẽdo & duplicando di
cunt ſe non teneri: quia non obſeruauit contenta in te-
ſtamento, ſed duplicationes ac exceptiones ſunt reorũ.l.
57 2, de except. † ergo hi teſtes cũm ſint pro reis,teſtibus a-
58 ctoris præferendi ſunt.Abb.& † Mar.in c.cum P.de accu-
ſationib. ¶Tertio, quia teſtes hæredum ſunt approbati
à parte aduerſa, cum ꝯ ipſos ab ipſa citata nihil ſit exce-
ptum: ꝯ alios uero multæ ſunt datæ exceptiones & quidẽ
releuantes. Itẽ in poſitione dixit Baldaſar ꝙ ſunt homi-
nes probatiſsimi illi famuli. & ubicunque pars non ꝯdi-
59 cit † teſti,vr̃ illum approbare:& ita ꝙ teſtis qui alias non
faceret indiciũ facit plenã probationẽ ꝯ tacẽtẽ: vt ꝑ Bal.
in l.ſi quis teſtimoniũ.C.de teſt.ꝑ Ang.in ꝯſi. cxcij.porre-
cta fuit petitio,ergo uti melius informati, omni exceptio
ne maiores,de conſenſu aduerſarij,debent prę̃ferri.
¶Quarto debent præferri,quia deponunt in ſpecie & in
indiuiduo,defectus circa ſolicitudinẽ,& fidelitatẽ, ſ.nõ
fuiſſe temporib.debitis & horis & poſt pulſum campanæ
&c.in apotheca,& machinatũ fuiſſe ꝯ apothecã, ut ſ̃ de-
60 ductũ eſt:alij uero deponũt ſolicitudinẽ,& † fidelitatem
in gñe,& ſi aliquid in ſpecie deponunt, nõ deponũt in ca
ſibus particularibus tactis ꝑ teſtes hæredũ:ideo debẽt p̃-
ferri cũ ſpecies derogat generi;ad plene tradita per Dec.
61 in l.in toto,de re.iu. ¶Quinto debent præferri tanq̃ † me
lius informati p̃ſumptione legis,cũ teſtes melius informa
ti p̃ſumptione legis alijs p̃ferunt.c.quoties.de teſtib.po-
nit Feli.in c.in noſtra in 3.col.eo.tit.& p̃ferunẽ dicẽtes iu
62 ris p̃ſumptione † cognita,dicentibus non ita cognita:ad
notata ꝑ Bal.in l.teſtiũ.C,de teſtib.& ꝑ Feli.in d. c.in no-
ſtra.ſed teſtes examinati pro parte hęredum,cũ pro maio
ri parte ſint de exiſtentib. ꝯtinue in apotheca: & de his q̃
audiuerunt ea q̃ depoſuerũt à dicto Baldaſare, ideo eis iu
ris cẽſura magis credendũ eſt q̃ alijs.Quis enim diceret ꝙ
teſtes qui continue morantur cum aliquo in aliquo exer
citio, & audiuerunt ab eo non poſſunt melius deponere

plendo.l.quibus diebus.§.Termilius.de cond. & demon. ubi per omnes in d.l.huiuſmodi.de le.1.& l.ſi tibi. de leg. 3.& hoc nullam vr̄ habere difficultatem, cum legatarius iam accepit legatum antequam cautionem præſtiterit,& ad tempus præfixum permiſerit, quod eſt de natura modi,& naturæ conditionis repugnat, cum de natura condi
79 tionis eſt vt prius perfectæ adimpleatur q̄ † emolumentum aliquod conſequatur: ut in l.1.de cond.& demonſtr. plene traditur, ergo legatarius facto ipſo cōfeſſus eſt, qđ idem eſt ꝙ uerbis.l.paulus.rem rat.hab. id onus modaliter ſtare, & per conſequens obligatū eſſe ad præſtandam cautionē de implendo modum, nec habet nocere hæredibus ꝙ nunquam poſtulauerint cautionem, quia adhuc ſunt intra tempus poſtulandi: ad not.in d.§.Termilius.&
80 cum ſunt minores,& petierunt reſtitutionem † in integ. ſunt reſtituendi: ad notata in l.1.C.ſi aduerſ.uſucap.& tāto magis quia iſte Baldaſar nihil habet in bonis immobilibus, ita quod eſſet in facultate ſua aufugere.

¶Concludo igitur unū de duobus agendum in caſu quo velint hęredes q; permaneat in d.apotheca, uel quod præſtet cautionem de implendo contenta in grauamine, uel ꝙ non poſsit, ac debeat habere aliquid lucrorum niſi in fine termini totius temporis, ſcilicet quo minor compleuerit.xxv.annum per ea quæ ſupra dixi. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius, quando unicum eſt legatum, & onus indiuiduum, non poteſt partem legati acceptare, & partem oneris ſubire, ſed in parte oneris deficiendo totum legatum omittit.*
2 *Reſponſio Barto.ad.l.etiam.de leg.1.& l.Mæuia. de annuis legat. data in l. qui concubinam.de leg.3.communiter reprobatur.*
3 *Argumentum de re ad tempus, eſt ualidum.*
4 *Intellectus ad tex.in l.Mæuia.de annu.lega.*
5 *Legatum quod habet præfinitum & determinatum tempus non obſtantibus uerbis ſingulis annis, unicum dicitur.*
6 *Onus limitatum ad tempus, dicitur indiuiduum ratione uoluntatis.*
7 *Legatarius, quando primo contrauenit hæres, & ſi onus non adimpleuerit legatum conſequi debet.*
8 *Hæres rei quæ non eſt ſibi impoſita, contrauenisse cenſeri non poteſt.*
9 *Legatum factum alicui ſi continuo, moram apud aliquem traxerit, non requirit ut quodlibet momentum ab eo exigatur.*
10 *Lex, ſi quis ita. de conditio.& demonſtr. non procedit, quando grauatus alicubi continuo adeſſe, non ſolum continue non adfuit, ſed nec in illis horis in quibus de neſsitate adeſſe debebat.*
11 *Verba ſingulis annis, ex quo ſunt prolata per ablatiuum abſolutum, diſponunt ſingulis annis debere ſolui.*
12 *Ablatiuus abſolutus is dicitur qui de per ſe ſtat.*
13 *Communis doctorum eſt ſententia, ablatiuum abſolutum non diſponere.*
14 *Præſtatio unica eſſe debet, & in fine temporis, ac poſtquam obſeruauit & adimpleuit legatarius ex parte ſua in totum, quando unicum eſt legatum factum contemplatione oneris indiuidui.*
15 *Intellectus ad.l.firmio.in §.ſi.ff.quando dies legat. ced.*
16 *Legatarius uoluntatem teteſtatoris quæ indiuidua eſt, ſcindere non poteſt.*
17 *Indiuidui faciens partem, nihil feciſſe uidetur.*
18 *Legans ſingulis annis plura legata facit.*
19 *Verba in dubio debent capi demonſtratiue, & non diſpoſitiue.*
20 *Interpretatio fieri debet ut non inducatur pluralitas actuum, & diſpoſitionum.*
21 *Verbum ex eo non poteſt cenſeri ſuperfluum, quod exprimat illud quod tacite inerat.*
22 *Lucrum non dicitur, niſi deducto ære alieno, & ſolutis expenſis.*
23 *Adminiſtratoribus bona pupillorum dilapidare, & rem eorum facere deteriorem, non eſt permiſſum.*
24 *Solennitas extrinſeca, non præſumitur.*
25 *Modum non adimplens in totum, nihil dicitur feciſſe, & toto legato priuatur.*
26 *Socius potius quàm famulus, ille cenſendus eſt, qui cum ponat operas, lucrorum certam partem conſequitur.*
27 *Socius dici non poteſt qui damnum non ſentit.*
28 *Caſus miſtus, quando magis participat de uno ſimplici quàm de alio, iudicatur ut de eo.*
29 *Teſtes ſingulares & ſalariati non probant.*
30 *Teſtes ſalariati & domeſtici probant, quando ſumus in his quæ per domeſticos & familiares facilius ſciri poſſunt.*
31 *Teſtium ſingularitas, in actu ſucceſsiuo non habetur in conſideratione.*
32 *Confeſsiones factæ lite pendente optime probant.*
33 *Damnum quod ratione dubij euentus poteſt ſe habere ad lucrum non habetur in conſideratione.*
34 *Infidelis eſt quicunque pandit ſecreta.*
35 *Teſtes nobiliores, & digniores, uilioribus, & pauperibus ſunt præferendi.*
36 *Teſtes magis inſtructi, cæteris, & ſi pauperiores ſint, debent præferri.*
37 *Teſtes qui deponunt in indiuiduo, deponentibus in genere ſunt præferendi.*
38 *Probationes alijs adminiculatæ, contrarijs ſunt præferendæ.*

RESPONSVM LXXXII.

¶An legatarius in parte oneris contraueniens, amittat in totum legatum.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Et ſi ſatis demonſtrata fuere iura hæredum Bartholomęi de Recordatis in conſultationibus ſuperioribus diebus factis, nihilominus ut ueritas iam demonſtrata magis eluceſcat ſubtiliſsime, de pluribus dubitatur per magnificum ac doctiſsimum iudicem, quibus magis reſpondebo: ut officio meo aliqua ex parte ſatisfaciam quàm quod reſponderi neceſſarium putem, cum pro comperto habeam eorum reſolutiones prudentiæ ſuæ notiſsimas eſſe. ¶Et ad primum in quo dr̄ & ſi millies probatum fuerit Baldaſarem ɔ̄ feciſſe, nihilo minus non debere amittere totum lucrum, ſed tantum ā tempore contrauentionis: per tex.in l.Mæuia. de annu. lega.& in l.qui concubinam.de leg.3.ubi Bar.reſpondet ad l.etiam.de leg.1. quod ibi contraueniebat in parte reſpectu rerum & tunc in totum beneficio priuatur: hic autem contraueniebat in parte reſpectu temporis:& tunc in totum non priuatur, ſed reſpectu temporis præteriti habet commodum. Reſpondetur quod in caſu noſtro cum uni-
1 cum ſit legatum & onus indiuiduum non pōt † partem legati acceptare,& partem oneris ſubire, ſed in partē oneris deficiendo totum legatum amittit.l.neminem.de leg. 2.& probatur in d.l.etiam.de lega.1.& ibi notant omnes: nec obſtat reſponſio Barto.data in d.l.Mæuia. ad l. ēt de
2 de qua ſupra, quia † communiter reprobatur: ut per Alex. Iaſ.Decium, Curt.& doct.in l.diem functo. de offic. aſſeſ-
3 ſo.quia † ualidum eſt argumentum de re ad tempus. l.miles ita.de mili. teſtam. ita quod ſicut in parte deficiendo reſpectu rerū amittit totū legatum: ita in parte deficiedo reſpectu temporis debet amittere totum legatum: & ita communiter impugnatur reſpōſio Bart.ad dictam l.etiā.
4 nec obſtat.l.Mæuia. † quia ibi legatum non erat præfinitum ad certum tempus,& ita non erat factum indiuiduū voluntate teſtatoris: præterea ibi erant plura legata, cum legauit aureos decem.l.cum in annos. ff.quan.dies lega. ced.nimirum ſi ibi diuidi poſſunt. Hic autē nullo modo legatū diuidi poſſet, cū ſit unicum & indiuiduū, & ita tollitur.l.qui cōcubinam.§.uxori.de leg.3.maxime quia ibi onus deficit pp caſum & non culpam legatarij: ut ibi per Bar.& alios, hic culpa & fraude, ideo nihil facit ad caſum noſtrum cum ex diuerſis non fiat illatio.l.fi.de calumnia. cum ſimilib. Et quod hoc legatum ſit unicum,& onus indiuiduum, ex uerbis diſpoſitionis legati colligitur: & quia habet præfinitum tempus, ſ. quouſque minor com-

5 pleuerit.xxv.annum, † quo caſu dicitur unicum non ob-
ſtantibus uerbis ſingulis annis.l. ſi cũ præfinitione. & ibi
Bar.& omnes alij.ff.quã dies lega.cedat,& quia cum onus
6 † ſit limitatum ad tempus dicitur indiuiduum ratione
voluntatis:ad notata in l.Græce. §. illud. de fideiuſſorib.
& late demonſtraui in conſilijs non repeto. ¶ Non obſt.
quod ſecundo loco dicebatur Baldaſarem debere abſol-
ui,cum hæredes primo ꝯuenerint non permittendo cõ-
puta fieri, vt conſtare poſſet de lucris ſingulorũ annorũ.
7 Nam † quando primo hæres contrauenit legatarius & ſi
onus non adimpleuerit legatum conſequi debet, d. l.Mæ
uia. ¶ Nam rñdetur multipliciter, & primo,quod Balda
ſar primo contrauenit, cum eo tempore quo calculi erãt
facti non præſtabat ſeruitium ſm uoluntatem teſtantis,
ut probatur per teſtes: maxime per decimum & undeci-
mum qui deponunt illum non fuiſſe ſolicitum & contra-
ueniſſe à tempore quo accepit uxorem, id eſt ab annis.
1533.& 1534. poſt quæ tempora facti fuerunt calculi, im
mo cum de anno.1538.facti fuerunt calculi, & ante illud
tempus,abſque dubio contrauenit: ut late per teſtes pro
ductos.Sed quorſum hæc? cũ non conſtat quod unq̃ fue-
rit petitum per Baldaſarem calculum fieri: nec aliquod
onus impoſitum fuerit hæredibus faciendi calculum. Igi
tur ſi ab ipſis non petatur,non poteſt dici eos contraue-
8 niſſe † rei quæ non eſt, cum non entium nullæ ſunt quali-
tates.l.eius.ſi certum peta. & priuatio & conuentio præ-
ſupponit habitum.l.manumiſsiones.de iuſt.& iu. l. decē.
de verb.obli. itaque Baldaſar non poteſt de alio conqueri
quam de ſemetipſo quod calculum fieri non petijt, ac ſe
petijſſe probauerit, & qđ onus ſibi impoſitum nõ adim-
pleuerit, immo aduertendum eſt quod quando præteri-
tis diebus poſt contrauentiones ſuas petijt ſe fieri credi
torem,quod fuit reſponſum quod erant parati quatenus
de iure tenerentur, & ſępius ipſum ad id poſtularunt, ac
ſe obtulerunt: quo caſu non poſſunt dici contraueniſſe:
ad notata in l.nullus dolo.de reg.iur.& ita.l.Mæuia.retor
quetur contra eum,cum primo contrauenerit,uel non fa
cit ad caſum,cum iſti nunquam contrauenerunt, ſi recte
cuncta ſpectentur. ¶ Tertio non obſtant notata in l. ſi qs
9 ita.de cond.& demon. vbi in legato de continuo † morã
do quodlibet momentum non eſt exigendum, ergo licèt
non adfuit in apotheca in illis horis, per hoc non debet
priuari, maxime quia potuit abfuiſſe propter neceſsita-
tes apothecæ:nam ad iſtud reſpondetur quod cum ex le-
gati diſpoſitione tenetur ſolicite & fideliter ſeruire,& ꝓ-
batum eſt quod illi qui illis horis non adſunt in apothe-
cis non dicuntur ſolicite ſeruire, & ꝙ Baldaſar nõ adfuit
in illis horis,ſequitur neceſſario ꝙ fideliter non ſeruiuit,
& per conſequens priuandus eſt legato:nec allega.in l.ſi
10 quis.faciunt, quia in terminis noſtris † non ſolum conti
nue non adfuit in apotheca,ſed in illis horis in quibus de
neceſsitate ſolicitudinis adeſſe debebat per multa tem-
pora nũquam adfuit.nam notata in d.l.ſi quis.nullo mo-
do procedunt,quando in tẽpore neceſſario omnino non
eſt moratus,ut ibi aperte colligitur. ¶ Quarto non obſt.
11 ꝙ illa uerba ſingulis† annis,ex quo ſunt prolata per abla
tiuum abſolutum,diſponunt ſingulis annis debere ſolui:
ad nota.per Bart.in l.2.§.fin.ad Tertul.quoniam reſpon-
detur ꝙ nõ ſunt ablatiui abſoluti,cum dicatur ablatiuus
12 † abſolutus qui de per ſe ſtat:ut in l.1.ſolu.matri. ſed hic
nõ ſtat de per ſe, ſed regitur & determinatur à uerbo fien
dorum,ergo &c. ¶ Secundo immo & ſi ſtarent abſolute,
13 tamen † communis opinio eſt ꝙ non diſponit ablatiuus
abſolutus:vt per gl.Imol.Bar.& omnes in l.Lucius.de hę
red.inſtituen.& per Deci.& alios in l.1.C.de pact.& in ru
bri.ſolu.matri.& ibi reſpondent ad hoc.Bart.in d. §.fi.ut
late ibi non tranſplanto. ¶ Tertio dico ꝙ dato ꝙ diſpo-
nerent, non tamen diſponerent reſpectu ſolutionis, ſed
reſpectu facti,& conſtitutionis lucrorum,hoc eſt ꝙ ſingu-
lo anno conſiderari deberet quanta fuiſſet ſexta pars lu-
crorum,patet,quia determinatur per uerbum fiendorum.
¶ Quinto non obſtat ꝙ licèt legatum ſit unum, tamen
plures ſunt præſtationes, cum teſtator uideatur uoluiſſe
ſolutionem fieri ſingulis annis:arg.l.firmio.§. fi.quando
dies leg.ced. nam reſpondetur ꝙ iſtud non dicitur in le-
gato quod fiat pręſtatio ſingulis annis, & cum unum eſt
legatum factum contemplatione oneris indiuidui,unica
14 debet eſſe præſtatio. & † in fine temporis, ac poſtquam
obſeruauit,& adimpleuit legatarius ex parte ſua in totũ,
onus ſcindi non poteſt. l. cui fundus. de conditio. & de-
monſtrationib.& notatur per Soci.in l.quibus diebus.§.
termilius.eodem titu.maxime cum teſtator hoc non di-
xit,& uerbum ſingulis annis,non refertur ad uerbum le-
gauit,ſed ad conſtitutionem lucri ibi fiendorum, ut dixi
15 ſupra. ¶ Nec textus in l.firmio. §. fina. ff. † quando dies
lega.cedat.facit ad propoſitum,quia ibi expreſſe manda
uit præſtari tot annua &c.& ita ibi uerbum annua,deter-
minatur à uerbo pręſtari,executiuo, & ſignãte ſolutionẽ:
hic autem minime, ergo loquitur in terminis diuerſis, &
ita per illam legem ad caſum noſtrum non poteſt infer-
ri:arg.no.in l. fi.de calum. ¶ Præterea dato ſine præiudi-
cio ueritatis quod eſſent plures præſtationes.quid hæc fa
ciunt ad caſum noſtrum? in quo dicimus quod cum teſta
tor voluit fideliter ſeruire Baldaſarem uſque ad certum
tempus,ita quod non poteſt minus ſeruire & ſcindere vo
16 luntatem teſtatoris, quæ eſt † indiuidua: ad notata in d.
§.termilius.& in l.Græce.§.illud.de fideiſſo.ſi non ſeruit
in totum ſed contrauenit, certe toto legato debet priua-
17 ri, cum † qui partem indiuidui fecit nihil feciſſe uide-
tur.l.furioſum.qui teſtamen. face.poſſ. & ita diuiſio præ-
ſtationum non facere ꝙ contraueniendo in totum nõ de
beat priuari,& ſi quas præſtationes habuit, reſtituere.
¶ Sexto non obſtat dum dicebatur, quod immo plura ui
debantur legata, cum uerbum ſingulis annis, uideatur
referri ad uerbum legauit,cum aliàs eſſet ſuperfluum: qđ
non eſt dicendum.l.ſi quando.de leg. 1. cum concordan-
18 tibus. ſed qui legat † ſingulis annis plura facit legata. l.
cum in annos.de an.legat. & iſta intelligentia debeat ca-
pi, cum uidemus quod ita ſcribendo in libris partes ui-
deãtur ita intellexiſſe, & unitas oneris non videtur tolle-
re quin poſsit diuidi legatum in plures præſtationes. &
doctrina Bartol. in l. Aurelio.§.idem quæſijt. non facit,
cum loquatur in relicto ſub conditione, nos autem ſu-
mus in legato ſub modo. Quoniam reſpondetur ꝙ uer-
bum ſingulis annis, non refertur ad uerbum legauit, ſed
ad verbum fiendorum,vt ſupra dixi,quod demonſtratur,
quia ſtatuta iuxta uerbum fiendorum, & clauſula ad pro
xima refertur.l.ſi idem cum eodem.de iuriſdict.omnium
19 iudic. & hoc ſuadetur ex regula generali, quę † habet qđ
verba in dubio debent capi demonſtratiue,non autem di
ſpoſitiue.l.nam quod.§.fina.de penu lega.Barto.in l.cen
turio.in illa quæſtione,ſi impuberi.de vulgari & pupilla.
quod non eſſet ſi ad verbum legauit, referretur uerbum
ſingulis annis,quia tunc ſtaret diſpoſitiue. Item debet fie
20 ri † interpretatio,vt non inducatur pluralitas actuum &
diſpoſitionum:vt per doct.in l. omnium.de teſtamen.C.
& per Decium,& alios in c.in præſentia. de probatio. ſed
ſi ad uerbum legauit, referretur, quot anni eſſent tot eſ-
ſent diſpoſitiones.dicta l. cum in annos. ergo non debet
21 referri. ¶ Non obſtat quod eſſet ſuperfluum, quia † &
ſi exprimat illud quod tacite inerat, non dicitur ſuper-
fluum. gloſſ. in cap. 1.de ſumma trinita. & fide catholi.
per Iaſonem in l. 3. de legat. 1. immo multum operatur,
quia ſi conſiderandum eſſet lucrum in fine ſeruitij, poſ-
ſet eſſe quod licèt præcedentibus annis multa fuerint ſu-
perlucrati,tamen in fine multa amiſerint, ita quod ſi lu-
crum deberet tunc temporis conſiderari,nullum adeſſet,
22 cum † lucrum non dicatur niſi deducto ęre alieno & ſolu
tis expenſis.l.2.& 3.de in rem verſo.l. ſed ſi adierit.pro ſo
cio. gloſſ. & doctores in l.illud. de collationibus. & cum
lucrũ pcedentibus annis adfuit, ita quod ſi ſinguli ꝯſide-
rant habebit lucrũ ſingulorũ annorũ pcedentiũ quibus
apotheca lucrata ẽ, & nõ habebit illius anni quo amiſit,
ſed ſi in fine ꝯſideret lucrũ, niſi forſan hrt: eo qđ tm uno
anno amiſit,qđ oĩa lucra pcedentiũ annorũ ꝯputato illo
dãno extincta forẽt,& ita uerba ſingulis annis,multũ pñt
operari,& ꝓfecto forſan ex iſta cã fuerũt à teſtõre appo-
ſita.¶ Nõ ob,qđ vnitas legati non facit quin poſsit diui-
di in

di in plures ꝓſtationes,quia fateor, ſed dico qđ hic non
fuit diuiſum,cum non referatur ad præſtationes, & plu-
rib.modis reſpondi in ſuperiori dubio,non repeto.
¶Non ob.quod ita in libris interpretati ſunt, quia cum
ſunt minores non potuerunt illud facere, & ſi quid fece-
rint,petunt reſtitutionem in integrum:ut conſtat in pro
ceſſu.Præterea non fuerunt ipſi qui ſcripſerunt, & alii nõ
potuerunt ipſis præiudicare, maxime cum iſtud fuiſſet
23 dilapidare & grauare,quod adminiſtratores†facere non
poſſunt:ad notata in toto titulo de adminiſtra.tut. l.prę
ſes.de tranſacti. maxime cum illa ſcriptura non conſtat
24 quod fuerit facta de commiſsione tutorum,& eſt†ſolen
nitas extrinſeca,quæ non pręſumitur.l.ſciendum.de uer
bo.oblig.l.non recte.C.de fideiuſ.Nec faciam uerbum,
quod hic ſumus in diſpoſitione modali & non conditio
nali,cum non ſolum conditio indiuidua eſt,ſed etiã mo
25 dus,& qui modum in totum non†adimpleuit,nihil dici
tur feciſſe, & in totum legato priuatur.l.liberto.§. Lu-
cius.de annuis leg.l.rogo.de fideic.liber. ponit Soc.in d.
§.Termilius.& ibi quæſtionem decidit,ut per eum.
¶Septimo non obſtat quod iſte Baldaſar non eſt famu-
lus cum in eo non cõcurrant requiſita ad famulum:iux-
ta tradita in l.diem functo.de off.aſſeſ.ſed magis adſunt
26 requiſita ad ſocium,cum ponat†operas,& hęredes,pecu
niam,& habeat habere ſextam partem lucrorum.facit. l.
ſocietas.l.coiri.l.quæſtus.ff.pro ſocio. ¶ Quoniam ad
iſtud reſpõdetur quod immo eſt famulus, & gargionus,
ut dicitur in teſtamento expreſſe,& in futurum hẽt ſerui
re, quod uerbum non conuenit ſocio, cum ſocius dica-
tur dominus, & dominari, & non ſeruire:ad notata.in l.
ſerui electione.de leg.1.in §.1.cum concor. & cum uer-
ba ſunt expreſſa non eſt opus coniecturis famulatus : de
quib.in l. ſi cum dotem.ſol.matr.§.ſinautem. & in l.diẽ
functo.de offic.aſſeſſ. cum ubi uerba ſunt clara amplius
non eſt hęſitandum.l.ille aut.ille.§.cum in uerbis. de le.
3.cum uulgar.& per uerba huiuſcemodi apparet quod
teſtator non fecit eum ſocium,ſed uoluit ſeruire.nõ ob-
ſtat uerbum gubernare,quia conuenit etiam famulis,ca
ſteldionibus,ut utar uerbis gl.ſecunda.C.de his qui la-
tro.occulta.faciunt nota.in §.fi.inſti.de iure perſona.
¶Præterea cum non habeat ſentire incommodum & dã
num,ſed tantum lucrum,ut conſtat ex legato:nam ſi a-
potheca amitteret in nullo ipſe teneretur:ideo non põt di
27 ci†ſocius,cum non ſit ſocius qui non ſentit damnum.l.
ſi non fuerint.§.fi.l.mutius.ff.pro ſocio:quod etiam pro
cedit in eo qui ponit tantum operam:ut notatur in l. 1.
C.pro ſocio.per Corne.late in repe.l.ſi paſcenda.de pac.
C.qui facit mentionem de quibuſdam glo.contrarijs: &
atteſtatur hanc eſſe communem poſt infinitos quos alle
gat:& ita uerbum lucrum, cum non correſpondeat dam
no non ſignat ſocium,ſed potius ſalarium quoddam in-
certum de lucris. ¶Octauo non obſtat ꝙ probationes
illorum de Recordatis non concludunt, cum loquantur
in famulis:& iſte non eſt famulus,uel ſaltem non eſt ſim
pliciter famulus,ita ꝙ caſum miſtum continere uidetur:
quoniam ex ſupradictis colligitur reſponſio quod im-
mo eſt famulus,ſed famulus habens remunerationem in
certam & ad certum diem. Nam quod remuneratio ſit
incerta,uel ad certum diem,nõ facit quod ille qui ſeruit
non ſit famulus,& ſuper hoc non inſiſto:& maxime cum
dato quod ſit caſus miſtus, tamen cũ magis participat
de famulo,immo in nullo de domino debet tractari & iu
28 dicari ut famulus.Quoniam quando caſus miſtus †ma
gis participat de uno ſimplici quàm de alio iudicatur ut
de eo.l.cum quæritur. de ſtatu homi.& traditur in §. om
nium.inſt.de act.& in l.2.in prin.de uer.obl.& ita proba
tiones illorum de Recordatis loquentes de famulo huic
optime conueniunt:& tanto magis cum loquanẽ multũ
generaliter de operantib.in apothecis.¶Nono non ob-
ſtat quod cum lucra globorum ſint parua & fiant in plu-
rib.apothecis in ſocio non ſunt conſideranda : quoniam
reſpondetur ꝙ non ſunt in ſocio,ut dixi, & lucrum glo-
borum eſt maximum:iuxta illud, multa modica faciunt
unum ſatis:iurib. uulgarib. Id autem conſtat ex libris
apothecæ qui producti ſunt. itaque aliter non inſiſto cũ
ſit facti & quodammodo notorium:& per maiorem par-
tem teſtium probatur quod ſunt illęmet pillæ, quæ etiã
ſunt in apotheca Agni ad graue Melonis præiudicium, q̃
uerba ſignant ꝙ non ſunt apud alios. ¶Decimo non
obſtat ꝙ teſtes illorum de Recordatis ſunt ſingulares
29 †ſalariati,qui non probant.l.2.l.eos.de teſtib. & maxi-
me contra Baldaſarem qui habet præſumptionem ꝓ ſe,
propter electionem factam a teſtatore.inſt.de ſatiſd. tut.
30 quia illud fallit † quando ſumus in his quæ ſciuntur per
domeſticos & familiares.l.conſenſu. C.de repud. l.quo-
ties.C.de naufrag.lib.10.& ibi dicit Bar.ꝙ magis eis cre
ditur.Item non procedit quando eis non fuit oppoſitũ
dum examinabantur:& oppoſitio ex poſtea facta nihil
facit:ut per Fel.in c.in literis.de teſta.quæ omnia hic cõ
currunt,ut dixi in aliis allegationib.ergo &c. Immo per
ipſum Baldaſarem in poſitionib.fuerunt approbati:& cũ
ſumus in fidelitate & ſolicitudine ſucceſsiua, & ſic in a-
ctu ſucceſsiuo,ſicut eſt poſsidere per aliquod tẽpus,non
31 eſt in†conſideratione ſingularitas, cum reſpectu actus ꝯ
tinui dicantur conteſtes:ad plene nota.per Iaſ. Cur. Se-
uer.& omnes in l. admonendi. in materia ſingularis te-
ſtis.de iureiurã.& cum adſint probationes, præſumptio
ceſſat cum procedat in dubio:nos ſumus in claris,ut per
Bar.in dicta.l.admonendi. ¶Vndecimo non obſtant in
ſtrumenta,quia ſunt facta lite pendente:quia aduerten-
dum eſt quod illa inſtrumenta ſunt inſtrumenta confeſ-
32 ſionum:quæ†confeſsiones licèt ſint factæ lite pendente
optime probant:immo magis ad no.in cap.ſi cautio.de
fide inſtrumen. & in l.1. de confeſ. & fuerunt producta
tempore debito,& maxime in foro mercantilli: & l. non
poteſt.de iud.non facit ad propoſitum : quia illa inſtru-
menta ſunt probationes factæ ſuper iam præteritis: præ
terea in foro mercantilli ſufficit quod iudex habeat co-
gnitionem:ad nota.in l. quintus. manda.¶Duodecimo
non obſtat quod his attentis Baldaſar magis amitteret
quàm lucraretur:quia propter futurum euentum põt di
ci quod iſtud non ſit in conſideratione, cum poſsit eſſe
quod ipſe fideliter ſeruiuerit uſque ad finem, & apothe-
33 ca multum ſit ſuperlucrata. Et ideo † attento hoc quod
poteſt euenire,non poteſt dici pati damnum. l.ſi iactum
retis.de contrahenda emptio.& facit textus in l.de fidei
commiſſo.de tranſactionib. ubi notant omnes: præte-
rea erat in facultate ſua non acceptare legatum:ergo nõ
poteſt de aliquo conqueri quàm de ſe. ¶Decimotertio
non obſtat quod teſtes Baldaſaris ſatis probant cum di
cant continue, & ex libris probatur qui ſunt fere toti
ſcripti eius manu:quia reſpondetur quod iſtud procede
ret niſi eſſent teſtes qui in ſpẽ deponerent contrarium:&
in certis caſib.ut late demonſtraui in conſilio, non repe-
to.nec ſequitur non erat in apotheca ergo erat extra pro
neceſsitatibus apothecæ:& ipſi qui dicit incumbit onus
probandi.l.ei qui.de probationib. & maxime cum pro-
bauimus quod erat pro alijs ſuis negotijs. ¶Decimo-
quarto non obſtat quod maior requiritur fidelitas in va
ſallo:quia non ſolum allegaui cap. 1.quibus modis feu.
amitta.ſed legem.1.§.ſi quis ita. depoſi.& l.1. §.ſequiẽ.
34 de falſis.& ſic infidelis eſt†quicunque pandit ſecreta.
¶Vltimo non obſtat quod teſtes Baldaſaris uidẽtur ma
gis digniores cum ſint nobiles & digni : teſtes uero Re-
cordatorum pauperes,& mercenarij pro maiori parte,&
35 ſic†debent præferri.l.ob carmen.in fi.de teſtib. cum con
cordantib. Quoniam reſpondetur quod illud procedit
quando in alijs datur paritas terminorum, ut ibi nota-
tur. Nam quis diceret quod ſi nobilis deponeret de eo
de quo non eſt informatus,uel non concludenter depo-
neret,uel alium defectum pateretur,quod debeat pręfer-
ri pauperi, honeſtiſsimo,informatiſsimo, concludenter
probanti?Certe nullus hoc dicit,nec dicendum eſt: ſed
ita eſt in caſu noſtro quod dato quod eſſent pauperes iſti
36 teſtes de Recordatis,tamen cum†ſint magis inſtructi de
bent præferri.c.quoties.de teſtib. per Fel. in cap. in no-
ſtram.in 3.colum.eod. titu.Item ſunt approbatiſsimi &
honeſtiſsimi,ut ipſe fatetur in poſitionibus.Item depo-
nunt

37 nuntur in indiuiduo, illi uero in genere, ergo debent præ-
ferri: ad notata in l. in toto. de regu. iuris. Ita debent p̄-
ferri, quia adminiculatur confeſsionibus partis aduerſæ
inſtrumentis, libris rationum: ad notata in l. admonen-
38 di. de iureiurand. quando † probationes adminiculantur
aliis, teſtes partis aduerſæ patiuntur defectus, & non cō-
cludunt, ut dixi in conſilio, non repeto. ¶ Et concludo
partes magnifici iudicis eſſe in condemnando in totum
d. Baldaſarem ex quo contrauenit, etiam in expenſis, cū
ipſe fatetur ſe contraueniſſe, & declarare eſſe in faculta-
te hæredum eum expellere, ſi ſibi placet, uel retinere præ-
ſtita tamen idonea cautione per ipſum de fideliter ſer-
uiendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Minor mater non tenetur petere tutorem, & ſi non petat non cadit à iure filio ſuccedendi.*
2 *Priuilegium ceſſat, ubi illius cauſa ceſſat.*
3 *Lex. 2. in §. ſi mater. ad Tertul. & lex. 2. C. ſi aduerſ. delict. noniter ponderantur.*
4 *Qualitas adiuncta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.*
5 *In his quæ tempore uariantur ſingula temporis momenta inſpicienda ſunt.*
6 *Animus qualis fuerit in præteritum ex ſequentib. actib. declaratur.*
7 *Mater minor effecta maior intra annum à morte mariti ſui, nō petens tutorem filijs ſuis intra annum poſtquam eſt maior ſucceſsione filiorum non priuatur.*
8 *Priuatio, pœna eſt.*
9 *Interpretatio, in pœnalib. & correctorijs ſtrictá fit.*
10 *Mater, tutorem filio confeſtim petere debet.*
11 *Mater filiorum ſucceſsione non priuatur quamuis confeſtim tutorem non petierit, quando fuit impedita infirmitate, uel ex aliqua magna cauſa.*
12 *Mater maiore afficitur merore propter infirmitatem filij quàm propter propriam.*
13 *Mulier non poteſt eſſe tutrix & tranſire ad ſecunda uota.*
14 *Lex generaliter loquens intelligitur regulariter.*
15 *Lex generaliter loquens declaratur per alia iura particularius loquentia.*
16 *Pœnæ ſtatutæ in fauorem filij primi matrimonii contra matrem tranſeuntem ad ſecunda uota locum non habent, quando mulier de conſenſu mariti ſecundum contraxit matrimonium.*
17 *Maritus poteſt derogare de omnib. pœnis quæ imponuntur mulierib. nubentibus intra annum luctus.*
18 *Patientia & taciturnitas conſenſum operantur.*
19 *Approbatio facta, ipſo facto tantum operatur quantum ea quæ fit uerbis expreſsis.*
20 *Conſenſus filiorum ubi interuenit mulier tranſiens ad ſecunda uota impune agit.*

RESPONSVM LXXXIII.

¶ An mater quæ erat minor tempore mortis mariti amittat ſucceſsionem, ex quo facta maior intra annum nō petiit dari tutorem filio ſuo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Princi-
pale dubium in hac cauſa eſſe uidetur, an do
mina Lucia quæ erat minor tempore mortis
mariti amittat ſucceſsionem, ex quo facta
maior intra annum non petiit dari tutorem filio ſuo: &
id dubium in hac temporis anguſtia tantum tangam, &
prima fronte uidebatur ſucceſsionem amiſiſſe, ex eo qa
facta maior intra annum non petiit tutorem, quoniam
1 licèt minor † non teneatur petere tutorem, & ſi non petat
non cadat à iure ſuccedendi, nec ſucceſsione filij priuet:
ut notatur in l. 2, C. ſi aduerſus delic. per illum tex. & in l.
ſciant. C. de legitimis hæredibus tamen cum facta eſt ma
ior debebat petere, quia priuilegium quod fuit conceſ-
ſum ætati matris, non debet durare ultra illam ætatem,
2 cum † ceſſante cauſa priuilegii ceſſat priuilegium. l. Ti-
tia Seio. §. uſuras. de leg. 2. & ita in terminis tenent Old.
& Pau. de Caſt. in l. minorib. C. de his quib. ut indig. & p̄
batur ratione, ſecundum Paulum de Caſtro. Nam onus
petendi tutorem habet cauſam continuam quouſque fi-
lii ſunt in ætate pupillari, licèt ergo mater excuſetur, qa
erat minor tempore mortis reſtatoris eius mariti, & ſi in
tra annum a die mortis teſtatoris, & per totum illum an
num fuerit minor, ueruntamen ſi poſtea facta eſt maior,
& filii ſunt adhuc impuberes, uidetur quod debeat pete-
re tutores, quoniam eſt intra annum a die mortis teſtato
ris, & eſt maior, & maior intra annum tenetur. ¶ Corro-
borari poteſt ultra hos patres, per textum in l. 2. §. ſi ma
3 ter. ad Tert. ubi † textus dicit, ſi non petierit tutores filiis
ſuis intra annum, quæ uerba ſunt generalia, & uerificanī
in qualibet parte anni, ſiue in principio, ſiue in fine, ſiue
in medio: ſi ergo in fine anni non petiit tutores, ergo in-
cidit in conſtitutionem, cum uerum erit intra annum nō
petiiſſe, & cui competunt uerba legis, & eius diſpoſitio
competit. l. 4. §. toties. de damno infecto. cum ibi plene
notatis. ſed ſaltem in fine anni iſta erat maior, & non pe-
tiit tutorem, ergo uerbis legis comprehenſa incidit in
conſtitutionem. ¶ Pondero quoque text. in l. 2. ſi aduer-
ſus delict. ibi, matri quæ filiis tutorem lubrico ætatis lap
ſa non petiit, eorum minime denegari ſucceſsionem con
uenit, cum hoc in maioribus matrib. tantum obtineat.
Et primo illa uerba, lubrico ætatis lapſa non petiit, quæ
4 † qualitas ætatis per illa uerba requiſita eſt iuxta uerbū
petiit, ergo debet intelligi ſecundum tempus uerbi. l. ex
facto. de uulg. & pup. l. Titius. de militari teſtamen. ſed i-
ſta, tempore quo non petiit, erat extra ætatis lubricum,
ergo non competit ſibi illud beneficium, cum beneficiū
illud non ſimpliciter conceditur, ſed adiecta qualitate,
quę in hoc caſu ceſſat: ergo ceſſat & beneficium. ¶ Secū-
do pondero illum textum in illis uerbis, cum hoc in ma
iorib. matribus tantum obtineat, ſed iſta eſt maior tem-
pore quo petere potuit: ergo in ea locum habebit.
¶ Comprobatur ex ultimo ex ratione quam ponit An-
ge. qui tenet eandem opinionem Oldra. Nam pupillus
quotidie nouam læſionem incurrere poteſt, ſi ſibi de tu-
5 tore non prouideatur, ſed † in his quæ tempore uariantur
ſingula temporis momenta inſpicienda ſunt. l. cum in an
nos. quando dies leg. cedat. ut late per Ang. in loco præ-
allegato: obiicitur quoq; ei quod ſi non petiit tutores,
ſaltem ipſa tutelam ſuſcipere debebat facta maior, cum
ex forma ſtatuti breuiori tempore tutelam filii mater ſu
ſcipere debebat, quod ſtatutum tanquam proprium ius
ciuium obſeruare debebat: ad not. in l. omnes populi. de
iuſti. & iur. cum uulgarib. ¶ Vltimo comprobatur in p̄-
ſenti caſu, quoniam hæc mulier non ſolum non petiit tu-
torem filio ſuo, ſed ad ſecunda uota tranſiuit, quo caſu
uidetur in totum derelinquere filium, & eum iniuria affi
cere, & declarare malum animum quem hēbat intra an-
6 num cum non petiit tutorem. nam † ex ſequentib. actib.
declaratur quis in præteritum fuerit animus. §. pauonū.
inſt. de rer. diui. ubi no. cum uulgarib. & propterea mu-
lier tranſiens ad ſecunda uota tanquam paruipendens fi
lios, ac in eos iniuriam inferens multas patitur pęnas: de
quib. in l. 1. & in l. fœminæ. & toto titu. de ſec. nupt. ergo
hæc mulier cum facta maior intra annum non petierit tu
tores accedente hac iniuria filio illata per tranſitū ad ſe
cunda uota ſuccedere non dꝫ, & hæc ſunt quæ rem dubiā
principaliter facere uidebantur, maxime cum accedenti
bus ſec. nup. & immediate poſt annū ſecutis: doc. alii qui
tenent ꝯ Oldr. Pau. & Ang. ſup. nominatos non loquun-
tur, & ſic in iſtis terminis illis non ꝯdicunt, accedente
quoq; forma ſtatuti de qua ſup. ¶ Maturius tn̄ facti ſpe-
ciem conſiderans determino ꝯrium. Et primo dico ꝯriā
7 partem, ſ. matrem † minorem effectam maiorem: intra an
num a morte mariti ſui non petentem tutorem filiis ſuis
intra annum poſtquam eſt maior ſucceſsione filiorū ſuo
rum non priuari. tꝫ Bal. in auth. ſi captiui, C. de epi. & cle,
ubi dicit ſe ita ꝯſuluiſſe, & in l. p̄cib. in 5. col. cum duab.
ſeq.

ſeq.C.de impube.& aliis ſubſt.Bald.& Sal.in l.2.C.ſi ad-
uerſus delict.allegant Spe.hoc idem tenentem in titu. de
reſtitutio.in integrum.§.ſecundo. uerſi.quid ſi ipſa ma-
ter.Ful.Alex.Iaſ.in d.l.minorib. C.de his quib.ut indig.
ubi Fulg.inquit ſe ita conſuluiſſe.& Iaſ.inquit eſſe com-
muniorem opinionem.& ita conſuluit Ludoui.Roman.
in conſi.279.Viſa thematis narratione.& omnes mouen
tur per dictum gloſ. in d.l.minorib. & quia non eſt uerū
ꝙ mulier ceſſauerit per annum a morte mariti,ſed ceſſa-
uit tantum per aliquos menſes illius anni poſtquam eſt
effecta maior, & hoc non debet ſibi nocere,cum requira-
tur ceſſatio per annum,& hæc opinio comprobari pōt.
nam lex dedit annum ad petendum tutorem matri, & ſi
non petierit priuat eam hæreditate,& ſic pœnam appo-
8 nit,cum priuatio † ſit pœna.l.teſtamēto Centurio.de ma
nu.teſtamen.notatur in l.filiusfa.§.diui.de leg.1.per mo
9 dernos.ſed in pœnalib.† & in priuationib.ſtricta fit inter
pretatio,ut minus contineant.l.in pari.de reg.iu.in l. cū
quidam. de lib.& poſth.ubi plene notatur.ergo cum lex
loquatur in ceſſante per annum, non debet habere locū
in ceſſante per partem anni, tum quia appellatione rei
tota res continetur,& ſi ad partem reſtringantur, uerba
uiolantur.notatur in l.rei.de uerb.ſig.& in l. appellatio-
ne rei.quæ uidetur probare contrarium:& in l. locus. eo.
tit.quæ intelligitur ꝙ pars rei continetur ſub re, tamen
res illa abſolute non eſt & proprie, tum etiam quia per
ceſſationem partis temporis non ita negligens fuit,ſicut
per ceſſationem totius temporis anni, ideo pœna appoſi
ta contra negligentem per annum non debet habere lo-
cum in negligente per partem anni,cum non ſit tam lon
ga negligentia,& conſequenter non ſit eadem ratio: er-
go non pōt eadem diſpoſitio locum habere:ad nota.in l.
a Titio.de uerb.obli.& hoc maxime in pœnalibus, quæ
ſtricte interpretantur,ut dixi,& hanc opinionem abſq;
difficultate in caſu noſtro approbo,quoniam paruū ad-
fuit ſpatium ante mortem filii poſtquam fuit maior fa-
cta ipſa mulier,& filius fuit continuo infirmus, ita ꝙ ma
ter facta maior de negligentia redargui non poteſt, tum
ratione breuitatis temporis,tum etiam occupatiōis cir
ca filii infirmitatem in qua continuo laborauit,& ꝫ ma-
10 ter confeſtim † debeat petere tutorem.l. 2. §. confeſtim.
11 ad Tertul.nihilominus † illud locum non habet, quando
infirmitate impedita fuerit ipſa,uel aliqua magna cau-
ſa,ita tamen ut annale tempus non excederet:ut reſpon-
det Iureconſultus in d.§.confeſtim. ſed a pari uidentur
procedere impedimentum infirmitatis proprię & infir-
mitatis filii in his quæ agenda ſunt extrinſecus circa fi-
12 lium,maxime † cum maiore merore afficiatur propter
infirmitatem filii,quàm propter propriam:iuxta text. &
no.ibi in l.iſti quidem.quod metus cauſa.& hoc præſer-
tim quia Iureconſultus,ut matri non negligenti ſuccur-
reret adiecit illa uerba,uel alia magna cauſa:ſed quę ma
ior cauſa potuit eſſe ad impediendam eam quam infirmi
tas grauis ipſius filii cum breui dilatione ad petendum?
& quod grauiſsima fuerit infirmitas ex euentu apparet,
cum ex illo morbo filius periiſſe dicitur. ¶ Comproba-
tur quoque ex uoluntate defuncti quæ colligitur ex le-
gato facto uxori ſuæ,cū hoc ut illud habeat:etiam ſi ad
ſecūda uota tranſiuerit:ex quo legato uidetur eſſe dē uo
luntate defuncti ut mulier non ſit tutrix,cum iſta ſint in
13 compatibilia † quod tranſeat ad ſecunda uota & ſit tu-
trix:ut per Bar.in auth.matri & auiæ.quando mulier tu
te.offi.fungi poteſt.& in l.ſi ſub conditione.de teſt. tute.
& ita in caſu licèt diuerſo ſeu habente diuerſas qualita-
tes,uidi conſultum fuiſſe per dominum Ioannem Crotū
de Monteferrato,& uobis eius originale conſilium oſtē
dam:ubi hanc rationem tangit: & per eam limitat leges
uolentes matrem ſuſcipere tutelam filiorum: & pro hoc
bene facit tex.in l.2. ad Tert. in §.ſi mater.cum ſequen.
ubi tex.uidetur conſiderare an mulier aliqua iuſta cau-
ſa fuerit impedita,uel ei ignoſcendum ſit, propter ali-
quem prætextum excuſationis, & maxime cum nullum
attulit damnum:ut uidetur tex.in d.l.2.in uer.ergo.& in
uer.& ſi forte quis,cum ſimilib.Ex quib.omnib. ſimul iū
ctis puto hanc partem ueriſsimam eſſe non obſtantibus
adductis in contrarium. ¶ Et primo non obſtant autho-
ritates Pauli,Oldr.& Angeli,cum ex aduerſo plures ſint
authoritates & communior opinio. Item non loquuntur
quando filius fuit infirmus: & paruum interceſsit tēpus
inter mortem filii & diem qua mater fuit facta maior:
nec obſtat ratio ſua de.l.Titia Seio.§.uſuras. de legat.2.
quoniam illa procedit ad impugnandum,non autem ad
ſe defendendum,ut hic: ſecundum Sal. in d.l.2.ſi aduer.
delictum. ¶ Nec obſtat onus petendi tutorem habere
cauſam continuam quouſque filii ſunt in ætate pupilla-
ri:ſecundum Paulum de Caſt.uel pupillos quotidie no-
uam læſionem incurrere poſſe,ſi ſibi de tutore non pro-
uideatur:& in his quæ tempore uariantur,ſingula tēpo-
ris momenta ſpectanda eſſe.l.cum in annos. qn̄ dies leg.
cedat.ſecundum Ang.quæ tendunt ad idem:quoniam re
ſpondetur uerum eſſe quolibet temporis momento pu-
pillum tutore indigere poſſe: ſed non propter quodli-
bet temporis momentum a matre omiſſum in petendo
tutorem mater priuari debet ſucceſsione filii:ſed ſolū ſi
diſtulerit per annum continuum:nam id temporis hꝫ ad
conuincendum eius negligentiam. ut ſup.diximus:alias
non conſiderato anni ſpatio in quo negligens fuerit mr̄,
ſed pupilli neceſsitate, ſequeretur ut quemadmodū quo
libet momēto temporis pupillus tutore indigeret: ſi mr̄
per momentum temporis ceſſaret poſt mortē mariti ſuc
ceſsione priuari deberet, non expectato anno:qd' falſiſ-
ſimum eſt & ꝯ iura expreſſa. Et ex his apparet rationes
horum patrum fragilliimas eſſe: ultra quàm conſideratū
fuerit ab Alex.& aliis tenentib.ꝯrium. ¶ Non ob.tex. in
l.3.§.ſi mater.ad Tert.ponderatus per me:quia licèt om
ni tempore dicatur intra annum,ita ut ſiue in principio,
ſiue in fine petat ſi intra annum:quoniam reſpondet ue-
rum eſſe ut intra annum petiiſſe uel non petiiſſe dicatur
a morte mariti: ſed non probatur per hoc qd' ſi aliqua
ratione particulari,ut quia minor erat,non petierit tuto
rem intra annum, uel non habuerit integrum annum a
lege ſibi conceſſum,quod priuetur ſucceſsione filii: quia
14 † illa lex generaliter loquens intelligitur regulariter.c.
conſultationi.de temp.ordi.& notatur in l.1.de reg.iur.
15 & † lex gn̄aliter loquens declaratur per alia iura particu-
lariter loquentia.l.ſciendum.qui ſatiſd. cog. iuncta au-
then.offeratur.C.de litis conteſtat. ergo non habet locū
in prædictis caſib.quādo minor fuiſſet per totum annū,
uel partem anni,ita ꝙ integrum annum non habuiſſet.
¶ Non ob.l.2.C.ſi aduer.delict. qm̄ reſpondetur qualita
tem ætatis requiſitam ab illa lege,in exceptione debere
adeſſe tempore petitionis uerum eſſe:ſed per hoc nō ꝓ-
bari ꝙ ſi adfuerit,ita ꝙ integrum annum mulier maior
non habuerit ꝙ debeat priuari ſucceſsione: & in forma
reſpondendo dico qualitatem illam requiſitam tempore
petitionis, operari eo tempore eam non teneri quo qua-
litas adfuit:& deinde per alia iura requirentia negligen-
tiam totius anni,de quib.ſupra,probari mulierem quæ
annum integrum non habuit,non priuari ſucceſsione.
¶ Non obſtat forma ſtatuti,quia intelligitur ſi requiſita
fuerit ipſa mulier,ut petat tutorem.Pau.de Caſtr. in ter-
minis in l.peto.§.fratre.de leg.2.Iaſ.in l.uniuerſa.C.de ꝓ
cib.impera.offeren.ubi quamplura cumulat ad propoſi-
tum.Præterea illud ſtatutum non uidetur priuare matrē
ſucceſsione filii,ſi intra illud tēpus requiſitum ab eo tu-
torem non petierit,ſed priuare eam,prælatione in tutela
ſuſcipienda & adminiſtranda,ut ibi. ¶ Vltimo non ob-
ſtat hanc mulierem tranſiuiſſe ad ſecunda uota immedia
te poſt annum: & ex hoc facile colligi & præſumi poſſe
malum animum ipſius mulieris in præteritum:quoniam
reſpondetur illud non procedere in hoc caſu,in quo cō
ſtat matrem impeditam fuiſſe infirmitate filii,& ex rōni
bus ſupra deductis:& in claris non eſt locus præſumptio
ni.l.continuus.§.cum ita.de uerbo.obligatio.l.ille aut il
le.§ cum in uerbis.de le.3.& maxime in hoc caſu in quo
mulier de uoluntate mariti expreſſa tranſiuit ad ſecun-
das nuptias: quo caſu impune mulier ad ſecunda uota
16 tranſire potuit:& † pœnæ ſtatutæ in fauorem filii primi
matrimonii

matrimonii:contra matrem tranſeuntem ad ſecunda uota,locum non habent,quando mulier de conſenſu mariti ſecundum contraxit matrimonium. gl.in authentica. de nupt.§.unum itaque.in uerbo, ſiue die. Bald. Decius & alii in rubri.de ſecun.nupt.Roma.in conſilio.219. Ex themate.colum.1.& conſi. 248. Tu ſcis ꝙ mulier.idque abſq; difficultate procedere uidetur, quoniam licèt Bal. in conſi.260. Ad euidentiam.& in conſi.388. Iuxta caſum.lib.3.& in conſi.488.Proponitur.lib.4.& Ang. con-
17 ſi. 396.Doctor.colum.ſecunda. uoluerint†maritum poſſe derogare omnibus pœnis, quæ imponuntur nubenti intra annum luctus: tamen uidetur limitari & declarari procedere in bonis quæ ab ipſo marito prouenerunt: nõ autem in aliis ut per aliquos:in dicta rubr. de ſecũ.nup. per rationem & aliqua ſimilia adducta per eos: de cuius dicti ueritate non diſcutio:ſed ibi & conſulendo dixi: & ita cum in hoc ſit aliqua difficultas, quæ omnino ceſſat in caſu noſtro,cum hęc mulier ad ſecunda uota tranſiuit præſente alio filio & tacente:immo ei, & ſecundo mari-
18 to,munuſcula donante,& conſequenter conſentiente†ꝑ præſentiam & taciturnitatem:ad not.in l.quæ dotis.ſol.
19 matri.immo donatione & facto ipſo probante,ꝙ†tantũdem operatur ac ſi uerbis ipſis expreſſe approbaſſet.ar. l.Paulus reſpon.rem rat.hab.no.in l. de quib.de legi. ſed
20 † ubi conſenſus filiorum interuenit, mulier tranſiens ad ſecunda uota impune agit. Ro.in conſi.219.Ex themate. col.1.immo tacitus conſenſus filiorum ſufficit. Ange.in d.conſi.396. Doctor inſignis. & ſequuntur Dec.& mod. in d.rub.de ſec.nup. allegando plura concordantia : & hoc nullam difficultatem uidetur habere in hoc caſu, ultra ſup.conſiderata,cum per mortem filii iam hæreditas erat acquiſita matri: & ita teneo non obſtante particulari diſpoſitione loci priuante mulierem tranſeuntem ad ſecundas nuptias,ſucceſsione filiorum.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in ſequentibus legatis non refertur ad legata præcedentia.*
2 *Legatum relictum tutori in dubio cenſetur ei factum cõtemplatione tutelæ,adeo ut ſi nolit ſubire onus tutelæ legatum amittit,quod pupillo applicatur.*
3 *Legatum factum coniunctæ perſonæ,præſumitur relictum contemplatione coniunctionis,& non tutelæ.*
4 *Vxor dicitur coniuncta uiri.*
5 *Legatum factum uxori,præſumitur factum affectione maritali, & non contemplatione tutelæ.*
6 *Legatum factum uxori etiam ſi tranſierit ad ſecunda uota, non cenſetur factum contemplatione tutelæ.*
7 *Mulier per tranſitum ad ſecunda uota deſinit eſſe tutrix.*
8 *Legata quæ determinantur ſub eodem teſtamento, debent uniformiter determinari.*
9 *Mater quę non poteſt eſſe tutrix,quia minor recuſando tutelam filij non amittit legatum ſibi à uiro relictum.*
10 *Miles ex aliqua iuſta cauſa à militia dimiſſus tutor eſſe poteſt.*
11 *Miles, qui tutor eſſe poteſt, recuſando tutelam legatum non amittit.*

RESPONSVM LXXXIIII.

¶An mulier quæ tranſiuit ad ſecunda uota,& tutelam filii ſibi delatam ex teſtamento mariti ſubire noluit , legatũ a uiro ſibi relictum de iure conſequi poſsit.

ARBITROR legatum centum ducatorum de iure ꝑſtandum eẽ.d.Luciæ, licèt ad ſecunda uota tranſierit,& tutelam filii ſibi delatã ex teſtamento mariti ſubiri noluerit. Primũ probatur,quia dictum legatum pure ei fuit relictum non
1 appoſita aliqua conditione,nec†conditio de non nubẽdo,quæ fuit appoſita in ſequentib. legatis referri debet ad hoc legatum. l.ſi filium.in princ.ff.quando dies legat. ced.Bar.in l.fi.ff.de reb. dub.& in l.auia.in prin.ff.de conditio.& demonſtra.& in l. quiſquis.ff.de leg.3.& hoc nõ
2 habet dubium.¶Secundum probatur,nam licèt†in dubio legatum relictum tutori cenſeatur ei factum contẽplatione tutelæ,adeo ꝙ ſi nolit ſubire onus tutelæ legatum amittat quod pupillo applicatur.l.Neſennius. ff.de excuſatio. tutorum.& l.poſt legatum. §. amittere.ff.de
3 his quib.ut indig.attamen hoc non†procedat ubi legatum factum fuit coniunctæ perſonæ.tunc enim præſumitur relictum contemplatione talis coniunctionis nõ tutelæ,ideo legatum non amittitur licèt tutela recuſetur.l. tutor.§.quæ tutorib.ff.de excuſa.tut.facit tex. in c.requiſiti.de teſt.& glo.in c.fi.de teſta. in 6. ¶Dicitur enim
4 †uxor coniuncta uiri.l.fina.§. ſed cum in confinio. C.de
5 furtis.præſumitur†itaque hoc legatum relictum dominæ Luciæ ut uxori,& ſic affectione maritali non ut tutrici.l.cum hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam.ff.de dona.inter uirum & uxo.ibi nõ quaſi ad extraneam,ſed quaſi ad uxorem fecerit, ideo nec ratio locum habebit. Non facio tñ magnam uim ſuper hoc fundamento:per ea quæ uoluit Bar.in l.pe.C.de leg. ¶Secundo & melius hoc probatur.
6 Nam † teſtator uoluit hoc legatum præſtari debere dominæ Luciæ,etiam ſi ſecundo nupſerit, ergo non cenſetur
7 relictum contemplatione tutelæ,cum mulier†deſinat eſſe tutrix per tranſitum ad ſecunda uota,ut per Bar.in authen.matri & auiæ.C.quando muli.tute.offi. fungi pot. & in l.ſi ſub conditione.ff.de teſt.tut. ¶Tertia ratio,teſtator diſpoſuit ꝙ dictum legatum præſtaretur, caſu quo ꝑcipere nollet commoditatem aliorum legatorum nubendo,ergo non uult alia legata,ergo dictum legatum ei ꝑſtandum eſt:qm̃ purificata fuit dicta cõditio. ¶Pręterea
8 & quarto in eodem teſtõ†uniformiter determinatur legatum dotis, & legatum prædictum:ſicut ergo legatum dotis præſtandum eſt,etiam ſi tutela cenſetur, ſic ẽt & legatum centum ducatorum.per regula.l.iam hoc iure.ff. de uul.& pup.& l.quamuis.C.de impub. ¶Vltima rõ ẽ,
9 domina Lucia etiam ſi†uoluiſſet non potuiſſet aſſumere onus tutelæ,quia minor.25.annis, ideo illam recuſando non amittit legatum.l.ab adminiſtratione. C.de le.Bar. in l.pe.C.eo.Lud.Roma. in conſi.235.incip. Quo ad primum.in primis uerbis . & ſi dicatur ibi impedimentum erat prepetuum,hic autem erat corporale: reſpondeo ꝙ doctores nõ conſtituunt hanc differentiam, quinimmo ratio per eos adducta ſuadet ꝯtrarium dum dicunt ꝙ ibi non amittitur legatum,quia miles etiam ſi uellet nõ poſſet eſſe tutor. ¶Præterea impedimentum militiæ non eſt
10 perpetuum ſed temporale, patet,quia†ſi miles ob inualiditatem,uel ob ętatem ingraueſcentem,uel ob aliam iuſtam cauſam a militia dimittatur de iure tutor eſſe põt, licèt ab illo onere ſe poſſit excuſare. l. ſed & milites . in
11 prin.ff.de excuſa.tut.& tñ legatum non†amittit ſi nolit eſſe tutor. d.l.ab adminiſtratione.& ex his indubitanter concludo legatum fore præſtandũ præfatę.d. Luciæ &c.

Ioannes de Monteferrato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex pro trib.ſententijs conformib.reiectis quibuſcunque exceptionib.pronunciare debet.*
2 *Sententiæ tres conformes non merentur executionem ubicunq; in eis adeſt aliquis defectus notorius.*
3 *Nuncij relatio attendi debet.*
4 *Sententia lata parte non citata eſt nulla.*
5 *Defectus ille dicitur notorius,qui ex actis colligitur.*
6 *Sententia lata contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatã eſt nulla.*
7 *Exceptio nullitatis poſt tres ſententias conformes opponi põt, quando fuerunt latæ ab incompetentibus iudicibus.*
8 *Notorium facti permanentis ſufficit allegari, etiam in deciſoriò &c.*
9 *Cauſa eccleſiaſtica per epiſcopum laico committi poteſt. limita ut nu.ſeq.*
10 *Fallit quando cauſa eſſet ſpiritualis.*

11 *Delegati*

11 *Delegati ſubdelegatus ſubdelegare non poteſt.*
12 *Sententiæ latæ pendente appellatione, uti attentata, non merentur executionem.*
13 *Exceptio mandati ſemper opponi poteſt, & reddit omnes ſententias nullas.*

RESPONSVM LXXXV.

¶An tres ſententiæ conformes mereantur executionem, quando patiuntur defectus notorios, ubi multa in materia.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In præſenti cauſa ad quam nunc accerſitus ſum, ſicut ultimus medicus poſt longam ęgritudinem, cum ueritas in paucis conſiſtit breuib. rem ipſam explicabo. Et licet uideatur magnificum iudi
1 cem pronunciare debere pro trib. †ſententiis quæ uidentur conformes, reiectis quibuſcunque exceptionib. per clemen. primā. de ſenten. & re iud. cum ibi plene not. nihilominus in hoc caſu, ſi dictæ ſententiæ recte conſiderentur: pro cōperto habeo magnificum dominum meū, & quemlibet alium ſani intellectus aliter facturum eſſe, ac proferre debere non exequendas fore, & ad id demonſtrandum præſuppono communem opinionem, quæ hēt
2 ꝙ †ubicunque adeſt aliquis defectus notorius in dictis ſententiis non merentur executionem: ad plene nota. in d. clemen. 1. de re iud. & in cle. 1. de ſeq. poſſeſ. & fruct. ubi per Pet. de Anch. & alios, cum uulgaribus.

¶Hoc præſuppoſito quod non habet difficultatē, dico ꝙ cū hic ſunt plures defectus, & notorii, huiuſmodi ſententiæ ſunt reiiciendæ. Et primo quo ad dimidium cauſæ non ſunt duo fratres conuenti, & quo ad unum adeſt defectus citationis, ut conſtat ex relatione facta per nun
3 cium, quæ †attendi debet: ad plene no. in ca. cum parati. de app. cum ſimi. ſed in ea refertur unum ex illis ſolum fuiſſe citatum, de alio nullum uerbum, ergo reſpectu il-
4 lius non citati †eſt nulla: ad plene no. in l. de unoquoq;.
5 de re iud. Rot. in deciſi. 529. & hic defectus †eſt notorius, cum ex actis colligatur: ad plene no. in l. 2. C. de eden. & in c. quoniam contra falſam. de prob. & per Iaſ. in l. 1. in prin. de eden. nec citatiões factæ ad ualuas eccleſiæ pñt prodeſſe, cum ſint factæ ex eo quia propter primam citationem factam in perſonam non uenit, ut conſtat ex primo citatorio, & alias non ualerent: qđ non examino, cū uia ſibi pateat quam elegit. l. mulier. quod met. cau. ſed huic alio fratri primo non citato, non pōt aliquid imputari cur primo non uenerit, ergo nullo modo citatio ad ualuas eccleſiæ cathedralis Bono. facta, quia primo ꝑſonaliter citatus non uenit, ei nocere pōt, cum ceſſet cā.

¶Secundo dico ꝙ adeſt defectus notorius, q̄ reſpicit nō ſolum dimidiū cauſæ, ſed totam cauſam. Nā prima ſnia lata ad fauorē reorum ſuper prauitate uſuraria trāſiuit in rem iudicatam, cum fuit lata de ann. 1536. in fin. & ita lapſum erat biennium integrum: quo caſu ſiue attendamus tempus, & inſtantiam ſtatutorum, ſiue iuris cōis, lapſa erant fatalia, maxime cum non fuit poſtulatū biennium, nec datum, & ſi datum fuiſſet non potuiſſet, cū exceſſit biennium: ad no. in l. properandum. de iud. & in c.
6 ut debitus. de app. ſed †ſententia lata ꝯ ſententiam q̄ tranſiuit in rem iudicatam eſt nulla: ut per Bar. in l. 1. C. qñ ꝓuoca. non eſt neceſ. & cōiter traditur in c. inter monaſterium. de re iudi. ut ibi plene per mod. & licet Feli. ponat plures limitationes, tñ ſi recte conſiderentur nulla conuenit caſui noſtro, ideo nō tranſcribo, & ſi magnifico iudici ꝯrium uidebitur det in dubijs, & iſtud ꝑſertim non hꝫ difficultatem, cum aliæ ſententiæ fuerunt late ab incō
7 petētib. iudicib. quo caſu ēt de †nullitate pōt obiici poſt tres ſententias: ut in d. cle. 1. de ſequeſt. poſ. & proprie. ꝙ autem ſint latę demonſtratur: nam ſententia prima fundat ſe ſuper uſuraria prauitate, & tota cauſa eſt ſup hoc, ſed cauſa uſuraria ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, nec pōt expediri per laicum: ut probatur in cle. 1. § cæterū; de uſu. ibi, cenſura eccleſiaſtica. & ibi no. & plene ꝑ repe. in c. conſuluit. de uſur. ſed notorie ꝯſtat in ciuitate, ſaltē
8 duos ex his iudicib. eſſe laicos, immo uxoratos, & †ſufficit notorium facti permanentis, ut eſt iſtud allegari ēt in deciſorio: ad pſene no. in c. non ſolum. de appel. in 6. cū uulgarib. ergo ſunt nullæ iſtæ ſententiæ tanquam late à iudicib. incompetentib. ¶Nec ob. ꝙ fuerunt commiſſæ
9 per reuerendiſsimum. d. & †cauſa eccleſiaſtica per epm̄ committi poteſt laico: ad no. in c. 2. de iud. cum ſi. quia il
10 la opinio limitatur cōiter qñ cauſa †eſſet ſpiritualis: ut no. Abb. in c. ſignificaſti. col. 8. de foro compe. & late per Decium in d. c. 2. col. 5. cum ſeq. uerſ. 3. ¶Præterea illud procedit quando epiſcopus ex certa ſcientia cauſam illam committit incapaci: ut ex dictis omnium colligitur in d. c. 2. & ratio eſt, quia quando ignorat non eſt uериſimile quod ei commiſiſſet, cum quod uia ordinaria fieri poteſt, non extraordinarie fieri debet. l. in cauſæ. de minо. nec præſumitur principem uelle recedere a recto tramite: ad no. in l. ſi quando. C. de inoff. teſt. ¶Accedat etiam quod fuit commiſſa cauſa a. d. Hieronymo fratre. d. Franciſci Guiciardini, & ſic erat ſubdelegatus delegati à
11 principe, & ſic non potuit †ſubdelegare iſte ſubdelegatus delegati: ſecundum communiter tradita in l. à iudice. C. de iu. & in l. j. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. cum ſi. & maxime huiuſmodi cauſam laico, in qua adeſt difficultas in prima ordinatione, an poſsit delegari laico, immo tenetur quod non cum ſit ſpiritualis, & res eſt firma qđ non poteſt ſubdelegatus delegati, & in hoc non reperietur contradictor. Accedat etiam quod nonnullę ex iſtis ſententiis fuerunt latę pendente appellatione ad ſanctiſſi. do. noſtrum pro parte cōuenti, quo caſu uti attentata
12 non †merentur executionem, ſed potius ſunt reuocandę: ad no. toto tit. nihil nouari app. penden. & in c. non ſolū. de app. in 6. ¶Non omitto quoque quod nonnullę fuerunt latæ per commiſsionem factam, & impetratam ante tempus conceſſum reo, quod eſt ſemeſtre: ad nota. per Peru. & alios in c. oblatę. de app. qui defectus ſaltem operantur: ut hæ ſententiæ non potuerint derogare primæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam. ¶Quibus omnib. conſideratis liquidiſsime conſtat has ſentētias notorios defectus nullitatis continere, & ſaltem non fuiſſe potentes confirmare ſententiam latam cōtra inſtantiam, & in hoc ſi magnificus d. meus recte conſideret, prout pro cōperto habeo, non reperiet contradictorem.

¶Vltimo non omittam exceptionem mandati quę ſem-
13 per poteſt opponi, & †reddit omnes ſententias nullas, iurib. uulg. ſed ibi in proceſſu non apparet de mandato, & fuit oppoſitum, & non præſumitur etiam per mille annos: ut no. in l. filius. de peti. hęr. & in l. ſciendum. de uerbo. obli. nec poteſt amplius produci, cum ſint miſſæ cedulæ ad ſentētiam, ſequitur neceſſario has ſententias ex actis nullas declarandas fore, cui me ac iuſtitiā plurimū commendo. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio dummodo, denotat præciſum implementum, & de neceſſitate adeſſe illud cui adijcitur.*
2 *Conceſsio facta a debitore, ſemper uidetur facta animo compenſandi.*
3 *Dictio penitus, idem ſignat quod indiſtincte & omni caſu ac in totum.*
4 *Geminatio multum operatur, & facit quod quis teneatur eo caſu quo per ſimplicem promiſsionem non teneretur, & ut in diſpoſitione ueniat quod alias non ueniret.*
5 *Inſtrumentum facit rem notoriam, & dicitur probatio probata quæ non indiget alia diſceptatione iudicij.*
6 *Dictio prout, ſtat qualificatiue.*
7 *Conditio habetur pro impleta in damnum illius per quem ſtetit quominus adimpleretur.*
8 *Nouatio non fit per adiectionem obligationis.*
9 *Fructus per aliquem fuiſſe perceptos non præſumitur.*
10 *Probationes quando hincinde ſunt pro illa parte pronunciandum*

dum eſt pro qua adeſt præſumptio iuris.
11 Donatio regulariter non præſumitur.
12 Donatio præſumitur ratione ſanguinis.
13 Donatio inter patrem & filium morte confirmatur.
14 Benemerita & ſeruitia faciunt præſumi donationem.
15 Donatio præſumitur ratione paruę quantitatis.
16 Debitor ex contractu ſuo poſtea donando creditori, in dubio non præſumitur animo compenſandi donaſſe, ſed utrũque poteſt petere creditor.
17 Aditione hæreditatis confunduntur debita, & credita, & actiones hæredis.
18 Hæres & defunctus reputatur eadem perſona.
19 Actiones hæredi competentes per aditionem hæreditatis cõfunduntur duntaxat pro ea parte pro qua eſt hæres, & pro alia remanent firmę.
20 Creditum filij non confunditur, niſi pro rata pro qua ſuccedit filius.
21 Hæres non repræſentat perſonam defuncti, niſi pro ea parte in qua ſuccedit.
22 Inuentarij confectio, operatur ut actio hæredis in ſubſtantia non confundatur, ſecundum unam opinionem, uel ſecundum aliam, ut quo ad effectum non habeatur pro confuſa.
23 Inuentarij omiſsio non facit quod hæres teneatur in plus quàm tenebatur antequam inuentarium eſſet repertum.
24 Actio hypothecaria per aditionem non confunditur, ſed ſola ſolutione & ſatisfactione tollitur.
25 Donatio inter patrem & filium, iuramento uallata, ualet de pręſenti, & ideo conferri debet.
26 Cauſa non ſecuta, nedum promiſſori actio competit, ſed & exceptio.
27 Verba debent intelligi de iure.
28 Timor reuerentialis non ſolum facit præſumi filiam concedere id ad quod tenetur, ſed etiam id ad quod non tenetur.
29 Præſumitur illud eſſe quod de iure eſſe debet.
30 Præſentia & taciturnitas eius qui poteſt actum prohibere, pro conſenſu habetur.
31 Sententia libello conformis eſſe debet.
32 Declaratio ad nota. in l.procula.de proba.
33 Lex, procula. de proba. non habet locum inter aſcendentes, & deſcendentes.

RESPONSVM LXXXVI.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Commendabilis mulier domina Lucretia de Man
fredis debitrix in mille & centum ꝓ reſiduo
pretii cuiuſdam fundi empti ab ipſa contra-
xit matrimonium ac fundum emptum in dotem dedit,
& pater eius promiſit.d.Lucretiam ac eius maritum in-
demnes conſeruare a ſolutione dicti pretii, poſtea.d.Lu-
cretia ſoluit ſexcentum libras, & ut dicitur quoſdam fru
ctus habuit, deinde pater deceſsit cui.d.Lucretia pro ter
tia parte ſucceſsit cum duab.ſororib.in aliis duab.parti
bus ſuccedentib.ex hoc themate contingit de duob. du-
bitari. Et primo an.d.Lucretia ac eius maritus potuerint
agere contra patrem. Secundo caſu quo potuerit agere
contra patrem, an remanſerit uenditrix poſt aditam hæ-
reditatem ut contra cohæredem agere poſsit.
¶Circa primum dubium, an domina Lucretia, ſeu eius
maritus potuiſſet agere contra.d.patrem ſuum ad illam
quantitatem librarum mille & centum: prima fronte ui-
debatur dicendum non poſſe. Et primo quia promiſit
non ſimpliciter, ſed ſub conditione, & ſub certa forma:
ut patet in ipſo inſtrumento ibi, dummodo remaneat ip
ſi Santo dicta poſſeſsio &c. ut poſsit de introitib. fructi-
bus, & lucris poſſeſsionis ſe indemnem releuare a dicta
1 ſolutione: nam†dictio dummodo, denotat præciſum im
plementum, & de neceſsitate adeſſe illud cui adiicitur: ſe
cundum Alex.in l.prima.in princ.in fin.pen.colum.ff.ad
leg. Falc.qui alleg.ut per ipſum, ſed. d.Santus nõ habuit
dictam poſſeſsionem, nec fructus cepit de quib. poſſet
ſoluere &c. ut dicitur probatum fuiſſe per teſtes, ergo nõ
eſt obligatus, quia eſt defecta cõditio, & forma ſub qua
erat obligatus: quo caſu ceſſat omnis obligatio: ut plene
no.in l.prima.de condi.& demonſ.cum uulg. in l.cedere
diem.de uer.ſig.in l.ita ſtipulatus.de uer.ob.
¶Præterea.d.domina Lucretia, ac eius maritus, uiuen-
te patre poſt promiſsionem factam per ipſum, ſoluerunt
uenditori ipſius fundi ſexcentum libras, abſque eo qđ
patri proteſtati fuiſſent ſolutionem ad ipſum ſpectare, &
ipſos indemnes conſeruare debere, ex cuius proteſtatio-
nis omiſsione, ac etiam ſpontanea ſolutione, manifeſte
colligitur uerum eſſe promiſsionem factam per patrem
conditione defecta extinctam fuiſſe recognitam a domi
na Lucretia, & eius marito, & quidem iuſte cum dicitur
ipſos omnes fructus percepiſſe, nec ad patrem aliquid
perueniſſe. ¶Præterea hi coniuges ſaltem fructus perce-
ptos ad patrem ſpectantes deberent in debitum compu-
2 tare, quia conceſsio†facta a debitore neceſſario, ſemper
uidetur facta animo compenſandi debitum: ut plene no
ta.per illum tex.in auth.præterea.C.unde uir & uxor. cũ
concordantib.de quib. ibi, hinc eſt quod ſi creditor per-
cipiat fructus ex re pignorata permittente debitore, fru
ctus computantur in creditum, & extenuant creditum.
¶Maturius uero conſiderando puto ueritatem eſſe in ꝯ-
rium, & conſidero quod. d. Santus promiſit dominam
Lucretiam, ac eius maritum indemnes, & penitus ſine dã
no eximere ac conſeruare ſolutione reſidui dicti pretii,
quod erat librarum mille & centum: ut latius in dicto in
ſtrumento dotis: quæ uerba important ꝙ.d.Lucretia ac
eius maritus amplius nihil habent ſoluere de dictis li-
bris mille & centum, & caſu quo ſoluunt etiam in mini-
3 mo debet ſatisfieri ipſis a.d.Santo: nam uerbum†peni-
tus de quo ibi in inſtrõ, importat indiſtincte oĩ caſu & in
totum.l.fi.& ibi no. de edic. diui Hadria.tol. c.ſuper eo.
de hær.& no.per Spec.in l.1.§. ſi mihi ſtipulãti.in 2. colũ.
de uer.ob.ergo ſiue ſoluerit aliquid dicta domina Lucre
tia ſiue non, & quomodocunque euenerit in totum, & in
diſtincte uult teneri ad dictam ſolutionem uti tenebat̃.
¶Item conſidero quod in dicto inſtrumento ſunt uerba
geminata, dum dicitur in eo indemnes, & penitus ſine
damno &c. quo caſu geminatio multum operatur. l.ba-
4 liſta.ad Trebel. & facit†quod quis teneatur eo caſu quo
per ſimplicem promiſsionem non teneretur, & in diſpoſi
tione ueniat quod aliàs non ueniret: ut per Bar.in l. cum
ſcimus. C.de agri.& cenſi. per Ro.in l.ſi uero. §.de uiro.
in 30.fallentia.ſol.matri.per Alexan.& omnes in rub.de
uerb.obliga.col.fi.ergo licèt aliàs in caſu quo poſt pro-
miſsionem aliquid ſoluiſſent domina Lucretia, ac eius
maritus, ipſe pater non teneretur, quod nullo pacto ad-
mittendum eſt, tamen iſto caſu propter geminationem
ſine dubio etiam poſt ſolutionem indiſtincte, & omni ca
ſu obligatus eſt, & iſtud amplius non eſt probandũ, cum
habemus inſtrumentum amplisſimum, quod facit rem
5 notoriam†.c.fi.de cohabitatio.cler.& mulier.c.cũ olim.
de uer.ſig.& dicitur probatio probata: ita quod non in-
diget alia diſceptatiõe iudicii. Bal.in l.imperator.de ſta-
tu homi.& in l.contra negantem.C.ad leg. Aquil.& late
per doc.in c.ſignificauerunt.in uerbo, liquere. de teſtib.
Ex quib.apparet quod ſine dubio d.Lucretia, ac eius ma
ritus, & ante ſolutionem, & poſt ſolutionem potuiſſent
agere cum effectu contra.d. Santum ut eos indemnes ꝯ-
ſeruaret a dictis libris mille & centum.
¶Non ob. adducta in contrarium. Et primo quod ſub
conditione fuit facta promiſsio ſi remaneat dicta poſſeſ
ſio penes d.Santum quæ conditio dicitur defecta: ſecun-
dum quod fuit probatum: quia reſpondeo multipliciter.
Et primo quod non fuit defecta: nam ab ipſa domina Lu
cretia fuit ſibi ceſſa, data, & relaxata: ut patet in dicto in-
ſtrumenro, ergo fuit adimpleta, nec teſtes probant con-
trarium, ut fuit mihi relatum: immo per teſtes. d. d. Lu-
cretiæ probatur cõtrarium, & bene facit quod in dubio
præſumptio eſt quod perceperit, cum aliàs dicitur iacta
re.l.cum de indebito. de prob.& magis uerisſimile eſt qđ
perceperit, ergo potius reſtib.d.Lucretiæ tanquam uerisſi
miliora deponentibus credendum eſt.
¶Secundo reſpondeo quod illa conditio non fuit ſim-
pliciter appoſita, ſ. dũmõ remanet dicta poſſeſsio penes
d.Santum,

d.Santum,ſed qualificatiue prout ipſa ceſsit:nam dictio
6 prout,ſtat†qualificatiue:ad no.in l.edita.C. de eden. ubi
plene per omnes in uerbo,prout.poſt gl.& in ti.ad repri
men. in uerbo,& prout. ſic fuit qualificata ipſa cõditio
eo modo quo ceſsit domina Lucretia, ſed eo modo quo
ceſsit d.Lucretia fuit penes.d.Santum,quia dato qđ non
percepiſſet fructus, qđ tamen nego, potuiſſet ſi noluiſ-
ſet,quam potentiam ſolum conſiderat ꝯctus, & ꝯdõ ibi
ut poſsit &c. ¶Tertio reſpondeo dato & non conceſſo,
quod promiſsio illa eſſet ſub conditione actus & non po
tentiæ,id eſt ſi perceperit fructus,non autem ſi percipere
potuerit:& dato quod ſit probatum per teſtes.d.Santum
nullos percepiſſe fructus,adhuc dico teneri illa promiſ-
ſione,quia ex quo.d.Lucretia ceſsit ius percipiendi, nec
ipſum impediuit percipere,dicitur ſtetiſſe per ipſum San
7 tum quod non perceperit:quo caſu conditio†habetur ꝓ
impleta.l. iure ciuili.de cond.& demonſt. cum ibi plene
no.per omnes.l.in iure ciuili.de reg.iur.facit tex.in l.La-
beo ſcribit mihi bibliothecam.de contrah.emp.l.ſed ad-
des.§.fi.& l.qui operas.loc.& ſi teſtes probarent ipſum
non percepiſſe non tamen probant.d. Lucretiam ipſum
Sãtum impediuiſſe,nec præſumitur cum ſit facti. l.in bel
lo.de capti.& poſtlimi.reuer.& ꝯ ins.l.merito.pro ſoc.er
go cum per ipſum ſtetit habetur pro impleta & purifica
ta iſta promiſsio,& per conſequens tenebatur. ¶Nõ ob.
quod.d.Lucretia ſoluit,nec proteſtata eſt, quia iſta non
tollunt promiſsionem & obligationem factam per pa-
trem,nec tollere pñt, nec etiam arguunt perceptionẽ fru
ctuum,cum erat.d.Lucretia obligata ex ꝯctu emptiõis,
nec per promiſsionem factam per patrem erat liberata,
8 cum per ipſam non†fuit facta nouatio, ſed alia obliga-
tio cumulata:iuxta no.per Barto.in l.1.§.hæc actio.ſi qs
teſta.libe.eſſe iuſſus fuer.in materia cumulationis, & in
l.ita ſtipulatus.per omnes doc.de uerb.ob. & non poteſt
aliter dici,quia dictus Santus promiſit abſente uendito-
re & creditore dom.Lucretiæ,quo caſu dictus uenditor
non poterat cogi recognoſcere alium debitorem q̃ d.Lu
cretiam.l.3.C.de noua.cum concor. de quib.ibi:ergo d.
Lucretia ſoluendo functa eſt debito officio ſuo, nec etiã
tenebatur proteſtari, quia ſciebat ius ſuum ſibi durare
aduerſus patrem,cum obligatus erat omni caſu & indi-
ſtincte,ſiue ante ſolutionem ſiue poſt: ut latius deduxi-
mus ſup.quando autem quis ſcit ſuum ius durare ſi non
eſt proteſtatus, uel reclamauerit nihil eſt ſibi imputãdũ.
l.ſicut.§.non uidetur.ff.quib.mod.pign.uel hyp.ſol.
¶Vltimo non ob.quod fructus perceptos dʒ compenſa
re,cum debito patris, quia non eſt probatum perceptos
9 fuiſſe.d.fructus a d.Lucretia,nec†præſumuntur percep-
ti,cum ſint facti ut dixi,& facta non præſumuntur,niſi ꝓ
bentur.l.in bello.§.factæ.de capti.& poſtli.reuer.& cum
omne ius ſuum ceſsit indebite perciperet,& non præſu-
mitur indebite factum.l.merito. pro ſoc.unde ſuccedit
doctr. Bar.in l.ſi ſolũ.§.ſed ut probari.de noui.ope. nun
10 cia.quem ſequuntur oẽs ibi, quod qñ†hincinde ſunt ꝓ-
bationes pro illa parte pronunciandum eſt, pro qua eſt
præſumptio iuris: ſed dato q̃ in caſu noſtro eſſent pro-
bationes concludentes a parte contraria factæ,nihilomi
nus cum noſtræ probationes ſint fortiſsimę debent præ-
ferri,cum a iuris præſumptione adiuuantur,ut diximus.
¶Præterea rogo doctiſsimũ ac iuſtiſsimum iudicẽ ani-
maduertere ad illas ꝓbationes, quia requiritur ut ꝓbcẽ
quod multum particulariter deponant, quod actus di-
cant qui non potuiſſent fieri a poſsidente iure familiari-
tatis:quod quidem reputo difficillimũ,nec ꝓbatũ fuiſſe,
cum oẽs fere actus a poſsidente iure familiaritatis pñt
fieri qui a uero conductorę celebrantur:ut actus recep-
tionis fructuum,ſolutionis gabellarũ,& hmõi:iuxta no.
in l.qui iure familiaritatis.de acq.poſ.unde cum iſta poſ
ſint in hoc uerificari,puto,licet non uiderim ꝓbationes
aduerſæ partis de neceſsitate non concludere quo caſu
reiiciuntur.l.non hoc.unde cog.c.in præſentia.de prob.
¶Præterea dato quod eſſet probatum fructus perceptos
fuiſſe a.d.Lucretia,tñ dico quod ex eo,quia eo præſente
& conſentiente fuerunt percepti dñr donati, quia licet

11 aliàs non præſumatur†donatio.l.cum de indebito.de ꝓ
12 ba.tñ ratione†ſanguinis præſumitur.l.utrum.l.ſi ſeruus
communis.de do.inter ui.& uxo.no.per Bar.& oẽs in l.
cum quid.ſi cer.peta.per gl.& omnes in l.quæ dotis. ſol.
ma.per Alex.in conſi.167.Viſis & ponderatis. col.3. uol.
7.& eſt firma opi.ſed nulla maior conſanguinitas poteſt
eſſe quàm inter patrem & filium, ergo &c.& ſi dicaṫ non
13 uolet,dico in uita,ſed†morte ꝯfirmaṫ.l. donatiões quas
parentum.de dona.cum ſi.& iſte animus donandi ſi unq̃
uigore ſanguinis pſumitur, fortius in caſu nrõ dʒ præſu
mi,quia iſta mulier manebat in domo,& in ꝯtinuo ſerui
tio ſui patris,ac ipſum gubernabat,& quia ſenex decre-
pitus erat multis ſeruitiis & neceſsitatib.indigebat, qđ
14 de ſe facit pſumi†donationẽ.l.ſi uero.§.idẽ Papinianus.
man.& no.in l.cum quid.ſi cer. pe.Item erat parua quãti
tas illorum fructuum deducta penſione & affictu, immo
ẽt ſe habebant ad non lucrum, ſicut ſe non habent oẽs
locationes & conductiones: cum aliquando cõductores
plus ſoluunt quam perceperint de ipſo fundo: quo caſu
15 qñ†eſt parua quantitas præſumitur donatio:ut not.in l.
ſi ego.ad Vellei.& per Bar.& communiter doc.in l.cũm
quid.ſi cer.pet.nec poteſt dici quod dederit animo com
16 penſandi,quia debitor ex†ꝯctu ſuo poſtea donando uel
dando creditori in dubio non præſumitur facere animo
compenſandi,ſed utrunque poteſt petere creditor. l.cre-
ditorem.de leg.2.l.1.§.ſciendum.C.de rei uxo.act. & ita
determinat Alex.in conſi. 12.Viſo themate.col. 2.uol.2.
faciens differentiam, an quis ſit debitor ex diſpõne le-
gis,uel ex diſpõne hominis,& qñ eſt debitor ex diſpõne
hominis donando non vr compenſare:qñ autem eſt de-
bitor ex diſpoſitione legis dando,uel percipere permit-
tendo uidetur uelle compenſare, & licet loquatur qñ ex
preſſe donauit,tñ iura allegata per ipſum procedunt qñ
etiam ſimpliciter dedit,uel promiſit dare,ſed in caſu no-
ſtro pater erat debitor in illis libris mille & centũ ex fa
cto proprio,& ex ꝯctu,& promiſsione,& ſic ex facto ho-
minis:unde dando uel percipere permittendo uideṫ do-
nare,ac præſumitur non animo compenſandi, & ſic hu-
iuſmodi perceptio fructuum non habet impedire quo-
minus poſsit petere debitum,& hoc magis in caſu nrõ
debet eſſe per paruam quantitatem & continua ſeruitia,
& benemerita quæ maiorem expoſtularet remuneratio-
nem:quib.omnib.concurrentib. non dubito doctiſsimũ
ac iuſtiſsimum iudicem in hanc ſnıam ꝯdeſcendere,pſer-
tim cum ſæpius dixit qđ uolebat eſſe ſua oĩa,cum ſibi in
ſeruiebat.¶Circa fĩn an poſsit agere ꝯ cohæredes poſt
mortem patris, uidebatur dicẽdũ non poſſe,quia per a-
17 ditionem†hæreditatis confunduntur debita,& credita,
& actiones.l.uranius.de fideiuſ.l.ſtichũ.§.aditio. de ſol.
18 cum ibi plene no.Item quia hæres &†defunctus reputã
tur eadem perſona,licet alius adſit cohæres: in authẽ. de
iureiur.a mo.præſtito.ſed nemo ꝯ ſemetipſum agere po
teſt:iuxta.l.1.de ſtipu.ſeruo.cum concor. Item quia non
confecit inuentarium quo caſu confunditur inſolidum:
iuxta no.in l.fi.§.in computatione.C. de iur.deliber. ubi
Bar.& omnes alii commentatores. ¶Contrarium tñ de
termino per tex. ubi eſt caſus in l.ab eo.C.de neg.geſt.u-
19 bi pro ipſa†parte pro qua eſt hæres ꝯfunditur actio, pro
alia autem remanet firma,& ideo dicit tex.quod ſi fuiſti
hæres debitoris tui in duab.unciis remanet tibi actio in
decem unciis in quib.non ſucceſsi:& ita ibi no. Bar.Bal.
Sal.Alex.& communiter doc.& dicit ibi Pau.de Caſ.qđ
iſtud procedit etiam ſi in illis duab. unciis eſſet plus q̃
eſſet debitum, quia attenditur confuſio reſpectu quotę
non reſpectu ualoris, & in filiis ſuccedentib. patri. qđ
20 †creditum non confundatur niſi pro rata pro qua ſucce
dit filius,ita quod ſicut diuiditur ipſa hæreditas diuidiṫ
creditũ.eſt caſus in l.licet.C.ad leg.Fal. & ibi per Bald.
Sal.& alios doc.cõcordat tex.in l.1.& in l.ſi adulta. C.de
hær.act.cum concor.de quib.in glo. & iſtud non uidetur
habere difficultatem,ergo d. d.Lucretia poteriṫ agere ꝯ
ſorores cohæredes,cum in partib.tangentib. eas nõ fuit
confuſa actio,& ex hoc apparet reſponſum qđ actiones
per aditionem confunduntur.¶Nec ob.quod repræſen-
tat

21 tat perſonam defuncti † hæres quia non repræſentat niſi
pro illa parte pro qua ſucced. t. l. cum a matre. de rei uẽd.
& ita ibi ſummat illum tex. Bar. & ſequuntur doct.
¶ Nec ob. quod non confecerit inuentarium, quia non
facit quod teneatur in maiori parte quam ſucceſſerit: ſʒ
22 bene operatur ſi † confecerit ut actio in ſubſtantia non
confundatur: ſecundum gl. Bal. Pau. de Caſ. in l. ſi debito
ri. de pac. Bal. in l. irritum. C. ad leg. Falc. & in l. fi. §. in cõ
putatione. C. de iure delib. ſeu quo ad effectum non ha-
beatur pro confuſa: ſecundum aliam opinio. de qua per
Bal. & Sal. & Fulg. in l. ſi debitori. C. de pac. de quib. opi.
per Alex. & mod. ibi: nec determino quæ ſit uerior, cum
utraque ad propoſitum facit: quoniam ſi non confecerit
confunditur: ut per Alex. & doc. communiter in dictis
23 locis, & bene facit, quia † omiſsio inuentarii non facit ꝙ
hæres teneatur in plus, quàm tenebatur antequam inuẽ-
tarium eſſet repertum: ut no. in d. l. fi. in §. & ſi præfatã.
C. de iur. delib. ¶ Sed aduertendum puto ad præſentem
caſum: nam cum d. Lucretia habebat hypothecariam ꝯ
patrem: ut patet in inſtrumento dotis, ubi promiſit &c.
licèt ſucceſſerit patri in nihilo actio hypothecaria eſt cõ
fuſa, cum licèt per ſucceſsionem confundãtur oẽs actio-
24 nes † hæredis, hypothecaria tamen non cõfunditur, cum
ſola ſolutione & ſatisfactione tollatur. l. ſi debitor. ad
Treb. & ibi Bar. Pau. de Caſtr. Alexã. & omnes ſequuntur
ac illum tex. ut ſingularem ad hoc ualde commendat: idẽ
uoluit Bal. in l. ſi uxor. de bo. autho. iud. poſsiden. alleg.
l. ſi ex ſextante. §. Lucius. de excep. rei iudi. ſed melius fa-
cit tex. in l. cum quis. §. fi. iuncta prima ratione aſsigna-
ta in gl. de ſol. ſecundum Alex. & alios communiter q ſe
quuntur hanc opi. in d. l. ſi debitori. C. de pac. ſequit̃ Ro.
in conſi. 276. & alii alibi ſæpe: ſi igitur non eſt facta con-
fuſio in hypothecaria ſecundum iura & cõem ſententiã:
ſequitur d. Lucretiam de iure poſſe integrum ſuum credi
tum conſequi, & ſi pro parte patris debitoris hæredita-
tem adiuerit poſt redditum conſilium per iudicem q ac-
quieuit reſolutioni noſtrę ſuper ſecunda difficultate: fuit
reuocata in dubium prima difficultas licèt late explica-
ta fuerit, & quoniam pro reſolutione eorum quæ obii-
ciuntur neceſſe foret iterum repetere fundamenta poſi-
ta in conſilio, ſatius duxi poſt conſilium obiectorum re-
ſolutionem apponere, & in ea minus quàm potero ea q̃
dixi repetere, niſi prout neceſſarium eſſe mihi uidebitur:
ex his igitur quæ dicta ſunt ſup. in conſilio quod promiſ
ſio de illa quantitate facta a patre fuit ut d. Lucretia ce
deret ius ꝯductionis prout ceſsit retorquetur obiectio,
quod fuit cauſa donationis facta promiſsio quantitatis
25 principalis, quæ cum † ſit iurata, & ualeat de pręſenti: iux-
ta tradita in l. ſi donatione. C. de coll. & in l. frater a fra-
tre. in fi. de condi. indeb. ſecundum communem opin. ut
ibi atteſtantur doc. debet conferri. l. a patre. l. filiam. C. de
colla. nam ex inſpectione inſtrumenti conſtat quod non
eſt ex cauſa donationis, ſed dummodo cederet & relaxa-
ret ius conductionis: quod quidem cum fuit factum, ut
conſtat in inſtrumento, & ſup. dixi apparet quod non eſt
donatio, ſed promiſſum ob cauſam, & ſic nihil facit o-
biectio: ſequitur & reſolutio alterius principalis dubii
26 in quo dicebatur quod cauſa non † ſecuta, non ſolum cõ
petebat actio, ſed exceptio. l. fi. de cond. cau. data. & ꝑ to
tum tit. quoniam hic cauſa fuit ſecuta, quia ceſsit, dimi-
ſit & relaxauit. d. d. Lucretia ius ꝯductionis: prout ipſe ꝯ
tentabatur de ipſa ceſsione: iuxta tenorem inſtrumenti,
ut ſup. ponderatum. ¶ Nec obſt. quod non percepit fru-
ctus. d. Santes, & tamen uidetur ſub hoc modo promiſiſ-
ſe ibi, ut de & cum fructib. poſsit, quoniam in hoc conſi
derandum eſt: quod fuit promiſſum ſub duplici modo, ſ.
ut cedat ius conductionis &c. Et primus continet eſſen-
tiam. Secundus potentiam. Primus debet adimpleri ex
parte d. Lucretiæ. Secundus ex parte. d. Santis promitten
tis: nam ille primus modus ut cedant, continet effectua-
lem & eſſentialem ceſsionem, & non potentiam cedendi
explicandam per dictam Lucretiam. Secundus uero mo
dus potentiam tantum percipiendi fructus continet, &
de illis ſe reualendi & conſeruandi indemnem, non aũt
eſſentiam & effectualem perceptionem fructuum: ut pʒ
ex natura & proprietate uerborum dicti inſtr̃i, ibi ut de
dictis fructib. poſsit &c. & iſta potentia ſeu modus ẽ ex-
plicandus per dictum Santem. His ſic conſideratis dico
cauſam adimpletam eſſe, & modos ſeu cõditiones adim-
pletos fuiſſe: quoniam primus modus fuit adimpletus ꝑ
d. Lucretiam cedẽdo, relaxando, & dimittendo, ut in di
cto inſtr̃o: nec aliter tradere tenebatur, cum ſe reſtrinxit
ad illam ceſsionem eo modo factam, ut ſup. dixi. Secun-
dus modus qui conſiſtit in potentia fuit adimpletus, qa
potuit Santes dictos fructus percipere, & de illis ſe indẽ-
nem conſeruare, quod demonſtratur: quia ceſſum, & re-
laxatum fuit ius conductionis & ſic de iure poterat, &
27 † uerba debent intelligi de iure. gl. & ibi Ang. Pau. & Iaſ.
in l. 1. de his quib. ut indig. immo & de facto poterat, cũ.
d. Lucretia manebat in domo. d. Santis, & cum erat filia
erat in poteſtate, & gubernio ipſius. gl. in §. 1. inſtitu. ad
Ter. Bal. in l. ſi uxorem. in prin. de condic. inſer. quo ca-
ſu nullus diceret quod ſtante ceſsione non potuerit per
28 cipere dictos fructus, immo † timor reuerentialis non ſo
lum facit præſumi filiam concedere id ad quod tenet̃, ſʒ
ẽt id ad quod non tenetur. ut traditur in l. 1. §. quæ one
randæ. quarum rer. act. non datur. in l. quæ dotis. ſo. mat.
& ſi dicatur non percepit, ſed. d. Lucretia percepit, dico
quod iſtud non probatur concludenter, maxime cum il-
li actus qui dñr facti per ipſam potuerint fieri noĩe pa-
tris, & præſumitur cum ita de iure erat, cum p̄ſumuntur
29 illud † eſſe qđ de iure eſſe dʒ. Bal. in l. cum in teſtõ. §. hæc
uerba. de hær. inſt. per Alex. in l. 2. §. prius. de uul. & pup.
& ſic non probatur cum neceſſario non probatur. ca. in
præſentia. de prob. l. non hoc. unde cog. ſed caſu quo cõ-
cludenter probaretur illam fructus percepiſſe nomine ꝓ
prio, non facit quin modus ſit adimpletus, quia non tol-
lit potentiam percipiendi in perſona Santis: nam ſi uo-
luiſſet percipere utiq; potuiſſet cum erat pr̃ & habebat
in poteſtate & gubernio: nec ueriſimile eſt quod eum im
pediret, cum ultra quod eſſet in poteſtate de iure teneba
tur uigore ꝯctus, & ſi pars aduerſa dicet ꝯrium dẽt ꝓ ro-
bare, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, & præſum-
ptio ſit ꝯ eam. l. eum actum. de neg. geſ. l. ſiue poſsidetis.
de prob. ergo ſequitur qđ potuit percipere quantũcunq;
Lucretia percepiſſet, & per potentiam ſuã fuit adimple-
tus modus ꝯtinens potentiam, & ſic uterq; modus fuit
adimpletus, & per ꝯñs cã eſt ſecuta, itaq; ceſſat repetitio
per tit. de condi. cauſa data & non ſecuta, & ceſſat excep-
tio de cauſa non ſecuta, immo dico qđ ſi d. Lucretia per
cepit aliquos fructus, ex quo percepit ſciente & patiente
ac præſente, immo de uolũtate. d. Santis: ut dñt primus,
& ſecundus teſtes producti ꝓ parte aduerſa, q ſemper de
ponunt de p̄ſentia Santis, quo caſu cum erat † præſens &
30 tacens, & poterat actum prohibere, habebatur pro ꝯſen
tiente: ut per Bar. & doc. communiter in l. quæ dotis. ſol.
ma. per illum text. itaque cum ipſe qui approbauit iſtud
non poteſt ꝯuenire regula, qđ ſemel. de reg. iu. nec hæres
põt ꝯuenire. l. cum a matre. de rei uendi. cum ſi. immo &
ſi iſte ſecundus modus debuiſſet eſſentialiter adimpleri,
id eſt debuiſſet percipere fructus realiter, & non potẽtia
liter, dico ꝙ deberet habere pro impleto in odium ip-
ſius Santis implere debentis, cum non adhibuerit diligẽ-
tiam ac procurauerit adimplere: argumẽ. no. in l. iure ci-
uili. & in l. in teſtõ. de cond. & demon. & ſi dicat ꝓcuraſ-
ſe habere fructus, cum non probauit diligentiã non eſt
ei credendum. l. ei qui. l. actor. de proba. cum ſi. & ex iſtis
remanent reſoluta dubia quæ in ſubſtantia tñ ſunt duo,
ſ. modum non fuiſſe adimpletum, qui non percepit fru-
ctus, & ſi ex cauſa donationis ſunt conceſsi fructus, cum
donatio ſit iurata debet conferri: nam ut dixi non eſt do
nationis cauſa facta illa promiſsio, & modus fuit adim-
pletus, uel ſaltẽ iuris cenſura hr̃ pro impleto, & hæc quã-
tum ad promiſsionem de ꝯſeruando indemnem a libris
mille & centũ, quantum uero ad fructus perceptos, ſ. qđ
uelint fructus repetere dico quod nõ pñt, qm̃ ad hoc nõ
31 tendit actio, & libello † debet eſſe conformis ſententia. l.
ut fundus. commu. diui. ca. licèt hely. de ſimo.

¶ Prete-

¶Præterea cum ſit modica quantitas,& ſumus inter pa
trem & filiam ſeruientem patri præſumuntur donati: p
32 no.per Bar. in l.cum quid.ſi cer.pet.&† no.in l. procula.
de proba.procedunt quando non concurrant aliæ conie
cturæ,ut ſcilicet res modica:iuxta tradita in l.cum quid
per Bar.ubi ultra coniunctionem ſolum conſiderat pau
cam quantitatem: quod non fuiſſet neceſſarium ſi om-
nia requiſita de quib.in l.& procula.habuiſſent interue-
niret:præterea ſola modicitas rei eſt potens: ut ſentit
Barto.in dicta.l.cum quid.ergo fortius hic cum concur-
rat cum coniunctione ſanguinis. ¶Præterea eſto quod
iſti fructus fuiſſent magnæ quantitatis, dummodo non
continerent enormiſsimum præiudicium nihilominus
propter rationem ſanguinis præſumerētur donati:p no.
per glo.Bar.& doct.in dicta.l.quæ dotis.qui dicunt qđ.
l.& procula.requirens illa requiſita ultra coniunctionē
33 ſanguinis non†habet locum inter aſcendentem & deſcē
dentes ut erat hic,ſed inter collaterales, & in iſta non a-
deſt iuramentum ex quo ceſſat id quod dicebatur de do
natione iurata: ceſſat etiam quod dicitur de compenſa-
tione per ea quæ aliàs diximus, quibus non eſt reſpon-
ſum,& ultra illa dico quod dominæ Lucretiæ non habe
bat ſoluere,ſed uenditori, & illi tantum,cum conquere-
batur &c. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina,uſufructuaria,& maſſaria,a uiro defuncto alimenta conſequi debet.*
2 *Alimenta quoties alicui relicta ſunt, is poteſt ubicunque manere, niſi expreſſe fuerit adiectum quod maneat in domo hæredis.*
3 *Nouerea non cogitur ſtare cum priuigno,& nihilominus alimēta conſequi debet.*
4 *Conditio de morando in dubio cenſetur appoſita fauore legatarij.*
5 *Verba in dubio intelliguntur demonſtratiue, & non diſpoſitiue.*
6 *Verba hæc,donec caſte uixerit cum filijs ſuis, important conditionem extinctiuam.*
7 *Vxor cui fuerunt relicta alimenta donec caſte uixerit cum filijs defuncti,non habebit alimenta niſi moretur cum filijs.*
8 *Verba debent interpretari ut aliquid operentur.*
9 *Vxor cui fuerunt à uiro relicta alimenta,donec uixerit cum filijs,licèt poßit recedere & habere alimenta,quando ſtat per filios quominus habitet cum eis,tamen contrarium præſumitur, & hoc euidentiſſime probare debet.*
10 *Gl.in l.1.C.de leg. reprobatur.*
21 *Declaratio & ſaluatio ad gl.in l.1.C.de leg.*
12 *Conditio habitandi quando deficit culpa legatarij,perijt legatum.*
13 *Verba non ſtant demonſtratiue quando ſunt appoſita uerbo executiuo.*
14 *Alimenta ſecundum qualitatem,& dignitatem perſonæ decerni debent.*
15 *Alimenta debent decerni non ſolum pro perſona cui debentur, ſed etiam pro ſuis mancipijs.*
16 *Legatum non continet,niſi illud quod in eo eſt expreßū,& quod minimum eſt.*
17 *Interpretatio ut minus grauetur hæres habet locum etiam contra uxorem.*
18 *Alimenta et beneficia legum pro diſciplina facilius concedūtur quàm pro famulis.*
19 *Alimenta quando ſunt relicta inſpiciendum eſt ante omnia quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare, deinde conſiderantur dignitas,& charitas.*
10 *Coniectura quod ſolitus erat præſtare defunctus in interpretatione legati alimentorum omnibus alijs præfertur.*
21 *Limitatio ad dictum Bar.in l.ius alimentorum. in prin. ubi pup. educ.deb.*
22 *Mulier cui relicta ſunt alimenta à uiro,tenetur operari pro hærede:ſecundum unam opinionem.*
23 *Opinio magis communis eſt mulierem cui à uiro relicta ſunt alimenta non teneri ad operandum pro hærede.*
24 *Alimenta præſtantur menſuatim reſpectu uictus, reſpectu uero ueſtium præſtantur annuatim.*

RESPONSVM LXXXVII.

¶An alimenta relicta uxori à uiro,donec uixerit cum filiis ſuis,ei debeantur, qn̄ non uult habitare cum filiis, & an alimenta debeantur pro ſeruis illius cui debentur, & an de alimentis deducatur æſtimatio operarum, & quo tēpore ſoluantur alimenta.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Dominus Ferraldus de Ferraldis artium ac medicine doctor inſtitutis filiis ſuis reliquit uxorem ſuam omnium bonorum dominam & uſufructuariam cum hæredib.ſuis donec uixerit,ac uitā
uidualem,& honeſtam ſeruauerit cum filiis ſuis, cum p
1 uerba ſupraſcripta de iure tantum†alimenta debeat ha-
bere:ſecundum gl.in l.1.C.ſi ſecun.nupſer.mul.& ibi per
Cy.&omnes per Bar.& alios in l.Titia.in §.Titia.de le.2.
¶Circa huiuſmodi alimenta de trib.contigit dubitari.
Primo an debeantur ex quo non uult habitare cum filiis. Secundo dato quod debeantur an etiam debeantur pro ancilla.Tertio an de illis deducatur æſtimatio operarum,& quo tempore ſoluantur.

¶Circa primum uidetur dicendum quod omnia debeā
2 tur,& ſi non habitet cum filiis,quia quoties † alicui ali-
menta relicta ſunt in teſtamento,& non ſit expreſſe adie-
ctum quod maneat in domo hæredis, poteſt ubicunque
manere.l.libertus.§.Lucius.ff.de alimen.& cib.leg. & ibi
per Dy.Iac.de Are.& Bar.Spe.in ti.qui filii ſint legi. uerſ.
ſi quis ita.ſed huic uxori ſimpliciter fuerunt relicta, er-
go ubicunque poteſt manere.

¶Secundo fuit dictum Bal.in l.1.C.ſi ſecun. nupſe.mul.
quod refert & ſequitur Alex.in d.§.Lucius.in apoſtil. ad
3 Bar.ubi dicit quod nouerca†non cogitur ſtare cum pri-
uigno,& nihilominus debet habere alimenta, ſed iſta u-
xor eſt nouerca,ergo &c. ¶Tertio facit,nam & ſi millies
in teſtamento eſſet appoſita conditio de morando in do
4 mo†in dubio illa conditio cenſetur appoſita fauore lega
tarii:ut poſsit morari in caſu quo uelit.gl.in l.1.C. de le.
& ibi Bar.Dy.in c.imputari.de reg.iur.in 6.ergo licèt nō
maneat debet habere alimenta,cum quis poſsit renun-
ciare fauori ſuo.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.

¶Quarto facit quod uerba,ſi uixerit caſte cum filiis, in-
5 telliguntur†demonſtratiue in dubio, & non diſpoſitiue.
l.fi.§.Titia.de lib.lega. Bar.in l.nam quod liquidæ.in §.
fi.de penu leg.ergo & ſi non moratur non habet uitiare
relictum.l.demonſtratio falſa.de cond.& demon.

¶Melius tamen conſideranti ueriſsimum eſſe uidet̄ hāc
uxorem,cum non uelit morari cum filiis ſupraſcriptis a-
limenta de iure conſequi non poſſe: quia in teſtamento
legata fuerunt alimenta, donec caſte uixerit cum filiis
6 ſuis:quæ uerba important†conditionem extinctiuam. l.
ambiguitatem.C.de uſufruc.plene per Bart.in l.1.col.6.
ff.de condi.& demon.ergo deficiente cōditione, ſ.quod
uiuat & habitet cum filiis,extinguitur legatum alimen-
7 torum,& quod iſta uerba donec†uixerit cum filiis meis,
important qđ aliàs non habeat alimenta, niſi moret̄ cū
filiis,eſt tex.in l.qui ꝯcubinam.in §.uxori.de le.3. ibi,u-
xori meæ lego ducenta,dum cū filio meo Capuę erit: nā
per illa uerba cogitur habitare cum filio: ſm gl.Barto.&
oēs ibi,& lꝫ tex.dicat in ſeq.quod pōt ſeparata à filio ha-
bitare,intelligitur in caſu quo ſtetit per filiū,quominus
ſimul habitaret: ſm gl.& doc.ibi:ergo ibi eſt caſus deci-
dens nr̄am qōnē. ¶Tertio allego tex. ubi eſt caſus in l.ſi
quis ita legauerat.de ꝯd.& dem.ibi,dū erit cū filio meo.
& ibi no.Bar.Pau.Cuma.& Soc.& oēs qđ ſi ſit dictū à te-
ſtatore lego alimēta ſi erit cum filio,uel uixerit, qđ ſi nō
ſtat cū eo non dꝫ habere, & quod iſta uerba ſi uixerit cū
filiis,intelligant̄ inducere præceptū de morādo,ultra iu-

8 ra ſupradicta probatur,quia aliàs illa uerba† fuiſſent ſu-
perflua,& nihil operarentur:contra.l.ſi quando. de leg.j.
per Bal.in rub.de emp.& uendi.& hoc etiam colligit̃ ex
qualitate filiorum,quia erant parui tunc temporis,& in
9 digebant obſequio,& regimine,& ex†qualitate perſona
rum inducitur coniectura.l.ſi ſeruus plurium.§.fi. de le.
1.& licèt qñ per filios ſtaret quominus poſſet habitare
poſſet recedere,& habere alimenta: ut no.in d. §. uxori.
& in d.l.ſi quis ita legauerit. tamen contrarium præſu-
mitur,& hoc euidentiſsime mulier habet probare:ſecun
dum Pe.de Ancha.in conſil.246. Super primo.ſequitur
Iaſ.in l.diuortio.in princip.ſolu.matrimo.col.8.
¶ Et per iſta tolluntur in contrarium adducta,quia pri-
mum & ſecundum fundamentum procedunt, quando
non adeſt conditio de morãdo cum filiis,ſed hic aderat,
ergo non facit ad rem.¶ Nec ob.tertium fundamẽtum,
ſ. quod uideatur appoſita conditio de morando gratia
10 legatarii,ſecundum gl.in l.1.C.de leg.†quia illam gl.re-
probat Barto.in conſi.211.incip. Quidam inſtituit ſibi
filios hæredes.& in l.illis libertis,de cond.& demonſt. &
in l.1.C.de leg.Vel ſecundo dico ſi uis tenere illam gloſ.
11 quod†procedit quando deficit conditio per caſum, ut
quia mortuus eſt ille cum quo debebat habitare, & tunc
fauore alimentorum durat, aut deficit propter culpam
legatarii,quia ipſe non uult habitare,& tunc deficit lega
tum,nec iſto caſu loquitur gl.ſecundum Pau.de Ca.in d.
12 l.1.col.2.in fi.& quãdo†conditio habitandi deficit culpa
legatarii,quod pereat legatum,eſt tex.in l.Caio.in §.im
perator.de alimen.& cib.leg.& tex.quem ſupra allegaui
in d.l.ſi ita quis de condi.& demonſtratio.¶ Nec ob.ul-
timum quod uerba cum filiis &c. ſtent demonſtratiue,
quia procedit quando ſunt appoſita uerbo diſpoſitiuo,
13 ut lego: ſecus†ſi uerbo executiuo ut habitet, uel uiuat:
ſecundum Alex.qui in propriis terminis loquitur in con
ſi.20.inci.Viſis capitulis.uol.2.¶ Et ex his uero, & ex eo
maxime quia honeſte uitam uidualem non ſeruauit, nec
habitu,nec commercio & ſocietate,nec re ipſa,ut ipſi hæ
redes mihi præſupponunt concludo alimenta habere
non debere.¶ Circa ſecundum,an debeat habere alimen
ta pro ancilla caſu quo ſibi deberentur,uidetur dicendũ
14 quod ſic,quia alimenta†debent decerni ſecundum qua-
litatem perſonæ & dignitatem,& non ſolum mulieri,ſed
etiam ſeruis mulieris.l.habitatio quoque.uer.ſeruis quo
que mulieris.ff.de uentre in poſ.mitten.& conſideratur
dignitas mulieris reſpectu uiri cuius erat uxor.l.1.§. mu
lier.ff.de uentre in poſ.mitten. ſed iſta erat uxor docto-
ris,ergo attenta dignitate non poteſt negari, quando ſal
tem unam famulam habeat.¶ Secundo pro iſta parte ad
duco tex.iuncta doctrina Bar.in l.ius alimentorum. in
15 prin.ubi pupil.educ.debeat,ubi alimenta† debent decer
ni non ſolum pro perſona cui debentur,ſed pro ſuis mã-
cipiis:& ſubdit Bar.ibi in fi.no.iſtum text.quia idem eſt
quando legata ſunt alimenta uxori,quia ita debent da-
ri,prout dicit iſta lex, ſed illa lex, concedit quod detur
pro mancipiis,ergo &c. ¶ Contrarium uerius eſſe e-
xiſtimo,quia perinde eſt,ac ſi legaſſet alimenta uxori re
linquendo eam uſumfructuariam &c.ut dixi ſup.ſed in
16 legato † non uenit niſi illud quod eſt expreſſum, immo
quod minimum eſt ut minus grauetur hæres.l. apud Iu-
lianum.§.Seio.l.ſi ita ſcriptum ſit.de legat.1.l.ſi ita reli-
ctum fuerit.in prin.de leg.2.l.nummis.de le.3.& in qua-
cunque.l.per omnes doct.ſed tantum in relicto eſt facta
mentio de uxore,& non de ſeruis, ergo ſola uxor debet
habere alimenta & non ſerui uxoris, quæ interpretatio
17 ut minus grauetur†hæres,habet locum etiam contra u-
xorem:ut eſt tex.in l.qui concubinam.in §.cum ita.de le
ga.3.ſi ergo ibi in eo quod eſt expreſſe legatum fit inter-
pretatio pro hærede contra uxorem, ergo fortius in ca-
ſu noſtro,cum de ſeruis nihil expreſſum ſit. ¶ Secundo
probatur in l.legatis alimentis.de alimen.& cib.leg.iun
cta.l.ſeq.ubi declaratur quid ueniat appellatione alimẽ-
torum legatorum, & dicit quod non ueniunt quæ ad di-
ſciplinam pertinent,ſi illa non ueniunt, minus ueniunt
18 alimenta ſeruorum, cum facilius†pro diſciplina alimen
ta,& beneficia legum concedantur,quàm pro famulis:ar
gu.no.per Bar.in l.1.ſol.matr.col.fi.cum publice intereſt
ut homines bonis ſtudiis imbuantur,& hac ratione gra-
tia ſtudii,& diſciplinæ leges multa ſpecialia inducunt:
ad no. in d.l.1.ſol.mat. ¶ Vltimo pro iſta parte allego
tex.in l.cum alimenta per fideicommiſſum. de alimen. &
19 cibar.leg.ubi cum alimenta ſunt † relicta inſpiciendum
eſt ante omnia quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare,
deinde conſiderantur facultates, dignitas, charitas &c.
ſed iſte doctor non erat ſolitus tenere famulam pro ipſa,
& per conſequens tñ uxorem alimentare, uerum eſt qđ
unam ſeruam pro ipſo,& tota familia habebat quàm an
te ipſam uxorem ſolitus erat tenere, ſi ergo præſtabat ei
alimenta tantum,nec famulam pro ea tenebat, ergo re-
linquendo alimenta uxori non intelligitur relinquere ꝓ
famula,quia non habebat famulam pro ea, & merito cũ
erat uiliſsimę conditionis, & eam accepit ut potius fa-
mulam quàm uxorem haberet, & nõ ut pro ea famulam
acciperet.Et ex his concludo nõ deberi pro famula,cum
ipſe non tenebat famulã pro ea &c.& per iſtum tex.& ſu
pra adducta tolluntur contraria,quia ut alimenta decer-
nuntur ſecundum dignitatem perſonæ non eſt in conſi-
20 deratione iſto caſu,quia coniectura quod ſolitus † erat
&c.præfertur dignitati:ut patet ex ordine literæ: d.l. cũ
alimenta.ergo omnib.aliis præfertur:ſm Pet.Imo.Alex.
Are.& Sal.in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de le.1.& d.l.habita
tio quoque.& d.l.alimenta.conceduntur alimenta ꝓ ſer
uis,quia ibi debentur alimenta officio iudicis,& iure ſan
guinis:hic autem ex teſtõ, & ex diſpoſitione hominis q̃
ad unguem ſeruanda eſt, & multa ueniunt qñ debent̃ eo
modo quæ non ueniunt qñ debentur ex diſpõne homi-
nis,& ideo de uno ad aliud argui non poteſt: ſm Bart.in
l.legatis.in 2.oppo.de alimen.& cib.leg.ex quo demon-
ſtratur dictum Bar.in d.l.ius alimentorum.non procede
21 re indiſtincte.Vel ſecundo dictum Bar.procedit†niſi con
ſuetudo patrisfamilias repugnaret ut hic,quæ omnibus
aliis demonſtrationib.præfertur,& id magis placet. de-
termino tamen quod famula quæ erat communis adhuc
quoque in legato comprehendatur, & eo modo tracte-
tur quo tractabatur uiuo teſtatore morando cum filiis,
cum illa uerba dominam & uſufructuariam id ſignãt, &
ne ẽt mulier uileſcat poſt mortem defuncti:ad no.in au-
then.præterea.C.unde uir & uxor.per mod.ubi dixi, dũ
uolunt teſtatoris intentionem ita interpretandam eſſe.
¶ Vltimo quæritur an ſi præſtentur alimenta uxori mo-
ranti extra domum an deducatur æſtimatio operarũ, &
hoc pendet ab eo,an mulier cui relicta ſunt alimenta de
beat operari pro hærede, & uidetur dicendum quod ſic,
quia quando alimenta debentur uxori intra annum ſolu
22 ti matrimonii,quia ſibi non ſoluit̃ dos ſua tenetur † in-
tra illũ annum operari ad utilitatem hæredum:ut ꝑ Bar
to.& omnes in l.diuortio. ſo.ma.ſi ergo illo caſu tenetur
operari ubi tractatur de alimentis in recompenſatione
dotis ſuæ,ergo fortius quãdo ſimpliciter ſibi ſunt reli-
23 cta, ꝯrium tñ uerius eſt, ſ.quod†non tenetur operari, &
hoc non diſputo,quia cõiter oẽs hoc admittunt: ut per
Bar.in l.Caio.in §.imperator.de alimen.& cib. leg. Bal.
in l.ſi donatarius.§.1.de condi.ob cauſam. Bart.Paul.&
mod.in l.diuortio.ſol.ma.Alb.Ange.Sal.& Iaſ.in l.1.C.
de leg.& ratio eſt quia debentur ex legato quod eſt libe-
ralitas:inſt.de leg.in prin.ſed in l.diuortio.non debẽtur
ex liberalitate,ſed ex cauſa de qua ibi regulata eo modo
24 &c.& iſta alimenta præſtantur†menſuatim reſpectu ui-
ctus,reſpectu uero ueſtium præſtantur annuatim: ut la-
tius per Bar.in l.pecuniæ.de alimen.& cib.leg.per eundẽ
in l.in bonis.de lib.agna.& in l.imperator.ff.ad Treb. ꝑ
Bal. in l.1.C.de fideicom. Laus Deo.

¶ Ita reſpodebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiendo inuentarium amittit Trebellianicam,ſecundum communem opinio.*

2 Docto-

2 *Doctoribus modernioribus aſſerentib. communem opinio. magis credendum eſt quàm antiquiorib.*
3 *Iuniores ex quo uiderunt ſcripta antiquorum ſunt perſpicaciores.*
4 *Opinio quæ olim erat communis amplius non eſt communis propter ſuperuenientiam aliorum doctorum.*
5 *Contra communem pronunciandum eſt, quando caſus expreſſus eſt, uel ratio concludens in contrarium.*
6 *§. ſi uero non fecerint. in auth. de hær. & Falc. multipliciter ponderatur, & nouiter declaratur.*
7 *Indefinita legis de proprietate æquipollet uniuerſali.*
8 *Reſtrictio continet uiolationem, nec admittitur ſtante proprietate uerbi.*
9 *Lex quæ continet actus iam conceſſi extenſionem, ſeu ſanctionē ita generaliter intelligitur, quod non reſtringitur ad caſum habilem.*
10 *Copula &, ponitur inter diuerſa.*
11 *Interpretatio ſemper debet fieri, ut leges non contineant idem.*
12 *Correctio potius admittitur per ſubauditos intellectus quàm ſuperfluitas toleretur.*
13 *§. fiat igitur. iuncto. §. ſi uero expreſsim. in auth. de hær. & Fal. ponderatur.*
14 *Lex loquens de prohibita Falcidia intelligitur etiam de Trebellianica, ſecundum communem.*
15 *Exceptio debet eſſe de regula, & ampliat regulā ad caſum qui ſub uerbis non comprehenditur.*
16 *Inuentarium fuit introductum ut tollatur occaſio ſubripiendi, & occultandi ac malignandi.*
17 *Interpretatio latiſsima fit, & extenſio de caſu ad caſum etiā in pœnalib. & odioſis ut peccatum euitetur.*
18 *Quoties teſtator, uel legiſlator exprimit unum caſum, & alium omittit ſi ueriſimile eſt, quod interrogatus in caſu omiſſo idem ſtatuiſſet diſpoſitum in uno habet locum in alio.*
19 *§. ſi uero non fecerint. in authen. de hæred. & Falcid. aliter ponderatur.*
20 *Nullum uerbum ſine miniſterio debet eſſe.*
21 *§. fi. in auth. de hær. & Falc. ponderatur.*
22 *Quando dictum eſt generale, licèt ſanctio ſit particularis generaliter debet intelligi.*
23 *Facultas probandi eſt extendenda, & late interpretanda.*
24 *Neceſsitas ubi maior eſt ibi magis lex ſuccurrit.*

RESPONSVM LXXXVIII.

¶An hæres non conficiens inuentarium amittat Trebellianicam.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Teneo quod
1 † hæres non conficiens inuentarium amittat
Trebellianicam, quoniam ſaltem noſtris tem
poribus, ita ſe habet communis opinio, & le
gibus ac rationibus optime probatur. & quod iſta ſit cō
munis opinio. atteſtatur Dec. in conſi. 236. incip. Parua
difficultas. colum. 4. ubi plures alleg. & ultra citatos per
eum addo eundem Dec. in conſi. 480. nu. 15. & 495. nu.
24. & Ant. Sicu. in tract. Trebellianicæ. in 4. dubio. qui at
teſtatur iſtam eſſe communem opinio. & Barb. in conſil.
11. colum. 4. Are. in §. extraneis. inſt. de hęr. qualit. & dif
fer. ubi dicit quod ita uidit obſeruari Mathę. in notabi.
158. not. quod hæres amittit. Petr. Mat. in repeti. l. filium
quem habentem. C. fami. ercisc. in pe. & ulti. colum. ubi di
cit quod iſta eſt communis, & quod pro ea conſuluit
Franc. Tigrini. idem uoluit Pau. de Montepicco. in l. in
quartam. ff. ad leg. Falc. Petr. de Beſut. in l. Marcellus. ff.
ad Treb. Ioan. de Monteſperel. in auth. ſed cum teſtator.
C. ad leg. Falc. & in l. fi. C. de iure delib. adde etiam Ioā.
Crot. in c. Raynutius. in antepe. colum. extra de teſt. ubi
late defendit iſtam opi. & dicit eſſe communem, & Lan
celotum Politum in l. filium quem. C. fami. ercisc. char. 7.
col. 3. vbi dicit quod alia opinio eſt irrationabilis, & mul
tos mod. atteſtantes hanc eſſe communem opi. tanquam
non neceſſarios prætermitto, cum notorie ex inſpectio
ne librorum conſtet tam numero ſcribentium quam pon
dero, hanc eſſe communem opi. & de Alex. & nonnullis
antiquis atteſtantib. aliam partem eſſe communem non
eſt multum curandum, cum ex inſpectione ueritas appa
reat in contrarium, & potius Decio, & aliis moderniorib. aſſe
2 rentib. contrarium † credendum eſt, cum iuniores ſint & uide
rint ſcripta antiquorum & fuerunt, & nunc ſint, tempo
re quo maxima copia librorum habetur, quæ ita non e
rat tempore Alex. & aliorum. ar. gl. in l. Gallus. in princ.
in uerbo, filius. ff. de lib. & poſth. ſ. quod Iuniores qui ui
3 derunt † ſcripta antiquorum ſunt perſpicaciores, & per
Barb. in conſi. 7. uol. 1. col. pe. & poſſet eſſe quod illorum tē
pore erat communis quæ nunc non eſt amplius commu
4 nis propter ſuperuenientiam aliorum doctorum † tenen
tium contrarium: unde illa ſua atteſtatio non contrariatur atteſta
tioni mod. qui dicunt contrarium de diuerſo tempore iuxta il
lud, diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas: & da
to, & non conceſſo quod communis opinio ſit quod nō
amittat Trebellianicam nullo contradictore exiſtente,
tamen cum eſt caſus expreſſus quod amittat, uel rō con
5 cludens contra communem † opinionem eſt iudicandum. c. ap
pellamus. ubi Abb. de ferijs. Cu. in conſi. 61. Super eo. co
lum. 4. & in conſi. 79. Super motiuis. Dec. in conſi. 31. co
lum. 5. quod autem ſit caſus expreſſus quod hæres non con
ficiens inuentarium Trebellianicam amittat, adduco. §.
ſi uero non fecerint, in auth. de hære. & falc. aliter ponde
6 rando † quàm per doct. dum dicitur quod ſi non confece
rit inuentarium complebit legatarios, & fideicommiſſa
rios: uerbum ibi fideicommiſſarios eſt prolatum indefi
7 nite à lege, ſed indefinita † legis de proprietate ęquipol
let uniuerſali: ut per Bar. & alios in l. ſi plurib. ff. de leg. 2.
ita quod perinde eſt ac ſi dixiſſet omnes fideicommiſſa
rios, ergo & uniuerſales: cum qui omne dicit nihil ex
cludit. l. Iulianus. ff. de le. 3. nec poteſt reſtringi tantum
8 ad particulares, tum quia eſt reſtrictio quæ cōtinet † uio
lationem, ut per Aret. in conſi. 7. & quæ non admittitur
ſtante proprietate uerbi prout hic eſt, etiam ſi materia
ſit correctoria. gl. in c. contra Chriſtianos. de hæret. in 6.
Alex. in auth. ex teſtamēto. C. de coll. etiam ſi materia ſit
pœnalis. l. cum lege. ff. de teſt. & ibi Ang. Aret. & ſi maior
rō ſit in uno caſu quam in alio. l. 1. §. quod autem. de aleato.
per Dec. in conſi. 5. & hoc magis debet eſſe in caſu nr̄o,
quia ille. §. continet actus iam conceſsi ſanctionem: nam
illud fuit diſpoſitum. in §. ſi uero. in l. fi. C. de iur. delibe.
9 ſed quando lex continet † actum iam conceſſum, ita generali
ter intelligitur quod non reſtringitur ad caſum habilē
contra regulas iuris: ut per Barto. & omnes ſcribentes in
l. 1. §. nunciatio. ff. ope. noui nun. ergo fortius in caſu no
ſtro ualet comprehendere fideicommiſſum uniuerſale,
cum iſtud ſit habile, immo æquum, & rationabile. ¶Itē
10 † pondero dictionem &, quæ ponitur inter diuerſa: gl. in
rub. de iur. & fac. igno. ſed ſi intelligas de fideicommiſ
ſis particularib. cum ſupra dixit de legatis. Et idem eſt le
gatum quod fideicommiſſum. l. 2. commu. de legat. tunc
non poneretur inter diuerſa, ſed inter eadem: quod qui
dem eſt contra textum: ergo debet intelligi de fideicom
miſsis uniuerſalib. ut ponatur inter diuerſa. ¶Præterea
conſidero quod in l. fi. §. ſi uero. C. de iure delib. ponitur
idem caſus qui ponitur in d. §. ſi uero non fecerint. in au
then. de hær. & Falc. & dixi ſupra: modo licèt reperian
tur multæ leges idem continentes, tamen ſemper debet
11 fieri † interpretatio ut non contineant idem, ſed ultima
aliquid plus habeat, & hæc interpretatio adeo admittitur,
& eſt tantæ potentię: quod ut ipſa admittatur inducitur
12 correctio † per ſubauditos intellectus, contra omnes regulas
iuris. l. nulla. iuncta auth. diaconiſſam. & ibi not. omnes
C. de ſac. ſan. eccl. ponit Alex. & omnes communiter in
l. 1. in gl. in uerbo, fortiſsimum. de offic. eius cui manda.
eſt iuriſdi. ergo fortius dicendum eſt in caſu iſto in quo
nulla cadit correctio, & proprietas uerborum ſuadet, &
dictat ratio naturalis, ut infra dicam, ne iſte leges idem
contineant intelligi debet. §. ſi uero non fecerint. non ſo
lum de fideicommiſſo particulari, de quo loquitur. l. fin.
C. de iure deliberand. ſed etiam de uniuerſali.
¶Item pondero illum. text. in §. fiat igitur inuentariū. in

13 auth.†de hær.& Falc.iuncto.§.ſi uero expreſsim. in aut. de hær.& Falc.in d.§.fiat.ponitur regula, quod faciens inuentarium conſequitur Falc.& in §.ſi uero.ponit una exceptio ad dictam regulam,quod non obſtante quod fecerit inuentarium:nihilominus ſi expreſſe fuit prohibi
14 ta Falcidia,eam†non conſequitur.modo ſic illa exceptio intelligitur,tam de Falcidia,quàm Trebellianica:ſecundum omnes in auth.ſed cum teſtator. C.ad leg.Falc.& in l.Marcellus.ff.ad Treb.& de hoc non diſputatur, ergo &
15 regula intelligitur in Trebellianica, quia exceptio † dēt eſſe de regula,& declarat regulam.l.nam quod liquidæ. ff.de penu le.adeo quod ſi ex uerbis regulæ Trebellianica non poterat comprehendi quod tñ negatur,nihilominus uirtute exceptionis ampliatur regula ad caſum qui ſub uerbis non comprehenditur.c.cum qui ad agendū. de procu.in 6. & ibi not. per Dec.in l.1.ff.de reg.iur.ubi ſub generali mandato,licèt non uenit caſus requirens ſpeciale mandatum, tamen ſi excipiatur caſus requirēs ſpeciale mandatum facit illa exceptio quod ſub generali mandato comprehendantur omnes caſus præter exceptum requirentes ſpeciale mandatum,& ex hoc datur noua reſponſio ad id qđ in ꝯrium adducebatur, ſ.ibi eſſe quædam uerba quæ non conueniunt fideicommiſſo uniuerſali,quia dato & non conceſſo, qđ adſint tñ amplientur per exceptionem ad caſum non expreſſum, qđ ſufficit per ſupradicta.¶ Præterea ꝯſidero, quod ut fiat
16 †inuentarium eſt introductum ut tollatur occaſio ſubripiendi,& occultandi,ac malignandi:ut in §.hinc nobis. in auth.de hær.& Falc.& ſic hic uertitur fauor animæ:ut
17 euitetur peccatū:† quo caſu ſit latiſsima interpretatio & extenſio de caſu ad caſum ēt ſi ſumus in pœnalib. & odioſis: gl.in c.ſciant cuncti.& in c. fi.de elec. in 6.Abb. in conſi.22.in q.Io.And.& Abb.in cap.ex tenore.qui filii ſint legi.ergo dici debet quod illud uerbum Falcidia large debet interpretari ut contineat Trebellianicā. Et dato quod nullo mō ſub uerbo ueniret quod eſt falſum.l. iubemus.C.ad Treb.tñ iſte caſus deberet extendi ad Trebel.cum per talem extenſionem ſaluti animarum conſulatur,& ex hoc etiam patet reſponſum ad id quod ibi dicebatur quædam uerba ibi poſita fideicommiſſo vſi non conuenire.Quia eſto quod loquatur in particulari tm̄, tñ debet extendi ad uniuerſale: & facit quia & ſi exprimit tm̄ caſum Falcidiæ, tñ quia uerisimile eſt quod ſi in caſu Trebellianicæ fuiſſet interrogatus idem ſtatuiſſet, cum ratio facilioris probationis habendæ & fraudis euitandæ militat in utroque caſu:ergo diſpoſitū in uno dēt
18 habere locum in alio:quia quoties†teſtator uel legislator,exprimit unum caſum & alium omittit, ſi uerisimile eſt quod in caſu omiſſo idem ſtatuiſſet ,tunc diſpoſitum in uno non habet locum in alio.l.Titius.§.Lucius. ff.de lib.& poſth.ubi per Pau.de Ca.Alex.& communiter doc. cum concor.de quib.ibi,ergo &c.Item dico qđ eſt caſus
19 in d.§.ſi uero†non fecerint.in d.auth. de hær.& Falc.ubi ponit regulam quod non conficiens amittit Falcidiā, & complet legatarios & fideicommiſſarios, & ſubdit licèt puræ ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum datio:iſte tex.allegatur pro alia parte,dico qđ facit pro iſta parte:nam qñ dicit qđ legatorum datio trāſcendit menſuram,dicit tm̄ legatorum,& non dicit fideicommiſſorum de quib.ſtatim locutus eſt, qđ quidem ſi
20 eſt factum ſine miniſterio, cum nullum uerbum†ſine miniſterio:ut per Alex.in l.1.C.qui admit. in prin.ſed ſi appellatione fideicommiſsi non intelligeret de vſi, ſed tm̄ de particulari,nullum tunc miniſterium operatum fuiſſet illud ponere fideicommiſſarios in præcedenti oratione,& omittere in ſequenti , ergo dicendum eſt quod etiam omiſit in ſequenti,quia non competebat, niſi particulari,& qñ ſup.fecit mentionem de fideicommiſsis intellexit de uniuerſalib.quia competebat.¶ Corroborat, quia ex quo in præcedentib.maxime in primo loquitur de fideicommiſsis per uniuerſitatem,ergo & in ſequentibus,cum præcedentia declarent ſequentia.l.ſi ſeruus plurium.ff.de le.1.§.fi.& facit tex.in §.fi.in uerbo, hæc nos.
21 †eo.ti.ubi ponit cauſam finalem,quare ea fuerint introducta:& dicit ut uiuentes relictis potiantur,& deficientes cum ſecuritate moriantur,quę uerba ita fideicōmiſſo uniuerſali ſicut particulari conueniunt, ergo &c.l.4. §.toties.ff.de damno infect. & cum dictum eſt generale
22 ſeu cauſa,dato quod ſanctio†eſſet particularis, & tm̄ de legatis particularib.tamen habebit etiam locum in uniuerſalibus propter dictum generale.l.regula.§.fi. & ibi Bar.& Bald.ff.de iuris & facti igno.& iſtud ſit ultra identitatem rationis ponderatam per doc.& ex hoc etiā apparet alia reſponſio ad id quod in ꝯrium adducebatur, ſ.eſſe aliqua uerba quæ non conueniunt fideicommiſſo uniuerſali,quia illa ſunt in ſanctione caſus particularis, ſecus eſt per uniuerſalem clauſulam, reſpondi etiam aliter aliàs conſulendo pro iſta parte. ¶ Item conſidero quod per illam confectionem inuentarii eſt inducta facilitas probandi occulationem & bona:ut in §.ſi uero abſint.in uer.ſicque in his quæ relicta ſunt a teſtatorib. inuenient ueritatem &c.quæ facultas probandi eſt exten-
23 denda, & † late interpretanda:ar.l.quoniam.C.de hær. & ita neceſſaria eſt in fideicommiſſo vſi ſicut in particulari,immo magis in vſi,cum in eo facilior eſt poteſtas occultandi,cum nihil a teſtatore eſt particulariter nominatum, ſecus in fideicommiſsis particularib. ex quo dici debet qđ lex hunc caſum tanquam magis neceſſarium
24 habuerit præ oculis,quia ubi † maior eſt neceſsitas,ibi lex magis ſuccurrit:arg.l.ſi fideiuſſor.§.neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cogan.& poſſet dici quod magis ſe extendit ſuper particurarib.quia frequentius accidunt,quàm fidicommiſſum uniuerſale pure relictum:ar.gl.in l.1. de his q ad eccl.confu.hanc opi.admitto in hæredib.præter filios, & in filiis qñ ſunt prohibiti detrahere Trebellianicam ut hic.quid in filiis non prohibitis pro nunc non determino cum non ſit neceſſarium, & ſi allegata ſint gñalia, & ita uidi hoc anno conſultum per omnes doc.colleg. Bono.in cauſa Lucenſi ubi me ſubſcripſi,& fere ſe ſubſcripſerunt omnes doc.Bononieſnes. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator tam in inſtitutione quàm in ſubſtitutionib.ſæpius de maſculis mentionem faciens,non uidetur alia motus ratione,niſi fauore agnationis.*

2 *Teſtamenti pars dubia,ab aliјs teſtamenti partib. ſuſcipit declarationem.*

3 *Teſtator maſculos inſtituens fœminis excluſis, manifeſte declarat intentionem ſuam eſſe,maſculos ſubſtitutos à fœminis non excludi.*

4 *Diſpoſitio.l.cum auus.de cond.& demon.non procedit, quando filij hæredes inſtituti,& grauati fuerunt expreſſe ſubſtituti.*

5 *Filij poſiti in conditione,cenſentur uocati in diſpoſitione,quando teſtator de maſculis fecit mentionem.*

6 *Filij poſiti in conditione,uidentur uocati in diſpoſitione, quando ſæpius fecerit mentionem de uerbo maſculis,tam in diſpoſitione quàm in conditione.*

7 *Geminatio & reiteratio multum operatur.*

8 *Teſtator excludens filias,& filios maſculos inſtituens, & ſi filij maſculi ſine filijs deceſſerint proximiores de familia ſubſtituēs uidetur uoluiſſe bona in familiā conſeruari, & per conſequens filios in conditione poſitos ſubſtituere.*

9 *Filii poſiti in conditione cenſentur uocati in diſpoſitione,quando teſtator fecit digreſſum ad plures ſubſtitutiones ſub eadem cōditione ſi ſine filiis &c.*

10 *Diſpoſitio.l. cum auus. procedit quando non eſt expreſſa conditio ſi ſine liberis, ſed ſubauditur ſeu præſumitur, uel fingitur.*

RESPONSVM LXXXIX.

¶ An filii poſiti in conditione cenſeantur poſiti in diſpoſitione,& an diſpoſitio.l.cum auus.de cond.& demon. habeat locum in tranſuerſalibus.

INVO-

INVOCATO diuino ſuffragio.¶Circa te-
ſtamentum magnifici, ac generoſi militis, d.
Ludouici de Irſolanis, in quo inſtituit nepo-
tes reuerendiſſ.d.Iacobi Cardinalis eius fra-
tris, duo dubia ex ciuitate Romana ad me tranſmiſſa fue
re. Primum eſt, utrum uerba in ſubſtōne poſita, ſi decеſ-
ſerint ſine filiis &c. operentur quod illi filii hæredum po
ſiti in cōditione cenſeantur uocati ex fideicommiſſo ad
hæreditatem mortuis hæredib. Secundum dubium eſt,
an l.cum auus.de cond.& demon. locum ſibi uendicet,
qñ teſtator non erat aſcendens? ad quæ breuiter reſpōde
bo omiſsis argumentis ad partes, & allegationum con-
gerie, cum agatur coram clariſsimis, & excellentiſsimis
uiris, & reſolutio dubiorum ex uerbis teſtamenti apertiſ
ſime colligitur.¶Et pro clara reſolutione præſuppono,
quod Petrus ultimo loco decedens, filius Auguſtini, &
inſtitutus à teſtōre primo loco & propter cuius mortem
lis orta fuit, deceſsit ultimo loco, & poſt oēs filios & de-
ſcendentes Auguſtini, relicta unica filia, ſ.d. Antonia, q̃
nunc agit, & relicto ſolo magnifico d.comite Io. Franci-
ſco filio domini Iacobi Mariæ, hæredis inſtituti in alia
parte à dicto teſtatore.¶Secundo præſuppono filias fœ
minas fuiſſe a teſtatore excluſas, ita quod d. Antonia, nō
facit deficere fideicōmiſſum in quo grauatus eſt Petrus
ſi deceſſerit ſine filiis: iſtud probatur ex uerbis teſtamen-
ti, & ex mente teſtatoris, qui ſæpius mentionem fecit de
1 maſculis, tam in † inſtitutione quàm in ſubſtitutionibus,
quo caſu non uidetur teſtator motus alia ratione, niſi in
fauorem agnationis: ut per Bal. in conſi.68. inter cōſilia
Ang. incip. Martinus. in 3.col. Bal. in l.quod uero.de legi.
2 Iaco.de Are. Cy. & Sal. in l.1. C.de adulte.& facit quia † u-
na pars orationis declarat aliam.l.utrum. de pet.hæred.
Cum igitur teſtator in ſuperiori, & inferiori parte teſta
menti, & inſtitutis & ſubſtitutis diſpoſitiue, uel ſub ꝯdō-
ne poſitis, ſemper locutus eſt de filiis maſculis: & ſequi-
tur etiam in ſubſtitutione quæ in medio ponitur, debere
intelligi de filiis maſculis, & non de fœminis maxime ac
cedenti ſequenti coniectura.¶Item probatur: nam cum
3 filias Ioannis excluſit, & maſculos † inſtituit, manifeſte
colligitur intentionem teſtatoris eſſe, maſculos ſubſtitu-
tos a fœminis non excludi: ut in terminis conſuluit Pau.
de Caſ. in conſi.355. Viſo dicto. ſequitur And. Sicu. in cō
ſi.52. Inter conſilia Alex. in 4.lib.& Abb. in conſi.36.co
lum.fi.lib.1.& per iſta, & plura alia in propriis terminis
conſuluit Dec. in conſil.15. in prima parte, & ipſemet
Dec.& quamplures alii, quos uti notiſsimos prætermit-
to. idem alibi ſæpe conſuluerunt, & ego iam quamplu-
rib. uicib. cōſului, & ſemper uidi obtineri, ideo aliter nō
inſiſto, maxime cum de hoc non quęratur. His ſic pręſup
poſitis, dico non obſtante d. Antonia, per mortem domi
ni Petri primo loco inſtituti: eueniſſe caſum fideicōmiſ-
ſi, in quo expreſſe uocati ſunt per uerba mere diſpoſitiuā
filii maſculi filiorum Ioannis, & ſic magnificum comitē
Io. Franciſcum filium domini Iacobi Mariæ, primo loco
inſtituti in alia parte, & filii dicti Ioānis, & ſic dictus d.
Ioannes Franciſcus, cum ſit filius maſculus Iacobi Ma-
riæ filii Ioannis, ſequitur & manifeſte probatur d.d. Ioan
nem Franciſcum in hoc caſu per uerba diſpoſitiua fuiſſe
uocatum, patet ibi in teſtō: nam poſtquam filios Ioānis
ſubſtituit filiis Auguſtini, ſubdit per hæc uerba: qđ ipſis
ſeu aliquo ipſorum (loquendo de filiis Ioannis) uiuis nō
exiſtentib. ſubſtituit uulgariter, & per fideicommiſſum,
dictis omnib. filiis dicti Auguſtini, & ultimo ex eis mo-
rienti omnes, & quoſcunque dictorum filiorum dicti Io
annis, & cuiuſlibet ſeu alicuius eorum filios maſculos le
gitimos & naturales, & ſic filios filiorum dicti Ioannis
expreſſe ſubſtituit, ex quo ſequitur reſolutio dubiorum,
quia filii filiorum hæredum inſtitutorum fuerunt in hoc
caſu de quo agitur expreſſe ſubſtituti per uerba diſpoſiti
ua. itaque non eſt opus diſputare, an filii poſiti in condi-
tione cenſeantur ſubſtituti, & ſic tollitur primum dubiū,
quia per expreſſam ſubſtitutionem eſt reſponſum.¶Tol
litur quoque & ſecundum, quia lex, cum auus. non loqui
4 tur qñ filii hæredis inſtituti, & † grauati fuerunt expreſſe
ſubſtituti, prout fuerunt hic, & ideo cum ſumus in claris
non eſt opus aliqua diſputatione, & per illam ſubſtōnē
expreſſam de filiis filiorum Ioannis quæ loquitur in ca-
ſu de quo agitur, apparent reſoluta dubia ſupradicta, ni
hilominus & circunſcripta dicta ſubſtōne de filiis filio-
rum, & conſideratis ſolum illis uerbis, ſi filii Auguſtini
deceſſerint ſine filiis: ut magis ſit conſultum conſcientię
dñorum iudicum, dico adhuc rñdendo primo dubio, qđ
licèt ſit regula, filios in ꝯditione poſitos non cenſeri po-
ſitos in diſpoſitione, ſecundum gl. in l. Lucius. de hær. in-
ſti. quæ uidetur communiter approbari, & ibi atteſtātur
plures, & alibi ſæpe, tam in ꝯſilijs quàm in lecturis: quos
uti notiſsimos prætermitto, attamen in hoc teſtamento,
& in hoc caſu, filii poſiti in conditione, ſecundum com-
munes opiniones limitātes dictam gl. in d.l. Lucius cen-
ſentur inſtituti, & uocati: ut ex plurib. demonſtrari pōt,
& pręſertim pro nunc ex infraſcriptis.¶Et primo: nam
ut inquit Cor. in conſi.146. uol.2. gl. in d.l. Lucius. limita
tur non procedere, quoties ſubeſt aliqua coniectura ꝯtrię
mentis, & ſufficiens coniectura eſt: ſi teſtator poſuerit
ſeu fecerit mentionem de maſculis, quia tunc cenſentur
5 † a teſtatore ſubſtituti, ex illo uerbo maſculis, ſumpto ar
gumento qđ eius bona in familia conſeruare uoluerit,
ſm Guid. Papæ in decisi.184.& per Dec. in conſi. 313. p
Cur. Iuniorem in l.1.C.de pact. ubi dicit ita conſuluiſſe
præſtantiores doctores Italiæ: & ita ipſe conſuluit in ꝯſi.
113.col.3.& per multi alii quos non refero hic: ſed aliàs
conſulendo, cum in illo caſu fuerat neceſſariū multa cu-
mulaui, & de ueritate dixi, & in lecturis examinaui in l.j.
C.de pac.& in l. Centurio. de uul.& pup.& in præſenti ca
ſu admitto, qñ cum ea a'iæ adſunt coniecturæ.¶Præte-
rea tolerari pōt in hoc caſu ſine ꝯtrouerſia, cum qñ ſæ-
6 pius fuit facta † mentio de uerbo, maſculis, & in diſpōne,
& in ꝯdōne, qñ illa geminatio & reiteratio maſculinita-
tis arguit præciſam mentem agnationis conſeruandę, cū
7 † illa geminatio & reiteratio multum operatur: ut no. in
l.cum ſcimus. de agric. & cenſi. cum uulg. ſed hic fuit fa-
cta mētio de maſculis, & ſæpius fuit expreſſum iſtud uer
bum, ergo filii poſiti in conditione, cenſentur poſiti in
ſubſtitutione & diſpoſitione.¶Secundo conſidero filias
fratris teſtatorem excluſiſſe filios uero maſculos inſti-
tuiſſe, & ſi filii maſculi deceſſerint ſine filiis, ſubſtituit a-
8 lios qui eſſent proximiores de † familia: quo caſu uidetur
uoluiſſe bona in familia conſeruare, & conſequenter ſub
ſtituere filios in conditione poſitos, ſecundum Cur. anti-
quum in conſi.67. Dominus Ludouicus. col.4. Corne. in
conſi.146.& alibi ſæpe per doc. ergo in hoc caſu filii hæ-
redum poſiti in ꝯdōne cenſentur ſubſtituti.¶Tertio de-
9 monſtratur, quia teſtōr fecit digreſſum † ad plures ſub-
ſtōnes ſub eadem ꝯdōne, ſi ſine filiis, quo caſu filii poſiti
in conditione cenſentur ſubſtituti: ſm Pe.de Anch. in ꝯſi.
74. Contra Philippum. quæ opinio de per ſe ſolum conſi
derata, licèt ab aliquib. non teneatur, tñ qñ concurrit
cum aliis de quib. ſup. multum operatur, & reddit limi-
tationem firmam & indubitatam: ut late per Ripam &
mod. omnes in l. Centurio. in 6.q. prin. de uul.& pup. er-
go cum iſta omnia ꝯcurrant in hoc caſu, clariſsimū eſt fi
lios hrdū eſſe ſubſtitutos, iō aliter nō inſiſto, maxime cū
ut ſup. dictum eſt, expreſſe in caſu de quo agit̃ fuerūt ſub
ſtituti.¶Circa ſm dubium, dato q̄ expreſſe non fuiſſent
inſtituti filii hæredum, ſine tñ ueritatis præiudicio, quæ
ex inſpectione inſtri apertiſsime demonſtratur dico, cū
ꝯdō ſine filiis fuit expreſſa in teſtō diſpōne. l.cū auus. C.
de ꝯd.& demon. non eſſe in conſideratione, nec eſſe conſi
derandum an teſtator fuerit aſcendēs, necne, cum diſpō.
10 l.cum † auus. procedat, qñ non eſt expreſſa ꝯdō ſine libe-
ris: ſed ſubauditur, ſeu præſumitur, uel fingitur ſm diuer
ſas opi. ſcribentium, in d.l.cum auus.& in l.cum acutiſsi
mi. C.de fideicō.& probatur in d.l. cū auus. ibi, q̄ minus
ſcriptum eſt q̃ dictum fuerat: & ſm oēs indiſtincte ꝓce-
dit, qñ illa ꝯdō, ſine liberis, non eſt expreſſa: ut per Socin.
poſt alios in d.l. cum auus. in 5.& ult. notab. immo qñ eſt
expreſſa aliter iudicatur & tractatur q̃ decidatur in l. cū
auus. ſecundum Barth. de Saliceto & alios in l. generali-

ter.in §.cum autem.de inſtitutio.& ſubſtitutio.ſub cōd. fac.per Alexand. in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad Treb. & per Socin.in dicta.l.cum auus.colum. 42. & ita liquidiſsime conſtat hanc ultimam dubitationem ad hunc caſum pertinere non poſſe. ¶ Conſtat quoque de apertiſſimo iure magnifici comitis domi. Ioan. Franciſci, pro quo pronunciandum eſt, & ita excellentiſsimos ac illuſtres Cardinales in hac cauſa iudices, dominos meos & compatres, facturós eſſe pro comperto habeo.

¶ De monacho autem non facio uerbum, quia clariſsimi iuris eſt, ſecundum ueras & communes opiniones, ꝓpter renunciationes de fideicommiſſo factas, & ingreſsū monaſterij, cum profeſsione, impedimento non fuiſſe, nec obſtitiſſe dicto magnifico comiti, quin per mortem dicti Petri, caſus fideicommiſsi in eius perſonam non euenerit. Laus Deo.

¶ Ita reſpodebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſecundum ualidum, ſiue de iure communi factum cum ſeptem teſtibus. & alijs ſolennitatib. ſiue de iure ſpeciali, & à milite uel à teſtante inter liberos, coram trib. uel duobus teſtibus, tollit primum.*
2 *Teſtamentum ſecundum tollit primum, etiam ſi primum haberet ſolennitates ultra ius commune, & ſecundum eſſet tantum de iure ſpeciali.*
3 *Teſtes duo, etiam fœminæ, & non rogati ſufficiunt ad probandū teſtamentum conditum inter liberos.*
4 *Teſtamentum primum per quæcunque uerba, qualitercūq; probata reuocari poteſt.*
5 *Teſtes quamuis non ſint omni exceptione maiores, & non concludant neceſſario, tamen quando adiuuantur iuris præſumptione, & ea deponunt quæ leges præſumunt concludenter probare dicuntur.*
6 *Interpretatio fit pro liberis inſtitutis à patre, & pro illis præſumitur, & pro eis iudex habet iudicare.*
7 *Lex ſemper teſtatorem cum iuris diſpoſitione ſe conformare præſumit.*
8 *Lex interpretatur mentem defuncti pro illis, per quos conſeruatur agnatio.*
9 *Patrem proprios filios inſtituiſſe lex ipſa præſumit.*
10 *Affectus nullus, ſuperat paternum.*
11 *Pater maiori dilectione filios proſequitur, quàm ſemetipſum.*
12 *Præſumptio quæ habet teſtatorem non uelle præferre non exiſtẽtes in poteſtate ſua, ſuis deſcendentib. exiſtentib. in poteſtate ſua, eſt magis potens quàm illa quod fiat interpretatio ut actus ualeat.*
13 *Præſumptio ut actus ualeat eſt fortiſſima.*
14 *Regulare eſt ultima derogare prioribus.*
15 *Tex. in l. ſi. C. fami. erciſ. uarijs modis ponderatur.*
16 *Indicium minus continet probatione.*
17 *Verbum quibuſcunq;, includit ea quæ aliàs non includebantur.*
18 *Teſtes propter rei qualitatem facilius probant.*
19 *Iuris præſumptiones, ſunt probationes.*
20 *Iudex, in benigniorem partem reſpiciens, iudicare debet.*
21 *Affinitas & conſanguinitas, & ſi in teſtamentis factis de iure communi affendat teſtimonium, non offendit tamen in teſtamẽtis factis de iure ſpeciali.*
22 *Teſtis affinis & conſanguineus in teſtamento militis facto in bello admittitur.*
23 *Teſtamentum conditum inter liberos teſtamento militis æquiparatur, cum in utroque merum ius gentium ſeruetur.*
24 *Diſpoſitum in uno æquiparatorum, uendicat ſibi locum in alio.*
25 *Mulier in teſtamento condito de iure cōi teſtis eſſe non poteſt.*
26 *Teſtamentum factum inter liberos dicitur quando eſt factū ad fauorem liberorum.*
27 *Faciens aliquid ad quod tenebatur de neceſſitate non dicitur ad fauorem facere & fauorem adhibere, ſed neceſsitatis intuitu.*
28 *Teſtamentis duob. inter liberos factis, illud attenditur quod eſt liberis fauorabilius.*
29 *Teſtamentum factum ad interrogationem alterius tunc ualet, quando in eo ſunt inſtituti uenientes ab inteſtato.*
30 *Exceptio furoris nihil habet obſtare, quando teſtator rectè teſtatus eſt inſtituendo filios, & faciendo ut quilibet prudẽtiſsimus.*
31 *Defectus reſpectu diſtributionis partium, qui non eſt reſpectu eſſentiæ inſtitutionis uel diſpoſitionis, non uitiat teſtamentum.*
32 *Lex multum laborat & præſumit ut ſeruetur æqualitas inter filios.*
33 *Teſtator non declarans auantagium quod dixerat ſe alicui relinquere, uidetur pœnitentia ductus, ut inter inſtitutos ſeruaretur æqualitas id feciſſe.*
34 *Filios ſufficit eſſe in teſtamento inſtitutos, ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter, cum lex ipſa non diſtinguat.*
35 *Verbū relinquo adiectum rei particulari non importat inſtōnẽ.*
36 *Filij inſtituti beneficio præteriti, teſtamentum contratabulare poſſunt.*
37 *Poſsidens eſt in poſſeſſione manutenendus, præſertim quando ſe offert incontinenti uelle probare.*
38 *Opponere ſufficit de ſimili titulo probando per teſtes, ad impediendum miſsionem in poſſeſsionem.*
39 *Exceptio dolo facis, uel domini poteſt opponi ſi offeratur probatio incontinenti.*
40 *Probatio per teſtes tantæ uirtutis eſt, quantæ probatio per inſtrumenta.*
41 *Exceptio filiationis, ad iuſtificationem præteritionis opponi poteſt.*
42 *Filiatio regulariter non poteſt per inſtrumenta probari.*
43 *Falſum regulariter probatur per teſtes.*
44 *Teſtatorem fuiſſe inſanum opponi teſtamento poteſt.*
45 *Filia dotata præteriri poteſt, quando extat ſtatutum diſponens filiam dotatam non ſuccedere ab inteſtato.*
45 *Statutum excludẽs ab inteſtato filiam monialem, ſiue loquatur de ingreſſa monaſterium, ſiue de ingrediente non ualet.*
47 *Filia dotata quando per ſtatutum ab inteſtato excluditur, impune in teſtamento præteriri non poteſt, quando ſunt in eo inſtituti alij quàm filij.*

RESPONSVM XC.

¶ An per ſecundum teſtamentum conditum inter liberos, teſtibus non rogatis, tollatur primum conditum cū omnibus ſolennitatibus, ubi plura egregia in materia.

INVOCATO diuinò ſuffragio. ¶ In cauſa Senenſi, & ſi propter commendationes archiepiſcopi Sipontini domini mei colendiſsimi latiſsime ſubſcribendū eſſet, attamẽ paucis rem perſtringam, tum propter lectiones continuas, & exiguum tempus mihi aſsignatum: tum quia ueritas in paucis conſiſtit, ut ſæpius ipſe reuerendus dominus meus dicere ſolet. Et præſuppoſitis his quæ narrantur per dn̄m conſulentem dico primum teſtm̄ fuiſſe ſublatū per ſecundum, cum ſit firma iuris regula ſecūdum teſtm̄
1 † ualidum, ſiue de iure communi factum cum ſeptem teſtib. & aliis ſolennitatib. ſiue de iure ſpeciali ut à milite, uel à teſtante inter liberos coram trib. uel duob. teſtib. tollere primum teſtamentum, adeo ut hæredes inſtituti in primo teſtamento non poſsint aliquo mō ſuccedere, ſed habeant ſuccedere hæredes inſtituti in ultimo. §. poſteriori. inſti. quib. mod. teſ. infir. cum concordantib. de quib. plene ſuper teſtamento inter liberos. in l. hac cōſultiſsima. §. ex imperfecto. de teſ. & de hoc ſunt plures doctrinæ & iura quæ breuitatis cā omitto, quod ēt procedit ſi primum haberet ſolennitates ultra ius cōe, & ſecundum tantum eſſet de iure ſpeciali: ſ'm Paul. de Caſtro
2 † in conſi. 464. incip. In Chriſti nomine. dubium facit, ubi uoluit ſi primo fuit inſtituta pia cauſa & coram. 20. teſtibus, & cum omnib. ſolennitatib. & poſtea in alio teſtō ſit inſtituta alia pia cauſa coram duob. teſtib. ultimum teſtm̄ factum ſimpliciter de iure ſpeciali tollit primum, & iſtud dictum refert & ſequitur, & per illud idē uult in teſtō inter liberos Alex. in conſi. 146. uol. 2. Viſo themate. ſi ergo iſtud ſecundum teſtm̄ eſt ualidum de iure ſpeciali tanquam factum inter liberos, ut præſupponitur per dominum conſulentem, nulli dubium inſtitutos in ultimo teſtamento fore ſucceſſores, & in hoc non eſt inſiſten-

inſiſtendum,ſed ſolum aliqualiter inſiſtendum eſt ad de
monſtrandum teſtm̃ ultimum ualidum eſſe non obſtan-
tib.nonnullis in ꝯrium adductis.& licet egregie per do-
minum conſulentem fuerit ſcriptum,tñ ultra eum conſi
3 dero ſufficere teſtamentum cõditum inter liberos &† ꝓ-
bati per duos teſtes,etiam fœminas,& non rogatas, ut ẽ
communis opi.licet nonnulli neoterici dixerint ꝯrium:
ut per Alex.in conſi.117.Viſo.uol.2.& in conſi.105.uol.
7.& in conſi.128.Super.eodem uol.Item per quæcunque
4 †uerba reuocari poteſt primum teſtamentum qualitercũ
que prolata:ut per Alex.in conſi.134. In præmiſſo the-
mate.uol.1.col.4.ſed ut præſupponit dominus conſu-
lens iſtud teſtamentum non ſolum probatur per duos te
ſtes,ſed per plures,ergo ualet. Præterea dico & ſi teſtes
non eſſent omni exceptione maiores,& non concluderẽt
neceſſario,tamen cum adiuuantur iuris præſumptiõe,&
5 †ea deponunt quæ leges præſumũt,dñr concludenter ꝓ
bare,& pro eis iudicandum eſt:ut uoluit Bal.in l.nõ hoc.
unde cogna.Bar. & alii in l.non ſolum.§.ſed ut probari.
de ope.nou.nunc.facit quod uoluit Rot. in 11.deciſi.de
prob.ponunt plura moderni in d. l.non hoc.unde cogn.
& in c.in præſentia.de prob.quod autem adiuuantur iu-
ris præſumptione,& non una ſed pluribus.apparet manife-
ſtiſsime:nam deponunt pro liberis inſtitutis a patre pro
6 quib:†præſumitur,& fit interpretatio,& pro quib.habet
iudicare iudex.Soc.in l.1.col.60.de uulg.& pup. faciunt
no.per Dec.in c.per tuas.de prob.col.11. Item deponũt
pro eo quod lex præſumit feciſſe teſtatorem,ſ.qđ ſucce-
7 dant illi qui uocantur a lege.Nam ſemper lex†præſumit
teſtatorem ſe confirmare cum diſpoſitione legis.l.hære-
des mei.§.cum ita.ad ſenatuſcon.Treb.ubi plene per Bar
to.Alex.& doctores,& per Socinum & alios in l. Gallus.
§.quidam recte.de libe.& poſthu.Item deponunt pro eis
quib.mediantib.conſeruatur agnatio,& ad excluſionem
8 eorum per quos non conſeruatur, pro quib. lex † inter-
pretatur mentem defuncti, ut conſeruetur agnatio. l.1.
de uentre inſpicien.§.placebat.inſt.de legitima agna.ſuc
ceſsio.de quo plene in l.uenia.de in ius uocand.maxime
exiſtente ſtatuto de quo in facto. Item deponunt pro a-
ctu qui ueriſimiliter fuit celebratus,& pro quo lex præſu
9 mit,ſ.patrem inſtituiſſe†proprios filios,& ſi aliquid con
tra ipſos ira fecit,in ſe reuerſus illud reuocauit, cũ nul-
10 lus†affectus ſuperat paternum.l.fi.de cura.furio. & ma-
11 gis † filios amat quàm ſemetipſum.l.iſti quidem. quod
met.cau.cum ſimilib. Præſumitur quoque teſtatorem non
uelle præferre non exiſtentes in poteſtate ſua ſuis deſcen
dentib.exiſtentib.in poteſtate ſua,& iſta præſumptio eſt
12 magis†potens quàm illa quod fiat interpretatio, ut a-
ctus ualeat:ut probatur in l.Lucius. de hæred.inſti.la. 2.
ubi ueniunt nepotes &c. qui non ueniunt ut actus ua-
leat.l.Gallus.§.idem credendum. de lib.& poſth. & not.
13 in d.l.Gallus.§.inſtituens.& tamen†præſumptio , ut a-
ctus ualeat,eſt fortiſsima:ut plene per Dec. in l.in cõtra
henda.de reg.iur.& hoc magis debet eſſe in caſu noſtro,
quia etiam agitur non ſolum ut exiſtentes in poteſtate ꝓ
ferantur,ſed ut ultimus actus ualeat,& licet agat ut pri-
mus actus tollatur,tamen illud eſſe tolerabile, cum ſit ſe
14 cũdũ reglas ultima derogare†priorib.ut plene in l.pa-
cta nouiſsima. de pac.& plures aliæ præſumptiones ꝯcur
runt,quas tanquam non neceſſarias prætermitto. ſi igiẽ
una præſumptio eſt ſufficiens ad confirmanda & ſupplen
da dicta teſtium,quę aliàs non probant, quanto fortius
tot & tam uehementes præſumptiones ſunt ſufficientes
ad confirmanda & corroboranda dicta teſtium, quæ de
ſe optime concludunt ac ꝓbant, & pro iſta parte dicta
teſtium probare ſufficienter in hoc caſu,& ſi aliàs & in a-
15 liis caſib.non probarent.Pondero†tex.in l.pe. C.fa.erci.
ibi quocunque alio modo & quibuſcunq; indiciis,ꝓſup-
ponendo in his in quib.ſcriptura non eſt de ſubſtantia,
ut eſt teſtm̃ quod bifariam fieri poteſt qñ non fit in ſcri-
ptis, tantum eſſe uerbis quàm ſcriptis exprimere: ut no-
tatur in c.1.de cenſi.lib. 6.& in l.1.de iure emphyteuti.
ſicut ergo ibi quæcunq; indicia ſufficiũt in uoluntate de
clarata ſcriptura inter liberos,ita & in uoluntate uerbis
declarata,cum a pari ꝓcedant.Et nota quod dicit qbuſ-
16 cunq; indiciis:nam†iudicium eſt minus ꝓbatõe: ut no.
in l.admonendi.de iureiur.& ultra quod ſit minus dixit
17 quibuſcunque,quod † uerbum includit quæ aliàs nõ in-
cludebantur:ut no.Iaſ.in l.etiam.ſo. ma.cum ſimi. ergo
& ſi teſtes plene non probent, dummodo quibuſcunque
indiciis demonſtrent , hoc ſufficit:ut colligitur expreſſe
ex illo tex.Nec ob.& ſi gl.ibi requirat duos teſtes , quia
18 fateor ſed propter qualitatem rei † facilius probant:ut
dixi,& hoc eſt quia nonnullis præſumptionib. iuris ſem
19 per adiuuatur teſtamentum inter liberos, &†iuris ꝓſum
ptiones ſunt probationes.l.licet imperator.de legat.1.&
in l.ſi quis locuples. de manu.teſt.cum ſi.& pro iſta par-
te iudices probatiſsimi in benigniorem partem aſpicien
20 tes:iuxta tex.† in l.benignius.de leg.& in c.fi.de re iudi.
debent iudicare:nam benignior pars eſt illa quæ eſt pro
filiis:ut per Soc.in d.l.1.de uulga.cum ſimi.de quib.ſup.
¶Non ob.quędam in ꝯrium principaliter obiecta, q̃b.
& ſi egregie fuerit reſponſum per dominum conſulẽtẽ,
tamen poteſt & aliis modis reſponderi.Et primo dum di
cebatur ꝙ magnificus Io. Baptiſta de Picolomineis te-
ſtis productus pro parte filiorum erat affinis ,ꝛreſpondet
21 & ſi in teſtamentis de iure communi†factis affinitas & ꝯ
ſanguinitas oſtendat teſtimonium,tamen qñ teſtamẽta
22 ſunt facta de iure ſpeciali, non lædit,& ideo†in teſtamẽ
to militis in bello admittitur.l.in teſtõ.§.per ꝯrium. &
ibi Bar.& alii.ff.de teſt.ſed teſtamentum conditum inter
23 liberos æquiparatur teſtõ militis,cum†in utroque merũ
ius gentium ſeruetur:ut not.in d. §.ex imperfecto. & in
auth.inter liberos.C.de teſt.ergo æquiparatorum idem
24 ſit iudicium diſpoſitum in uno † uendicat ſibi locum in
alio,licet innumeræ poſsint aſsignari differentiæ, ſi non
aſsignantur in caſu de quo agitur:ut per d. Abb. in cap.
tranſlato.de conſti.& licet ibi concedatur propter con-
flictum paratum:& quia non conceditur otium eligen-
di teſtes,& propter militum ſimplicitatem, quæ omnia
hic ceſſant,tamen hic alia ſuadet ratio ut ius gentiũ ſer-
uetur,& qualitas teſtium non præiudicet cum celebrẽt
inter liberos,& illis bona relinquuntur,qui nullo condi
to teſtõ ſucceſſuri fuiſſent,& in eo nulla adeſſe fraus põt:
& ideo perſonæ in quib. ſuſpicio fraudis adeſſe poterat
25 non repelluntur,probatur.Nam†mulier non poteſt eſſe
teſtis in teſtamento de iure communi: d.l.in teſtamẽto .
§.mulier.de teſt.& tamen in teſtamento condito inter li
beros poteſt eſſe, ut dixi ſup.ergo non ſequitur,reiicitur
affinis in teſtamento de iure communi , ergo & in teſtõ
inter liberos,cum fraudis ſuſpicio quæ inſurgit ex affini
tate, non conſideratur in hoc teſtõ:& ita determino in
puncto iuris,maxime concurrentib.tot præſumptionib.
de quib.ſup.¶Nec ob.ſi dicatur primum teſtamentum
26 uideri factum inter liberos:quia reſpondeo tunc†teſta-
mentum dici inter liberos quando eſt factum ad fauo-
rem liberorum:ut notatur in dicto.§.ex imperfecto.Sed
27 †quando quis facit aliquid ad quod tenebatur de neceſ
ſitate,non dicitur ad fauorem facere,& fauorem adhibe
re,ſed intuitu neceſsitatis.l.nouiſsime.& ibi Bald.quod
falſõ tut.ſed iſte ita fecit inſtituendo in legitimã filios:
ergo non dicitur conditum inter liberos ut priuilegia te
ſtamenti conditi inter liberos conſequatur . ¶Præterea
& ſi utrunque eſſet inter liberos attenditur illud quod ẽ
28 † fauorabilius filiis,ut dicit dominus conſulens: ꝓ quo
adduco conſilium Corn.in conſi.31.uol. 2.ſed nulli du-
bium ultimum eſſe fauorabilius,ergo &c.¶Non obſtat
teſtamẽtum fuiſſe factum ad interrogationem alterius :
29 quia reſpondeo†tunc ualere cum ſunt inſtituti uenien-
tes ab inteſtato:ut per Corneum in conſi. 319. uol.1.ſed
hic ſunt,ergo &c. ¶Non obſt.dum obiicitur teſtatorẽ
non fuiſſe ſanæ mentis,& habuiſſe dilucida interualla :
30 quia ex quo†recte teſtatus eſt,inſtituendo filios,& faciẽ
do ut quilibet prudentiſsimus,exceptio furoris nihil ha
bet obſtare,ut uoluerunt Roma. Bald.& alij de quibus
per Cor.in conſi.216.uol.4.

¶Non ob.quoque ſecundum teſtamentum uideri nullũ
rõne uoluntatis imperfectæ,ex quo inſtituebat nepote

cum auantagio,& non appoſuit auantagiũ:quia iſte de-
31 fectus†eſt reſpectu diſtributionis & quantitatis partiũ ,
non reſpectu eſſentiæ inſtitutionis,uel diſpoſitionis,quo
caſu non uitiat:ut eſt tex.in l.2.de hæredib.inſti.& notat
Bar.in l.ſtichum qui meus erit.de leg.1.& hoc habet lo-
cum etiam ſi morte præuentus non potuit quantitatem
partium exprimere:ut uolunt doctores per illum tex.in
l.pe.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac.& ibi notat Iaſ.in fi
nalib.uerbis , ergo ualet:& maxime cum per hoc ſeruat
32 æqualitas inter†filios,pro quo lex multum laborat & p̃-
ſumit:iuxta no.in l.ut liberis.C.de coll.cum ſimi.ex quo
tollitur illud de inæqualitate inter filios:quia in effectu
hic ſeruatur æqualitas,cum illud uerbum, auantagium,
habetur pro non ſcripto:& merito non fuit declaratum
33 a teſtatore, quia ut†ſeruaretur æqualitas,fuit pœniten-
tia ductus.argumento eorum quæ ponit Imol. in d.l.2.
de hære.inſti. Nam ſicut expreſsit auantagium & quan-
titatem,ſimul potuiſſet exprimere ſi uoluiſſet,dicendum
eſt id eum pœnitentia ductum non feciſſe, nam ſi uoliſ-
ſet utique dixiſſet.arg.l.j.§.ſi autem.de caduc. toll.cum
ſimi.ex quib.concludo ultimum teſtamentum præuale-
re. Præterea illud de æqualitate expreſſe reprobatur per
Alex.in conſi.146.Viſo themate.col.3.uol.2.ubi dicit ſuf
ficere filios eẽ inſtitutos ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter ,
34 cum†lex ipſa non diſtinguat:de cuius dicti ueritate ali-
bi diſſerui,& hic prætermitto :. cum hoc dictum ad rem
noſtram minime neceſſarium ſit:ſed cur hęc diſputãtur?
Nam ſi uerum eſt quod præſupponit in facto dominus
conſulens prout uerisſimum puto,quod in primo teſta-
mento fuit præterita filia,cum non fuit ſibi relictum ti-
tulo inſtitutionis prout debebatur:ut in auth.ut cum de
appel.cognoſca.& licẽt fuerit relictum certum quid an
nuum,tamen cum uerbum relinquo , fuit adiectum rei
35 † particulari non importat inſtitutionem:ut plene no-
tatur in cap. Raynutius. de teſt.& in l.Centurio.de uul.
& pup.cum ſimi.ſi ergo nullum eſt teſtamentum,inſtitu
36 ti beneficio†præteriti poſſunt ꝯtratabulare.l.ſi poſt mor
tem.§.fi.de contratab.& ſic quamuis ultimum teſtamen
tum non ualeret filii habebunt ab inteſtato:nec ſunt au-
diendi filii inſtituti primo teſtõ,dum opponunt ꝯ̃ ſecun
dum teſtm̃:quia cum primũ ſit ipſo iure nullum ſua non
intereſt:& ex hoc infertur ad ſm̃ dubium ut non debeãt
impedire quin ultimo loco inſtituti mittantur in poſſeſ-
ſionem:& ſi ſunt in poſſeſsione ſint manutenendi: præſer
37 tim cum ſe†offerunt incontinenti uelle probare:ut ẽ gl.
in l.fi.C. unde ui.& in l.ſi de ui.de iud. declarando eã, ut
per Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune. in 3. oppo.de
acq.poſ.cum concor.de quib.ibi : ſed difficultas ſolũ in
hoc uidetur,an ex quo.l.fi.de edic.diui Hadri.tol. loqui-
tur de teſtõ non abolito,neque cancellato,& ſic de teſtõ
in ſcriptis : & doctores dicunt poſſe opponi de ſimili ti-
tulo ad impediendum miſsionem in poſſeſsionem,an re
quiratur quod ſit teſtm̃ in ſcriptis : ut uidetur requirere
tex.in d.l.fi.cum loquitur in teſtõ in ſcriptis,an uero ſuf
ficiat probari per teſtes:& concluſiue procedendo, dico
38 ſufficere†opponere de ſimili titulo probando per teſtes:
quod probatur,quia gl.& doct.in locis prælleg. dicunt
39 †exceptionem dolo facis,uel dominij poſſe opponi ſi of
feratur probatio incontinenti,& loquuntur generaliter,
40 ergo &c. cum tantę†uirtutis ſit probatio per teſtes q̃ p
inſtrã.l.in exercendis.de fid.inſtr. ꝓbatur ex not. in l.2.
41 co.ti.ubi†poteſt opponi exceptio filiationis ad iuſtifica-
tionem præteritionis , & ille tenebatur probare filiatio-
nem, quæ filiatio probatur per teſtes. l. filium diffini -
42 mus.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.&†regulariter nõ po
teſt probari per inſtrã:per Bal.poſt Nic.de Matta.in rub.
de fid. inſtr.Item in caſu d.l.2.põt excipi teſtm̃ eſſe falsũ:
43 & tñ falſum regulariter†probatur per teſtes:iuxta no. p
Bar.in l.1.§.ſi quis negat.quemadmo.teſt.aper.Item po-
44 teſt opponi † teſtatorem fuiſſe inſanum, & de dementia
non rogatur notarius:ideo eſt de caſib.qui probantur p
teſtes:iuxta nota.per Bal.in d.rub.de fide inſtr. Et ita a-
liàs excellentiſsimus præceptor meus Carol.Ruinus con
ſuluit,& obtinuit prout eſt conſilium hic Bononiæ in cã
illorum de Vſubertis:& adhuc non fere exactis duobus
menſib.ego hæc practicaui in cauſa hæredum d.Alexan.
Imolenſis de Tartagnis legum fontis,ſuper ſua hæredita
te & palatio fabricato per eũ.& omnes doctores in hoc
concordes fuerunt:ideo ulterius non me extendo:maxi-
mè cum ex caſus propoſitione habeam pro firmo filiam
monialem præteritam fuiſſe de iure communi: uerũ quo
niam dubito ibi eſſe ſtatutum diſponens filiam dotatam
45 non ſuccedere ab inteſtato: quo†caſu poteſt præteriri ſe
cundum doct.in l.filiæ dotem.C.de colla. ut ibi late per
Alexand.Reſpondeo illud ſtatutum non loqui de monia
li:& ſi loqueretur non ualere,ſiue loqueretur de ingreſſa
26 † monaſterium,ſiue de ingrediente;ut atteſtatur d.Ale-
xan.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.colum.pen.ff.de
uerb.oblig.& in conſi.129.Viſo themate.ad fi.libr.ſecun
do.Pau.de Caſt.in conſi.329.Primum dubium.per Fel.in
c.eccleſia.char.8.uerſi.ſexto quæro.de conſti.per Dec.in
47 l.fi.colum.8. C.de pac.cum ſi.Item illa†opinio non ha-
bet locum quando ſunt inſtituti alii quàm filii , ſecundũ
Imo.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,de libe.& poſthum.
Alex.& alios in d.l.filiæ dotem.de coll.ſed ita eſt hic, q̃a
principaliter fuerunt filii Andreæ de Lãduciis , ergo &c.
Et quamuis multi ſint caſus in quib.non operatur exclu
ſio ſtatuti,quin dicatur præterita filia excluſa,qui acco-
modantur ad caſum noſtrum , tamen eos prætereo tan-
quam non neceſſarios:& quoniam tempus non habeo ut
dixi,propter inſtantiam nuncij recedere uolentis, & le-
ctionum onus. Laus Deo.

¶Ego Hieronymus Gratus.I. V.D.

SVMMARIVM.

1 *Cum nihil probatur aduerſus reum,ipſe abſoluendus uenit.*
2 *Confeſſio quæ emanauit in tortura nullis legitimis indicijs præ-
cedentibus,etiam cum perſeueratione , nihil præiudicat confi-
tenti.*
3 *Confeſsio facta etiam præcedentib.indicijs non debet nocere con
fitenti in tortura,quando copia eorum non fuit data reo etiam
non petente.*
4 *Cum de homicidio & tractatu aliter non conſtat præterquã per
confeſsionem,confeſsio confitenti non præiudicat,nec iudex pro
cedere poteſt.*
5 *Confitens occidiſſe hominem,& ipſum proieciſſe in mare , ſi de
corpore non conſtat non uenit occidendus nec puniendus.*
6 *Inquiſitus de uno delicto,ſi aliud non probetur,abſoluendus eſt,
quinimmo etiam ſi illud met alteratum & qualificatum pro-
betur.*
7 *Licèt de iure communi tractatus factus Bononiæ de interficien-
do Sempronium Ferrariæ,poſſit puniri Bononiæ,& pœna uitæ,
tamen lege municipali Bonon.tractatus pœna uitæ puniri non
poteſt,ſed tantum in trecentum libris.*
8 *Hæc uerba in ſtatuto Bonon.poſita ſub rubr.de pœna mand.au-
xi.fauorem,& conſilium,præſtan.ſimul iuncta complectũtur
tractatum.*
9 *Gerundium denotat cauſam finalem,animum deliberatum , &
intentionem perfectam.*
10 *Diues uel pauper aliquis iudicatur ſecundum bona quæ habet
de præſenti,nec ea quæ acquiri poſſunt habentur in conſidera-
tione.*
11 *Lex quando non fuit mandata executioni per longum tempus e-
ius uirtute annihilatur.*
12 *Si aliquis uulneratus adeo fuerit , ut effectus fuerit inutilis iu-
dex debet uulnerantem cum in mercedib.medico præſtitis,tum
etiam in operib.quib.caruit uel cariturus eſt eo quia inutilis
factus eſt,condemnare.*
13 *Non ualet argumentum de cauſa ciuili ad cauſam criminalem.*
14 *Lex quæ non fuit mandata executioni per longum tempus , eius
uirtute annihilatur,nec poteſt poſtea obſeruari,& iſtud proce-
dit quando lex non fuit obſeruata,quia cõtrarium eius fuit ob
ſeruatum.*
15 *Tex.in §.iudex.inſt.de oblig.quæ ex quaſi delict. dum loquitur
de mercedib.& operis,loquitur de uulnerante;non de eo qui oc
cidit.*

16 Non

16 *Non ualet argumentum de pœna pecuniaria ad pęnam mortis affirmatiue.*
17 *In exorbitantibus, pęnalibus, & odioſis ſemper fit extenſio, quando militat eadem ratio.*
18 *Extenſio quæ in exorbitantibus, pęnalibus, & odioſis in quibus militat eadem ratio fit, proprie non eſt extenſio, ſed mēnſio & comprehenſio.*
19 *Licèt aliquid à lege non dicatur, non eſt tamen inconueniens quod ab homine ſuppleatur.*
20 *Aduerſatiua debet aduerſari retentis iiſdem terminis.*
21 *Tantum operatur ſpecies quo ad ſpeciem, quantum uerba generalia quo ad genus.*

RESPONSVM XCI.

¶ An ualeat inquiſitio facta non præcedentibus indicijs: & an vulnerans aliquem, & ex vulnere reddens inutilem teneatur ad mercedes & lucra, quæ ille fuiſſet in poſterū conſequutus niſi fuiſſet factus inutilis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa
Marci de terra Finalis carcerati pp occupa-
tiones breuiter me expedio, & dico abſoluē-
dū fore, qm̄ fuit inquiſitus de mutatione no-
minis, & de rapta uxore cuiuſdam Gregorij, & generali-
ter de pluribus homicidijs, ſacrilegijs, incendijs, & depre
dationibus in comitatu Bonoñ. & Ferrarię perpetratis,
& de tractatu de occidendo habito in comitatu Bonoñ.
non fuit aliquo modo inquiſitus, ex quo ſequitur ꝙ cum
in proceſſu de ſ̃dictis criminibus ſpecialiter & generali-
ter in inquiſitione expreſsis nihil eſt probatū, immo po-
tius ꝯ̃rium per Gregorium & eius uxorem in inquiſitio-
1 ne nominatos, ꝙ reus abſoluendus † eſt: ad plene tradita
in l. qui accuſare. de eden. cum ſimi. & maxime cum in cri
minalibus clariores requirant̃ probationes: ut in l. fin. de
prob. Nec obſtat ꝙ ipſe confeſſus eſt tractatum de occi-
dendo habitum in territorio Bononienſi, & homicidium
in territorio Ferrarię, qm̄ ſibi nihil præiudicat, cum ema
nauit in tortura nullis legitimis præcedentibus indicijs,
immo extra contenta in tortura, ut conſtat ex proceſſu,
2 quo caſu † talis confeſsio etiam cum perſeueratione ni-
hil præiudicat. l. diuus. §. ex quibus. de quæſtionibus. &
per alia allegata per Bonifac. in ſuo tractatu maleficiorū
ſub rubr. quæ indic. pręced. debent. in vlti. q. cum ſimilib.
3 ¶ Secundo, quia & ſi qua indicia adfuiſſent, nihil † noce
re debent ipſi confitenti in tortura, cum eorum copia nō
fuit data reo etiam non petente, prout iudex tenebatur.
l. ſi non defendantur. de pęn. & no. in l. 1. de quæſt. in §. fi.
per Bar. in conſi. c. incip. A domino Cyno. & per Hipp. q.
infinita allegat in practica cauſarum criminalium in §.
nunc uidendum. col. 3. ¶ Tertio, quia aliter non conſtat
4 de tractatu, & homicidio q̃ per confeſsionem: quo † caſu
cum aliter non conſtet de delicto confeſsio non præiudi
cat, & iudex non poteſt procedere. l. j. §. illud autē. ad Syl.
& ibi Bar. & alij in l. fi. de quæſt. & ideo dicit Bal. in addit.
5 Spe. in titu. de ſenten. in 18. col. in fi. ꝙ † ſi quis confitetur
ſe hominem occidiſſe, & illum poſtea proieciſſe in mare,
ſi non conſtat de corpore mortuo, ille non poteſt occidi,
nec puniri. refert & ſequitur Hipp. in ſua practica in prin
cipio, col. 2. poſt Ang. cum ſimil. ¶ Quarto, quia quādo
6 † quis eſt inquiſitus de uno delicto, & aliudq; probatur, de
bet abſolui, immo & ſi illudmet alteratum & qualificatū
probetur: ut concludit Pau. de Caſt. in l. duobus. §. ſi quis
iurauerit. de iureiuran. Roma. in conſi. 144. & per Alexā.
in pluribus conſilijs citatum per Hipp. in dicta practica
in §. & quia. col. 3. ¶ Pręterea & ultimo dico hanc diffi-
cultatem de tractatu, quæ ſola obijci poteſt ſuperfluam
7 uideri, cum & ſi de iure communi tractatus † factus Bo-
noniæ de interficiendo Sempronium Ferrariæ, poſsit pu-
niri Bononię, & pęna uitæ: ut per Ang. in tract. malefic. in
glo. in uerſi. exiſtens Florentię. & per Bar. & Imo. in l. ſi ut
proponitur. de fideiuſſ. cum ſimi. nihilominus in hac ci-
uitate Bonoñ. propter eius legem particularem ſub rub.
de pœna mand. auxi. fauo. & conſi. præſtan. &c. tractatus
non poteſt puniri pœna uitæ, ſed tantum in tercētum li-
8 bris. Nam † illa uerba ſimul iuncta complectuntur tra-
ctatum, ſeu deliberationem de interficiendo, quod ulti-
mum. ſ. deliberationem ſolum in caſu noſtro interuenit,
ut ex proceſſu conſtat, cum etiam comprehendatur ſub
uerbo conſilium ad interficiendum: iuxta plene tradita
in l. conſilij. de reg. iur. c. filius. de pęn. cle. 1. eo. tit. & ma-
xime propter ſequentia uerba ad homicidium commit-
9 tendum, † quod gerundium denotat cauſam finalem, ani
mum deliberatum, & intentionem perfectam: ut in l. j. de
tutel. & Bar. in titul. ad reprimendum. in princ. ergo &c.
Item ſubdit ſtatutum aſſociando, uel alio modo &c. quæ
uerba conueniunt huic caſui, & illum comprehendunt,
ergo &c. l. 4. §. toties. de dam. infec. l. ille aut ille. §. cum
in uerbis. de leg. 3. & ꝓpterea aliter non inſiſto, & ſæpius
iſtud mihi accidit, & maxime in cauſa nobilis eq̃tis Her-
culis de Saxuno, & ita ſemper obtinui, & in hoc caſu eo
magis eſſe debet concurrentibus omnibus ſupra dedu-
ctis. ¶ Circa ſecundum quo ad alios inquiſitos qui ſunt
ſub ditione. Et primo quo ad vulnerantes ſcilicet an vul-
nerans aliquem, & illum propter vulnera reddens inha-
bilem teneatur ad mercedem & lucra, quæ conſequutus
fuiſſet ille vulneratus, ſi inutilis factus non fuiſſet. Et pri
10 mo videtur nō teneri, quia † quis iudicatur diues & pau
per ſecundum bona quæ habet de præſenti, & ſi aliquid
poteſt acquirere non conſideratur, & ideo ſeruus qui uē-
ditur plus non debet vendi, ex quo multa bona ſtatim eſt
acquiſiturus. l. pretia rerum. ad leg. fal. & ibi Bart. Alex.
& omnes: ſi ita igitur eſt ibi in uenditione, qui eſt con-
tractus bonę fidei. §. actionum. inſtitu. de actio. & in illis
fit larga interpretatio. quanto fortius ita debet eſſe in pę
nalibus, in quibus fit ſtricta interpretatio. l. ſi de interpre
tatione. de pęnis. per Bar. in l. ſanctio legum. de pęnis.
¶ Secundo moueor dato ꝙ iure cautum reperiatur, tñ di
co ꝙ non debet attendi, quia lex illa non obſeruatur, &
ſemper uidemus ꝙ interfectores ſi capiantur interficiun
tur, ſin autem banniuntur, nec iſta lucra ęſtimantur, unde
ſuccedit dictum gl. in c. 1. de treug. & pac. quam ſequunt̃
omnes in c. j. de conſti. per Soci. in l. filius. in 6. notab. de
11 lib. & poſth. ubi vult ꝙ ſi lex nō fuit mandata † executio-
ni per lōgum tempus eius uirtus annihilatur, nec poteſt
poſtea obſeruari, ita in caſu noſtro, ergo &c. Tamen con-
trarium puto: & non inſiſtendo ſuper generalibus dico
de hoc eſſe textum apertum in §. iudex. inſtit. de obligat.
12 q̃ ex quaſi delic. naſcūtur. ubi dicit tex. ꝙ ſi † aliquis vul
neratus fuit, quod iudex debet condemnare vulnerantē
in mercedibus medico præſtitis: & in operis quibus ca-
ruit, vel cariturus eſt, ob id quod inutilis factus eſt. Ecce
caſum, ubi ex eo quia quis factus eſt inutilis, malefactor
tenetur ad omnia ea quę ille acquiſiuiſſet, ſi inutilis fa-
ctus nō fuiſſet. & dicit Floria. in l. fi. de his qui deiece. uel
effu. ꝙ illa lucra ęſtimantur vſque ad centum annos: quia
ille poterat viuere tanto tempore. Ioan. Fab. & Are. in d.
§. iudex. idem tenent: ſed diſcrepant à Floriano: quia vo-
lunt ꝙ ęſtimentur vſque ad ſexaginta annos, ſecundum
formam. l. hæreditatum. ad leg. fal. & pro eis eſt glo. licèt
non allegent, in l. ex hac lege. ſi qua. pau. ſe. di. ¶ Nec ob-
ſtant fundamenta adducta pro alia parte, & in primis no
tata in l. pretia rerum. ad leg. Falc. quia illa procedunt in
ciuilibus: nos autē loquimur in criminalibus, & de uno
13 † ad aliud non ualet argumentum, qn̄ ꝯ̃rium reperitur:
ſecundum Bar. in l. abſentem. de pęnis. ſed in caſu noſtro
contrarium reperitur, ut ſupra probaui, ergo &c. ¶ Non
obſtat ſecundo ꝙ dato ꝙ leges hoc dicant, tamen uirtus
illarum legum eſt annihilata per non vſum: quia reſpon-
14 deri poteſt † ꝙ illa procedunt qn̄ lex non fuit obſeruata:
quia ꝯ̃rium fuit obſeruatum: ut plene p Iaſ. in l. de quib.
in 6. not. de legi. ſed ita non fuit in caſu noſtro, quia non
fuit obſeruata, vt contrarium obſeruaretur ſed quia non
fuit perſpecta & cōſiderata: nam multi pereunt pp igno-
rantiam medicorum, tamen cogitādum eſt, quia iudicio
meo multum obſtant uerba Iaſ. in d. l. de quibus. ſi conſi-
derentur. ¶ Circa tertiū an habeat locum tex. in d. §. iu-
dex. in occiſoribus bannitis, ut de bonis ſuis præſtent̃ ali
menta

mẽta & huiuſmodi intereſſe, hęredibus interfecti & quã do per gratiam principis reſtituatur idem ſit niſi expreſſe iſtud fuerit conceſſum: & ſm iuſ commune diſputatiue procedendo ſtatutis,& prouiſionibus loci circunſcri-
15 ptis,uidetur illum tex. nihil facere; quia † loquitur in uulnerante:& in præcedenti loquitur de interficiente,& aliter diſponit: nam dicit ob hominem liberum occiſum quinquaginta aureorum pœna conſtituitur, & ſic ponit aliam pęnam:nec de lucris & operis aliquid dicit; ſed in ſequenti dicit, ergo datur intelligi ꝙ in præcedenti non habet locum:nam ſi uoluiſſet utiq; dixiſſet, ſicut dixit in ſequenti:immo expreſſe eſt de mente imperatoris,ꝙ non habeat locum in præcedenti probatur: nam text. in ſeq. uerſi.loquitur aduerſatiue,ubi ponitur de vulnerante:nã dicit,ſi is uero:pondera dictionem uero, quæ aduerſatur in iure & facto, iuribus vulga. ergo dicendum eſt, ut aduerſetur in iure,ꝙ in præcedenti non fiat ęſtimatio lucri, quia fit in ſeq. ¶Secundo ꝙ ille text. non faciat dato ꝙ etiam idem diſponeret in occidente,probo:nam ille tex. loquitur ubi agitur de pœna pecuniaria: nos loquimur
16 ubi agitur de pœna † mortis: nec eſt bonum argũ de pecuniaria ad pœnã mortis affirmatiue: quia eſt argumentari de eo quod eſt minus,ad illud quod eſt plus affirmatiue,quod non ualet:vt plene per Alexã. & omnes in l.1. in §.appellata.ſi cert. pet.& maxime in terminis noſtris: quia utroque caſu delinquens interfecit:& uno caſu imponitur pœna pecuniaria,alio caſu pęna mortis. ¶Præterea non militat eadem ratio : nam ideo conſiderantur lucra quando imponitur pęna pecuniaria : quia non potuiſſet ſtatui certa pęna quæ compẽſaret: cum in uno ſint multa lucra,in alio pauca: ideo lex remiſit arbitrio iudicis, qui conſideraret lucra &c. ſed qñ tractatur de pęna mortis:adeſt pœna quæ compenſatur cum delicto : nam ſicut interfectus amiſit ꝑ mortem multa lucra : ita iſtæ occiſor per mortem impoſitam ſibi à lege amittit uitam & omnia lucra: quæ conſequuturus fuiſſet ſi uixiſſet : & ſic militat ratio diuerſitatis: ergo non eſt arguendum de una ad aliam:ut plene not.per Iaſ.in l.à Titio.de uer.obl. Tamen iſtis non obſt. diſputatiue , & non aliter,cum ad præſentem caſum non conferat, cum hi banniti nihil in bonis habent,teneo illum tex. probare:quia text. fundat ſe in hoc ꝙ factus eſt inutilis: ſed nemo magis inutilis eſt,ꝗ qui eſt mortuus,ergo &c. Et conſidera ꝙ ibi ratio
17 eſt expreſſa in lege:quo caſu † & in exorbitantib. & odioſis pęnalibus ſemper fit extenſio:ſm gl.in c.j. in uerſ. eligitur.de elect.in 6.Alex.plene in l.ſi conſtante.in 3.colũ.
18 ff.ſol.mat.Et ideo eſt,quia † non eſt extenſio,ſed intenſio & comprehẽſio,& ut dicit Bal.in aut. poſt fratres.de leg. hęr.plene per Pau.de Caſt.in conſi.336.incip.Pręſens caſus in 2.col. ergo quãto fortius in caſu noſtro ubi ſumus in fauorabilibus,ſ.ꝙ delicta puniantur:ſm Bar.in l.quẽadmodum.de agr.& cenſ.quem ſequitur Iaſ.in l.ſi id qđ. de iur.om.ind.& plenius in l.ſi is qui pro emptore.de vſu ca.in char.xx.col.1.qui allegat infinita : tamen Soci.in l. j.in prin.de uerb.oblig.uoluit ꝯrium,& alleg. Bal. ita tenentem.idem Are.in l.Gallus.in §.ꝙ ſi is.de lib.& poſth. Dec.in l.3.col.17.de re.iur.qui ponit unã ꝯcordiã ꝗ faceret ꝯ nos,ſed de ea nõ curo,quia cõis opi. eſt cum Barth. ¶Modo nõ obſ.adducta in ꝯriũ:& primo ꝙ loquitur tm̃ in vulnerante, & ei facillimum fuiſſet &c. quia reſpõdeo
19 ꝙ dato † lex aliquid non dicat , non tamen eſt inconueniens ꝙ ab homine ſuppleatur, aliàs nunquam fieret extenſio:immo illud non procedit quando militat ratio legis:ut dicit Dec.poſt Bar.in l.qui ſe patris.col. fi.C.unde lib.ſed in caſu noſtro militat ratio conſiderata ibi ab imperatore,ergo &c.¶Non obſtat ſecundo ꝙ ibi ſit dictio
20 uero, quæ aduerſatur &c. quia retorqueo † aduerſatiua debet aduerſari retentis eiſdem terminis:ſm Bart. in l. ſi mariti.in §.fi.ad le.Iul.de adulte. modo ſic in ſeq. fit ęſtimatio lucri,ergo in præcedenti:aliàs non fuiſſent retenti ijdem termini.Præterea nonne habemus ꝙ dicta in ſequẽti cenſentur repetita in ꝓcedẽti & ꝯ. l.talis ſcriptura. de leg.j. cũ ibi plene notatis ꝑ Iaſ.ergo illa ęſtimatio poſita in ſequẽti,cẽſetur repetita in ꝓcedenti uerſiculo : nec obſtat ꝙ debet aduerſari quia bene aduerſatur in facto : qa primo caſu fuit occiſus,in ſequenti fuit vulneratus. In iure et aduerſatur, quia in primo caſu ponitur pœna quinquaginta aureorum reſpectu corporis liberi occiſi,quod alias non potuiſſet æſtimari,ut inquit ibi gl. in uer.quinquaginta. in ſequenti non ponitur iſta pęna:nec etiam intelligitur repetita , ſicut illa æſtimatio lucri: quia ex quo non fuit occiſus non poteſt conſiderari in ſequenti :ſecus in præcedenti : ſed æſtimatio lucri , & in ſequenti , & in præcedenti poteſt æſtimari: quia utroque caſu efficitur inutilis & lucra amittit: ergo nimirum ſi illa intelligitur repetita: pęna uero quinquaginta aureorum non intelligitur repetita. ¶Tertio non obſtat ꝙ eſſet argumentari de eo quod eſſet minus &c. quia reſpõdetur ꝙ immo nõ eſt minus:quia ille tex.loquitur quando fuit culpa tantũ occiſus & non dolo:ut dicit ibi Aret.in notab. ſed tantũ eſt illa pęna quinquaginta aureorum , in occidente ſine dolo: quantum eſt pœna mortis in occidente cum dolo: quia utroque caſu ſecundum quantitatem delicti pęna ſtatuitur: facit in ſimili illud quod dicitur tm̃ ſoluit pauper ſoluendo quadrantem, ꝗtum diues ſoluendo aureũ:
21 & tantum † operatur ſpecies quo ad ſpeciem , quantum uerba generalia quo ad genus.l.ſi duo. de teſtam. tut. ꝑ Bar.Pau.de Caſt.& alios in l.q Romæ.in §. callimachus. de uerb.obli, ſed in illo occidente ſine dolo fit æſtimatio lucri , ergo & in iſto occidente cum dolo: & ſic magis eſt argumentari de eo quod eſt plus ad id quod eſt minus affirmatiue, quod ualet : vt in d.§.appellata. uel ſaltem eſt argumentari de ſimilibus ad ſimilia. ¶Quarto non obſtat ꝙ non militat eadem ratio,quia immo militat : quia tantum eſt ſoluere quinquaginta in illo caſu,ꝗtum eſt pęnam mortis pati,in caſu noſtro:ut ſ dixi. Nec obſtat ꝙ ſi malefactor occidatur ipſe etiam amittit lucra : qđ nõ eſt in caſu dicti.§.iudex. quia rñdeo ꝙ in caſu noſtro nõ eſt occiſus,ſed tm̃ bannitus : unde ipſe poteſt lucrari in alijs locis,quod non poteſt interfectus: & ſic in caſu noſtro nõ cõpẽſatur delictum, immo militat eadem ratio quæ militat in d.§.iudex. Nec obſtat ꝙ ſpes & potentia occidendi adeſt:quia reſpondeo ꝙ iſta ſpes non debet ſibi prodeſſe,cum ſit inducta in odium ipſius: ergo nõ debet ſibi ꝓdeſſe,argum.text.in l.quod fauore.de legib. l.legata inutiliter.de adimen.leg. cum ſimilib. immo & ſi fuiſſet occiſus dico ꝙ hæredes eius deberent ſoluere æſtimationem: quia tantum eſt ꝙ iſtæ occidatur, quantum ꝙ ille ſoluat quinquaginta,ut dixi ſupra:ſed ille tenetur ad æſtimationem,ergo & iſte &c.¶Et ex iſtis puto ꝙ ille tex. decidat iſtam quęſtionem cum quo concordat tex. in l.ex hac . ſi quadru.pauper.feciſ.dica.& tex.in l.fi. de his qui deiece. uel effud.cum ſimilib. Et hanc opinionem ſæpius tenuit Hipp.de Marſilijs præceptor meus in conſilijs ſuis , & in alijs locis quæ allegaui domino meo , ubi cumulat. licet non ſubtiliter pondero ut per eum. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum ceſſat officio finito.*
2 *Bannitus in una ciuitate , poteſt habitare in alia ciuitate etiam confœderata,nec à dominis illius ciuitatis confœderatę debet capi & remitti ad ciuitatem in qua deliquit niſi prout capitula dictant.*
3 *Capitula inter ciuitates confœderatas inita ſtrictiſsime ſunt intelligenda, & quicquid in eis eſt omiſſum habetur pro omiſſo.*
4 *Conuentiones ducis Ferrariæ cum ciuitate Bononiæ ſolùm concedunt capturam bannitorum , quando adeſt requiſitio ducis,& ibi traditur illarum declaratio.*
5 *Copulatiua ad eius ueritatem requirit implementum utriuſque copulati.*
6 *Capitula concedentia capturam in caſu requiſitionis, in alijs uidentur denegare.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu in contractibus procedit.*
8 *Diſpoſitio quælibet ut ualeat ,ſemper interpretari debet.*
9 *Diſiunẽs uiã eligere nõ præſumitur ſuæ uoluntatis impugnatiuã.*
10 *Inducta*

10 *Inducta ad diminutionem, licèt regulariter non operentur augmentum, tamen ut actus ualeat, augmentum operantur.*

11 *Saluuſconductus emanatus à principe omnino debet habere effectum, ne quis ſub literis principis decipiatur.*

12 *Saluuſconductus ut obſeruetur ad principis ſpectat honorem.*

13 *Literæ ſaluiconductus latiſsime interpretantur.*

14 *Securitas in ſaluoconductu data in ueniendo, intelligitur etiam data in redeundo, licèt de reditu non fuerit factum uerbum.*

15 *Securitas data ut quis poſsit uenire, operatur etiam ut mittere poſsit.*

16 *Saluiconductus ultra naturam uerborum latiſsime interpretantur, & in eis multa ſubaudiuntur, quæ uerbis expreſsis repugnare uidentur.*

17 *Concedens ſaluumconductum ad beneplacitum ſuum, cum diſdicta quinque dierum, præſupponit ſaluumconductum ualere.*

18 *Beneplacitum in re nulla, ſeu non habente effectum, non datur.*

19 *Concedens aliquem caſum uel prohibens, cenſetur etiam conceſſiſſe alium caſum, qui ſi non eſſet conceſſus, primus caſus eluſorius reddi poſſet.*

20 *Clauſula, non obſtantibus &c. indicat concedentem uſum fuiſſe plenitudine poteſtatis.*

21 *Verba ſine præiudicio conuentionum à concedente ſaluumconductum emiſſa intelliguntur illo caſu excepto, in quo facit ſaluumconductum.*

22 *Venditor domus, in uenditione reſeruans habitationem habitatoribus, non intelligitur ſibi reſeruaſſe & ſi ipſe ſit habitator.*

23 *Sermo generalis non uidetur prolatus reſpectu illius cum quo loquitur concedens, ſed reſpectu aliorum.*

24 *Prior nominatio arguit quod ſi omnia non poſſunt ualere priora ualeant.*

25 *Diſpoſitio facta in odium delinquentis non habet locum, niſi delictum ſit uere probatum.*

26 *Verba loquentia de habitante Ferrariæ, uel alio loco ſuppoſito dominio & gubernio ducis, intelligi debent in potiori ſignificatu.*

27 *Officium expiratum abſolute dici non poteſt, quando officialis relicta parte familia receſsit animo reuertendi.*

28 *Regula quæ habet per mortem uel finitum officium expirare beneplacitum, non habet locum, quando ultra beneplacitum concedens requirit reuocationem ſeu diſdictam.*

RESPONSVM XCII.

Quomodo interpretantur ſaluiconductus, ubi multa in materia.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In præ-
ſenti cauſa paucis agam, qm̃ ueritas in pau-
cis cõſiſtit, & res coram peritiſsimis agitur.
Et uidetur ſaluumconductum de quo agitur
bannito non opitulari, quia factus fuit ſine præiudicio
conuentionum factarum cum duce, quæ dictant ꝙ com
mittentes aliquod delictum capitale in aliquo loco ſup-
poſito dominio ducis Ferrariæ, non ſint ſecuri in aliquo
loco ciuitatis Bononię, & ad omnem requiſitionem d. du
cis, & eorũ agentium capiantur, ac in eius manibus tra-
dantur &c. ſi igitur non fit præiudicium his conuentio-
nibus per ſaluumconductum, ſequitur cum ſit de compre-
henſis in conuentionibus, eum puniri debere non obſtã-
te ſaluoconducto. Et ſatis uidetur operatus iſte ſaluuſcõ
ductus, cum tolerabat bãnitum in ciuitate Bononiæ nul
la facta requiſitione à duce. Præterea cum ſit ad benepla-
1 citum, & per finem officij † ceſſet beneplacitum. l. 4. loca.
c. ſi gratioſe. de reſcrip. in 6. uidetur reuocatus ſaluuſcon
ductus, ergo &c. ¶ Maturius tamen cogitando teneo con-
2 rium, & pręſuppono ꝙ bannitus † in una ciuitate põt ha
bitare in alia ciuitate etiam confęderata, nec à dominis
illius ciuitatis confœderatæ debet capi, & remitti ad ci-
uitatem in qua deliquit, niſi prout capitula dictãt. ita vo
luit Soci. in conſi. 86. in 4. uol. nu. 4. ¶ Secundo pręſuppo
3 no quod talia † capitula ſtrictiſsime ſunt intelligenda, &
quicquid in eis eſt omiſſum habetur pro omiſſo: ut per
Bal. in l. de quibus. de leg. col. 6. ¶ Tertio ſuppono ꝙ cõ-
uentiones ducis, prout ſunt notificatę, ſolum concedunt
4 capturam, † quando adeſt requiſitio ducis prout patet
in eis, & licèt primo antequam ueniant ad capturam di-
cant quod non ſint ſecuri poſt publicationem per octo
dies, tamen hoc dicunt ꝑꝑ id quod ſubiungunt, ſ. illos ca
pi debere ad requiſitionem ducis, cum immediate illud
5 ſequatur & copulatiue ueniant, † ad cuius ueritatem re-
quiritur implementum vtriuſq;. l. ſi hæredi plures. de cõ-
ditio. inſtit. cum vulgaribus. ergo ut non ſit ſecurus, & ca
piatur, requiritur requiſitio ducis, alias domini ciuitatis
ex ſe non debeant capere, cum in capitulis non dicatur
6 ſed totum contrarium, cum concedant † capturam in ca
ſu requiſitionis, ergo in alio uidentur denegare. l. cum pre-
7 tor. de iud. c. nonne. de præſump. & arg. à contrario † procedit
in contractibus. l. pecuniam quam. ſi cer. pet. & per doct.
in l. j. de officio eius cui mandata eſt iuriſd. ergo cum cõ-
cedit capturam in caſu requiſitionis, à contrario denegat in ca
ſu in quo nõ interueniat requiſitio. & ſat eſt quod captu-
ra eſt omiſſa in caſu non requiſitionis, ergo habetur pro
omiſſa, ut dixi in ſecundo præſuppoſito, & ita caſu quo
ex uerbis non colligeretur, deberent interpretari capitu-
la, ut per illa minus ſit derogatum iuri communi, quod
tolerat bannitos etiam in ciuitate confęderata: ut per So
ci. in conſi. de quo ſ. ¶ His ſic præſuppoſitis dico qđ iſte
ſaluuſconductus debet operari in caſu quo ciuitas confę
derata requiratur à duce ut capiat bannitum, quia ſi hũc
caſum non comprehenderet, nullius momenti fuiſſet, cũ
bannitus uirtute capitulorum ſolum in eo caſu poſsit ca
8 pi, ut dixi, ſed † quælibet diſpoſitio ſemper debet inter-
pretari ut ualeat. l. quoties. de re. dub. l. quoties. de uerb.
9 obli. cum † diſponens non præſumatur eligere uiam ſuæ
uoluntatis impugnatiuam. l. 3. de mili. teſt. quod adeo ue
rum eſt ꝙ non ſeruantur regulæ, ut diſpoſitio ſit ualida, &
10 ideo † inducta ad diminutionẽ, licèt non operentur aug
mentum. l. legata inutiliter. de adimen. legat. tñ ut actus
valeat operantur augmentum contra regulam iuris, ac
propriam naturam. l. denique. §. interdum. de pecu. lega.
notat Dec. in l. 1. de re. iur. col. pe. & iſta interpretatio om
nibus alijs regulis pręferẽda eſt: ut late per eundem in l.
in contrahenda. de reg. iur. & hoc maxime debet eſſe in ſaluo-
11 conducto emanato à principe, qui † omnino debet habe
re effectum, ne quis decipiatur ſub literis principis. l. 1.
de his qui uen. ætа. impe. & ut obſeruetur ad honorẽ prin
12 cipis ſpectat: vt † in ſaluoconducto dicit Bald. in conſi.
446. Præſupponitur. uol. 3. quem refert & ſequitur Dec.
13 in conſi. 51. & iſti ſaluiconductus † latiſsime interpretã-
14 tur, & ideo ſecuritas data in veniendo † intelligitur data
in redeundo, licèt de reditu nõ ſit factum uerbum in eo:
ut not. Bar. in l. 1. ad leg. Iul. maieſta. in l. utimur. de ſepul.
15 uiol. & † ſecuritas data ut quis poſsit uenire, operatur ẽt
ut mittere poſsit. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patre.
in v. notabi. ex quibus manifeſte demonſtratur ꝙ iſti ſal-
uiconductus latiſsimę interpretantur ultra naturam uer
16 borum. & in eis † multa ſubaudiũtur, quę uerbis expreſ
ſis uidentur repugnare, & hoc fit ut habeant effectum: ut
late conſuluit Ang. in conſi. 363. Quicquid. in quo multa
bona dicit facientia ad caſum noſtrum, & maxime ꝙ om
nia cẽſentur eſſe conceſſa ſine quibus in aliquo caſu poſ-
ſet reddi eluſorius ſaluuſconductus, adeo quod nullo mo
do impediri debet ſecuritas, ſed hic nõ ſolum aliquo mo
do, ut puta per requiſitionẽ Ducis impediretur: ſed nul-
lum effectum operaretur: cum conuentio non operetur
niſi in caſu requiſitionis, ut dixi ſupra. ¶ Præterea expreſſe
conſtat quod concedens intendit facere actum ualidũ:
cum dicit velle ualere ad beneplacitum ſuum & cum diſ-
17 dicta quinque dierũ, † ſed priuatio, ſeu diſdicta, pręſup-
ponit habitum & actum ualere. l. decem. de uerb. oblig. l.
manumiſsiones. de iuſt. & iur. Et in re nulla ſeu non habẽ
te effectum non datur beneplacitum: cum non entiũ nul
18 læ † ſint qualitates: ut notatur in l. eius. ſi cer. pet. Ex qui
bus apparet manifeſte concedẽtem ſaluumconductũ in
caſu requiſitionis Ducis conceſsiſſe & voluiſſe eſſe validum
& efficacem. Pro quo etiam bene facit regula q̃ habet qđ
19 concedens † aliquem caſum, vel prohibens, cenſeť etiam
conceſsiſſe alium caſum, qui ſi nõ eſſet conceſſus primus caſus
poſſet

poſſet reddi eluſorius.c.qq.de vſur.in 6. & ibi notāt omnes, per Alex.& alios in l.1.de uer.oblig. in prin. Sed dato & non conceſſo quod conuentiones continerent duo, ſ. quod banniti debeant capi ſine requiſitione,& cum requiſitione,& ſolūm eſſet conceſſum ut non capiantur ſine requiſitione Ducis: tamen concedendo iſtud uideretur et concedere ut non poſſint capi etiam in caſu requiſitionis: cum alias conceſsio reddi poſſet eluſoria adueniente requiſitione Ducis bānitis inſcijs,& facit ꝟ Ang. de quo ſupra. Et huiuſcemodi conceſsio ut ſit ualida & opituletur bannito omnino uoluit dominus concedens, cum in ea concedenda ſit uſus plenitudine poteſtatis: quod colligitur ex † clauſula non obſtātibus &c.ut per Soci. conſ.
20 ligitur ex † clauſula non obſtātibus &c.ut per Soci. conſ. 53.uol.3. & eſt cum geminatione quæ arguit præciſam & enixām mentem diſponentis:ut per Bal.in c.eam te.de reſcrip. Ergo de enixa uoluntate & intentione,& ex uerbis iſte ſaluuſconductus debet ualere in caſu in quo interuenit requiſitio Ducis, & hoc apertiſsime conſtat, iō ulterius non inſiſto. ¶Nec obſtant illa uerba ſine præiudicio conuentionum, in quibus tota uis uidetur conſiſte-
21 re: quia reſpondeo quod illa uerba intelliguntur † excepto hoc caſu, & iſta uerba excepto hoc caſu, debēt ſubaudiri. arg.tex.in l.ſi mercedem.§.ſi habitatorib. ff. de act.
22 emp. ubi ſi in † uenditione rei reſeruetur, habitatio habitatoribus, non intelligitur reſeruata uendenti,& ſi ipſe ſit habitator: & ſic ſubauditur excepto contrahente, ita in iſta reſeruatione conuentionū debent ſubaudiri excepto bannito, uel excepta cauſa banniti: & ratio quia ille ſer-
23 mo † generalis non uidetur prolatus reſpectu illius cum quo loquitur concedens habitationem, ſed reſpectu aliorum: quia in ſermone generali non comprehenditur perſona loquentis, nec perſona cum qua loquimur. Vtrunque probatur in d.§.ſi habitatoribus.concordantię ſunt in gl.& in l.inquiſitio.C.de ſolutio.& iſta eſt regula iuris: cum qua diſponentes uidentur ſe confirmare: iuxta notata per Bar.& Alex.in l.hæredes mei.§. cum ita.ad Trebel. ergo illa uerba concedentis ſine præiudicio &c. debēt intelligi excepta hac cauſa banniti: quaſi uelit quod in cæteris ſint ſaluę conuentiones, nec per hanc diſpenſationem ſit receſſum ab illis quin in alijs ſeruentur. Et profecto iſta fuit mens. d.concedentis,& licēt iſtę ſint ſubauditiones tamen debent tolerari cum ſint ſ'm regulam cōmunem, de qua ſ: cum ſint etiam ut actus ualeat,& non reddatur eluſorius: quę quidē ſubauditiones in huiuſcemodi ſaluiſconductibus, ut nullo modo impediantur,& indiſtincte habeant effectum fiunt: vt per Ang. in conſi. de quo ſ & in alijs allegatis. ¶Prēterea dico, quod ſi iſta uerba non intelligerentur iſto modo, conceſsio contineret repugnantiam, cum contineret ut ſtaret &c.quod nō poteſt eſſe ſecundum cōuentiones, cum illud uetant, nec poteſt dici: quod conceſsio operatur in caſu quo Dux nō requirat: & uerba ſine prēiudicio in caſu quo requirat: quia conuentiones ſolum operantur in caſu requiſitionis, ut dixi ſupra, quo ſtante conceſsio nihil operatur, niſi comprehendat caſum requiſitionis. Et dato & non cōceſſo quod conuentiones continerent capturam in caſu non requiſitionis, nihilominus illa uerba ſine præiudicio &c.non ſaluarentur, cum conuentionibus fieret præiudicium in caſu non requiſitionis, quem caſum comprehendunt, & ut ſaluentur nullum caſum conceſsio debet comprehendere de quo in conuentionibus, quod ſi uerum eſſet, ſuperflua fruſtratoria ac nullius momēti eſſet ipſa cōceſsio, & ſic ſi non capiamus interpretationem, de qua ſupra, habemus dicere aut quod conceſsio nullius momenti eſt, cum nihil concedat quod non habeat de iure communi, quod eſt ꝯ expreſſam mentem concedentis,& ꝯ omnes regulas iuris, ut dixi ſupra. Aut conceſsio continet aliquid ꝯ conuentiones, & tunc fit prēiudicium conuentionibus, quod eſt contra uerba expreſſa ipſius conceſsionis: ergo neceſſaria eſt illa interpretatio: aliās neceſſe eſſet uel quod oſtēderetur ipſa conceſsio, & illa uerba ad beneplacitum, & ſine diſdicta &c. uel illa uerba ſine p̄iudicio:& hoc caſu dicerem quod potius illa uerba ſine præiudicio debent offendi & annihilari, quām ipſa cōceſsio,& alia uerba de quibus ſupra, cum pro illis ſit interpretatio ut actus ualeat: quæ præfertur oībus alijs, ut dixi ſupra, ſunt uerba geminata; quæ magis arguunt uo-
24 luntatē, ſunt prius nominata: quæ † prior nominatio arguit quod ſi omnia non poſſunt ualere, priora ualeant: vt eſt caſus in l.cum qui ſoluendo. de hęredib. inſti.cum ſimilib.de quibus ibi. Ex quibus conſtat quod illa uerba non habent obſtare quin conceſsio ualeat indiſtincte, & in caſu requiſitionis factæ à duce. ¶Sed ut magis conſtet de exuberanti iuſtitia iſtius banniti, ac doctrina & ingenio domini concedentis, dico & abſque ſubauditione in caſu iſto, & ſi ſaluuſconductus comprehendat caſum in quo dux requirat, tamen nō fit aliquod minimum præiudicium conuentionibus: quod aperte demonſtratur. Nā conuentiones loquuntur de eo qui cōmiſit aliquod maleficium capitale, quod debet probari: nec ſufficit proba-
25 tio ficta, utputa per contumaciam: quia † diſpoſitio facta in odium delinquentis non habet locum niſi delictū ſit uere probatum: ita uoluit Alex.in l. omne delictum.de re mili.in apoſt.ad Bar.ubi allegat Bal.& Imo.in l. mora. ſol.matr.& ultra eum hoc uoluit Bal. ſuper ſtatu. in uer. pax.Bal.in l.tranſigere.in 4.col.C.de tranſac. Hip. in practi.cauſ.cri.in §.ſequitur.col. v. ſed iſte fuit bannitus per contumaciam,& ſic per probationem fictam, ergo conuentiones ſimpliciter loquentes de commiſſo delicto nō uendicant ſibi locum in hoc delicto ficte probato: & ſic cum nō loquantur in hoc caſu nullum fit eis præiudiciū.
26 ¶Item reſpondeo ꝙ conuentiones † loquuntur de habitante in ciuitate Ferrariæ, uel in alio loco ſuppoſito dominio & gubernio ducis: quæ uerba debent intelligi in potiori ſignificatu.l.1.§. qui in perpetuum. ſi ager uect. uel emph.pet. & immediate, & per prius. l. qui liberis.§. hęc uerba.& ibi Alex.& omnes de vul. & pup. & maxime cum uerba capitulorum ſtrictiſsime ſunt intelligenda, ut dixi ſupra in præſuppoſitis: ſed iſte non habitabat Ferrariæ, nec in aliquo loco ſubiecto dominio & gubernio ducis, cum habitabat in caſtro Maranelli, quod eſt comitis Alphonſi de Calcagninis,& ab eo regitur & gubernatur, adeo ꝙ nō poteſt dici ille locus ſubiectus dn̄io ducis, ſaltim immediate, & conuentiones intelliguntur immediate, ergo eis nullum fit præiudicium cum non loquanť in hoc caſu, & hoc fundamentum ſolum ſufficere ad relaxandum illum pauperrimum ſub fide principis captum.
¶Non obſtat ꝙ beneplacitum uideatur expiratum per
27 diſceſſum, & officium, ut dr̄, finitum. qm̄ † poſſet dici ꝙ reliquit partem familiæ & bonorum & diſceſsit, ut pluribus ac mihi dixit, animo reuertendi: adeo ꝙ non uidetur abſolute officium expiratum, & hoc caſu ꝯria loquūtur.
28 Præterea dico ꝙ † illa regula quæ habet ꝙ per mortem uel finitum officium expirat beneplacitum, non habet locū qn̄ vltra beneplacitum requirit reuocationem, ſeu diſdictam: quia licēt per mortem uel finitū officium ceſſet uoluntas, non tamen inducitur reuocatio. ita dixit Alex. in l.centeſimis.§.ſi ita ſtipulatus.in fi.uerb.de uer.oblig. & ſubdit ꝙ iſta eſt cōis opi.& ſequitur Iaſ.ibi col. pe.per multa de quibus ibi per eum: ſed hic requiritur diſdicta vltra beneplacitum, ergo &c. ¶Et ex his ſaltem ſimul iūctis apparet ſaluumconductum in hoc caſu opitulari bānito, ac ipſum relaxandum fore, non obſtantibus conuentionibus cum duce factis. Laus Deo.

¶Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones bæsima, & cum, demonſtrant, quod ſimul aliquid expediatur.*
2 *Voluntatem reſcribentis, quando habemus, amplius non eſt diſputandum,*
3 *Reſcriptum debet interpretari ut minus deroget iuri communi.*
4 *Cauſæ illæ non debent ſimul expediri, quarum ſententia lata in uno parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*
5 *Reſcriptum quod facit iudicem competentem ad cauſam in qua aliàs erat incompetens, ſatis dicitur operari.*

6 *Reſcri-*

6 *Reſcriptum quod poteſt unum & duo operari contra ius commu ne, debet interpretari, ut unum tantum operetur.*
7 *Reſcripti uerba ſecundum ius interpretari debent.*
8 *Item debent conformari iuri communi, etiam contra eorum pro prietatem.*
9 *Reſcriptum debet interpretari, ut nihil operetur, niſi quo ad iudi cem dandum potius quàm præiudicet iuri communi.*
10 *Ordines ut ſeruentur, uerba impropriantur, & coniuncta reſolui tur in diſiunctam.*
11 *Aduerbium refertur ad uerbum.*
12 *Dictio una, non refertur ad omnia quæ ſunt in oratione.*
13 *Cauſa relaxationis iuramenti prius agitanda eſt.*
14 *Conceſſio ultima attenditur.*
15 *Iuramentum interpoſitum ſuper re licita non dolo nec metu effi caciter debet obſeruari, nec abſolutio peti poteſt.*
16 *Iuramentum quod poteſt obſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſemper eſt ſeruandum.*
17 *Arbiter non poteſt uideri in dolo uel in culpa, quando fecit quod diligentiſſimus feciſſet.*
18 *Depoſitum habet executionem paratam, & non admittit com penſationem.*
19 *Scripturæ priuatæ, cui aliàs adhibetur fides, non creditur, quan do non continet ueriſimilia.*
20 *Scripturæ priuatæ non creditur, quando caret die, & tempore, nec eſt trino teſte ſignata.*
21 *Abſolutio à iuramento nec etiam per Papam concedi poteſt, ni ſi probata enormiſſima læſione.*
22 *Executio laudi non debet retardari, quando læſio non prouenit ex dolo ſeu culpa arbitratoris.*
23 *Periurus amplius quis dici non poteſt, poſtquam ſemel adimple uit iuramentum.*
24 *Iudicandum eſt in dubio pro obſeruatione iuramenti.*

RESPONSVM XCIII.

¶Reſcriptum ſuper relaxatione iuramenti quomodo interpretetur: & qñ abſolutio à iuramento peti poſſit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Videba
tur prima fronte utranque cauſam ſimul ex
pediendam eſſe, cum in reſcripto ſint hæ di-
ctiones, una, cum, &c. relatę ad audiendas &
1 cognoſcendas cauſas. Nam hæ † dictiones demonſtrant
ꝙ ſimul expediantur: iuxta not. in l. fi. C. de impu. & alijs
ſubſti. & in §. fi. inſti. de attil. tuto. ibi, una cum antiſtite.
His tñ non obſtantibus conſiderandum puto ꝙ porrigẽs
præces petebat committi domino uicario non ſolũ cau-
ſas appellationis &c. una cum cauſa relaxationis, & abſo
lutionis, ſed ſubdebat vnico contextu & proceſſu, audiẽ
das, & cognoſcendas, & dñs ꝯcedens cancellauit illa uer-
ba unico contextu, & proceſſu, ex qua cancellatione ap-
paret manifeſte de uoluntate ſua eſſe ꝙ non expediantur
unico contextu & proceſſu, & ſic ordine ſucceſſiuo, ꝓut
iuris eſt: nam ſi uoluiſſet ſimul expediri, & eodem proceſ
ſu & contextu nõ cancellaſſet illa uerba: impoſſibile mo
do eſt ꝙ facta cãcellatione dicamus poſſe procedi ſimul,
& eodem contextu, cum ſit contra uoluntatem concedẽ
2 tis, cum † ergo habeamus uoluntatem reſcribentis am-
plius non eſt diſputandum: vt moderni no. in c. j. de reſc.
& ita eſt in qualibet diſpoſitione: ut no. in l. in cõditione.
3 de condi. & demon. præterea reſcriptum debet † interpre
tari ut minus deroget iuri cõi, & quęlibet diſpoſitio. ca.
cum dilectus. de conſuet. ſed de iure cõi ſimul iſtę cauſæ
4 non debent † cognoſci & terminari, cum ſentẽtia lata in
uno pariat exceptionem rei iudicatæ in alio: iuxta. l. fun
di. & l. fundum. de except. rei iudi. & ſatis operatur ꝯ ius
5 † commune: ex quo facit reuerendiſſimum uicarium iu-
dicem competentem in cauſa principali, in qua licèt nõ
erat licèt eſſet iudex in cauſa iuramenti: ut per Paul. de
Caſtr. in l. ordinarij. C. de rei vend. & moder. in rub. de iu
6 di. & facit cum reſcriptum † poteſt unum & duo operari
contra ius cõe debet tantum unum operari: cum arg. eo-
rum quę ponit Ant. de But. in c. dilecto. de foro compe. &
bene facit glo. & quod ibi volunt doct. c. cãm q̃. de reſcri.
7 ubi dicunt ꝙ † uerba reſcripti debent intelligi ſ̄m ius. er-
go &c. & glo. in c. parati. 33. q. 1. dicit, uerba reſcripti de-
8 bent conformari cum iure † cõi, licèt natura uerborum
hoc non patiatur, immo debet interpretari reſcriptum,
9 ut nihil operetᷣ ad hoc, ut non præiudicet iuri cõi, & † ſuf
ficit ꝙ operetur quo ad iudicem dandum: ut per Dec. q
refert multa in rubr. de reſcr. col. 2. ex quibus manifeſte
conſtat ꝙ reſcriptũ iſtud debet intelligi ſeruato ordine
iuris, & ſi repugnarent aliqua uerba, immo nihil operarẽ
tur: ex quo colligitur reſponſio ad dictionem una &c. nã
10 ut ſeruentur † ordines uerba impropriantur, & coniun-
cta reſoluitur in diſiunctam: ut plene per omnes in l. Gal
lus. §. quidam recte. de liber. & poſth. Item poteſt dici ꝙ
refertur ad uerbum committere, & ſic una committatur
cauſa relaxationis cum cauſa appellationis reuerendiſ-
ſimo uicario, & ſic ſtat reſpectu commiſſionis, non re-
11 ſpectu proceſſus: pro quo facit quia eſt † aduerbium, er-
go refertur ad uerbum cum aduerbium ſtet iuxta uer-
bum, ſaltem uirtualiter, licèt non localiter, & dictio
12 una, non † refertur ad omnia quæ ſunt in oratione,
ut in alia cauſa conſuluit Dec. in conſili. 36. column.
2. & hoc maxime debet eſſe in caſu iſto, cum aliàs illa cã-
cellatio de illis uerbis unico contextu & proceſſu, redde
retur nulla, & cauſa vnico proceſſu & contextu expediretᷣ
ꝯ expreſſam uoluntatẽ concedẽtis. ¶ Corroboratur, nam
iſte ſupplicans uidens illa uerba cancellata fecit unam
per inſertam, & appoſuit illa uerba, nec fecit mentionem
ꝙ fuerint cancellata, ut deciperet ꝯcedentẽ, & concedens
memor eorum quæ ſunt iuris, & illius qđ cancellauit, di-
13 xit ꝙ expediat prout de iure, ſed † de iure primo cã rela-
xationis agitãda eſt, ut dixi, ergo &c. & ſic ſum in claris,
14 igitᷣ vlterius non eſt laborandum, cũ attenditur † ultima
ꝯceſſio. l. pacta nouiſſima. de pac. & ex illa declaratᷣ pri-
ma. cũ ſequentia declarant ꝓcedentia. l. ſi ſeruus pluriũ.
§. fi. de leg. j. & nullus potuit melius declarare q̃ ipſe con
cedens iuribus vulgaribus. ex quibus manifeſtiſſime cõ-
ſtat tam de iure q̃ ex forma cõmiſſionũ procedendũ eſſe
ante omnia ſup cã relaxationis, ſup qua relaxatione cũ
articulus ſit tritus, & corã peritiſſimo agitur: paucis me
15 abſoluo. Nam † firma eſt opinio ꝙ ubicunque iuramen-
tum eſt interpoſitum ſuper re licita, nec dolo, nec metu
efficaciter debet obſeruari, nec abſolutio peti poteſt: ut
in c. q̃uis. de pact. in 6. cum ſimili. ita Archid. Ioan. Andr.
Dom. in d. c. q̃uis. Ang. in l. ſi qs pro eo. in prin. de fideiuſ.
Ro. in conſi. 437. In caſu propoſito. Alex. in conſi. 42. Su-
per præmiſſo. col. pen. lib. 1. & in conſi. lj. Viſis lib. 3. ſequi
tur Dec. conſi. clj. col. 7. & rõ, quia ſemper debet obſerua-
16 ri † iuramentum, qñ poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. c.
cũ ꝯtingat. de iureiur. ſed hic eſt ſuper re licita, ergo &c.
& maxime quia eſt comprobatum laudum rationibus ef
ficaciſſimis per illum de Garganellis arbitrum, cum quo
uti ſ̄m ius iudicante ſe confirmauit iudex, ſeu tertius ar
17 biter, quo ſtãte apparet ꝙ † ceſſat dolus & culpa arbitrã
tium, cum fecerint id quod diligentiſſimi homines feciſ
ſent, cũ rationes aſſignauerint ſui laudi, & eorũ quæ ege
runt, diligentiſſimi melius agere nõ potuiſſent, ergo nõ
adeſt dolus: no. per Bar. in l. quod nerua. de poſi. Item nõ
potuerunt aliter facere, cũ illud quod debetur dño Via-
neſio eſt ex cã depoſiti, quod habet executionem paratã,
18 & † non admittit compenſationẽ, maxime qñ illud non
eſt liquidum. l. fi. C. depo. & debitum ſuum adhuc non li
quidarunt nec liquidare poſſunt, cum ſit in ſcriptura pri-
uata, cui non adhibetᷣ fides ſui natura, & non continet ue
riſimilia, cum omnia alia capitula reperiantur in alijs li-
bris, & nõ illa: quod non eſt ueriſimile, cum non potue-
runt alia tranſportare quin viderint illa, cũ erant in ea-
19 dẽ papyro, ſed ſcripturæ † priuatæ cui aliàs adhibeatᷣ fi-
des non creditᷣ, qñ non ꝯtinet veriſimilia: ut ꝑ Alex. in ꝯ-
ſi. 54. Circa id col. pen. li. 2. & in conſi. 186. Viſis. eo. lib. &
ꝑ Dec. & alios in l. j. in prin. C. de edẽ. ergo multo minus
huic ſcripturæ credẽdũ eſt, cũ ſui natura ei nõ credatur:
licèt ueriſimilia ꝯtineret. nec obſtat ſcriptũ priuatũ quia
20 nõ eſt trino † teſte notatũ, nec habet diẽ & tẽpus, quo ca
ſu ei non creditᷣ: vt plene ꝑ Bar. & oẽs in l. admonendi. in
materia

materia ſcripturæ priuatæ,ergo &c. ex quibus colligitur
reſpōſum ad multas authoritates,quæ poſſent allegari in
ꝯrium,ꝙ non obſtante iurō qñ pars eſt enormiter læſa pt
petere reductionē ad arbitriū boni uiri, quia rñdetur qđ
hic non eſt læſa,nec iſta læſio eſt probata, nec eſt proban
21 da:nā non probata enormiſsima læſione, ēt † papa non
pōt ꝯcedere abſolutionē:ut per Soci.in ꝯſi.xv. col.3.in fi.
vol.1.& caſu quo eſſet probata,nō ꝓuenit ex dolo ſeu cul
22 pa arbitrantis,quo caſu † nō debet retardari executio:ut
ꝑ doc.in c.quintauallis.de iureiur.ubi immo &c. & ma-
xime qa hic nō impeditur, cū facta executione reſeruat̄ ſi
bi ſi de iure ꝯpetit ius petēdi,quia ex quo adimpleuit am
23 plius non pōt dici periurus: † iuxta.c. debitores.de iure-
24 iur.& ita in dubio iudicandū † eſt pro obſeruatione iura
menti:arg.c.iuuenis.de ſpon.& nota.in auth.ſacramenta
puberum.C.ſi aduer.uendi. Laus Deo.

¶ Ita reſpon. Hierony. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Lex,ſi creditor.C.de pignorib.multis modis nouiter ponderatur.*
2 *Probationis appellatione uenit plena probatio.*
3 *Probatio illa plena dicitur quæ non indiget alia adiectione.*
4 *Probationis appellatione, licèt aliàs comprehendatur probatio quæ fit per coniecturas & iuris præſumptiones; tunc tamen nō comprehenditur, quando probatio cum aliquibus uerbis prægnantibus à lege nominatur.*
5 *Dictio ſi,ſignat conditionem.*
6 *Probatio uera & concludens,ibi eſſe debet, ubi per modum conditionis à lege nominatur.*
7 *Lex quoties aliquid concedit propter delictum, tunc requiritur quod plene conſtet de delicto.*
8 *Iudex habet facultatem torquendi cuſtodes, ut indicent ſibi maleſactorem.*
9 *Furtum non probatur propter acclamationes exiſtentium in domo,de nocte factas ad uicinos,ut ſuccurrerent.*
10 *Res mobilis non præſumitur penes illum nunc eſſe, apud quem olim fuit.*
11 *Furtum ſufficienter probatur per coniecturas.*
22 *Probatio per cōiecturas ſufficit pro plena probatione in his quæ ſunt difficilis probationis.*
13 *Oſtium fractum, uel feneſtra de nocte eſt ſufficiens ad probandum furtum.*
14 *Furtum coniecturaliter probatur, ſi probetur uicinos media nocte,rumorem ac frangorem audiuiſſe, & uidiſſe uiros armatos penes locum furti perpetrati.*
15 *Fœminę in criminalibus non poſſunt eſſe teſtes: limita ut numer. ſequen.*
16 *Fœminæ in criminalibus poſſunt eſſe teſtes,quando ueritas aliter haberi non poſſet.*
17 *Publica uox & fama in his quæ ſunt difficilis probationis, ſufficit ad faciendam plenam probationem.*
18 *Res furto ſubtractæ inuentę apud aliquem faciunt indicium contra illum ita ut torqueri poſsit,niſi doceat à quo habuit.*
19 *Fuga regulariter facit indicium.*
20 *Iudex in iudicando, à communi ſententia nullo pacto recedere debet.*
21 *Intellectus ad.l.ſi creditor.de pigno.actio.*
22 *Ratio eſt mentis motio,potens diſtinguendi,& connectendi ad ea quæ diſcutiuntur.*
23 *Verba omnia intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, etiā cum impropriatione.*
24 *Diſpoſitio non refertur ad caſum impoſsibilem.*
25 *Conditio legis neceſſaria, in caſu ficto, & improprio uerificari poteſt.*
26 *Vicini,qui ſunt bonæ famæ, & opinionis propter furtum commiſſum torqueri non poſſunt.*
27 *Ex præterito præſumitur in præſens.*
28 *Res ſemel poſitæ in aliquo loco præſumuntur in poſterum ibi fuiſſe, maxime quando is qui poſuit erat obligatus retinere eas in illo loco.*
29 *Furtum præſumitur in dubio factum culpa cuſtodis.*
30 *Depoſitarius licèt aliàs non teneatur, niſi de dolo & lata culpa, tñ qñ recipit mercedē pro cuſtodia,tenetur etiam de leui culpa.*
31 *Leuem culpam incurrit, qui deuiat ab ea diligentia,quam diligentiſsimi homines rebus ſuis adhibere ſolent.*
32 *Interpretatio ſemper fit,ut uerba non ſint ſuperflua.*
33 *Verba ut non ſint ſuperflua,illa comprehenduntur ſub diſpoſitione quæ ſunt ultra naturam actus.*
34 *Periculum in ſe ſuſcipiens tenetur de caſu fortuito,quando aliàs uerba promiſsionis eſſent ſuperflua.*
35 *Iuramentum uim habet expreſſæ renunciationis.*
36 *Iuramentum habet uim ſpecialis conſenſus.*
37 *Furtum eſt caſus fortuitus.*
38 *Depoſitarius non tenetur de caſu fortuito.*
39 *Culpa non præſumitur caſum præceſsiſſe, ſed qui illam allegat probare debet.*
40 *Qui facit quod conſuetum eſt fieri non eſt in culpa.*
41 *Culpa leuis in rebus alienis eſt deuiatio circunſpecta ab ea diligentia quam adhibent homines diligentes eiuſdem conditionis.*
42 *Depoſitarius,& conductor, & qui locant operas ſuſcipientes in ſe caſum non tenentur de caſu fortuito inſolito.*
43 *Caſus inſolitus is dicitur, qui non ſolet ſemel euenire in mille annis.*
44 *Declaratio ad dictum Bartol. in l.Seio. §.medico. de annuis legatis.*
45 *Doctori non creditur, niſi quatenus per leges dictum ſuum probat.*
46 *Intellectus ad l.fiſtulas.§.fi.de contrah.emp.*
47 *Conſuetudo ut dicatur longiſsima ſuffieit eam fuiſſe obſeruatam per centum annos.*
48 *Caſus rariſsimus appellatur, qui à centum annis ſemel tantum acciderit.*
49 *Periculi appellatione,licèt contineatur caſus fortuitus, tamen ſi quis ſuſcipiat periculum in ſe,non tenetur de caſu fortuito.*
50 *Contractus à ueriſimili mente contrahentium recipiunt interpretationem.*
51 *Dictiones hæ,ſicut,& prout,ſtant reſtrictiue.*
52 *Furtum non præſumitur culpa inhabitantium factum,quando ipſi non tenentur de læuiſſima culpa.*
53 *Conductor & locator non tenentur niſi de leui culpa,*
54 *Conductor ideo quia reliquerit duas puellas in domo, de incendio non tenetur.*
55 *Furtum non præſumitur factum culpa habitantium, quando ipſi probarunt omnem adhibuiſſe diligentiam ad quam tenebantur.*
56 *Iuramentum non operatur,ut ſub uerbo periculum, comprehendatur caſus fortuitus.*
57 *Iuramentum non extendit contractum ultra uoluntatem, & conſenſum contrahentium.*

RESPONSVM XCIIII.

¶ An & quando cuſtodes, & officiales teneantur de furto,& quomodo probetur furtum, & res fuiſſe in loco furti perpetrati tempore furti.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſis facti ſpecie ac toto proceſſu, eiſque diligenter
conſideratis in duobus punctus difficultatis
conſiſtere vr̄. Et primo,an cuſtodes & officia-
les mōtis pietatis ſufficienter probarint bona pignorata
in eo monte exiſtentia ſub eorum cuſtodia furto ſubtra-
cta fuiſſe. Secundo an teneantur ipſi cuſtodes ad emenda
tionem damni, & ſi concludenter furtum probauerint.
¶ Circa primum dubium faciebat text.in l. ſi creditor.C.
1 de pig.actio.ibi,uel † non probat manifeſtiſsimis ratio-
nibus ſe perdidiſſe quanti debitoris intereſt, condemnari
2 debet:pondera dum dicit probat: nam † ſub nomine pro
bationis,plene probatio continetur, & de ea intelligitur
glo.ubi Imo.in cle.conſtitutionem.in uerbo,fides.de ele.
Bal.in l.eadem.C.loca.in l.1.col.fi.de aduo.diuer. iudic.in
c.1.in princip.in tit.ſi de inueſti.inter domi.& uaſal.An-
gel.in l.1.quorum bono. ergo requiritur plena probatio:
3 plena autem dicitur eſſe quæ † non indiget aliqua adie-
ctione.Bald.& alij in l.admonendi. de iureiurand. in 1.q.
col. v. ſed per hos officiales non allegantur niſi quędam
conie-

coniecturæ, ergo omnino hi officiales qui habent cuſto-
diam pignorum tenentur. Item ille tex. dicit manifeſtiſsi
mis, & ita de probatione loquitur in ſuperlatiuo gradu,
& non loquitur ſimpliciter de probationibus, ſed mani-
4 feſtiſsimis, quo caſu † licèt aliàs appellatione probatio-
nis comprehendatur probatio quæ fit per coniecturas, &
præſumptiones iuris, quæ dicuntur liquidę probationes.
l. licèt imperator. de leg. 1. l. ſi quis locuples. de manu. te-
ſta. Abb. in c. j. in 2. nota. per illum tex. de cleri. non reſidẽ.
tamen hoc non habet locum, quando à lege nominatᷓ pro
batio, cum aliquibus uerbis prægnantibus, ut legitima ꝓ
batio requiratur. gl. in l. cum de indebito. de prob. in uer.
legitimis, & de apertiſsimis probationibus: plene ꝑ Ar-
chi. Ioan. And. Domi. in c. 1. in uerbo, apertiſsimis. de ex-
cep. in 6. per Sali. & alios in l. ſi quando. C. unde ui. ꝑ Bal.
in l. 1. C. de his quæ pœnę nomi. in 3. oppoſitione. & alibi
ſæpe, ergo in hoc caſu nullo modo coniecturę allegatę ꝑ
officiales ſufficiunt. ¶ Tertio pondera uerba illius legis:
ibi, ſi non probat, & ſic probatio eſt poſita in conditione:
5 nam dictio † ſi, ſignat conditionem. Bart. & alij in l. 1. de
6 condi. & demon. ubi autem probatio per † modum con-
ditionis nominatur uera, ac concludens probatio requi-
ritur, & pręſumptiua non admittitur: ita Bart. poſt Dy. ꝑ
illum tex. in l. Lucius. de condi. & demon. Bal. in l. ex ſen-
tentia. circa fi. de ſenten. quæ ſine certa quantitate profe-
run. & in l. in bonę fidei. col. 6. C. de reb. cred. ubi Sali. col.
pen. Roma. in rubr. de arb. col. 7. Alex. & moder. in d. l. li-
cet imperator. de leg. j. ratio, quia conditio proprie debet
adimpleri. l. quia hæredi. l. Męuius. de condi. & demon. er
go hic intelligi non poteſt, ut pręſumptiones & coniectu
ræ, de quibus in actis ſufficiant.

¶ Secundo facit regula. l. fi. C. de prob. ubi debent eſſe pro
bationes luce meridiana clariores, ſed hic non ſunt niſi
coniecturę, ergo &c. ¶ Tertio facit tex. in l. ſi quando. C.
7 vnde ui. & quod ibi no. Bal. ſequuntur Iaſ. & alij, qđ † quo
ties lex aliquid concedit propter delictum, tunc requiritᷓ
quod plene conſtet de delicto, & inferunt ad ſtatuta: ut
ibi per eos: ſed lex liberat creditorem, & cuſtodem pigno
rum propter furtum, uel aliter amiſsionem contingentẽ,
ergo plene debet probari illa amiſsio: & furtum. ¶ Quar
to dico has coniecturas allegatas, & probatas, neceſſario
non probare furtum fuiſſe factum ab alijs, cum & a cuſto
dibus id fieri potuiſſet: nam & ipſi feneſtras frangere, & tẽ
pore nocturno potuiſſent aſportare, & alia agere, de qui-
bus in actis, & probatio quæ non concludit non ſufficit.
c. in præſentia. de proba. l. non hoc. unde cogna. & ideo di
cit Barto. in l. 1. in 4. nota. per illum text. iudicem habere
8 † poteſtatem torquendi cuſtodes ut indicent ſibi malefa
ctorem: idẽ uoluit in l. 1. in fi. aduer. nau. ſequitur Imo. in
conſi. 11. in caſu propoſito. & propterea dicit Spe. in titu.
de pigno. in prin. in uerſi. nota quod ſi creditor. & in uerſ.
9 ſequen. furtum non probari † pp acclamationes exiſten-
tium in domo de nocte ad uicinos, ſuccurrite, quia fures
ſunt in domo, quia multæ fraudes fieri poſſent, ergo &c.
¶ Quinto cõſidero in actis non conſtare tpe furti pigno-
ra quæ deficiunt fuiſſe in loco quem cuſtodes à latroni-
bus fractum fuiſſe dicunt, & hæc ſe cõpatiuntur fures lo-
cum fregiſſe, ac ingreſſos fuiſſe, & bona de quibus agitur
non adfuiſſe, cũ erat in facultate horum officialium om-
ni tempore, & ad libitum illa bona auferre, cum erãt ſua,
& cum eſt fundamentum ſuę intentionis debebat illud
probare. l. eum actum. de neg. geſt. l. ei qui. l. actor. de pro-
ba. & pro hoc allego Spe. poſt Vber. de Bobio. in tit. de a-
ctio. & pet. in §. 1. uerſi. quid ergo. qui uoluit non præſu-
10 mi † eum qui habuit rem mobilem penes ſe de præſenti
habere, & ſic hi officiales nunc habent præſumptionem
ꝯ ſe, quę & ſi aliàs non tenerentur probare, faceret quod
teneantur cum transferant onus probandi in eum ꝯ quẽ
adeſt: ut nota. in l. ſiue poſsidetis. C. de prob. ¶ Maturius
uero rei ſpeciem animaduertens determino ꝯrium, & di-
11 co hos officiales furtum ueridice probaſſe, cum † de iure
ſufficiat furtum probari per coniecturas. Spec. in titu. de
furt. circa fin. & in tit. de pigno. in prin. uerſi. quod not. &
uer. ſequen. Bar. Ange. Rapha. Alex. Fulgo. Iaſ. & alij in l.
ſi quando. C. unde ui. Sali. & Pau. de Caſt. in l. ſi creditor.
de pigno. actio. Abb. & canoniſtę in c. 2. depoſi. & apparet
eſſe communem opinio. ex his quę late congerunt Alexã.
& Iaſ. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. pe. & doct. in locis al
legatis. ubi plura cumulant, & pro hac opi. Iaſ. adducit il-
lud notiſsimum dictum: quod habet in his quæ à commu
12 niter † accidentibus ſunt difficilis probationis ſufficit
probatio per coniecturas pro plena probatione. Bar. in l.
de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 8. q. de noui ope. nũc.
in l. in illa ſtipulatione ſi calendis. in fi. de uerb. obli. Bal.
in l. quicunque. de ſeruis fugi. in pen. col. in l. ſi quis hoc
genus. C. de epiſcop. & cleri. Ang. in d. l. ſi quis ex argen-
tarijs. Pau. de Caſt. in conſi. 218. Viſo proceſſu. & in conſi.
326. In cauſa noua. Alex. in conſi. 64. Viſo themate. uol.
1. & in conſi. 23. Animaduerſis. & conſi. 69. Viſa facti. uol.
2. & conſi. cxix. Qm̃. uol. 3. & conſi. cxv. Viſo. uol. 4. plures
alios alleg. Iaſ. in d. l. ſi quis ex argentarijs. & in d. l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. de noui oper. nuncia. & l. cum
ea. de tranſac. & per Canoniſt. in c. tertio loco. & in rubr.
de probat. ſed hoc furtum probatum eſt per coniecturas
uehementes: ut nunc ſubijciam, ergo legitime, & plene ꝓ-
batum eſt, ſm̃ communes opi. ¶ Prima coniectura ſeu ꝓ-
ſumptiua, & ſufficiens probatio colligitur ex eo, cum ſum
mo mane hora ſolita redierunt prædicti officiales ad lo-
cum montis pietatis inuenerunt feneſtram quandam fer-
ream fractam, & homines aſpicientes, & conquerentes de
huiuſmodi furto, & ſtatim cõqueſti ſunt, & proteſtati qđ
ipſi id prænidere non potuerunt, cum de ſero clauſerunt
feneſtras, & oſtium illius loci, & cum uoluerunt reſerare
oſtium non potuerunt: quia clauſura erat aliquantulum
fracta, adeo ut clauis in ſolito loco poni non poterat, &
fuit neceſſarium frangere oſtium ſi ingredi uoluerũt, ſed
13 oſtium † fractum, uel feneſtra de nocte eſt ſufficiens ad
probandum furtum. Bar. Ang. Raph. Iaſ. & alij in d. l. ſi qs
ex argentarijs. §. pe. de edẽ. ubi Ang. dicit quod uidit hũc
caſum in quodam fullone Peruſij retinente pannos in ſua
apotheca, quæ de nocte fuit fracta: idem uoluit Bar. & ſe-
quuntur alij in d. l. ſi quando. C. unde ui. ergo ſm̃ ſenten-
tiam communem hoc medio id furtum fuit legitime pro
batum, ita ut amplius non eſſet in probando laborandũ.
14 ¶ Secunda coniecturalis probatio colligitur † ex eo, qᷓ
probatum eſt media nocte illa uicinos rumorem ac fran-
gorem audiuiſſe, & A, ac B. uoluiſſe de domo exire, & ui-
diſſe in uia nonnullos armatos cum euaginatis enſibus, &
quamprimum in domum redijſſe, & oſtium clauſiſſe, hoc
enim demonſtrat factam fracturam cum uiolentia: arg. eo
rum quæ late ponunt doct. in l. 1. de quæſtio. & per Hipp.
in practi. cauſa. crimi. in §. diligenter. ubi ponunt multa
indicia, quæ non ita concludunt, ac mentem iudicis mo-
uere poſſunt, ergo &c. nam id inſani iudicis mentem faci
le ingredi poteſt, & hoc ſufficit maxime accedẽtibus alijs
de quibus infra addam. ¶ Tertia probatio colligitur ex
depoſitione illarum mulierum quæ deponũt cum illa no
cte audiuerunt ſtrepitum ad feneſtras proſpiciẽtes in uiã
ſe contulerunt, & illico uiderunt tres homines inuolucris
pannorum onuſtos aliquantulum properantes, nec am-
plius aliud uiderunt: nam id eſt indicium propinquum,
& multum operatur cum feneſtra reperiatur fracta.
15 ¶ Nec obſt. quod † fœminę non poſſunt eſſe teſtes in cri-
minalibus. c. forus. §. teſtes. de uerb. ſig. c. mulier. 34. q. v.
Alexan. conſi. 2. circa princ. penul. in 1. part. quia poſſunt
16 eſſe quando † aliter ueritas haberi non poſſet. Ioan. And.
in ti. de teſte. §. j. in addi. ad Spe. Alex. in conſ. 64. Viſo. col.
1. in 1. uol. Itẽ hic non agitur de puniendo, ſed de excu-
ſando aliquem ab obligatione ciuili. ¶ Quarta probatio
colligitur ex publica uoce, & fama probata, montem pie
17 tatis illa nocte fracta feneſtra fuiſſe furatum: nam in † his
quæ ſunt difficilis probationis, publica uox & fama ſuffi-
cit ad faciendam plenam probationem. c. præterea. de te
ſtib. ubi Anto. & alij. & c. ueniens. eo. titu. Cyn. Bar. & alij
in l. ſi quidem. C. de ſolu. Alexan. in conſil. 66. Viſo uol. 3.
ſequitur Iaſ. in d. §. penu. l. ſi quis ex argentarijs. & hoc al
legat dum corroborat furtum coniecturis probari poſ-
ſe. ¶ Quinta probatio coniecturalis colligitur ex proba-
tione

tione facta de nonnullis rebus montis pietatis (quæ ſub-
tractę & ſuffuratę aſſeruntur) iuuentis apud nonnullos
18 de quibus in actis qui aufugerunt: nam † res furatę iuuē
tę apud aliquem faciunt indicium quod ille ſubtraxit ut
poſſit poni ad torturam, niſi ille doceat à quo habuit.
Bar. in l. fi. de quæſtio. & in l. 2. ubi Ange. & in l. fin. C. eo.
Ange. de Aret. in tracta. maleſi. in uerſi. ſama publica. er-
19 go multo magis quando concurrit fuga † quæ de ſe re
gulariter facit indicium: ut per doct. in l. fi. de quęſtio &
in l. in lege cornelia. ad ſylla. per Ang. in tract. maleſic. in
uerbo, fama publica. in uerſi. an fuga. & plene per Iaſ. &
alios in l. admonendi. de iureiur. circa materiam fugę: ex
quibus apparet eum ſatis demonſtraſſe maleſacto. ē, &
maleficium commiſſum. ¶ Et ex his omnibus ſaltem ſi-
mul iunctis conſtat legitime, & plene furtum probatum
fuiſſe: ſecundum communes Iurecōſultorum ſententias:
20 à quibus † in iudicando nullo pacto recedendum eſt in
c. j. de conſti. ¶ Non obſt. adducta in ꝯrium. Et primo. l. ſi
21 creditor. ſ. ultra docto. ponderata † de pign. actio. quia
illa uerba manifeſtiſsimis rationibus conueniunt conie-
cturis, & præſumptionibus, & allegata ſupra loquuntur
de probationibus: hic autem de rationibus, quæ ratio
eſt res diuerſa à probatione, & magis coniecturis conue
nit q̄ probatio: ut ex diffinitione eius colligitur: de qua
per Auguſtinum in lib. 2. de ordine. dicentem rationem
22 † eſſe mentis motionem: ad ea quæ diſcutiuntur diſtin-
guendi, & connectendi potentem, & ita cum inui animi
conſiſtit coniecturis plurimum adaptatur, & uerbū ma-
nifeſtiſsimis coniunctum rationibus, quę coniecturas cō
prehendunt: intelligitur de coniecturis manifeſtis: nam
inter præſumptiones & coniecturas datur gradus: ita ꝙ
aliquę manifeſtę dicuntur comparatiue ad alias & in ge
nere ſuo: ad not. in d. l. licèt imperator. de leg. 1.
¶ Secundo dicas ſi uis intelligere de probationibus, in-
telligi debere de manifeſtiſsimis probationibus: prout
23 materia patitur de qua agitur, cum † omnia uerba intel
liguntur ſm ſubiectā materiam, & ſi per maxime impro-
prientur. l. ſi inſulam. de præſcr. uer. l. ſi olei. locati. ſed re-
ſpectu furti coniecturæ dicuntur ſufficientes probatio-
nes, ergo &c. contra hoc tamen obſt. l. Lucius de condi. &
demon. itaque pro reſolutione. ¶ Tertio dicas illū text.
loqui de amiſsionis probatione manifeſtis rationibus,
cum illa amiſsio poſsit contingere: ut manifeſtiſsimę ꝓ-
bationes locum ſibi uendicare poſsint: ut ſi coram teſti-
bus ui ſibi res ablatæ fuerint, uel ſi palam inimici domū
detinentis bona inuaſerint, ac flamma arſerint, uel ciui-
tas depopulata fuerit, & huiuſmodi alia exempla non
deficiunt: amiſsio quoque clādeſtine contingere poteſt
ut probari nō poſsit, niſi per cōiecturas: ſicuti in hoc ca-
ſu, igitur uerba illa manifeſtiſsimis rationibus, ſi referū-
tur ad caſum in quo locū habere poſsint, ſed in caſu quo
illa amiſsio ſit probabilis per manifeſtas probationes, &
tunc nō ſufficiunt probationes, niſi ſint manifeſtiſsimę,
& ſatis operantur quo ad illū caſum, cū aliās fuiſſent ſuf
ficientes plenę probationes, & ſemiplena probatio cum
iuramento, vel alię probationes quę non ſunt propriæ,
ſed æquipollent proprijs: ad nota. in. l. admonendi. de
iureiur. cum ibi agatur de executione vt quis non tenea
tur ciuili obligatione, nihilominus operantur ea verba,
vt requiratur manifeſta ꝓbatio, ac propria in caſu quo
amiſsio contingat ex cauſa probabili uere, & propter
hoc ſatis operantur, nec excludunt probationes per con-
iecturas quando amiſsio eſt ſui natura improbabilis, ſeu
difficilis probationis, aliās contineret impoſsibile: iuxta
24 nota in l. Lucius. de condi. & demon. & † diſpotio nō re-
fertur ad caſum impoſsibilem: ad notat. in l. ſi quis ſub
conditione. de ꝯdi. inſti. & facit gl. in l. 2. de offi. proconſ.
ubi unum uerbū relatum ad diuerſa, quo ad quædā ſtat
proprie, quo ad quædam improprie, cum ex natura rei
aliter ſtare non poteſt: & faciunt nota. in l. 4. §. quod au-
tem. per Alex. poſt alios de damno infecto. ubi diſpoſitio
continens plura ſatis operatur ſi quo ad unum aliquid
operetur, licèt quo ad alia nihil noui afferat, & ſic ſatiſ-
factum eſt illis uerbis, ergo multum operantur in amiſ-
ſione ſui natura probabili, & ita reſpondetur quod intel
ligitur de plena probatione, & quod non uerificantur il-
la uerba impropria. in l. Lucius. de condi. & demon. nul-
lo caſu poterunt uerificari: hic autē aliquo caſu. ¶ Præ-
terea loquitur in ꝯditione hominis, hic in ꝯditione pro-
lata à lege, & in caſu neceſſario ſaltem cauſatiue: quo ca
25 ſu conditio † uerificatur in caſu ficto & improprio illi
æquipollenti. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ubi Bar. & om
nes, de liber. & poſthu. & ex his apparet. l. ſi creditor. de
pigno. actio. ſ. nouiter ponderatam non obſtare, ſed ſm
cōem intelligentiam, & ueram probare hanc opinionem.
Et per hæc apparet reſponſum ad l. fi. de probat. maxime
non ſolum quia ſumus in his quę ſunt difficilis probatio
nis: quibus caſibus admittuntur probationes per conie-
cturas: ſed etiam quia hic non agitur de probando furtū:
ut maleficium oſtendatur ad finem ut puniātur malefa-
ctores, ſed ſolum ut cuſtos rerum excuſetur, & liberetur
ab obligatione ciuili, ut dixi: quo caſu. l. fi. de proba. non
loquitur. Ad no. tertio loco in l. ſi quando. C. unde ui. eo
dem modo ut ſ, & ultra reſpondetur ꝙ intelligitur quan
do lex concedit aliquid in odium delinquentis, ut iura-
re de quantitate rei furatę, ut fures teneantur ſtare iura-
mento damnum paſsi & ſimilia, & continet aliquid qđ
eſt ꝯ regulas iuris, & peculiare in odium delinquentis:
ſed hic nō agitur niſi de excuſatione cuſtodis, q̄ nō eſt in
odium delinquentis, nec ꝯ regulas iuris, cum ſit caſus for
tuitus: ut in l. quę fortuitis. de pignoratitia actio. & in lo
cis ſupra allegatis: & regulariter cuſtos non tenetur de
caſibus fortuitis d. l. quæ fortuitis. & dicam in ſequenti
articulo. ¶ Ad quartum reſpondetur ſatis colligi ex pro
batis, & ſupra allegatis furtum ab alijs fuiſſe factū, & ma
xime quia ꝯſtat feneſtram fuiſſe fractam à parte exterio-
ri, quod commode fieri non potuiſſet ab his qui ſunt in
domo, & qm̄ approbata fuit cuſtodum opinio, & fama,
dum fuerunt electi ad illud officiū. Item ipſi probauerūt
ſuā bonam famā, quæ purgat omnia indicia, & plura de
bona fama Cum. in conſi. cxxxv. Ad primum. in 2. col. Ca
tul. in tract. ſyndica. Dec. in conſ. 189. Lectatus. ultra quos
in fortioribus terminis ad propoſitum cōſidero: nam li
cèt ſi reperiatur res furtiua apud aliquem pręſumatur
quod furto ſubtraxerit, ita quod poſſet torqueri. Barto.
in l. fi. in pe. col. de quæſtio. & in l. 2. in l. milites. in l. fi. C.
de quęſtio. Alexan. conſi. v. In cauſa inquiſitionis. uolu. 2.
ergo multo magis operabitur, cum contra illos nullum
adſit indicium: ad idem facit dictū Bal. in l. dominus hor
reorum. locati. dum inquit id quod Bar. ibi dixit uicinos
26 propter furtum commiſſum poſſe torqueri, non † habere
locum in uicinis bonę famæ & opinionis: idem uoluit
Bal. in l. 1. circa prin. C. loca. Aug. in addi. ad Ang. in tra-
cta. maleficio. in uerbo, fama publica. Iaſ. in l. in actioni-
bus. in pe. col. de iureiur. & idem debet eſſe in cuſtodibus,
maxime quando furem ueriſimiliter oſtendere non poſ-
ſunt, ſm Dec. conſi, 473. in fi. de quo infra faciam uerbū,
ſed hic officiales uerifimiter non poſſunt oſtendere fu-
res, cum fuit factum de nocte ipſis abſentibus, cum ibi
non dormiebant & laborarunt quantum potuerūt ut in
uenirent: ut conſtat ex actis. ¶ Vltimo non obſt. eos non
probaſſe eo tempore res furatas ibi adfuiſſe, & non præ-
ſumi quia mobiles ſunt, quoniam reſpondetur cum pro-
batur ſemel apud illos fuiſſe: ut conſtat ex eorum libris
quæ faciūt pleniſsimam fidē, maxime ex lege municipa-
li ſatis probari eo tempore adfuiſſe cum ex præterito
27 † præſumatur in præſens. l. ſiue poſsidens. ubi Bart. Bal.
& alij. C. de proba. Bar. in l. quidam in ſuo. de condit. inſt.
Bald, & Salic. in l. nō ignorabit. C. ad exhi. Ant. & Abb. in
c. cum ad ſm. de reſt. ſpo. & in terminis no. Bar. & ſequū
tur communiter doc. in d. l. ex argentarijs. §. pen. de edē.
¶ Nec ob. id non hr̄e locum in reb. immobilib. ſm Spe.
& Vber. de Bobio in loco pręalleg. quia procedit quādo
agitur rei uendicatione ꝯ non obligatum, ſecus qn̄ age-
retur ꝯ obligatum actione perſonali habentem cauſam
a me: ſecundum Iaſ. in d. §. fi. in d. l. ſi quis ex argētarijs.
28 quod † maxime admitto, quādo ex obligatione teneba
tur retinere illas res in illo loco ita quod ex lege cōuen-
tionis

tionis nō poterat retinere in alio loco, aliás teneretur uę
hic.Item á ſolitis ualet arg.l.certe. de præcar.l.certi con-
dictio.§.qm̄ ſi cert.pet. & ſufficit quod probatio ita con-
cludat: ut ibi no. & per glo.in l.neque natales. de prob. &
doct.in ca.in præſentia.de proba. ſed ſolitum eſt pignora
ibi retineri,immo alibi non poſſunt retineri, ergo dicitur
ſatis eſſe probatum,nec his caſibus loquitur Spe.& uide-
tur id ſine contradictore. ¶ Circa ſecundum dubiū uide-
batur cuſtodes teneri ad emendationem dāni, & ſi proba
29 tum fuit furtum cum † furtum præſumatur in dubio fa-
ctum culpa cuſtodis. l.3. §.effracturę. de offic.præfec.ui-
gil.ubi Bal. & alij.l.cū duobus. §.damna fatalia.pro ſoc.
ubi gl.& alij.gl.in inſt.quib.mod.re ꝯh.obli. in §. prꝫterea.
Ang.in l.fi.de cuſto.reo.& Corne.in conſi.?8.In hac con-
ſultatione.in 3.parte. ubi conſuluit in cuſtode bonum ut
per eum,ergo hi cuſtodes teneri debent. ¶ Secundo com-
probatur : nam hi cuſtodes non ſunt ſimplices depoſita-
rij,quia habent ſuum ſalarium pro cuſtodia & diligentia,
& ita depoſitum nō eſt factum tm̄ gratia deponentis, ſed
30 utriuſq;:quo caſu † depoſitarius, licèt aliàs nō teneatur,
niſi de dolo & lata culpa:ut nota.in l. 1. C.depo. & in l.ſi
ut certo.§.nunc uiuendum.commo. tū cum recipit mer-
cedem pro ſua cuſtodia tenetur etiam de leui culpa. gl.in
l.qui mercedem.loca.d.l. ſi ut certo. §. nunc uidendum.
cōmo.in l.j.§.ſi ueſtimenta.depoſi.Bar.in l. quod nerua.
q.8.depo.ergo ſi leuis culpa præceſsit debet teneri,ſed ui
dentur hi cuſtodes in culpa fuiſſe, cum per aliquos men-
ſes ante continuo apothecæ & ſtationes á furibus noctur
nis effractę ac expilatę fuerunt, ita quod ad hunc caſum
potuerunt animaduertere, & diligentiores homines po-
tuiſſent animaduertere, & animaduerterunt, cum fuiſſe
probatum enarratur plures mercatores huiuſcemodi la-
trocinia cernentes cepiſſe tempore nocturno præter mo-
rem ciuitatis in ſtationibus ſuis cuſtodes ac uigiles reti-
nere, ergo cum hi cuſtodes & officiales de nocte non ad-
hibuerunt excubias:vt alij homines diligentes fecerunt
deuiarunt ab ea diligentia,quam diligentes homines ad-
31 hiberent, & conſequenter in † leuem culpam inciderunt.
l.ſi conuenerit.in fi.cum l.ſeq. de pigno. acti.l.ſi putator.
ad leg.aquil.Bar.in l.quod nerua.depoſi.q. 6.Bal.in l.pi-
gnus.de pigno.act.col.xj.& ideo teneri debent, cum de le
ui culpa teneantur. ¶ Tertio id comprobatur ex promiſ-
ſione ipſorum officialium : nam promiſerunt diligenter
pignora cuſtodire,& reddere ac tenere ſuo periculo,ergo
quomodocunque acciderit quod non potuerint reddere
tenentur, & cum tendat ad ſui periculum,& uerbis com-
prehendatur,cum uerbis hic caſus uideat decidi amplius
non uidetur diſceptationi locus.l.illę aut illę. §.cū in uer
bis.de leg.3. & cui uerba conueniunt in eo diſpoſitio lo-
cum habet.l.4.§. toties. de dam. infect.cum concord. ibi
traditis per Alex.& moder.& quod caſus fortuitus com-
prehendatur ſub illis uerbis ſuo periculo, uoluit Pau. de
Caſtr.in l.ſed & ſi quis.§.quęſitum.ſi quis cautio. ubi di-
cit magis continere uerbum periculum, q̄ verbum caſus
fortuitus, cum caſus fortuiti ſunt proprie, qui ſine culpa
obueniunt, & præuideri non potuerunt: periculum uero
eſt nomen generale, comprehendens tam caſum fortui-
tum abſque culpa accidentem, q̄ alium caſum culpa pro
uenientem:ut in rub.de pericu.& commo.rei uendi.& in
l.quod ſi neque.§.fi.ff.eo.tit. & ita eſt nomen generis, ſm
Alex.ibi:ergo generaliter debet intelligi, ut comprehen-
dat ēt hunc caſum,cū uerba generaliter intelligenda ſunt
l.de pretio.de publi.l.1.§.quod autem de aleę luſu & alea
to. & maxime contra proferentem contra quem interpre
tatio ſumitur.l.ueteribus. de pact. l. in contrahenda. de
reg.iur.ergo fortius vbi proprietas ſecundum eius gene-
ralitatem ſeruanda eſt.

¶ Quarto confirmatur : nam cum diligentiam promiſit,
ſi illa verba ſuo periculo,non comprehēderent caſum for
32 tuitū vti furtū fuiſſent ſuperflua, & ſemper † fit interptā-
tio vt verba nō ſint ſuperflua.ca.ſi papa.de priuil. in 6.l.ſi
33 qñ.de leg.j. adeo † qđ in diſpōne ꝯprehēdunť ea q̄ ſunt vl
tra naturā actus vt verba nō ſint ſupflua.Ange.in l.ędem.
C.loc.Bar.& alij in d.l.ſed & ſi qs.§. q̄ſitū. ſi quis cautio.
34 ubi in terminis volūt ꝓmittētē & † ſuſcipientē in ſe peri
culū teneri de caſu fortuito, qñ prius tenebať de leuiſsi-
ſima culpa,ita qđ illa verba nihil operenť, niſi de caſu for
tuito.qđ ponit pro ſingulari Ro.in ſing.436. Tu habes.&
probatur in l.itē quæritur.§.ſi gemma.loca. & in l. & Ari
ſtoni.ff.manda.ſed in hoc caſu ꝑꝑ alia uerba ꝑcedētia ver
bum periculo,nihil operaretur, niſi comprehendereť ca-
ſus fortuitus,ergo habemus dicere omnino comprehēdi.
¶ Quinto id ꝯfirmari vr̄ ratione iuramenti appoſiti, cum
35 † iuīm habet vim expreſſę renūciationis. c. ex reſcripto.
de iureiur.ubi Canoniſt.& dicit Ang.in l.ſenium.C.q te-
36 ſta.fac pn̄t.iuramentū † hr̄e uim ſpecialis conſenſus: idē
voluit Bal.in l.j.in 2.q.C.cōmo.& Curt. Senior conſi.76.
ergo exprimendo periculum & promittendo cum iuīo,ꝑ
qđ eſt ac ſi oīa pericula exp̄ſſe,& in ſpecie conſideraſſent,
ac expreſsiſſent, & promiſiſſent, & ꝯñr periculū furti: ſed
ſi ita expreſſa promiſſent periculū furti non eſt dubium
eos teneri, & id maxime locū habere debet, cū in dubio
culpa ſua furtū factū fuiſſe præſumatur,& alijs ſ̄ deductis
ſimul accedentibus. ¶ Maturius vero conſiderās deter-
mino ꝯrium, & dico hos officiales non teneri ad reſtitu-
37 tionē pignorū quæ furto ſubtracta ſunt,cū furtū † ſit ca-
ſus fortuitus.l.in ratione.la.2.in prin.ad leg. Fal. gl.in §.
damna fatalia.l.cū duobus.pro ſoc.Spec.in ti. de fur.cir-
ca fi.Albe.in l.quę fortuitis.C.de pigno.actio.Bart.Ang.
Rapha.Iaſ.& alij in d.l.ſi quis ex argētarijs.§.pretor ait.
de eden.Bar.Iaſ.& alij in l.ſi qñ. C. unde ui. & alibi ſæpe,
38 ſed depoſitarius non † teneť de caſu fortuito. l.j.C.depo.
uel cōductor,uel creditor hn̄s apud ſe pignora:d.l.ſi cre-
ditor.de pig.actio.l.quę fortuitis.eo.tit.l. ſi inter.§. quid
ff.de pigno.l.fenerator.de nauti.fęno.& no. in l.ꝯtus. de
regu. iur. niſi culpa ad caſum ordinata præcedat caſum.
gl.in l.ſi ut certo.§.ſi interdum.l.in rebus. §. j. ff.cōmo.l.
uideamus.§.ſi hoc.loc. ergo ſiue uolumus hos officiales
eſſe depoſitarios, ſiue operarū ſuarum locatores,ex quo
mercedē conſequuntur, cum non eſt probatum culpam
ad caſum præordinatum pręceſsiſſe non teneri manifeſte
39 conſtat. ¶ Secundo comprobatur † culpa præcedens ca-
ſum non præſumitur, & qui eam allegat debet eam pro-
bare.l.ſi quis fundum.§.imperator.vbi gl.Richar. Bal.lo
cati.l.ſi res pupillaris.de admi.tuto.gl.in d.l. ſi quis ex ar
gentarijs.§. fi. de eden. ergo deberent abſolui hi officia-
les cum non ſit probatum illos fuiſſe in culpa. ¶ Tertio
facit:nam huiuſmodi officiales, eā diligentiam quæ ſem-
per ſolita adhibuerunt,ac diligenter,& fideliter officium
40 ſuum geſſerunt, ſed † qui facit quod conſuetum eſt fieri,
non eſt in culpa.l.3.ad maced.l.pignus.C.de pigno. acti.
l.qui ſit fugitiuus.de ędil.edic.§.apud labeonem.Bart.in
l.ſi negotia.de nego.geſt.late per Iaſ. & alios in l. de qui-
bus.de legib.ergo cū fecerunt hi cuſtodes, quod ſolitum
eſt fieri in tali cuſtodia, & adhibuerunt eam diligentiam
quæ ſolita eſt adhiberi in eo officio non poſſunt puniri,
ſed abſoluendi ſunt. ¶ Quarto comprobatur ex his quæ
dicti officiales capitulauerunt & probauerunt ſe eſſe ho-
mines diligentiſsimos, ac in rebus quas gerunt maxi-
mam adhibere diligentiam, & præſertim in cuſtodien-
dis pignoribus montis pietatis,cui præſunt,ergo excluſa
41 eſt omnis culpa, cum † culpa leuis in rebus alienis ſit de
uiatio circunſpecta ab ea diligentia, quam adhibent ho-
mines diligentes eiuſdem conditionis, & profeſsionis:ut
nota.inſtit.quibus mod.re contrahen.oblig. in l.contra-
ctus.de regul.iur. per Barto.poſt Ioan.de Bro. & Pet.in l.
quod nerua.depo. in ſexta quæſtione . immo dico ex quo
probatum eſt maximam diligentiam adhibuiſſe, & ſic in
ſuperlatiuo gradu , quo nihil maius eſt. l. vbi autem non
apparet. de uerborum obligat. ſequitur non ſolum fuiſſe
probatum eos non fuiſſe in culpa leui, ſed nec etiam in
leuiſsima culpa : ſecundum Bartol. in dicta l. quod ner-
ua in vij. quæſtio. depoſi. ergo abſque dubio conſtat de
iure, hos officiales non teneri . ¶ Quinto comprobatur
ex verbis contractus, quibus conſtat hos officiales
fuiſſe electos uti viros probatiſsimos , ac diligentiſsi-
mos habita inquiſitione , ergo conſtat eorum perſonam
approbatam , ita ut non poſsint redargui etiam de cul-

pa leuiſsima,ergo quouſque non ſit probatum eos in cul
pa fuiſſe, non poteſt fieri uerbum contra eos,nec condē-
nari poſſunt:faciunt notata in c. quod ſemel. de reg. iur.
in 6.cum vulgarib. ¶ Sexto facit:nam hi officiales capi-
tularunt,& probarunt à centum annis,& à memoria ho-
minum in loco à furibus nocturnis huiuſmodi effracturā
factam non fuiſſe in uia publica, in feneſtra ſatis à terra
eminenti,clauſa tabulis firmiſsimis, ac peſſulis,& cancel
lis ferreis magnis ac denſis munita: ut uix manus per eo-
rum foramina immitti poterat, ita qđ caſus & effractura
non ſolum iudicio humano præuideri non debebat, nec
poterat: uerum etiam eſt caſus inauditus, & de quo non
præſumitur à partibus cogitatum, etiam ſi de caſu fortui
to uerbum fecerint, cum caſus ille ſit rariſsimus,& ut ita
dixerim inauditus: merito partes ad eum non ſe retule-
runt:ita Corne. declarat caſum inſolitum concordando
dicta ſcribentium in hac materia uariantium in cōſi. 12.
Licèt diffuſe.col.2.lib. 4. ſed non ſolum depoſitarius,ue-
42 rum etiam conductor, † & qui locat operas ſuſcipiens
in ſe cum non tenetur de caſu fortuito inſolito. Bart. &
Albe.in l.Seio. §. medico de annuis leg.in d.l.ſed & ſi qs.
§.quæſitum.ſi quis caut.ubi late Iaſ.& moder.Bal. & Sal.
in l.licèt.C.loca.Feli.in ca.ſedes. de reſcr. in pulchro caſu
loquitur Ang.in conſi.174.Præmittendum.Fulgo.conſil.
193.Factum Alex.conſi.28.Circa præſentem.lib.4. & ali-
bi ſæpe doct.in conſilijs & lecturis loquentes in uarijs ca
ſibus inſolitis, hanc opin.ſequuntur,& eſt communis:ut
ex prædictorum dictis allegatis & atteſtatis aperte colli
gitur:maxime in d. §. quæſitum.& ſi ex oppoſito fuerint
Bal.Ang.Ful.Pau.& Alex.in d.§. quęſitum. de eorum opi
nione parum curandum fore exiſtimo,cum ſibi ꝯtriantur:
ut ex ſuperius allegatis conſtat: itaque exaudiendi non
ſunt:ad nota.in l.1.C.de fur.in l. ubi repugnātia. de reg.
iur. & in hoc plurimum non inſiſto,cum hæc ſit crebrior
opinio à qua in iudicando non eſt recedendum: ad not.
in c.j.de conſt.ac etiam cum ſit in fortioribus terminis ca
ſus noſtri,ut ſtatim ſubijciam: ergo ſm communem ſen-
tentiam de hoc caſu præfatos officiales non teneri con-
ſtat,uti de caſu inſolito, ac ut ita dixerim à memoria ho-
minum inaudito,& ſi periculum in ſe ſuſceperint,nec his
refragatur dictum Barto.in d.l.Seio.§.medico.de annuis
43 leg.dum inquit † caſum inſolitum eſſe, qui non ſolet ſe-
mel euenire in mille annis,& hæc uerba ponderat Dec.in
conſil.7.in columm.penultim.atteſtans ea à Barto.prola-
ta fuiſſe,non abſque ratione iuſta: qm̄ reſpondet Alex.in
d.conſi.108.col.penul.lib.3.ea uerba à Bar.exemplificati
ue fuiſſe prolata,& exempla non reſtringunt.l. damni in-
44 fecti.de damn. infect.ego aliter † reſpondeo cum exem-
pla licèt non reſtringant,tamen declarant:in quibus ter-
minis loquatur exēplificans.d.l.damni infecti.& §.quar-
to gradu.inſti.de gradi. & dico fuiſſe hyperbolice dictū:
nam nullus & etiam ipſe Dec.qui ponderat uerba Barto.
non negaret idem eſſe in caſu eueniente in quingentis an
nis, cum is caſus non fuit a partibus conſideratus: nam
Bar.uoluit ponere caſum qui à partibus uerìſimiliter cō-
ſiderari non potuit, & ſi de caſibus fortuitis uerbum fece
rint, & ꝙ hæc fuerit intentio ſua probatur ex his quæ ip-
ſe allegat: nam allegans debet intelligi ſm leges quas al-
legat:ut dicit ipſe Bar.in l.non ſolum.§.liberationis uer-
44 ba.de liber.lega.nec creditur † doctori,niſi quatenus per
leges probat.§.conſideremus.in auth.de trien. & ſemiſ.l.
illam.C.de colla.nota.in l.ut uim.de iuſti.& iure. ꝑ mod.
at Bart.mouetur per tex.in d.§. medico. qui probat ſolū
de caſu inſolito, qui ſemel in uita hominis euenit, nec ad
illud de mille annis aliquo modo adaptari poteſt, & ni-
hil faceret ad dictum Bart.ſi illud ad mille annos reſtrin-
gere uolumus,ergo ex mente Bartol. id non uidetur eſſe,
46 cum vult per illum tex.ad id inferri,nec l.fiſtulas † §.fin.
de ꝯhen.emp.in qua dicit eſſe caſum probat illud de mil-
le annis, ſed ſolum dicit ſi fuerit ꝯ cōſuetudinē tempeſta
tis,ſed conſuetudo non intelligitur de mille annis,immo
47 ut † ſit longiſsima conſuetudo ſufficit à centum annis:ut
plene no.in l.j. C. q̄ ſit longa ꝯſue.in l. de quibus.de legi.
ergo multo magis debet intelligi ille tex. de minori tēpo
re centum annorum, cum non loquat̄ de longiſsima con
ſuetudine,ſed ſimpliciter de conſuetudine, & appellatio-
ne conſuetudinis uenit longa: ut nota.in locis præalleg.
& ita conſtat de intētione Bar.caſum inſolitum eſſe rariſ
ſimum, qui uerìſimiliter à ꝯhentibus, uel diſponentibus
conſiderari non debuit, & ut caſum extra omnē conſide-
rationem & cogitationem ponere, dixit de mille annis:
non ꝙ ſint neceſſarij ad hoc, & ſine illis non ſit caſus in-
ſolitus: ut ex allegatis per eum conſtat,& ſi aliter intelli-
gatur ei non eſt credendum cum id non probet: & parum
de Dec.curandum eſt qui ad mentem Bar. non recte ani-
maduertit, ſed more iudęorum corticem uerborum ſecu
tus eſt,præſertim cum id quod diximus cōe ſit,ut proba-
uimus:& ultra ea adduco Corne. in conſi.23.Vr̄.col.pen.
48 lib.2.ubi rariſsimum caſum appellat † ſi à centum annis
tm̄ ſemel accidit: facit quoque qđ uoluit idem Corne.in
conſi. 182. In hac conſultatione.col.4.lib.4.ubi enume-
rat inter caſus inſolitos de quibus inter partes cogitatū
non p̄ſumitur pluuiam inſolitā quæ rariſsime in regione
ꝯtingere ſolet.Soc.quoq; in d.conſi. 123. appellat caſum
rariſsimum ſi à longiſsimo tpe nō fuit, quod ſpatio qua-
draginta annis clauditur:ut not.C.de præſcrip.longi.tē-
po. ex quibus oībus facile cōſtat caſum noſtrum ſm cōi-
ter omnes inſolitum & inauditū eſſe,& ꝯn̄r officiales non
teneri,& ſi caſum fortuitū in ſe ſuſceperit,ergo multo ma
gis in hoc caſu non debent teneri, cum nō ſuſceperunt in
ſe caſum fortuitū, ſed promiſerunt ſuo periculo tenere &
reſtituere, & dr̄ia eſt utrum quis in ſe ſuſcipiat periculū,
49 uel caſum † fortuitum,quia qn̄ ſuſcipit in ſe periculum,li
cèt appellatione periculi contineatur caſus fortuitus: ut
in tit.de peric.& cōmo.rei uendi.& dixi s̄ in tertia,& quar
ta rōne pro alia parte adductis, nihilominus non ſuſcipit
caſum fortuitū.l.itē q̄ritur.§.ſi gemma.loca. l. litis. §. 1.
de nego.geſt.l.1.§.ſæpe.depo. probat text.in fortiori ca-
ſu,qn̄ eſt factum uerbum de omni periculo.in l. iuriſgen-
tiū.§.item ſi quis.ubi gl.de pac.tex.in l.nec ſimif̄r. de ma
giſtra.ꝯue.iuncta.l.2.§.ſi eo tpe.de admi. rerū ad ciui.ꝑti
nen.ponunt Iaſ.& doct.in d.§.quæſitū. & rō eſt,quia & ſi
appellatione periculi comprehendatur caſus fortuitus, tn̄
cum aliter de alio periculo culpa aliqua accidente lex nō
præſumit ꝯhentes cogitaſſe de periculo quod cōtinet ca
ſum fortuitum, & uoluiſſe ſe ad caſum quē præuidere nō
poterāt obligare,quod præſertim admitto in caſu nr̄o &
ſimili: ubi cuſtodia & periculum eſſent de rebus maximi
ualoris pro modica mercede: pro qua modica mercede
nullo pacto putarem ꝯhentes cogitaſſe ac uoluiſſe ſuſci-
pere in ſe caſum cui prouidere nō poteſt humanum inge
nium: vbi agitur de iactura rerū magni ualoris, & ꝯctus
50 recipiunt † interpretationem à uerìſimili mente ꝯhentiū:
ut not.in l.ſemper in ſtipulationibus.de reg.iur.& l.in ꝯ-
henda.eo.tit.in l.ueteribus.de pac.& in l. quicquid aſtrin
gendæ.de uerb.obli. vbi licèt uerba interpretari debeant
ꝯ proferentē,& large intelligenda ſint: locū tn̄ nō habet,
qn̄ verìſimilis mens ꝯhentium aduerſatur: & ex hoc appa
ret reſponſum ad tertiā rōnē de periculo ſuſcepto ex op-
poſito adductam. ¶ Septimo & vltimo ꝯſidero uerba ꝯ-
ctus quibus promittunt diligentiam maximam, & tenere
ſuo periculo &c.& addunt ſicut & prout in capitulis con
tinetur, & alij p̄cedentes officiales diligentiam adhibue-
51 rūt:nam † illę dictiones ſicut, & prout, ſtant reſtrictiue,
ita qđ & ſi uerba eſſent latiſsima,tn̄ reſtringunt ad capitu
la,& diligentiā pręcedētium officialiū.gl.per illū tex.ubi
Bar.& alij in l.edito.C.de eden.Bar.in tit.ad reprimen.in
verſi.prout Alex.conſi.46.Viſis.col.4.li.j.& in conſi.3.In
cā li.2.& in conſi.8.Vr̄.lib.4. cū ſi. ſed probarūt oīa adim
pleuiſſe quæ in capitulis ꝯtinentur, ac omnē diligentiam
adhibuiſſe quā p̄deceſſores eorū adhibuerūt, igit in hoc
articulo amplius elaborandū eſſe nō exiſtimo,ſed hos of-
ficiales vti diligētiſsimos ac ꝓbatiſsimæ famę,& caſū ac
furtū liq̄do docētes abſoluēdos eē nō obſtātib. s̄.oppoſi
tis:q̄bus & ſi ex deductis ſuperius appareat rn̄ſum ꝓ ma-
iori declaratiōe:eis ſub breuitate ſigillatim rn̄deo. Et ad
primū dico licèt furtū præſumatur culpa inhabitantiū fa
52 ctū regul'r locū † tn̄ non habet, qn̄ inhabitans non tene-
tur

tur de leuiſsima culpa.gl.in §.præterea.inſti.quib.mod. re ꝯh.oblig.ubi Angel.dicit ita in facto habuiſſe: late per Alex.Iaſ.& alios in d.l.ſi quis ex argētarijs.§.fi. & in l.do mus.de leg.1.Io.de Ana.ꝯſi.71.Viſis.ſed ſiue uis hoc offi- ciales eſſe depoſitarios, & depoſitū factum gratia utriuſ- que cū merces ſoluatur, & non tenēt de leuiſsima culpa, ſed de leui.l.j.§.neſtiméta.depoſi.l. ſi ut certo.§.nūc uidē dum.cōmod.late ponit Bar.in l.quod nerua. q. 8.depoſi.
53 † & Abb.poſt alios in c.2.col.2.depoſi.ſiue uelis eſſe con ductores,uel locatores non tenent, niſi de leui culpa.l.in iudicio.C.loca.ubi gl.& oēs.gl.& alij in §.qui pro vſu.in- ſti.loca.& nota.in l.ꝯctus.de re.iur.ergo illa regula de cul pa pſumpta inhabitantiū in hoc caſu locum hr̄e non pōt. ¶Scd̄o rn̄deo illud non habere locum,qn̄ eam diligentiā adhibuerunt, quam ſolitum eſt adhiberi per ea q̄ dixi in tertio fundamento:pro quo facit qd̄ conſuluit Pet.de An
54 cha.in cōſ.149.Conductor domus.vbi uoluit † ꝯductorē qui reliquit duas puellas in domo nō teneri de incendio, cū à patribusfamilias id fieri ſolitū eſt: ſequitur Iaſ.in d. §.fi.l.ſi quis ex argentarijs.de eden. in fi. ubi inqt ita ip- ſum in ciuitate Cremonę obtinuiſſe.¶Vltimo dico illud procedere in dubio: nos aūt ſumus in claris,cū probarūt omnem diligentiam adhibuiſſe ad quam tenebātur: quo
55 caſu non † procedit illud dictum, ſm̄ omnes in d. §.fi.Et ex his apparet reſponſum ēt ad ſm̄ obiectum,qm̄ hi offi- ciales non fuerunt in culpa ēt leui: & qui allegat culpam debet illam probare:ut dixi in ſecunda rōne pro hac par- te,& hoc in culpa leui, & qm̄ probarunt omnes diligen- tiſsimos fuiſſe, prout tenebantur. & ex his apparet qd̄ nō poteſt eis imputari ſi excubias nocturnas non adhibue- runt ut fecerunt aliqui mercatores, qm̄ ad id ex forma ꝯ- ctus ſui & capitulorū ſuorū, nec ēt ex obſeruantia ac dili gētia à pcedentib. cuſtodibus adhiberi ſolita non tenebā tur. ¶Pręterea locus ille erat magis munitus q̄ ſtationes in quibus mercatores illi adhibuerunt excubias noctur- nas:adeo quod de uno ad aliud argumentari nō pōt, ma xime cum propter qualitatem loci & munitionem caſus probatus fuit inauditus. ¶ Non obſt.tertium fundamē- tum,qm̄ & ſi illa uerba ſuo periculo ſint gn̄ralia, tamē de bent reſtringi ex uériſimili mente ꝯhentium, & ſm̄ cōem opi.non comprehēdunt caſum fortuitum, uel ſaltē inau ditū:ut late dixi in ſexta rōne pro hac parte,quia reſtrin- guntur per ſequentia uerba ibi,prout &c. ¶Non obſ.qd̄ nihil operarentur, niſi continerent caſum fortuitum, qa reſpondetur quod ſatis operantur cum ſe referant ad dili gentiam à præcedentibus cuſtodibus conſuetam adhibe ri,ita quod ſolum illa conſideratur, nec aliud ſpectandū eſt,cum in primis.l.ꝯctus.conſideratur ad nota.in l.legē. de pact.& in l.1.§.ſi conueniat.depo.& ita operantur ſo- lū eos teneri ad id periculū ad qd̄ pręcedentes cuſtodes tenebantur,ita qd̄ cætera ēt de iure & natura ꝯctus nō ꝯ- ſiderantur, ſed prædeceſſores non tenebantur ultra ea q̄ ipſi adhibuiſſe probauerunt, ergo eis illa ponderatio ni- hil obſtat,& pſertim ut demōſtraui, cū hic caſus ſit rariſ- ſimus,& ut dixi inauditus,ut ipſi probarunt attētis ac di ligenter conſideratis oibus circunſtantijs. ¶Vltimo non
56 obſt.illud de iuro, qm̄ licèt † iuramentū habeat uim ca- ſus expreſsi, non tn̄ facit ut ſub uerbo periculo, compre- hendatur caſus fortuitus:vt notant Bar. Bal. Ang.Alber. Fulg.Alex.Iaſ.&.cōiter in d.l.ſed & ſi quis. §. quæſitū.ſi
57 quis cautio. cum iurm̄ † non extendat ꝯctum ultra con- ſenſum & uoluntatē ꝯhentium:ut no.Aret.conſi.24.Qua tuor dubia.col.2.poſt Bar.& alios in l. ſi quis pro eo.de fi deiuſ.ſed procedit illud quo ad cogitata & ad ea in qbus conſenſus non adeſt:ut per Iaſ.in d.§.quæſitū.ſed ſm̄ cō- munem opinionē ſub uerbo,periculo, nō comprehendit caſus fortuitus ex mente ꝯhētium:ut late dixi in ſexta ra- tione,ergo &c.& maxime in hoc caſu in quo uerbum pe- riculum, non fuit prolatum ſimpliciter, ſed fuit reſtrictū per uerbum prout præcedentes cuſtodes &c. qui non tene bantur de caſu fortuito. Item hic caſus eſt rariſsimus, & inſolitus,igitur & ſi caſus furtuitus propter iuramentum comprehendi potuiſſet, hic tamen caſus nullo modo cō- plecti poteſt, & ex his uidetur hunc caſum clariſsimum reddi,& ita ſuperioribus annis de iure reſpondi in ſimi- li cauſa maximi ponderis mihi commiſſa ad conſilium ſapientis(ut eorum uerbis utar)à reuerendiſsimo, & illu ſtriſsimo legato Marchie Anchonitanæ,ī qua cauſa mihi fuerunt allegata,& porrecta quamplura conſilia excellen tiſsimorum Iureconſultorum tam uiuentium,quàm mor tuorum,& inter cætera conſil.Dec.quod incipit, Quæri- tur in effectu. quod tūc non erat impreſſum, & nunc illud reperio impreſſum. numer. 473.in 4. parte. quod uidea- tur cum multum ad hanc cauſam facit: porrectum quo- que mihi fuit conſil.Ioannis Mariæ Riminaldi,quod con ſilium cū in terminis noſtris pignorum montis pietatis furto ſubtractorum loquatur, & ſit uir maxime authori- tatis & doctrinę apud me, ac comprobatur à Soci. à Iaſ. & ab alijs peritiſsimis uiris,nec eorum dicta impreſſa ſint ſuperuacaneum fore non putaui, magnifice ac doctiſsi- me iudex pro maiori prędictorum corroboratione ac conſcientiæ ueſtræ exoneratione una cum iſtis allegatio- nibus ea magnificentiæ ueſtræ porrigi.

Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Furta in dubio ſolent fieri culpa eorum quibus fiunt.*
2 *Furtum ſi aliquod de nocte fiat cuſtodes torqueri poſſunt ut il- lud indicent.*
3 *Furtum præſumitur perpetratum culpa, & mala cuſtodia eius qui illud allegat.*
4 *Furtum caſu factum aſſerenti non debet credi, niſi illud probet per manifeſtas probationes.*
5 *Probatio & allegatio furti non ſufficit, niſi etiam probetur tem- pore furti celebrati bona quæ nunc petuntur fuiſſe in loco in quo aſſeritur factum furtum.*
6 *Probatio debet de neceſsitate concludere.*
7 *Iuramentum contra furem ſeu inferentem uiolentiam ſufficit in probandis rebus ablatis & deprædatis.*
8 *Res pignoratata ubi perijt caſu fortuito, uel aliter abſque dolo & culpa creditoris perijt ipſi domino, nec creditor ſeu alius de putatus ad cuſtodiam tenetur ad eius reſtitutionem.*
9 *Depoſitarius quando aliter conuentum non fuit de ſolo dolo te- netur.*
10 *Depoſitarius qui de ſolo dolo tenetur ſi rem furto amiſerit non te netur.*
11 *Furtum de nocte commiſſum ex indicijs & coniecturis probari poteſt.*
12 *Probatio ubi à communiter accidentibus difficilis eſt, tunc conie cturæ admittuntur.*
13 *Fama non inducit plenam probationem.*
14 *Fama in his quæ ſui natura clare probari nequeunt facit ple- nam probationem.*
15 *Fama in filiatione & in confinibus antiquis, & in factis antiquiſ ſimis excedentibus memoriam hominum probat.*
16 *Furtum dicto unius teſtis ſaltim ſemiplene, uel adminiculatiue, & coniecturatiue probatur.*
17 *Acta & proceſſus ſine uehementibus indicijs in cauſa criminali fieri non poſſunt.*
18 *Acta publica approbata probant inter quaſcunque perſo- nas.*
19 *Præſumptio quæ aliàs poſſet eſſe contra aliquem tollitur prop- ter eius laudabilem uitam.*
20 *Præſumitur id quod eſt conſuetum.*
21 *Iuramento officialis in probando furto ſtatur, quando non tene- batur ad cuſtodiam iure actionis.*
22 *Cuſtodes qui ſolent montibus adhiberi præſumuntur, & debent eſſe nobiles, prudentes, & fideles.*
23 *Officialis non tenetur propter furtum, quando denunciauerat do minis ut prouiderent de cuſtodia, & ipſi id ſe facturos polliciti fuerunt.*
24 *Sententia lata in iudicio criminali debet fidem facere in iudicio ciuili.*
25 *Sententia abſolutoria non nocet reſpectu nouarum probatio- num, quando non fuit lata ſuper toto facto.*

26 *Cuſtos non præſumitur in culpa nec debet puniri quando eſt bone nitæ conditionis,& famæ.*
27 *Rem furto fuiſſe ſubtractam aſſerenti creditur quando probauit furtum.*
28 *Fœnerator qui dicit librum perdidiſſe in mari,& probat quod nauis naufragium paſſa eſt, licèt non probet quod liber ibi fuerit tamen ei creditur.*
29 *Res fuiſſe in alio loco quam in eo in quo ſolebant cuſtodiri ſi quis aſſerat probare debet.*
30 *Bona fuiſſe tempore furti in loco in quo furtum fuit perpetratū per domeſticos,& familiares furtum paſſi probari poteſt.*

RESPONSVM XCV.

¶ An & quando officialis & cuſtos teneantur de furto,& quomodo probetur furtum.

Ad comprobationem conſilij mei allégaui conſilium Riminaldi approbatum &c.

CHRISTI Saluatoris noſtri eiuſq; glorioſiſsime
matris uirginis Mariæ ſuffragijs inuocatis
&c. ¶ Viſa facti narratione,ac omnibus in eo
contentis diligenter conſideratis, dubiū prima fronte facere uidebarur fundata intentio dictę communitatis quæ deputauit dictum ſer Dardanum in officialem montis pietatis ad conſeruationem & cuſtodiam dictorum pignorum in monte prædicto pietatis exiſtentium,quæ cōitas intendit agere contra dictum ſer Dardanum pro exhibitione dictorum pignorum: quorū cuſtodiam,ut præmittitur, ipſe habebat, & ſimiliter intentio particularium perſonarum uolentium agere pro reſtitutione pignorum ſuorum contra eum: nam ipſe ſer Dardanus allegando furtum uidetur eſſe in culpa,cum furta in
1 dubio † ſoleant fieri culpa eorum quibus fiunt: ut in l.cū duobus.in §.damna fatalia.ff.pro ſocio. & in l. ſi quis ex argentarijs.in §.pen.de eden.per Bart.& in l.1.C.depo.ꝑ Bal.propterea dixit Bar.notabi.ad propoſitum in l. 1. C. de offi.præfect.uigil.per illum tex.quod cuſtodes puniūtur de negligentia, & dicuntur eſſe in culpa propter malā
2 cuſtodiam, & ideo † quando de nocte fieret aliquod furtum poſſunt cuſtodes torqueri, ut furtum indicent:ꝑ illū tex.& bene facit tex.& qđ ibi no.Bal.in l. 1.& l. 3. C.loca. ¶ Ex quibus uidetur reſultare qđ ipſe ſer Dardanus allegando furtum eſſe commiſſum in dictis rebus nō ſe excu-
3 ſet,cum culpa † eius,& mala cuſtodia præſumatur perpetratum dictum furtum:in l.ſi creditor.& ibi no.Bal.& alij in l.pignus.C.de pigno.actio. ¶ Accedit ad confirmationem prædictorum,quia etiam ubi ipſe ſer Dardanus alle
4 get furtum factum & caſum,ſibi non debeat † credi, ſed illud debeat probare per manifeſtas probationes: ut not. in d.l.ſi quis ex argentarijs.in §.pen.per glo.in cle. 1.in x. compellendos.de uſu.in l.huiuſmodi.in §.cum ita.de lega.1.& quod in ſimili per Imo.& ſcribentes in l.quæſitū. de re iudi.per Ang.& alios in l.2.in §. quod diximus.ff.ſi quis cautio. de quo furto, & caſu, cum non appareat de aliqua ruptura oſtij,nec aliter ſit probatum, uidetur dicendum quod talis aſſertio & allegatio ipſum non iuuet. ¶ Tertio prędicta corroborari uidentur, quoniam ubi ēt furtum probaretur,& quod caderet in caſum fortuitum, tamen hæc ſola probatio & allegatio non uidetur ſuffice
5 re, niſi etiam probaretur † quod tunc & tempore furti celebrati bona quę nunc petuntur,& in quibus aſſeritur furtum factum fuiſſe in dicto loco fuiſſent repoſita , & tunc temporis extarent. l. ſi creditor ſine uitio. l.pignus. C.de pigno. actio. & ſic identitas rei per ipſum ſer Dardanum probanda eſſet per ueras & legitimas probationes: ut dicit tex.in c.auditis.& ibi per Io.And. & alios de præſcrip. & in c.cum Ioannes Eremita. de fide inſtru. ſic & aliàs dicta probatio de neceſsitate non concluderet: nam niſi cōſtaret quod dicta bona fuiſſent in loco furti commiſſi,ſola probatio furti, & caſus non ſufficeret, nec de neceſ-
6 ſitate concludet illas † res fuiſſe ſubtractas: ꝫ ea quæ habentur in c.in præſentia. de proba. & in l.non hoc.C.un-
7 de cog.& dato quod aliàs † contra furem ſeu inferentem uiolentiam uideretur ſufficere iuramentum in probandis rebus ablatis & deperditis:iuxta not.in cap. fin.extra quod met cau.& in l.ſi quando.C.unde ui. & per Bart. in l.ne quid.ff.de incen.rui.naufra.& in l.1.ff.fur.aduer.nau. &c. ¶ Præmiſsis tamen non obſtantibus contrarium dico abſque dubio de iure uerius,uidelicet quod dictus ſer Dardanus pro dictis rebus furto ſubtractis de dicto mōte nullo modo teneatur, nec inquietari poſsit manifeſte oſtenditur,& pro fundamento dicendorum, & defenſione ac innocentia ipſius ſer Dardani, aſſumo fundamentū quod in iure clarum, & indubitatum eſt: uidelicet, quod
8 † ubi res pignorata perit,caſu fortuito, uel aliter abſque dolo & culpa creditoris perit caſu fortuito ipſi domino, nec creditor ſeu alius quiſquam deputatus ad cuſtodiam dictorum pignorum ad eorum reſtitutionem tenetur: ut in l.ſi creditor ſine uitio. & in l. ſi nulla. & in l. pignus.& in l.quę fortuitis.C.de pigno.actio.ſi enim dolus,aut culpa ſibi imputari non poteſt:inconueniens eſſet quod ipſe pro dictis rebus teneretur & iniuſtum foret.
¶ Propterea ſiue ipſum ſer Dardanum officialem prędi-
9 ctum æquiparemus depoſitario † utique ex ſolo dolo debet teneri:ut in l.1.in §.illud. & in l. quod nerua.ff.depo. uel etiam de culpa leui & leuiſsima, quando ita conuentum eſſet:ut in l. 1.in §.ſi conueniat.& in §.ſæpe. ff. depo.
10 & ideo depoſitarius † qui de ſolo dolo tenetur,ſi rem furto amiſerit non tenetur:ut dicit text.in §. præterea.quib. mod.re contrah. oblig. ſibi enim debet imputari qui negligenti rem cuſtodiendam tradiderit.facit tex.inſti.pro ſoc.§.fi. ſiue ergo hunc officialem æquiparemus creditori,uel locatori: ex eo quia fortaſſe aliquid recipiebat pro cuſtodia:iuxta.l.1.in §. ſi ueſtimenta ſeruanda.ff.depoſi. uel quia vbi eſſet ſimplex depoſitarius conuentum eſſet quod de culpa teneretur:iuxta.d.l. 1. in §. ſæpe. & in §.ſi conueniat præalleg. tamen ubi nulla culpa ſibi poſſet imputari: iniuſtum eſſet inconueniens, & à iure abſonum, quod pro his rebus teneretur:ut in §. fi. & in d. §. præterea.inſtitut.quib.modis re contrah.obliga.& d.l.ſi creditor.C. de pigno. actio. quibus ſic præmiſsis quod ipſe ſer Dardanus non teneatur pro dictis rebus furto ſubtractis oſtenditur per infra dicenda. ¶ Et primo quod furtum factum & perpetratum fuerit demonſtratur, præmitten-
11 do quod hoc uidelicet † furtum fore commiſſum, & de nocte ex indicijs & coniecturis probatur, quæ circa hoc cenſetur eſſe liquidiſsimę probationes:ut no.Spe. in titu. de furt.in §.fi.in fi.ubi etiam per Bal.in addi. ſuis per Barto.in præalleg.l.ſi quis ex argentarijs. in §.penul.& in l.ſi quando.C.unde ui.per dom.Abb.Sicul.in cap.fi.extra qđ
12 met.cau.& bene facit † quia ubi à communiter accidentibus difficilis eſt probatio,etiam coniecturæ admittuntur.l.filium.de his qui ſunt uel alie.iur.& Bart.not. in l.2. §.fi.de uerbo.obli.Bal.in aut.quas actiones. de ſacroſan. eccle.& in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cler. Fede. in conſi.118.incipien.Nulli dubium &c.
¶ Præmittitur autem in facto quod dum ipſe officialis una die de menſe Octobris acceſsiſſet ad locum in quo pignora deſtinata erant conſeruari iuxta formam capitulorum dicti montis,& ꝯſuetum pro reſtituendis nōnullis pignoribus patronis ipſorum, reperit oſtia clauſa, & aliqualē difficultatē cū clauibus ſuis ꝯſuetis habuit ad aperiendū præter ſolitum,quo facto & aperto ingreſſus locū pignorū,& camerā inuenit armariū apertum quod ꝑ ipſum officialem claudi ſolebat,& inde pignora ibi exiſtentia deeſſe, & incontinenti cępit exclamare,& conuicinos uocare, & uehemēter ꝯqueri de dictis pignoribus ſubtractis de dicto armario, & de dicto loco dicti montis accedēdo ad dominos priores ciuitatis Fani ipſam cōitatem repręſentantes, & eis denunciando dictū furtum factum fuiſſe, & dicta bona inde furto ſubtracta per fures nocturnos,& ad dominū gubernatorem dictę ciuitatis, & ſe ꝓſentādo ꝓtori dictę ciuitatis, & carceribus de mādato dicti domi.gubernatoris pro innocentia ſua: ex quibus ſatis vr̄ conſtare de furto ipſo perpetrato,maxime accedentibus his de quibus infra per nota.per Spec. & Bal.ad ꝓpoſitum

poſitum in dicto titu.de fur.per.d.Abb.in d.c. ſi.qđ met.
cau.& per Bar.in d.l.ſi quis ex argentarijs.in d. l.ſi quan-
do.cum alijs ſupra allegatis, cōcludendo quod ex ruptu
ra,uel aliter ex indicijs, & coniecturis furtum factum eſſe
demonſtrabitur,& ex dicto clamore ſimilibus coniectu-
ris. ¶Accedit ad confirmationem prædictorum publica
uox,& fama in loco dictę ciuitatis Fani, & in ſuo diſtri-
ctu,& in locis circunuicinis, quod in dicto loco montis
fuerit furtum perpetratum, & commiſſum, quæ quidem
fama fuit fortificata,propterea quia à prioribus & guber
natoribus dictæ ciuitatis Fani tunc temporis exiſtentib.
fuerunt proclamata inſtituta,& facta de eorum commiſ-
ſione per dictam ciuitatem ſuper dicto furto iudicando
quod qui reuelarent dictum furtum & furem, præmium
magnum conſequerentur à dicta communitate ex publi-
co,& per literas deſtinatas à dicta communitate, & orato
res in quibus,& per quos mentio habebat de dicto furto
dicti montis,& per magos, & incantatores perquiſitos à
dicta cōmunitate ſeu à prioribus eiuſdem pro dicto fur-
13 to reperiendo,& dato qđ fama non ſoleat inducere † ple
nam probationem:iuxta nota.in l.3.§ eiuſdem.de teſti.&
14 in c.ueniens.extra de teſti.tamen † in his quæ de ſui natu
ra clare probari nequeunt:facit plenam probationem, &
15 propterea † in filiatione probat: iuxta notata in ca. per
tuas. extra de proba. & ſimiliter in probandis confinib.
antiquis in c.cum cauſam.extra de proba. & in factis an-
tiquiſsimis excedentibus memoriam hominum:ſecundū
Inn.& d.Ant.in c.quid per nouale.& in c. ueniens.de uer.
ſig.& Bald.in l.cum ſemper. de rei uen.& in l.proprietas.
C.de probat.& idem Bal.in aut.quas actiones.ad fi. C.de
ſacroſ.eccl.& Ange.notab.in l.at qui natura.in c.§.cū me
abſente.ff.de nego.geſtis.ubi etiam per glo.& in l.Titius.
ff.quib.modis pignus ual hypo.ſol.per Spec. in tit.de ꝓ-
bat.§.1.in uerſi.hoc etiam not.per Pet. de Anch. in conſi.
ſuo.ccix.quod incipit,Pro iſta parte. & in conſil. cccv.qđ
incipit, Tres domini. & Roma.in conſil. ſuo. 76. quod
incipit,In cauſa nobilis uiri.& in conſi.cix. quod incipit,
In conſultatione.& in l.ſi uero.§.de uiro.in liij. Fallen.ff.
ſolu.matr.cum ergo furtum prædictum factum, & de no
cte,& per claues adulterinas & falſas, ſit tale quid,quod
facile probari non poſsit,immo difficillima probatio,fa
ma publica dicitur ſufficiens probatio.
¶Corroborantur prædicta ex dicto cuiuſdam Cathaldi
Colæ de Tareanto inquiſiti per dominum poteſtatem ſu
per ſurto ſimili non perpetrato per ipſum in dicta ciuita
te Fani,& ſuper dicto furto montis,qui atteſtatus & con
feſſus eſt, furtum factum fuiſſe in dicto monte per quen-
dam Brunorium eius Cathaldi ſocium, & quondam ſuū
patronum, & quamplura bona ſubtracta uidiſſe & teti-
giſſe in domo habitationis dicti ſui patroni: ex cuius di-
16 cto † ſaltem ſemiplene,uel adminiculatiue & coniectura
tiue probatur ueritas dicti furti perpetrati: iuxta not.in
l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.quiſquis.ad leg. Iuliam
maieſt.& in l.maritus.per Bar.ff.de quæſt. attento maxi-
me prout in facto pręmittit ꝙ bona de quibus atteſtatur
dictus Cathaldus uidiſſe ſunt talia, & eadem quæ erant
in dicto monte, & de quibus fit querela pro dicto furto
perpetrato, & in libris dicti montis ſcripta,& annotata
per officiales ipſius montis pro tempore exiſtentis.
¶Accedat ad prædicta longa & diuturna detentio dicti
ſer Dardani in fortia poteſtatis ciuitatis proceſſus, & a-
cta facta pro dicto furto celebrato per dominum pote-
17 ſtatem & curiam dictę ciuitatis, quæ ſine † indicijs & p̄-
ſumptionibus uehementibus fieri non potuiſſent: ut no-
ta.plene in c.qualiter & quando.de accu.& demum ſentē
tia abſolutoria lata in fauorem ſer Dardani, & Andreæ
Bertocij tanquam innocentium à dicto furto & delicto,
per quę acta & proceſſus ſatis conſtat dictū furtum fuiſ-
ſe perpetratum, & non per dictum ſer Dardanum & An-
dream, & ita tentum & reputatum per præfatam curiam
per homines dictæ ciuitatis Fani:hæc enim acta poſtquā
de effectu eorum aliter non fuit quæſitum, nec quęritur,
18 ſed an ita factum † ſit probāt inter quoſcunque. l. geſta.
de re iudi.& in c.1.de eden.ultima etiam quod probabūt
ſm effectum de quo infra dicetur. ¶Facit etiam ad com-
probationem prædictorum laudabilis,& honeſta uita,&
grauis, & bona fama dicti ſer Dardani propter quod ut
infra dicetur: ubi aliàs ꝯ ipſum cuſtodem poſſet eſſe ali-
19 qua præſumptio, tamen † hoc tollit propter eius uitam
laudabilem.l.non omnes.§.à barbaris. & in l. 3. §. ſed ſi
ex improuiſo.& ibi Barto.ff. de re mili.per Bal. notabili-
ter in l.fi.C.de proba.& in l.1. C. loca. & in l. ea quidem.
C.de accu.in antepenul.col.Sali.in l.fi. C. de quęſtio.
¶Stante igitur prædicta bona fama,& uita,fide, & legali
tate dicti ſer Dardani, & etiam approbatione de eo facta
in conſilio generali patrono & domino dicti montis ad
dictum officium poſt dictum furtum, propter quod om-
nis ſuſpicio,quæ aliàs fuiſſet contra ipſum, uidetur ſubla
ta,in l.ſi quis teſtibus. C.de teſtib.& quod legitur & nota
biliter in l.2. C. quod met.cau. iunctis nota.per Bal.in d.
l.4.C.loc.per tex.in l.1. de condi.in publi. horreis. lix.&
infra allegabitur: non eſt dicendum quod falſo & doloſe
aſſeruiſſet dictum furtum commiſſum & perpetratum, &
omnis ſuſpicio uidetur ceſſare contra eum.
¶Vltimo pro corroboratione prædictorum accedit, &
in facto pręmittitur quod plurima alia furta in dicta ci-
uitate Fani, & eius comitatu tam antea q̄ poſtea dictum
furtum montis perpetratum fuerunt facta, & ſimili mo-
do cum clauibus falſis bonis patronos, ſeu cum grimal-
dellis,quo fit ut ſatis ſit uerisſimilis allegatio furti perpe-
trati in dicto monte, quæ ſit per dictum ſer Dardanum:
iuxta nota.in l.neque natales.C.de proba.& quoniā alias
20 id † quod eſt conſuetum præſumitur.l.quod ſi nolit.§.q
aſsidue.ff.de ędi.edic.per Bal.in l.incendium. C. ſi cer.pe
ta.& in l.errore.per Barto.de teſtam. Item quia aliàs fuit
attentatum per fures nocturnos noctis tempore poſſe ape
riri dictum oſtium prędicti montis, & à circūuicinis ſtre
pitus in, & ſuper dicto oſtio fuit auditus pluries di-
cto tempore, & quoddam petium clauis Ottonis reper-
tum fuit fractum in clauatura dicti oſtij montis tempo-
re prædeceſſoris dicti ſer Dardani,& tenaliæ ferri repertę
in & ſuper oſtio dicti montis,& talia denotantia per fures
oſtium prędictum fore, & eſſe aperiendum,& maxime cū
dictus locus dicti montis, ut præſupponitur, fuerit & ſit
ualde remotus à platea ciuitatis Fani, & in loco ſatis re-
moto,& habili faciliter ad aperiendum oſtia dicti mōtis,
& ibi furtum committendum per fures nocturnos, & ibi
& circa dictum oſtium noctis tempore ſtare, & modum
& mēſuram accipere ex ſeraturis dicti oſtij pro clauibus
falſis & adulterinis conficiendis, præcipue cum nemo in
dicto loco montis permaneat noctis tempore pro cu-
ſtode ipſius montis. ¶Ex quibus omnibus indubitan-
ter puto euidenter conſtare, & per liquidiſsimas proba-
tiones dictum furtum fuiſſe perpetratum, attento maxi-
me quod ad id probandum ſufficiunt indicia & coniectu
ræ prout ſupra oſtenſum eſt, & quod poſſibile eſt per fu-
res nocturnos cum clauibus falſis & adulterinis aperiri
oſtia,& reclaudi abſque fractura aliqua,& ruptura claua
turæ dicti oſtij, & impedimento aliquo prout tam in di-
cta ciuitate Fani quàm in alijs locis Italiæ, hoc pluries
euenit,prout liquido probari poterit. ¶Vltima quod ēt
21 uideretur poſſe dici ſuper hoc ſtari debere † iuramento
ipſius ſer Dardani poſtquā ipſe non tenebatur iure actio
nis ad cuſtodiam dictorum bonorum,ſed vt officialis of-
ficio iudicis ad inſtar argentarij & tabellionis,in l. fin.C.
de fide inſtru.iuxta nota.per Bar.in d.l. ſi quis ex argenta
rijs.in §.pe.per do.Abb.in c.2.extra de depo.& per Salic.
in d.l.ſi creditor.de pig.act.tū quia ex p̄cedentib. hoc liq
diſsime probatū eſt,ſup hoc aliter nō inſiſto, poſtq̄ ergo
ex ſ̄dictis ꝯſtat furtū probatū eſſe: qđ autē ipſe nō fuerit
in culpa euidenter ꝓbatur, tū attenta ipſius ſer Dardani
bonę uitæ & famæ, qualitate & legalitate.d.l. nō oēs.§.à
barbaris.de re mili.& p Bal.notab.in d.l.j.C.loca.cū alijs
22 ſ̄ alleg.pro quo bene facit,qa † tales cuſtodes q huiuſmo
di rebus exhibent præſumuntur,& debēt eſſe nobiles pru
dentes & fideles:ut in l.1.de condi.in publi. horreis. li.x.
& no.Bal.in l.4.C.loc. tū ēt ex eo quia ipſe ſer Dardanus
fuit & eſt uir diligēs, & diſcretus, & erat circa dictū oſtiū

in claudendo & recludendo,& repertum eſt oſtium clauſum:quo fit ut hoc furtum reputetur caſus fortuitus:iuxta nota.per Bal.in d.l.j.C.depoſi.facit.l.eum qui. in prin. & in §.idem ſcribit.ff.de fur.& quod not. Bar.in l. ſi quis ex argentarijs.in §.pen.& in l. ſi quando . præalleg. propterea ei non imputandum eſt.d.l.quæ fortuitis,& in d.l. cum duob.§.damna fatalia. ¶Et pro corroboratione p̄dictorum bene facit quod in facto præmittitur , ꝙ dictus ſer Dardanus cum fuiſſet ſibi relatum per quendam uicinum quod noctis tempore ſenſerat rumorem fieri in , & ſuper dicto oſtio montis, recordatus de alijs ſignis circa dictum oſtium uiſis,de quibus ſupra.Acceſsit ad magnificos dominos priores ciuitatis Fani pro tempore exiſtētes:quibus retulit omnia prædicta facta circa dictum oſtium, & relata per uicinum prædictum ipſos interpellās ut uellent prouidere de cuſtodia , quæ ibi permaneret noctis tempore,& eo modo quo eis uidebatur,ad hoc ut bona in dicto monte exiſtentia non furto ſubtraherentur, qui polliciti fuerunt ſe facturos dato quod non fecerint:

23 quo † fit ut ex hoc excuſetur,& ſibi non ſit imputandum, cum prouiſio, ſcilicet de cuſtodia nocturna ad ipſum nō pertineret:ut in l.fin.in §. quod ſi prædixit. naut. caupo. ſtabu.& in l. ſi fideiuſſor.in ſi.j.reſponſi. qui ſatiſd. cog.ff. ¶Prædicta etiam clare confirmantur ex ſententia abſolutoria lata in eius fauorem per præfatam curiam ciuitatis Fani , tanquam innocens fuit à dicto furto & delicto, & à quibuſcunque indicijs,præſumptionibus, & ſuſpicionib.

24 quæ fuiſſent ꝯ eum,quæ † ſententia prout lata fuit in iudicio criminali,debet etiam fidem facere in iudicio ciuili, poſtquam fuit plene cognitum,& nulla cōcluſio facta, & ſaltem reſpectu præſumptionum & indiciorum q̄ tunc fuiſſet contra ipſum:per nota.per glo.Ang.& ſcriben.in l. j.C.quando ciui.actio præiudi.crimi.& per Bar. in l.prætor ait.§.hoc edicto.ui bon.rapto. licèt ubi pars,uel cōmunitas uellent adducere nouas probationes , & nouas

25 prǽſumptiones,tunc forte poſſet dici quod † talis ſententia abſolutoria non noceat reſpectu iſtarum probationū & nouarum præſumptionum,poſtquam ſententia abſolutoria non eſt lata ſuper facto,per ea quæ habentur in l. Iulianus uerum debitorem.de condi. indeb.in l. duobus.§. exceptio.de iureiur.& plene not.Ange.in l. j.præalleg.q̄n ciuil.actio. ¶Ex prædictis ſatis patet reſponſio ad adducta in contrarium, tamen ſpecialiter reſpondendo quod non obſtent oſtenditur:nam ad primum reſpondetur qđ furtum prædictum fuit caſus fortuitus: per no.per Bald. in d.l.j.C. depo. ut ſupra clare oſtenſum eſt , quod nulla culpa poteſt ei imputari,cum fuerit diligens ut præmittitur , & oſtium repertum clauſum per claues falſas , ſeu p grimaldellos & in aperiendo aliquid difficultatis habuerit: & maxime cum ibi non eſſet locus habitationis dicti ſer Dardani:nec in dicto loco tenebatur ſtare & pernoctare:nec conſuetum erat,tam per ipſum quàm per prædeceſſores ſuos officiales, & ibi de nocte aliquam cuſtodiā tenere: ex quo apparet ꝙ ex hoc nihil ei imputari poteſt ex eo quod ibi non retinuerit aliquem pro cuſtodia de nocte : quia faciendo id quod conſuetum eſt fieri per alios quis excuſatur nedum à dolo,ſed etiam culpa: ut in l.pignus.& ibi not.Bal.in 1.col.de pignor. actio. & per Bart. in l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem . de ędil.edic.& in d.l.quod nerua.ff.depoſi. ¶Nec prędictis obſtant notat.per Bar.in d.l.j.de of.præfec.uigil.quia poſſent proce

26 dere,niſi ipſe † ſer Dardanus fuiſſet & eſſet bonę uitæ, cōditionis,& famę:ut per Bal.in d.l.1.C.loca. & Sali.in l.fi. C.de quæſtionib.per tex.in d.l.non omnes.in §. à barbaris.cum alijs ſupra allegatis: & hoc demonſtrat ſententia abſolutoria lata in ſui fauorem per quam declarat ipſum fuiſſe & eſſe innocentem , & purgaſſe omnia & quæcunq; indicia contra ipſum.¶Ad ſecundum reſpondetur quod de ipſo furto doctum eſt , ex manifeſtis probationibus, quæ uerificantur etiam in præſumptionibus & coniecturis & indicis.l.licèt imperator.de leg. 1.& per Spe. & Bal. in titu.de furtis.in fin. cum alijs ſupra annotatis . & dato quod non appareat de ruptura & fractura oſtij, tamen ſatis conſtat per ea quæ ſupra clare oſtenſum eſt de ipſo furto , ita quod nulla poteſt cadere dubitatio quod furtum factum fuerit. ¶Ad ultimum reſpondetur ꝙ poſtquam

27 conſtat † de caſu & de furto ad hoc ꝙ res eſſent ibi, creditur ſibi,prout in proprijs terminis decidit Ange. in d.l.ſi quis ex argentarijs.in §. pen. concludendo in fœneratore

28 † qui dicit librum perdidiſſe in mari , & probat quod nauis naufragium paſſa eſt, licèt non probat quod liber ibi fuerit,uel aliter deperditus ſit, ei creditur : per textū in l. quoties.C.de naufrag.li.12.& in l.non omnes.§.à barbaris.de re milita.uel ſic ſecundum eum, ſi dicat ſe perdidiſſe, cum fuerit tumultus in populo, & probatur ꝙ fuerit derobatus, ſecūdum quod ipſe dicit uidiſſe Peruſij in p u ribus ebrijs: uel dicit ſe perdidiſſe furto facto de nocte,& inuentum eſt oſtium apertum. Iſte enim coniecturæ & ſimiles ſecundum eum pro probationibus habentur ubicū que ueritatem ſciri quaſi impoſsibile eſt. l. licèt imperator.de leg.1.& in l.ſi quis locuples.de manumiſ. teſta. Et prædicta abſque dubio procedunt conſtito quod aliàs dicta bona fuiſſent in dicto loco , ex quo ſemel ibi fuerunt ſemper ibi præſumuntur eſſe,& maxime cum ex forma capitulorum dicti montis ut præſupponitur per officiales non poſſunt amoueri de dicto loco bona ad dictum mōtem obuenientia, & ad alium locum aſportari: ſed in dicto loco montis debent teneri & conſeruari ſub certa pœna dicti officialis amouentis:& ita conſuetum eſt per omnes alios prædeceſſores dicti ſer Dardani officiales pigno

29 ra ibi teneri & conſeruari : & ideo qui † vult dicere alibi fuiſſe debet hoc probare in d.l.ſi quis ex argentarijs.in §. penul.& idem Bald.& Sali.in l.nec creditor. C. de pignorat. actio. & quod dicta bona tunc in dicto loco montis exiſtentia fuerint illa eadem quę fuerunt furto ſubtracta. Addendo prædictis manifeſte apparet ex quodam inuentario imperfecto de dictis bonis per electos à concilio generali ciuitatis Fani penes ipſam communitatem exiſtentes,ut præſupponitur & exemplato , ac in publicam formam redacto per quendam ciuem Fanenſem notarium authenticum ſer Petrum Antonium de Archulanis cum fide & atteſtatione magnificorum dominorum priorum pro tempore exiſtentium ipſam communitatem præſentantium , quæ communitas eſt domina & patrona dicti mōtis uigore capitulorum ipſius , cum ſubſcriptione cancellarij dictæ communitas,ſeu uicecancellarij, & ſolito ſigillo eiuſdem ciuitatis, per quod etiam apparet dictū furtum fuiſſe & eſſe perpetratum, tum etiam ex literis & inſtructione data oratoribus deſtinatis à dicta communitate ad excellentiſsimum ducem Mediolaň. manu prędicti cancellarij & ſigillo conſueto munitis .

30 ¶Vltima ꝙ ēt ad probandum ꝙ.d.bona antea ibi † fuiſſent poſſet probari etiam per familiares & domeſticos ipſius ſer Dardani:ut per Bar.in d.l.ſi quando.C.unde ui.in l.quæſitum.ubi etiam per Inno.ff.de re iudi.per do. Abb. in d.c.ſi.quod met.cauſ.& per Spe.in titu.de fur. §. fin. & quod in ſimili no.do.Anto.in c.cum dilecti.in 6. & 8.col. de elect.allegando Ioan.An.in tit.de teſte. §.opponitur. uerſ.ſed pone quòd adminiſtrator.

¶Et ita prout ſupra cōcluſum eſt dico iuris eſſe ego Ioā. Maria Riminaldus Ferrarienſis.I.V.D.& in fidem p̄miſſorū me propria manu ſubſcripſi,& ſolito ſigillo ſigillaui .

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Caſus occulti & dubij,ſeu ambigui,probantur per indicia & coniecturas.*

2 *Probatio ex argumentis per locum à communiter accidentibus ſufficit in his quæ non poſſunt liquido probari.*

3 *Argumenta,indicia,& præſumptiones,in factis occultis, habentur loco plenę probationis.*

4 *Iudex ex multis argumentis & imperfectis probationibus , poteſt facere unam perfectam probationem.*

5 *Probatio quæ fieri poteſt , ſufficit in his quæ fiunt de nocte & in occulto.*

RESPON.

RESPONSVM XCVI.

QVIA per magnificos & clariſsimos & Iurecõ
ſultos, ut ſupra conſulentes, præſens conſultá
tio adeo copioſe, ſubtiliter, & eleganter dilu-
cidata atque concluſa eſt pro ueritate iuſti-
tiæ, & ſumma ęquitate, ut nihil ulterius dici uel addi póſ
ſit: idcirco ego Armanus de Nobilibus de Vezano Ianuẽ
ſis, ac Ferrariæ legens ordinarie iura ciuilia de mane, de
ſola ſubſcriptione requiſitus ſupraſcriptæ conſultationi
ac deciſioni penitus inhęrendo, idem iuris eſſe cenſeo q̃d
ſancte & iuſtę ſupra concluſum eſt per præfatos domi-
nos conſulentes, atque ſubſcribentes, & pro maiori corũ
quæ dicta ſunt confirmatione, addam nonnulla conſilia
excellentiſsimorum doctorum multum ad propoſitum
facientia, uidelicet Bal. in conſil. 7. in prima parte. circa
1 medium, ubi pulchre dixit, quod † caſus occulti & dubij,
ſeu ambigui, probantur per coniecturas & indicia: & ibi
ẽt dicit de fama; quę in factis occultis dicitur magnum
adminiculum: & idem Bal. in conſi. 276. & in conſil. 122.
2 ubi etiam dixit quod † quando aliquid non poteſt liqui-
do probari ſufficit probatio ex argumentis, & per locum
à communiter accidentibus: & ibi etiam ponit de bona
fama, uel ſaltem mediocri eius qui imputatus eſt de ali-
quo delicto, quæ plurimum iuuat. Ad prædicta etiam fa-
cit quod pulchre dicit Ang. in conſ. 308. in fi. ubi dixit q̃d
3 † multa argumenta, indicia, & præſumptiones loco plenę
probationis habentur in factis occultis. Ad idem Petr. de
4 Anch. in conſ. 277. ubi dixit quod † iudex ex multis argu
mentis & imperfectis probationibus, poteſt facere unam
perfectam: & dicit quod fauet duplex æquitas. Prima, nẽ
probationes anguſtẽtur, ſed amplientur: iuxta. l. quoniã.
C. de hęretic. Secunda, ne quis innocens facto, culpa, uel
delicto alterius grauetur: contra regulam, non debet q̃s.
in 6. Ad idem accedit quod uoluit Pau. de Caſt. in conſil.
300. & Feder. de Senis in pręalleg. conſi. 118. & Alexan. ul
tra præallegata conſilia in conſilio ultimo, in tertia par-
5 te: ubi in † his quæ facta ſunt de nocte & in occulto, & q̃
difficiliter poſſunt probari, ſufficit illa probatio quæ fie-
ri poteſt, & per coniecturas, præſumptiones, & indicia, p̃-
ut in caſu iſto. Et in præmiſſorum fidem hic me propria
manu ſubſcripſi, & ſolito meo ſigillo ſigillaui.

¶ Concluſio ſupraſcripta meo etiam iudicio iuridica &
clariſsima per præfatos conſummatiſsimos Iureconſul-
tos fuit tot copioſiſsimis authoritatibus, iuribus, & argu
mentis, optimis rationibus, ſolidis ac firmiſsimis funda-
mentis demonſtrata: ut quicquid etiam ad confirmatio-
nem adderetur nõ niſi potius ad pompam meę conſuetu-
dini alienam, quàm ad effectum eſſet: ideo prout requiſi-
tus ſimplici ſubſcriptione contentus idem dico & conſu-
lo, ego Daniel Viſtarinus I. V. D. illuſtriſsimi ducis Ferra
riæ, unus ex cõſiliarijs iuſtitiæ, in cuius fidem me ſubſcri-
pſi, ſolitoque ſigillo meo ſigillaui.

SVMMARIVM.

1 *Verborum multitudo eſt parum Iureconſultis amica.*
2 *Verborum multitudo nedum hominibus diſplicet, ſed & ipſi Deo.*
3 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
4 *Furtum etiam magnum alio non apparente per famam probari poteſt.*
5 *Conſuetudo excuſat ab eo à quo aliàs conſuetudine non exiſtente quis non excuſaretur.*
6 *Conſuetudo etiam ex non entibus, uel non actibus inducitur.*
7 *Fieri id cenſetur, quod communiter fieri ſolet.*
8 *Res præſumuntur poſitę in loco ubi communiter poni ſolent, & res ſemel poſita in aliquo loco præſumitur ibi durare.*
9 *Probatio per ſenſum oculorum eſt efficaciſsima, & omnibus alijs præfertur.*
10 *Gaudent breuitate moderni.*

RESPONSVM XCVII.

QVONIAM eximius primus dominus con-
ſulens ita plane ſicque clare omnia quæ in ea
re dici poterant enucleauit, ut ſcribere volen
tibus nullus pene locus relictus fuerit, ideo
ne fruſtra membranas occupem: iuxta tex. in ca. ſi Roma-
1 norum. xix. diſt. ac ne † uerborum multitudine utar parũ
Iureconſulto amica: ut probat textus in l. ita vulneratus.
circa finem. ff. ad legem Aquil. eſt bona glo. in c. tales. 23.
diſtin. dicens ibi text. facere in argumentum contra eos
qui multa allegant, pro quo etiam allegat text. in ca. odi.
23. q. j. etenim melius eſt pauca & idonea effundere q̃ mul
tis inutilibus p̃grauari: ut dicit text. in l. tanta. §. deinde.
2 uer. deinde. C. dę uete. iure enuclean. quæ multitudo † uer
borum non modo hominibus diſplicet: docente experiẽ
3 tia † rerum magiſtra: in c. quam ſit. de electio. in 6. uerum
etiam Deus ea non gaudet. dicit tex. in ca. non mediocri-
ter. de conſec. diſti. v. ¶ Contentus concluſionibus & fun
damentis celeberrimi domini primi conſultoris per ſ̃m
dominum conſultorem confirmatis, in eorum ſententiã,
4 ſeu opinionem concurro, dimittens † quod furtum etiam
magnum, & ſic in indiuiduo quæſtionis poteſt probari p
famam alio non apparente. dicit Barto. in l. fi. in uerſicu.
quid enim. ff. de quæſtioni. in 1. colum. ultra regulam per
primum dominum conſultorem poſitam, quę eſt ꝙ ea q̃
ſunt difficilis probationis probantur per famam, iurib.
per ipſum allegatis. Dimitto etiam quod propter conſue
5 tudinem † quis excuſatur à delicto, & ſic ab eo à quo aĺs
conſuetudine non exiſtente non excuſaretur: ut in c. 2. de
temp. ord. & in gl. & in c. denique. cum ſua gl. 4. diſt. & in
c. obijciuntur. 32. q. 4. cum ſua gl. ¶ Quocirca ſi dictus of-
ficialis aliàs cenſeretur propter contractum forte condu-
ctionis eſſe in aliqua culpa propter cuſtodiam ut diligen
tius potuiſſet non adhibitam, ſtante tamen præſuppoſita
conſuetudine, ſcilicet quod ipſe officialis non conſueuit
pro conſeruatione rerum ipſius montis cuſtodiam, & no
cturnam apponere, immo conſuetudo negatiua eſt in cõ-
trarium in caſu noſtro, non cenſetur eſſe in culpa à qua ex
cuſatur ob dictam conſuetudinem, ut ſupra ſi cuſtodem,
ut potuiſſet non appoſuit, nec inconueniens eſt dicere cõ
6 ſuetudinem eſſe negatiuam: nam † ex non entibus, uel nõ
actibus inducitur conſuetudo negatiua: ut probat Bald.
in l. de quibus. de leg. ff. Dimitto etiã quod dictæ res mõ-
tis quæ dicuntur furto ſubtractæ, ideo tempore aſſerti
furti pręſumuntur in loco montis extare, ubi tales res po
ni ſolent, & unde dictæ res, & bona furto extracta dicun-
7 tur, quia id fieri † cenſetur, quod communiter fieri ſolet,
per locum à communiter accidentibus. l. certi condictio.
in §. ſi nummos. ff. ſi certum pet. & in l. ut Alphenus. ff. de
uerbo. ſig. quod etiam in productione procedit dicit Bal.
in l. neque natales. 1. col. C. de probatio.
¶ Præterea cum res montis cõmuniter ſoleant, immo con
ſuetum ſit, & ibi ſtent immitti, vbi dictum furtum factũ
fuiſſe dr̃, dato quod aliter non fuerit probatum, quod di-
ctæ res & bona furto ſubtracta, ut dicitur ante dictũ fur-
tum poſita, & immiſſa fuerint, tamen eſt pręſumendum
quod ibi fuerint poſita propter dictam rationem, à com
8 muniter accidentibus. Item † quod ibi permanſerint uſ-
que ad tempus furti commiſſi incluſsiue, per rationem
domini conſultoris primi, & per textum in l. ſi quis ex ar
gentarijs. in §. penult. de edendo. ſecundum Baldum in l.
ex perſona. C. de probatio. Item per rationem, quia facta
non præſumuntur. c. 1. de conſtitutioni. in 6. & in l. Sem-
pronius Proculo. ff. de leg. 2. & in l. qui habeat. ff. de rebus
dub. & Bald. in dicta l. ſi quis ex argentarijs. in dicto §. pe-
nultimo. ſed quod amotio rerum de loco ad locum, & ea-
rum tranſmutatio ſit factum, uel quid facti, patet ad ſen-
ſum oculorum, qua probatione nulla melior: ſecundum
canones dicit Innocentius in c. propoſuiſti. de probatio.
9 cum ſit † efficaciſsima probatio. dicit Bald. in l. 1. C. ſi ad
uerſus liberta. & Bald. in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. &
talis probatio præfertur cuicunque probationi: dicit idẽ
Bald. in l. contra negantem. C. ad legem Aquili. ex qui-

bus paucis me abſoluam; iuxta illud vulgare, gaudent
10 breuitate † moderni. dicit Hoſtienſis in ſumma de regul. iuris. in §. qualiter, uerſi. & quia.

¶ Et ſicut ſupra concluſum eſt per dominos conſultores iuris eſſe dico ego Petrus Antonius Piparotus de Nulſinis utriuſque iuris doctor, licèt minimus: illuſtriſsimi domini Ducis Ferrariæ conſiliarius iuſtitiæ, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, in quorum fidem me hic propria manu ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Caſum fortuitum allegans, an plene uel ſemiplene probare debeat, pendet à iudicis arbitrio, & inſpecta qualitate perſonę conſideratur.*
2 *Cauſa iuſta credulitatis id eſt quod dicitur à perſonis ueridicis & fide dignis.*
ge,ut in d.l.pe.§.cum autem.C.ad Treb.cum ibi no. & i-
ſte eſt caſus noſter:an autem per priuilegium pręſcribat
41 officio†iudicis quod competebat ad reſtituendum, uel
cogendum reſtitui fideicommiſſum:ut in §.1.inſt. de fi-
deic.hær.& ibi Iaſ.in addi.Chriſtopho.gl.in l.fi. ff.de fi-
deic.hær.pet.& ibi no.omnes.Accedat etiam pupillaris
ætas,quo tempore non currit,ut dixi, unde cõſideratis
omnib.iſtis adhuc non ſunt lapſi.25.anni,& ſic nullus eſt
excluſus,& id quo ad.l.fi.ſit dictum diſputatiue & ex a-
bundanti. ¶Præterea dico ꝙ cum filii Chriſtophori ſunt
uocati ex propria perſona,ut late demonſtrauimus ſup.
in 2.q.ſecundum communem opi.& appellatione filii ve
niunt nepotes in ultimis uoluntatib. quando tractãt de
eorum incluſione ad ſucceſsionem,ſecundum Bar.& cõi
ter doc.de quib.ſup.in 2.præſuppoſito.& iſti filii filiorũ
Chriſtophori non ſunt uocati,niſi poſt mortem,& ordi-
ne ſucceſsiuo.l.peto.§.fratre.de leg.2.plene no.in l.ſi co
gnatis.de reb.dub.& in l.Gallus.§.quidam recte.de lib.
42 & poſth.quapropter non incipit currere pręſcriptio†ad
uerſus iſtos nepotes niſi quamprimum agere potuerint,
cum omnis præſcriptio non incipiat currere niſi euenie
te die uel conditione.l.cum notiſsimi.§.illud autem. C.
43 de præſcr.30.uel.40.ann.& omnes præſcriptiones † de-
curſę ꝯ patres ſuos,ſibi non nocent:ſed tantum illis ꝯtra
quos decurſæ ſunt,cum iſti non ueniant ex perſona p̃de-
ceſſorum ſuorum,ſed ex propria.ita no.omnes in l. filiuſ
fami.§.diui.de le.1.ubi Crotus diſtinguit.col.44.quia ex
quo nepotes uocantur poſt mortem prædeceſſorum nõ
poſſunt agere antequam ſint mortui,immo nõ currit ip-
ſis præſcriptio:quia non ualenti agere non currit p̃ſcrip
tio.l.1.de anna.excep.& per doc.in dicto loco. cum ſi. &
præſcriptio decurſa,nocet illi ꝯ quem decurſa eſt,& non
ſequenti in gradu cui nulla põt imputari negligentia.
¶Præterea lis fuit conteſtata per filios Chriſtophori,ꝙ
probatur ex compromiſſo,in quo narratur lites & ꝯtro-
uerſias aſtare,& ſuper litib.& controuerſiis factum fuiſ-
44 ſe compromiſſum &c.quæ uerba†enunciatiua probant
inter proferentes.l.publia.§.fi.depoſi.l.optimum.de ꝯh.
& commit.ſtipu.plene no.in l.ex hac ſcriptura. de dona.
& proprie lis eſt dum diſcutitur.c.forus.de uer.ſig.plene
45 no.in l.poſtquam liti.de pac.ſed per litem†ortam perpe
tuatur actio in 40.annos.l.fi.C.de præſcr.30. ann. & ibi
Bal.Sal.& alii.per Bal.& alios in l.cum notiſsimi. in l.ſi-
cut.eo.ti.cum concor.de quib.ibi,ſed computatis.40.an
nis,& pupillari ætate fiunt.54.anni,adeo quod ſunt in-
tra tempora agendi,cum non ſunt adhuc lapſi. 48. anni
ſi recte calculetur.Item ex compromiſſo colligitur mala
fides ipſorum, dum dicunt qđ nihil aliud reſtabat ultra
legitimam quod erat falſum,& multa uerba protulerũt:
ex quib.colligitur manifeſtiſsime mala fides, & animus
46 occultandi, quo caſu nunquam currit præſcriptio†.c.fi.
de pręſcr.& per Soc.in conſi.63.uol.1.col.3.uerſi.præte-
rea.qui uult quod dictum.c.fi.non procedat contra lega
tarium,cui adhuc non erat acquiſitum dominium: & in
caſu noſtro adhuc non eſt facta traditio,ergo &c. & ibi,
in d.c.fi.latiſsime per Fel.& omnes de præſcr. ¶Vltimo
dico dato & non conceſſo quod præſcriptio fuerit fini-
ta,tamen quia iſti filii filiorum Chriſtophori ignorarũt
47 teſtamentum Silueſtri,quæ†ignorantia præſumitur, & ē
tolerabilis cum ſit de facto alieno.l.fi.pro ſuo.& de re fa
cta antequã naſcerentur:iuxta no.in l.peregre. de acqui.
48 poſ.immo mediante†reſtitutiõe in integrum eſt reſoluẽ
da:ſm Bar.in l.1.§.ſi quis autem.de itine. actuq; priua.
Alex.in conſi.84.In cauſa uertente.& in conſi.71. Videt
prima conſideratione.uol.1.& eſt communis opi. ut atte
ſtatur Dec.in conſi.25.col. fi.nec poteſt dici quod elap-
49 ſum ſit tempus†reſtõnis in integrum,quia tale tp̃s non
currit,niſi a die ſcientiæ læſionis, & immo ſi læſus ſtaret
per centum annos antequam peteret reſtitutionem, ſibi
ignoranti tempus non curreret:ita Alex.in conſi. 4. Vr.
lib.2.Abb.in conſi.33.ad fi.per Dec.in conſil.36. ¶Nec
ob.ſi dicatur quod ꝯ præſcriptionem longiſsimi tpis nõ
datur reſtõ: rñdetur quod communis opi.eſt in ꝯrium:
ut per Dec.in conſi.166.col.pe.cum concor. ¶Nec ob-
adducta in contrarium,quia non fuit finita p̃ſcriptio, &
ex

ex multis rõnib.de quib.ſup.& ſi fuit finita non omnib.
& caſu quo omnib.datur reſtitutio in integrum ex capi
te ignorantiæ,ut demonſtraui,non repeto. ¶ Non obſt.
50 præſcriptio inducta per ſtatutum:qm̃ non ualet† tale ſta
tutum:ſecundum Fel.in c.fi.de præſc. col.4. ita etiam at
teſtatur eſſe communem opi.Alex.in conſi.73. In cauſa
appellationis.col.1.uol.6.& in conſi.172. In cauſa & li-
te.col.3.& in conſi.220.Ponderatis his.col.2.uol.6. & in
conſi.58.In cauſa mota.uol.7.Corne.in conſil.180. Per
totum.uol.3.cum ſi.ergo amplius non eſt diſputandum,
ſed dato quod ualeat dico quod non uendicat ſibi locũ
in caſu noſtro ex plurib.capitib.Et primo quia illud ſta
tutum loquitur in actionib.perſonalib.patet ibi in præ-
fatione,dum dicitur,ſtatuimus quod in omnib.actioni-
51 bus perſonalib.&c.ex qua pręfatiõe† declaratur totum
ſtatutum,& ſecundum illam intelligitur.l.fi.de hær.inſt.
& ibi Bar.& alij.l.regula.de iur.& fac.igno. & omnia po
ſita in ſtatuto intelliguntur ſecundum principium ſtatu
ti,ut continuetur idem caſus.& cauda non ſeparet a ca-
pite.gl.in c.conſuetudinis.11.diſ.& maxime quia uerba
patiuntur ſi recte inſpiciantur, ſed in caſu noſtro ſiue a-
gatur de officio iudicis ad reſtituẽdum fideicõmiſſum,
ſiue agatur petitione hæreditatis ad reſtituendum bõa,
neutro caſu ſtatutum uendicat ſibi locum:nam appella-
52 tione actionis non† uenit officium iudicis de ꝓprietate:
ut no.inſt.de act.in prin.& in l.1.ff.de iuriſd.om.iudic.&
maxime hoc debet eſſe in caſu noſtro,quia iſtud ſtatutũ
eſt odioſum,correctorium iuris communis, & tale quod
ſm cõem opi.non ualet, ut dixi. ¶ Præterea loquitur per
uerba geminatiua & triplicata ibi ꝯ debitorem occaſio-
53 ne debiti quod deberi prætenditur &c.ſed† officium iu-
dicis nullam præſupponit obligationem.l.quintus.man
da.l.qui per colluſionem.de act.emp.& geminatio ſtatu
ti arguit pręciſam mẽtem.Bal.in c.eam te.de reſeri.ergo
ſtatutum non poteſt habere locum in officio iudicis, cũ
uerba non conueniunt,& ſic nec diſpoſitio.l.4.§.toties.
de damno.infec.immo contradicunt, & multa impro-
priarentur quarum improprietatum concurſus non ad-
mittitur ſicut plurium ſpecialium,& in hoc caſu nõ loq-
tur Alex.in l.1.de iuriſd.om.iud.qui uult in ſtatuto offi-
54 cium† iudicis comprehendi &c.& quamuis multi teneãt
ꝯrium,tñ eo retento non infertur ad caſum nrm̃, cũ ſint
diuerſi.l.Papinianus exuli.de min. ¶ Nec ẽt põt ſibi uen
dicare locum in petitione hæreditatis, quia eſt actio mi-
ſta:ut no.in §.quædã.& in §.oĩum.inſt.de act.& in prin.
55 ff.ſi cer.pet.& ſtatutum† odioſum & correctoriũ loquẽs
in caſu ſimplici non uendicat ſibi locum in caſu miſto.
l.uim paſſam.§.præſcriptiõe.iuncta.l.mariti.§.hoc quin
quenniũ.de adul.ponunt Bar.& Alex.in l.1.de uer.obl.in
prin.ergo &c. ¶ Secundo reſpondeo quod finita actione
pręſcriptionis ſtatutariæ, adhuc adeſt unum officium
56 iudicis reſultans ex æquitate,& incipiens† competere fi-
nito tempore decennali,quod non tollitur per ſtatutũ:
ut late per Calcaneum in conſi.74.Quod filiab. & in ꝯſi.
23.Prima.ut ibi late per eum:itaq; in caſu nr̃o adhuc du
57 rat officium iudicis. ¶ Tertio rñdeo quod iſtud† ſtatutũ
Lucenſe non hꝫ locum,qñ põt apparere ſolutionem factã
non fuiſſe:ſm Ro.in conſi. 102.in 2.col. ubi loquitur in
ſtatuto Lucenſi, & ſic in propriis terminis ſequitur Fel.
in c.fi.de præſcr.col.5.pro quo alleg.Bal.Io.And.Ioã.de
Lig.& multos ut ibi per eum,non tranſcribo, ſed in caſu
nr̃o conſtat bona fideicommiſſo ſubiecta non fuiſſe reſti
tuta, cum detineantur per partem aduerſam, ergo illud
ſtatutum non habet locum in hoc caſu,& ex iſtis conſtat
filios filiorum Chriſtophori,ex perſona Chriſtophori,&
ex propria,& paterna uocatos fuiſſe,& eſſe ad fideicom-
miſſum Siluestri,& per conſequens eis de iure reſtituen-
dum fore,non obſtante quacunq; præſcriptione: ad qđ
iuſtiſsimi iudices debent moueri non ſolum propter eui
dentem iuſtitiam,ſed etiam ꝑꝑ maximam æquitatẽ, cũ
iſti ſint de agnatione,& illam conſeruant, & ẽt quia oc-
cupatores detinent ꝯ uoluntatem utriuſque teſtantis.
Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hiero.Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Modus in dubio iudicatur potius quàm conditio: ſecundum communem opi.quod declara ut infra nu.26.*
2 *Dictio ſub conditione prolata à teſtatore ſignificat modum, & idem ſi ſit prolata à contrahentibus: quod intellige ut infra in nume.27.*
3 *Modus uenit adimplendus poſt commodum acceptum,& ita hæres poteſt prius adire hæreditatem.*
4 *Paria ſunt facto,uel uerbo mentem declarare: limita infra numero.48.*
5 *Verba debent intelligi ut non auferant liberam teſtandi facultatem.*
6 *Modus qui eſt contra bonos mores reijcitur.*
7 *Proprietarius de iure poteſt diſponere de proprietate durante uſufructu.*
8 *Tacens ac perſeuerans uidetur conſentire. declaratur ut infra nume.52.*
9 *Hæres non adimplens uoluntatem defuncti priuatur hæreditate ſi ei intimatum fuerit à iudice declara ut infra nu.58.*
10 *Hæres inſtitutus ſub conditione non poteſt adire hæreditatẽ niſi prius adimpleuerit conditionem & proprie.*
11 *Hæres tenetur probare ſe adimpleuiſſe conditionem.*
12 *Cautio Mutiana in conditionib.negatiuis in non faciendo conſiſtentib.requiritur.*
13 *Cautio Mutiana habet quoque locum in conditionib. affirmatiuis quæ non poſſunt adimpleri ante mortem.*
14 *Præſumitur in futurum quis acquirere poſſe.*
15 *Verbum uenire,uarijs modis capitur: tamen proprie ſignificat ſimul coniungere & unum ex plurib.coniunctis facere.*
16 *Etymologia ſignat proprietatem niſi ſit authoritas in contrarium.*
17 *Verba debent capi ſimpliciter & in potiori ſignificatu.*
18 *Verbum conditio de proprietate ſignat conditionem,quando uero modum ſignat ſtat improprie.*
19 *Copula &,ponitur inter diuerſa.*
20 *Proprietas uerbi ſeruanda eſt,ubi multa de proprietate.*
21 *Nomen quod eſt generis & ſpeciei in dubio capitur in ſpecie.*
22 *Pactum in dubio intelligitur de nudo & ita uerbum conuentio.*
23 *In dubio pro filio interpretandum eſt.*
24 *Interpretandum eſt in dubio pro magis dilecto.*
25 *Interpretatur magis quàm ſit poſſibile teſtatorem ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis.*
26 *Modus in dubio iudicatum,fallit quando fuit dictum ſub conditione,& communis loquitur quando uerbum conditio non eſt expreſſum,uel ſi eſt expreſſum ex alijs colligitur diſponentem uelle intelligere de modo.*
27 *Declaratio ad dictum Bar.in §.Termilius.l.quib.dieb.de cond. & demon.quando uerbum conditio ſignat modum, & quando præſumatur propter ignorantiam teſtantis uerbum conditio, pro modo ſumptum.*
28 *Notarius præſumitur elegiſſe uerbum aptum uoluntati teſtãtis, fallit quando per alia conſtat teſtatorem aliter intellexiſſe.ita probatur in hoc numero iuncto praced.*
29 *Intellectus ad.l.Mæuia.de manu.teſt.& quare ibi uerbum conditio,capitur pro modo.*
30 *Dictio,ut ,ſignat modum.*
31 *Intellectus.l.2.in fi.de dona.*
32 *Intellectus.l.ea conditione.de reſcin.uendi.*
33 *Intellectus legis ex rubrica colligitur.*
34 *Modus quando continet cauſam finalem inducit reſciſſionem, quando uero non continet agitur ad intereſſe.*
35 *Res à maiori commodo ſeu parte iudicatur.*
36 *Intellectus ad.l.quoniam.de rerum permu.*
37 *Natura contractuum innominatorum eſt ut regulariter fiãt per modum.*
38 *Verba intelliguntur ſecundum naturam actus etiam cum improprietate.*
39 *Intellectus.l.cum res.C.de dona.*
40 *Contractus innominatus reſultat habita relatione pacti ad contractum.*
41 *Modus ſemper inducitur,quando implementum prouenit ex diſpoſitione præcedenti.*
42 *Declaratio ad.l.nihil.de commun.cum emancip.libe.*

Intelle-

43 *Intellectus ad.l.ſi ſocietatem.pro ſoc.*
44 *Opi.per quam leges & dicta ſcribentium concordantur à indicā tibus tenenda eſt.*
45 *Cautio Mutiana debet offerri ab hærede,uel legatario,& ſi non petatur,& debet eſſe realis ipſa oblatio,& cum fideiuſſore.*
46 *Verba non debent eſſe ſine miniſterio.*
47 *Cautio Mutiana habet locum in affirmatiuis, quando habent in ſe implicitam negatiuam.*
48 *Non ſunt paria facto,uel uerbis mentem declarare, in his quæ requiruntur per modum conditionis.*
49 *Communio & minus unio non inducitur factis ipſis ante decennium,imo ſecundum aliquos.30.annos.*
50 *Fructuum communio nō probat communionem proprietatis,ſed tantum fructuum.*
51 *Facta non arguunt mentem diſponentis,niſi quatenus neceſſario inferunt.*
52 *Familiaritatis iure potius quàm renunciationis ac remiſsionis cauſa factum maxime inter fratres,& matrem,& filiū,& huiuſmodi perſonas præſumitur.*
53 *Tacens non habetur pro conſentiente ad ſui damnum maxime quando actus qui fiunt tacite diſponunt,nec quidem neceſſario.*
54 *Conſtitutum transfert poſſeſſionem.*
55 *Mutui natura quæ ſit.*
56 *Modum non obſeruans priuatur omni commodo teſtamenti.*
57 *Modus ſignat cauſam finalem, quando reſpicit commodum tertij.*
58 *Fideicommiſſum,uel grauamen in dubio indicatur impoſitum ſuper bonis teſtatoris.*
59 *Declaratio ad auth.hoc amplius.C.de fideic.*

RESPONSVM. CII.

¶An per hæc uerba inducatur conditio,uel modus ſub cōditione:& quando dicatur unio bonorum: & an propter modum non impletum quis cadat a iure ſuo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſo teſtamento quondam nobilis Ioannis Fabri Turonenſis,eoque diligenter conſiderato:atque præſuppoſita facti ſpecie mihi porrecta,
uidetur prima fronte dominam Blancham de Birone eius uxorem pro parte hæredem inſtitutam,ſub conditione quod ipſa tenebitur unire omnia bona ſua præſentia,& futura quęcunque,non fuiſſe inſtitutam ſub conditione,ſed ſub modo,dum regula ſit, diſpoſitionem po-
1 tius†modalem quàm conditionalem iudicandū fore:ſm
Bar.Bal.Alex.Iaſ.Riminal.& alios in l.cum mota. C. de
tranſact.per Alex.in ꝯſi.102,Viſis & ponderatis.col.2.li.
1.per Are.in conſi.90.col.1.Niſi diligenter. nec illa uer-
2 ba†ſub ꝯdōne faciunt quin inſtō ſit modalis,cum ſępius
a teſtatorib.proferuntur ut modum ſignent:ut eſt dictū
Bar.in l.quib.dieb.§.Termilius.col.2.de ꝯd.& demon.al
leg.l.Mæuia.de manu.teſt.& l.2.in fi.de don.ubi optime
probatur,& pro dicto Bar.allego tex.in l.ea ꝯdōne.C.de
reſcin.uen.in l.qm.C.de rer.permu.in l.cū res.C.de don.
& ubiq; Bal.ubi no.idem probatur in l.ſocietatē.in prin.
ff.pro ſoc.ſi igitur inſtō fuit modalis,potuit prius adire
hæreditatem,& poſtea modum adimplere, cum modus
3 †uenit adimplendus poſt commodum acceptum, & diſ-
poſitionem perfectam:ad abundanter tradita per Bar.&
alios in d.§.Termilius.& ſatis adimpleuiſſe modum vr̄,
cōicando bona ſua cū bonis teſtōris,ac una & ſimul gu-
bernando & regendo:nam eo mō facto ipſo unita ſunt,
4 & paria ſunt†facto,uel uerbo mentem ſuam declarare.l.
Paulus reſpondet.rem rat.habe.in l.de quib.de leg.& de
huiuſmodi unione uerba teſtamenti debent intelligi,qm
ſi de ea intelligerentur per quam priuaretur dn̄io rerum
ſuarum,cum ſit de omnib.bonis præſentib.& futuris, au
5 ferret†liberam teſtandi facultatem: ad no.in l.ſtipulatio
hoc mō ꝯcepta.de uer.ob.in l.fin.C. de pac. & propterea
6 uti modus ꝯ̄ bonos†mores reiiceretur.l. 1. & toto tit. de
cond.inſt.& per hæc vr̄ modum de uniendis bonis impo
ſitum per ipſam adimpletum fuiſſe,nec per donationem
alteri factam,retentu ſibi uſufructu de ſuis bonis ꝯ̄ueniſ-
ſe,cum unio impoſita a teſtōre non vr̄ continere dn̄ii trā
ſlationem,ſed potius fructuum cōicationem:per ea quæ
7 dicta ſunt ſup.proprietarius†de iure pōt diſponere de ꝓ
prietate durante uſufructu.l.fundi Treb.de uſufru.legat.
l.Mæuio.§.fi.de leg.2.l.2.de uſufructu. ¶Præterea cum
filius cohæres diu manſit cum ipſa,nec ei denunciauit,
8 ut alio modo uniret †bona ſua vr̄ ei conſenſiſſe,& contē
tum fuiſſe de tali unione:ar.tex.in l.qui patitur manda-
ti.& eorum quæ ponunt doc.in l.quæ dotis.ſo.ma.maxi
me cum de iure requiratur denunciatio etiam a iudice in
timata hæredi ut obſeruet uoluntatem teſtantis , ad hoc
9 †ut propter non obſeruatam uoluntatem teſtantis priua
ri poſsit.auth.hoc amplius.ubi Bar.Bal.Sal.Iaſ. & cōiter.
omnes.C.de fideic. & in §.illud.in auth.de hær.& Falc.&
hæc ſunt quæ pro parte.d.d.Blanchæ facere uidentur.
¶Quib.non obſt.accuratius rem ipſam conſideranti ue
ritas in ꝯ̄rium eſſe uidetur,& pro reſolutione habēda nō
nulla præſuppono,& in iure,& in facto. Et primo.d.do.
Blancham,intra trimeſtre,uel circa poſt mortem defun
cti,& aditam hæreditatem quatuor mille librarum mu-
tuo dediſſe eius filio Bernardino cohæredi,& ab eo Chi
rographum de mutuo recepiſſe,cum ſcriptione alterius
fideiubentis nomine dicti cohæredis mutuo recipientis,
& ita mihi in facto præſuppoſitum eſt. ¶Secundo qđ in
10 ſtitutus†ſub ꝯdōne non pōt effici hæres, niſi prius adim
pleat ꝯdōnem.l.1.ubi no.omnes.C.de inſt. & ſubſt.aliàs
ſi ſine implemento occupauerit hęreditatem dr̄ prædo &
iniuſtus poſſeſſor,& omnia habet reſtituere:& non ſuffi-
cit adimpleuiſſe niſi in forma ſpecifica adimpleuerit. l.q
hæredi.l.Mæuius.cum uulg.de cond.& demon.& adim-
11 pleuiſſe†probare tenetur:ut in d.l.1.de inſti. & ſubſt.per
Dec.in conſi.89.& in conſi.614.col.pe. ¶Tertio quem-
admodum in conditionib.negatiuis in non faciendo cō
12 ſiſtentib.requiritur qđ prꝯſtetur†cautio Mutiana, aliàs
adimpleri non poſſunt:qm̄ licet hodie non faciam, non
ſequitur ꝙ cras non ſim facturus.l.Mutianæ.de cond. &
demon.in l.cum pater.§.qui Mutiana.de le.2. ita in con-
ditionib.affirmatiuis quę non pn̄t adimpleri ante mor-
13 tem,ad hoc ut dicantur†implete requiritur cautio Mu-
tiana:ſm Bar.in d.l.Mutianæ.col.2.p tex. in l.Titio fun
dum.in prin.eo.ti.in l.ſeruo inuito.§.1.ad Treb. ſequunt̄
Imo.Fulg.& alii,ſed in caſu iſto eſt ꝯdō:ut ſtatim demō
ſtrabo.& eſt ꝯdō pp id qđ tenetur quæcunq; bona futu-
ra unire,quæ non pōt adimpleri ēt in ultimo uitæ ſpiri-
tu,cum tunc rpis poſſet acquirere, & non poſſet unire,
14 cum tp̄s non adeſſet,& prꝯſumitur qđ in futurum†ſemꝑ
quis acquirere poſsit,& acquirat:ar.not. in l.ſi patruus.
arbi.tut.l.cura.§.deficientium.de mun.& hon. ¶Quar-
15 to uerbū unire†uariis modis capitur:ut per doc. poſt gl.
in c.1.ne ſede uacan.tn̄ proprie ſimul coniungere,& unū
facere ex plurib.coniunctis ſignificat:ut no.in d.c.j. & in
l.1.§.cohæredem.ad leg.Falc.& in l.1.de metrop.& ꝓba
16 tur ex etymologia q̄†ſignat proprietatem,niſi ſit autho
ritas in ꝯ̄rium:ut per Bar.& alios in l.oēs populi. de iu-
ſti.& iur.in 6.q.prin.& ēt debet intelligi omni reſpectu
17 † tam adminiſtrationis q̄ fructuum & dn̄ii , cum uerba
ita intelligant̄,aliàs eſſet unio quo ad quædam,& impro
pria:ad no.in l.hoc legatum.de le.3.in l.Lucius.§. q̄ſitū.
eo.ti.& maxime in iſto caſu,cum id tendat ad beneficiū
filii hæredis inſtituti,ad cuius fauorem in dubio ꝓnun-
ciandum eſt.Bal.in auth.hoc inter. C.de teſt. ergo quāto
fortius hic,cum uerbi ꝓprietas id expoſtulat,ꝓ qua pro
nūciandum eſt.Accedit ēt ꝙ hic filius eſt magis dilectus
in teſtō a teſtōre,iō in dubio fit interpretatio ad eius fa-
uorem:iurib.uulga.Item quia uerba dēnt capi in potio-
ri ſignificatu.l.1.§.q in perpetuū.ſi ager.uect. uel emph.
pet.¶His ſic præſuppoſitis dico hanc mulierem inſtitu
tam ſub ꝯdōne fuiſſe,nec ꝯdōni paruiſſe,& per ꝯ̄ns nun-
quam hęredem fuiſſe, nec eſſe,immo ꝯ̄ueniſſe:.& ꝯſidero
qđ inſtituit per hæc uerba,tam ſub ꝯdōne,qđ tenebitur
18 unire,& ita expreſſe per uerbū†ꝯdōne, qđ de ſui ꝓprie-
tate ſignat ꝯdōnem,& ita in terminis qn̄ eſt dictum ſub
ꝯdōne quod intelligatur de uera conditione:dicit Alex.
in conſi.150.In cauſa.col.1.uol.6.quam opi probo ueriſ
ſimam

ſimam eſſe,quoniā q̄ñ modum ſignat impropriatur: ſm Bar.in d.§ Termilius.Alb.in l.mæuia.de manu.teſta. per omnes in rub.de condic.& demon.ubi probatur cū rubricatur de condi.& demon.& modis:nam ibi modus poni-
19 tur ut diuerſus:nam copula &,†ponit inter diuerſa.glo. in rub.de iur.& fact.igno. ſi igitur ſm uerborum proprietatem ſub conditione fuit inſtituta, ita abſq; dubio pronunciandum eſt,nec amplius hæſitandum puto, cum a ꝓ
20 prietate † uerborum non ſit recedendum. l. non aliter. de leg.3. & ut inquit iureconſultus. l. ille aut ille.§.cū in uerbis.de legat. 3. ubi adeſt uerbi proprietas non eſt amplius diſputandum:in l.continuus.§.cum ita.de uerb.oblig.& propterea dicebat Bal.in c.1.de conſti.col.6.ubi habemus uerborum ſonū non egemus interpretatione.& dicit Alex.in conſi.81.uol. 6. ꝙ non poſſumus a uerbis recedere,cum ſimi.cumulatis per Iaſ.in l.iij. de liber. præter. in l.neq; profeſsio.de hæred.inſti.& alibi ſæpe.

¶Præterea dato ſine ueritatis præiudicio quod uerbum conditio ſe haberet ad modum, & eſſet nomen generis, quo ad modum & conditionem, tamen cum quo ad ipſam ꝯdōnem nō habet aliud nomen, & ita eſſet nomē ge
21 neris,& ſpeciei, quo ad modū † habet nomen generis tātum, habemus interpretari ut ſignet nomen ſpeciei, qa non habet aliud nomen,ſicut in ſimili dicitur de adoptione, quæ licèt ſignet arrogationem, & adoptionem in ſpecie,quæ non habet aliud nomen.l.ij.de adop. tamē in dubio intelligitur de adoptione in ſpecie: ut declarat Soci.in l.1.col.2.de uulg.& pupil.ſentit Are. in l. qui in poteſtate.de teſtam.& ita dicitur de cognatione:ad not.in l.inter agnatos.de ſuis & legit. & pro hoc ſoleo allegare.l.j.de pact.iunctis nota.ibi per omnes.ubi pactū, licèt
22 † ſignet omnes contractus habentes ſpeciale nomen.d.l. j.adeo.tñ intelligit̄ de pacto nudo quod non habet aliud nomen niſi generis,& ſi hæc ſignificatio ſit debilior,& ita de uerbo conuentionis dicunt Bar.Alex.in l. lecta. ſi certpet.ergo uerbū ꝯdō,debet intelligi & ſi eſſet nomen generis de ꝯdōne quæ non habet aliud ſpecialius nomen ergo quanto fortius cum nomen generis non ſit, & ꝯ eius proprietatem pro mō accipitur per illa quæ ſupra dicta ſunt.

¶Et pro hoc facit,quia iſtud tendit ad fauorē filij hære-
23 dis inſtituti,& interpretatio in dubio † fit pro filio,maxime inſtituto.Bal.& alij in authen.hoc inter liberos. C.de teſt.Soc.in l.j.de uulg.& pupil.fo.21.col. 4.& quia apparet in teſtamento ꝙ magis dilectus eſt a teſtatore q̄ ipſa
24 mulier,ideo ad eius fauorem pronunciandū eſt,cū†pro magis dilecto fit interpretatio, iurib.uulgar..Item cū filius ab inteſtato ſuccedebat: quo magis igitur uxor non ſit hæres interpretetur,& magis teſtator cum diſpoſitione iuris ſe confirmauit, & ſemper fit interpretatio ut teſtator ſe confirmet cum diſpoſitione iuris magis quàm ſit poſsibile:ad abundanter tradita per omnes in l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.ſed mediante conditione non ita ſit hæres uxor,& ita minus recedit a diſpoſitione
25 † iuris,immo ita interpretandum eſt.

¶Nec obſt. diſpoſitionem in dubio potius iudicandam eſſe modalem quàm conditionalē. per gl. & doc. in l. cū mota.C.de pact.quoniam loquuntur,quando eſt expreſ-
26 ſum uerbum conditio, uel † aliud uerbum de proprietate ſignans conditionem, & merito cum loquuntur in caſu dubio, & ubi proprietas uerbi adeſt caſus non dicitur dubius,ſed clarus:dicta.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de
27 leg.3.nec † doctrina Bar.in §.Termilius.facit cōtra,quoniam loquitur quando propter alia uerba receditur a proprietate uerbi,conditione,& ſic uult ꝙ uerbum conditio, de proprietate ſignat conditionem, & quando modum ſignet ſtet improprie, cū uelit ꝙ ab illa proprietate recedatur ꝑ alia uerba:ergo ſentit ꝙ ubi non ſunt alia uerba neceſſario modum denotantia, ꝙ diſpō eſt conditionalis, ſed hic nullum uerbū adeſt qd neceſſario modū ſignet ſi uerba recte ſpectant̄:ergo a proprietate illius uerbi ꝯdōne, non eſt recedendū, & rō ignorantiæ teſtatoris quā aſsignat Bar.in d.§.Termilius. procedit in caſu ſuo, q̄ñ per alia conſtat teſtatorē uoluiſſe apponere modū, aliàs non eſſet uera, cū ea retenta omnis doctrina ſuper

uerbis ſignificantibus modum, uel ꝯdōnem deſtrueretur:contra eundemmet Bar.& omnes in d.l.j.& in d.l.q-
28 bus.§.Termilius.de condi. & demonſt.& maxime † cum præſumatur a notario uerbum aptum uoluntati teſtantis fuiſſe electum:ad nota.per Bal.in l.errore. C. de teſta. in l.j.de priuil.dot.in l.ab executore.quo.app.non recip. & in conſi.235.uerba.Soci.in conſi.20.col.penul.lib.3.& ita r̄ndetur ad omnia iura in quibus probat̄ uerbum cōditione,pro modo ſumptum fuiſſe:quod fuit propter alia uerba neceſſarium modum ſignificantia, uel propter uoluntatē teſtatoris,uel diſponentis euidenter ita expoſtulatem,& merito eo caſu,cum & econtra uerba ſignificantia,modum propter uoluntatem teſtantis repugnantem ſignant conditionem.l.a teſtatore. ubi Barto. & alij no.de condi.& demon. quod ut clarius appareat ſigilla-
29 tim ad omnia iura in ꝯrium ſupra allegata reſpondeo.

¶Et primo ad.l.mæuia.† de manu.teſta.ibi. uerbum cō-
30 ditione,pro mō ſumptum fuiſſe propter dictionē, ut, q̄ de proprietate † ſignat modū:ut Bart.in d.§. Termilius. & quia agebatur de fauore libertatis, & pro libertate receditē a ꝓprietate uerborū.l.ſi ita ſcriptū fuerit.& ibi no. tir. & quoniam intererat honoris teſtantis ut magis per liberos quàm per ſeruos, iuxta monumentum ſuum honores ibi adhiberentur, igitur uoluntatem teſtatoris ita fuiſſe,ex his omnib. aperte colligit̄ur modus induceret.
31 ¶Accedat † quoq; cum illud onus ſecūdum aliquos erat perpetuum,& quouſq; uixerint liberti,ſi in uim modi nō ualuiſſet datio libertatis in uita effectū non potuiſſet ſortiri,igit̄ &c.ad l.ij.in fi.de dona.dicas ibi adfuiſſe dictionē ut,& quia nolebat inde,id eſt ex pecunia donata, emi ſeruum, quod fieri non potuiſſet ſi donatio perfecta non fuiſſet,& propterea cū onus illud implendum ſit poſt donationē perfectā modus inducit̄, cū ſit moderatio adiecta diſpōni perfectæ,nec poteſt ſignare ꝯdōnem cū prius ipſa debeat adimpleri ut ꝑficiat̄ diſpō: ut per Bar. & oēs in d.§. Termilius.& in d.l.j.de condit. & demonſtr.
32 ¶Minus † quoq; obſt.l.ea conditione.de reſcin. uen.q̄ñ ibi eſt dictio ut,modi demonſtratiua. Item præſupponit perfectam eſſe uenditionem ibi, ergo impoſsibile eſt quod ſit conditio, cum ipſa ſuſpendat ſubſtantiam diſpoſitionis:ad not.in d.l.j.de cond.& demo. ꝙ autem ibi erat diſpoſitio ante impletam conditionem probatur ex
33 uerbis rubricæ, ex quibus legum † intellectus colliguntur.l.imperatores.de in diem addi.per docto. in rubric.ſi cert.peta.ſed in rub.illius tit.dicitur de reſcin. uendit. ergo præſupponit ualere:nam quod nullum eſt reſcindi nō poteſt.l.nam & ſi ſub conditione.§. poſt defectum.de iniuſt.rupt.& irri.teſta.& priuatio præſupponit habitum.l. decem.de uerbo.obliga..

¶Præterea præſuppoſita ualidiate uenditionis, dubitat
34 text.an modus†cōtineat cām finalē, & tunc poſsit reſcindi.l.cum te de pact.inter emptio.& uendi.aut non ſignat cauſam finalem,& tunc non poteſt reſcindi,ſed agitur ad intereſſe,ratio quia ſolueret tributa in uenditione, quod modicum uidetur:ea propter hic lex non præſumit uendentem habuiſſe pro cauſa finali, ſed potius pretium:qp
35 pe † a maiori modo res iudicatur.per Bar.in l.Ariſto.de donat. igitur lex ſatis ſibi eſſe conſultum putat ſi ad intereſſe agat, & hic eſt intellectus illius legis, quod præſuppoſitis ualida diſpoſitione, & modo, dubium erat quod modus eſſet finalis,ucl impulſiuus.ad. l. quoniam.
36 † de rer.permut.dicas loqui in contractibus innominatis, qui ſui natura ſub modo celebrantur. l. naturalis.
37 † & toto titu.de præſcrip. uerb. & ſi aliquando ſub con-
38 ditione fiat,& cum uerba, ſecundum † naturam actus intelligantur etiam cum impropriatione l.inſulam. de præſcri.uerb.l. ſi olei.loca.merito ex natura actus ſignāt modum,& ita ſentit ibi Sali.

¶Præterea adeſt dictio ut,modi demōſtratiua,ſed natura inſtitutionis nō eſt,ut magis ſub mō q̄ ſub ꝯdōne cele
39 bret,ergo nihil ad hunc caſum.ad.l.cū † res. de dona. ex ſuperiorib.deductis apparet reſponſum, cū ibi aderat dictio ut,& cōtractus innominatus oriebat̄ ex illis uerbis, dono ut ſoluas creditorib.habita relatione donatiōis ad

paſtum:iuxta tradita in l.iuriſgentium.§. quinimmo.de
40 pact.& natura illius † contractus eſt, ut ſit modalis, igi-
tur modus ibi introducitur.
¶Præterea neceſſario donationis perfectio debebat præ-
cedere, cũ erat facta ut ipſe creditorib. ſoluere poſsit: at
41 quãdo implementũ prouenit ex diſpõne pręcedẽti, †ſcm
per inducitur modus:per no.in d.§.Termilius.& rõ, quia
modus eſt moderatio diſpoſitionis,conditio uero ſuſpen
ſio:igitur impoſsibile eſt ut ſit conditio. & ita etiam loq
tur Alex.in d.conſil.102.uol.1. quando diſpoſitio eſt per
42 fecta:ut ipſemet dicit in 2.col.& l.nihil.† de coniun. cum
eman.liber non facit ad propoſitum, nec conditionem,
nec modum ſignificare poſſunt illa uerba,prout in tit. de
condi.& demonſt.capiuntur,& de quibus agitur, ſed ca-
pitur alijs modis,ut apud Ciceronem,O miſeram condi-
43 tionem,nec †.l.ſocietatem. pro ſocio.obſtat, cum ibi di-
ctio ut,adſit.
¶Præterea ibi eſt pura ſocietas,& diſpõ,ſed circa quali-
tatẽ partium fuit adiecta moderatio arbitrio Neruę, iõ
cũ ſit moderatio rei perfectæ quæ ſine partium expreſ-
ſione ualebat.l.ſi non fuerit.eo.tit.non põt eſſe conditio,
ſed tm̃ modus per ea quæ diximus, & ex his apertiſsime
cõſtat omnes leges in contrarium adductas ſpecialem &
neceſſariam rationem habere, propter quam a proprieta
te uerbi ſub conditione recedit:& ita non contrariari ca-
ſui noſtro,in quo nulla ratio,nec uerbum ſuadent ut a ꝓ
prietate uerbi recedamus, immo ultra uerbi proprietatẽ
quam plures præſumptiones concurrunt,quapropter pu
to partes dominorum iudicantium fore in pronunciãdo
pro hac parte,cum habemus uerborum proprietatẽ Ale-
xan.ac aliorũ authoritatem iuris pręſumptiones, & nihil
ſit in contrarium quod urgeat ſi recte omnia conſideren
44 tur,& cum ſit opinio † per quam dicta ſcribentium ac lẽ
ges ſimul concordentur,quæ opinio ſemper a iudicanti-
bus tenenda eſt:ut per Sali.in l.filiæ cuius. famil.ercif.
¶Cum igitur conditio eſt ſequitur conſequentia neceſſa
ria,quod ſi domina Blancha eam non adimpleuerit ſpeci
fice,& illam ſe adimpleuiſſe non probauerit, ꝙ nunquã
fuit hæres,& omnes fructus quos percepit uti contra te-
ſtantis uoluntatem perceptos reſtituere debet,per ea quę
diximus in præſuppoſitis,ſed non probauit adimpleuiſ-
ſe conditionem,nec probare poteſt cum non adimpleue-
rit.ergo omnino hæreditate & fructibus priuari debet.
¶Quod autem non adimpleuerit probat: nam cum iſta
conditio conſiſtat in facto,& cum reſpicit unionem futu
rorũ, quæ poteſt ſe habere uſq; ad ultimum uitæ exitum
45 non poteſt adimpleri, niſi per cautionẽ † Mutianam, ut
probatum eſt in p̃ſuppoſitis,ſed hæres iſtã cautionẽ tene
tur offerre cohæredi pure inſtituto,& ſi ab eo non petat:
ſm Bal.Pau.de Caſt.Soci.& alios in d.l.mutianæ. de con-
di.& demon.& probatur ibi denunciare poſſe,& debet eſ
ſe cum fideiuſſore,& non ſufficit uerbalis oblatio, ſed rea
lis requirit:ut per doc.in d.l. mutianæ. & per Alex. in d.
conſi.102.uol.1. ſed. d. Blancha præſupponitur nunquã
obtuliſſe cautionem quoquomõ,quæ cum facti eſt non p̃
ſumitur,iurib. uulgatib.ergo nunquã fuit hæres, & fru-
ctus perceptos ut iniuſte habitos tenetur reſtituere. Itẽ
dico quod etiam quo ad præſentia non adimpleuit; quia
non uniuit bona prout teſtator requirebat:nam nihil de
nouo egit,ſed continuauit adminiſtrãdo ſimul,prout ui-
debatur requirere teſtator in conditione de uniendo ap-
poſita:nam ſi aliud non uoluiſſet quam ꝙ continuaret in
bonis ſimul prout erat, non requiſiuiſſet unionem fieri,
ſed dixiſſet debere eam perſeuerare, & uerba non debent
46 † eſſe ſine miniſterio:ut in l.j.ꝙ met. cauſa. in c. ſi papa.
de priuileg. cum ſimi. & caſu quo ita uelis intelligere de
perſeuerantia in unione cępta,ꝙ tamen non admitto, di-
co ꝙ tunc habet in ſe negatiuam implicitam, ut non di-
ſcedat ab unione,ſicut illa conditio ut maneat cum filijs
47 & eo † caſu habet locum cautio Mutiana, ẽt reſpectu bo
norum p̃ſentium.l.pater.§.Socius.de condi. & demonſt.
& ibi no.oẽs p Bar.& alios in d.l.mutianę. ſed nõ p̃ſtitit
iſtã cautionẽ,ergo &c. ¶Præterea cũ requiſiuit unionem
48 fieri per modum ↄdõnis nõ põt † dici facto ipſo fuiſſe
impleta,cum ↄdõ ꝓprie debet adimpleri,nec ſufficit ad-
impleri per æquipollens:ut in d.l. qui hæredi.de condit.
& demonſt.& immo hoc caſu non uidetur ſufficienter ad
impleta,cum non in forma ſpecifica,ſed tacite & præſum
ptiue,& tantum non operarẽtur facta ſicut uerba, maxi-
me cum illa facta adhuc non inducant unionem,& com-
49 munionem † iuris cenſura, cum adhuc non ſit lapſum de
cennium,quod requiritur ad inducendam tacitam com-
munionem:ad no.per doc.in l.Titium aut Mæuium.§.al-
tero.de admi.tuto.per mod.in l.j.C.qui teſta. facere poſ.
immo requiruntur.30.anni,ſm Pet.de Anc. in conſ. 148.
& in conſi.303.& Dec. in conſi.21. col. 2.ergo fortius ad
unionem, quæ continet quid maius:ad nota. in dicta.l.j.
de metrop.& alijs ſupra allegatis,uel ſaltem tantundem.
¶Præterea ſi intelligitur de unione ſimpliciter proprie,
& in potiori ſignificatu, & ſic etiam ratione dominij, ut
ſupra dictum eſt in præſuppoſitis nunquam apparet do-
50 minia fuiſſe unita,nec † collectio fructuum, arguit illud
cum ſint tantum reſpectu fructuum,& actus,ac facta non
51 arguunt mentem, niſi quatenus † neceſſario inferunt. l.j.
§.hoc interdicto.de itine.actuq; priua.l.j.& 2. C. de neg.
geſt.l.tutores.qui poſt.de admini.tuto. Bart.in d.§.alte-
ro.Item potuerunt eſſe iure familiaritatis,prout praſumi-
52 tur inter matrem & filium. l. iure familiaritatis. † de ac-
quir.poſſeſ.ubi Pau.de Caſt. determinat ꝙ ſi unus frater
ad quem ſpectat dominium caſtri, permittat alios longo
tempore ſe in eo gerere pro dominis, per hoc non uidet
iuri ſibi ex teſtamento competenti renũciaſſe, ſed potius
iure familiaritatis permiſiſſe.alleg.Inn.in c.bonę. de po-
ſtu.prala.& latius ibi per moder.& ita unio neceſſario nõ
probatur,nec probari poteſt per illos actus, & apparet re-
ſponſum ad illud quod uideatur tacite remiſiſſe cautio-
53 nem, uel conditionis implementum, quod † quis non
habetur pro conſentiente ad ſui damnum,maxime quan
do actus qui fiunt tacite diſponant,& non neceſſario: ut
dixi in l.quæ dotis.
¶Et licet ex his apparet quod non uniuit, nec præſtitit
cautionem, ſaltem prout tenebatur, ita ꝙ debet priuari
hęreditate, tamẽ ut clarius appareat de apertiſsimo iure
filij hæredis inſtituti cui unire debebat, dico quod nõ ſo
lum hæc mulier non uniuit, ſed ſeparauit ac ſegregauit
bona ſua a bonis mariti ſuperioribus diebus, donando
54 omnia bona ſua, & cum pacto conſtituti † poſſeſsionem
in alium transferendo:ad nota.in l.quod meo. de acqui.
poſſeſ. ſi igitur dominium & poſſeſsionem alteri tradi-
dit, ergo ſaltem quo ad dominium & poſſeſsionem non
uniuit,immo aperte ſeparauit, & uerbum unire ut ꝓprie
ac ſimpliciter intelligatur,cõprehendit hæc omnia:ut ſu
pra dictũ eſt: ex quib.apparet ꝙ illud qđ fuit dictum, de
proprietario qui poteſt alienare reſeruato uſufructu nõ
facit ad propoſitum,cum ipſe tenetur habere unitam ꝓ-
prietatẽ cum uſufructu,ut tenetur hic iſta mulier, & ſuf-
ficit ꝙ uſufructuarius habeat ſuum uſumfructũ, de alijs
concernentibus proprietatem nihil ad ipſum.
¶Præterea cum hæc mulier intra trimeſtre a morte de-
functi dedit dicto filio quatuor mille librarum turonen-
ſium cum fideiuſſore,ut præſuppoſitum eſt, ergo apertiſ-
ſime conſtat ꝙ non uniuit,ſed ut propria illa dedit, cum
55 natura mutui id ſignat: nam requiritur † ꝙ dominus ſit
mutuãs; & dominium in totum transferat in recipientẽ,
& recipiens teneatur eueniente tempore reſtitutionis, re
ſtituere tantundem proprium ipſius, & inſolidum in re-
cipientem transferre dominium.l.ij.§.appellata.& §.cre
ditum.& in l.cum quid. & toto titu.ſi cert. peta. ergo ex-
preſſe ſegregauit bona ſua a bonis mariti:& ita uti con-
traueniens expreſſe, & neceſſario uoluntati defuncti pri-
uari debet hæreditate, nec amplius ſuper hoc laboran-
dum puto, cum id clariſsime conſtat.
¶Non omittã tñ ꝙ dato ſine p̃iudicio ueritatis hic mo-
dum adfuiſſe,nihilominus cum non ſolum non præſtitit
56 cautionem nec † uniuit, ſed ſegregauit & ſeparauit bo
na,ut ſupra dictũ eſt,propter modũ nõ obſeruatũ, immo
ↄuentionẽ dico priuãdã eſſe,cũ pp non obſeruatũ modũ
hr̃s & legatarius omni cõmodo priuandus eſt.l.ſi hr̃s de
condic.

condic.ob cau.l.libertos. §. Lucius. de auro & argen. le-
ga.per Bar. & omnes in d.§. Termilius. & in l.j.& 2.C.de
his quæ ſub mod.per Alex.in d.conſi.102.uol.1.& p Cor.
57 in conſil.211.Quoniam.uol.1.& maxime † quando con-
tinet cauſam finalem, quod eſt quando reſpicit fauorem
alterius,ut puta cohæredis, prout eſt hic:ſecundum Bar.
Pau. & omnes in dicta. l. ij. §.fin.de dona. & in l.Titio.in
prin.de condi.& demon.

¶Et per hæc, adducta in contrarium ſunt ſublata, quia
loquuntur quando non eſt expreſſum uerbum conditio,
uel in caſu quo non eſt expreſſum, ſed per alia neceſſario
probatur modus.

¶Præterea eſto quod ſit modus cũ contrauenit ipſi,pri-
uanda eſt,debet intelligi de unione propria, & ſimplici-
ter ac in potiori ſignificatu, & licèt impediatur dominij
ſegregatio in uita,non tamen in morte,cum non excedat
58 eius uitam: argu.l.j.pro ſoc. nec per ſubſtitutum † exp̃ſ-
ſe eſt grauata in bonis ſuis, ſed grauamen eſt impoſitum
in bonis teſtatoris, & ita etiam in dubio interpretatur:
ad nota.in l.ab eo.C.de fideicommiſ.in l.ex facto.ad Tre
bel. & maxime hic ut actus non pereat. l. quoties. de reb.
dub.& ne ſit contra bonos mores, & ita non impedit li-
beram teſtandi factionem, nec eſt ſatisfactum unioni,
per commiſtionem fructuum, immo in nihilo eſt inducta
cum longum tempus adhuc non eſt lapſum, nec uidetur
hæres remiſiſſe non petendo, & ut dictum eſt ſupra mo-
rando, cum fuiſſet ille conſenſus contra ſuam utilitatẽ:
quo caſu.l.qui patitur, non procedit, & per alia de qui
59 bus ſupra,quæ non repeto.ad authen.hoc † amplius. C.
de fideicommiſſ.dicas loqui in diſpoſitione pura, nos in
conditionali,uel modali: & ita ibi ius hæredis eſt magis
firmum quam hic,ideo difficilius tollitur.

¶Præterea cum diſpoſitio hic ſit arctata à teſtatore, ibi
priuatio a lege.merito mitius cum hærede agitur, cum
mitium agitur cum lege,quàm cum homine.

Laus Deo. Valentiæ.

¶Ita reſpondebat Hiero.Gratus.

.SVMMARIVM.

1 *Milites noſtri temporis in codillis directo ſubſtituere non poſ-
ſunt.*
2 *Miles in dubio utitur iure communi.*
3 *Verbum,deuenire,eſt commune.*
4 *Fideicommiſſum iniunctum ſub duabus conditionibus non habet
effectum,niſi utraq; conditio fuerit adimpleta.*
5 *Ablatiuus abſolutus neceſſario non importat conditionem.*
6 *Conditio in dubio non præſumitur.*
7 *Dictio, cum, principaliter denotat tempus, ſecundo conditio-
nem.*
8 *Fideicommiſſum iniunctum, filijs decedentibus habet etiam locũ
ſi non naſcantur.*
9 *Conditio ſi efficiatur presbyter, uerificatur in moriente ſine li
beris.*
10 *Teſtator excludens proprias filias & neptes propter maſculos
cenſetur habuiſſe reſpectum ad agnationem conſeruandam.*
11 *De conditione uoluntaria iudicatur ſicut de neceſſaria.*
12 *Hæres pupilli mortui in pupillari ætate non poteſt detrahere le-
gitimam in bonis grauatis onere fideicommiſſi.*
13 *Fideicommiſſum in dubio iudicatur iniunctum ei cui magis uer-
ba conueniunt.*
14 *Trebellianica an poſſit detrahi,per grauatum reſtituere pleno iu
re,difficultas eſt inter doctores.*
15 *Trebellianica per eum detrahi non poteſt, qui ſuit grauа-
tus reſtituere omnimodam & integram hæreditatem pleno
iure.*
16 *Statutum excludens ſorores non excludit eas matre exiſtente.*
17 *Fratris appellatione non uenit frater patruelis, quando tracta-
tur de excluſione perſonæ quæ eſt in anteriori gradu.*
18 *Prælegatum factum filiæ in teſtamento non poteſt tolli per co-
dicillos.*
19 *Subſtitutio facta in teſtamento non poteſt adimi in codicillis etiã
per fideicommiſſum.*

RESPONSVM CIII.

¶An conditio ſi deceſſerit ſine filijs, uerificetur ſi non na-
ſcantur, & quod hæres pupilli in dubio uidetur graua-
tus, & an ſtatutum loquens de fratre uerificetur in fra-
tre patrueli, & an legatum factum in teſtamento in codi-
cillis poſsit reuocari, & ſubſtitutio facta a milite in du-
bio qualis iudicetur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſo te
ſtamento comitis Romei,ac ſtatutis loci, nec-
non eleganti conſilio honorandi fratris dom.
Ioann. Baptiſtę Ferrei Vtriuſque Iuris docto
ris olim diſcipuli mei acutiſsimi, eius partes amplecten
do paucis agam.

¶Et circa primum dubium, dico ꝙ eſt fideicommiſſario
quia & milites noſtri temporis poſſent directo ſubſtitue
1 re in codicillis,quod † tamen eſt falſum, ut latè per Bolo
gni.in addit.Guido.de Suzaria,in trac.de mili.& per om
nes:& præſertim Galiaulam in l.centurio.de uulga. tamẽ
2 dico ꝙ in dubio † utuntur iure cõmuni. l. quanquam.de
mili.teſta.& ibi Alex.& omnes:& per omnes in l. in teſta
mento.eo.tit.ergo ita debet intelligi noſtra ſubſtitutio,
3 & præſertim quia eſt facta per uerbum † communem de-
uenire:iuxta no.per omnes in l.precibus.C.de impube.&
alijs ſubſtitu.etiam in d.l.centurio.de uulg.& pup.

¶Circa ſecundum dubium,quo dubitatur an cum uideã
tur in teſtamento duæ conditiones requiſitæ, ut ſit locus
fideicõmiſſo:prima deſinentia maſculorum:ſecunda de-
ſinentia fœminarũ,& non exiſtant fœminæ, ſit locus fi-
4 deicõmiſſo,& uidebatur dicendũ ꝙ non,quia † utraq; cõ
ditio non fuit adimpleta,prout requirebatur. l. ſi hæredi
plures.de condit.inſtit. & ita conſuluit Roma. in conſil.
131.Prima dubitãtio.& in conſi.138. Noua ſuperuenit.&
Ioan.de Ana.in conſi.66.Viſis his.colu. 3.& in terminis
de exiſtentia filiorũ.Dec.in conſi.89.col. 2.cum ſeq.

¶Tamen determino ɔ̃rium, & præſuppono ꝙ ille abla-
5 tiuus abſolutus remanent bus filiabus non importat ne-
ceſſario conditionẽ:ut no.Bal.in l.j.C.quando non petẽ.
part.& Iaſ.in l.ab emptione.de pac.& in l.qui fidẽ. de trã
6 ſac.& in rub.ſolu.matri.& in dubio † non præſumitur cõ-
ditio.per Pau.de Ca.in l.quæro.§.inter locatorem.loca.
etiam ſi fuerit dictum ea conditione,Bar.in l.quib. dieb.
§.Termilius. de condit. & demon. Dec. in l. cõmota. nu.
6.de tranſac.etiam ſi actus non ualeret.Alex.in l. ꝙ meo.
§.ſi a furioſo.in 4.notab.de acqr.poſſ. de quorum dictis
dixi quid ſententiam alibi,& in propoſito noſtro ſufficit
in dubio non præſumi,& neceſſario non inferri ex ablati
uo abſoluto, cũ ex alijs uerbis poſitis in diſpõne colligiĩ
non adeſſe ɔdõnem. ¶Secundo dato ꝙ ſit ɔdõ, illa refer-
tur ad ſubſtitutionẽ factam de filiab.in uſufructu quouſ-
que fuerint nuptę,& ſic fuit conſideratũ illo reſpectu: ut
uoluit Corn.in conſil.206.Opportunũ.in 2.col. uol.3.&
illa uerba & poſtq̃ &c.licèt denotent ɔdõnem, principali
ter tamen denotant tempus: ſecundo conditionem ſicut
7 dr̃ de dictione † cũ, ut per Bar.in l.j.de condi.& demon.

¶Tertio dico dato quod adſit cõditio,& uera non ſit ad-
impleta, quia non ſunt natę filiæ, nihilominus habet lo-
8 cum ſubſtitutio,cum conditio † ſi decedat, habet locum,
& ſi non naſcatur, & fideicommiſſum iniunctum filijs de
cedentibus: ut per Soci.in conſi.52.uol.1.& per Soc. in l.
j.in 14. colum. de uulg. & pupil. & ibi Roma. & per Ale-
xand.in l.mulier.in princip.ad Trebel.& Alexan. in conſi.
100.uol.4.& in conſi.130.Attentis uerbis. uol. 2.ubi con
9 ditio † ſi efficiatur presbyter uerificatur in moriente ſine
liberis, quia militat eadem uoluntas, ita in caſu noſtro:
nam ſi exiſtentibus filiabus uoluit admitti fratrem,ac ne
potes maſculos,quanto fortius illis nõ exiſtentib. & hoc
præſertim debet eſſe in caſu noſtro, ubi teſtór uideĩ ha-
10 buiſſe † reſpectum ad conſeruandam agnationem,& hoc
colligitur propter uerbũ maſculos,& per lineam maſculi
nam. Item quia excludit proprias filias, & neptes ꝓpter
maſculos.l.j.de uentre inſpi.& ita qñ ultimo loco ſubſti-
tuit maſculos excluſis fœminis,ꝙ ɔditio de natis uerifice

 tur in

tur in non natis,cum militat eadem ratio,& teſtator habuit potius reſpectum ad effectum quàm ad modum propter rönem & mentem:uoluit Dec.in conſi.227.per totũ. & in iſtis terminis non loquuntur conſilia in contrariũ adducta,ſ.quando maſculos conſiderauit & fœminas excluſit ut hic:quo caſu potius effectũ q̃ modum uidetur ꝯſiderare,unde fit extenſio ad alium caſum, ſ. quo non naſcant,& ſatis dicit adimpletus ꝯcurſus copulę,& de † cõditione uoluntaria iudicatur, ſicut neceſſaria:ut per Soc. in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.in ulti.no.de liber.& poſthu.& Dec.in conſi.de quo ſupra,qđ admitto in hoc caſu cõcurrentib.ſupra dictis:maxime quia non eſt expreſſa conditio,nec principaliter ſignatur conditio ſed tempus.

11

12 ¶Quo ad tertium dubium, dico ꝙ non poteſt † detrahi legitima,quia ex quo deceſsit in pupillari ætate uidet eſſe iniunctũ fideicommiſſum hæredi pupilli,non autem filio,& per ꝯñs in legitima potuit grauari, quia non grauatur filius ſed eius hæres,cui non debetur legitima, & ita eſt cõis opinio:ut per Iaſ. qui alios refert in l. cohæredi. §.cum filiæ.de uulg.& pupil.qui ita atteſtantur,licèt cõtrarium tenuerit Bar.in l.Centurio.de uulg. & pupil. ubi dixit in tertio membro principali.& Corn.in conſil. 152. col.fi.lib.2.ſed nõ aggredior hanc difficultatem, cum habeo opi.Alex.&Iaſ.qui dicunt cõem,& ſecundũ quã aliàs ſcripſi pro firma,qñ adſunt aliqua uerba,quæ ſignant totam hæreditatẽ reſtituendã eſſe, ſed hic adeſt uerbum pleno iure,& ẽt oĩa bona &c.ſecundũ caſum propoſitũ, ergo abſq; dubio procedit, & rõ eſt † quia fideicõmiſſum in dubio iudicat̃ iniunctũ ei a quo uerba magis ꝯueniũt & ſaluent̃:ad no.in l.non aliter.de leg.3. & quia nullũ maius teſtimoniũ mentis nr̃æ eſt,q̃ uerborũ ſonus.l. Labeo. de ſuppllec.lega. cũ ꝯcord. uulg. & ſic propter hæc uerba non ſumus ſimpliciter in dubio, ita ꝙ hic caſus procedit abſq; cõflictu doctorũ:de quo in d.l.Centurio. & ulterius dico ꝓp illa uerba Trebellianicam non poſſe detrahi: nã licèt ſit † difficultas,qñ ſimpliciter eſt prolatum uerbum pleno iure:quia Pau.de Caſt.in auth.ſed cum teſtator. ad legẽ Falcid.uoluit non intelligi prohibitam Trebellianicã.idẽ Roma.conſil.75.& conſil.89.Feli.in c.auditis. colum.3.de præſcrip.tñ qñ alia uerba adſunt, quæ ſignant omnia bona,illud puto admitti poſſe, ut intelligatur ꝓhibita Trebellianica:ut per Imo.Alexã. & alios cõiter in d.l.Centurio.in 3. membro princip. de uulga. & pupil.& Alex.in conſi.5.colum.3.lib.3.Bertrand.conſi.241. Viſo. libro. 3. & licèt hic caſus uideatur habere difficultatẽ cũ multi teneant contrarium:multi quoq; atteſtantur hanc contrariam partem eſſe cõem:ut Benedictus Capra.cõſi. 83. Punctus. & idem dicit idem Bertran. ſibi contrarius conſil. 158.Si honor. in ultimo dubio. lib. 3. & idem dicit eſſe communem Crotus in l. nemo poteſt. colum. 13. de legat.1.ita quod docto.non ſolum ſunt adinuicem altercantes, ſed unuſquiſq; dicit partem ſuam communẽ. in quo igitur dico primam opinio.Alex.& communẽ appellatam,procedere † abſq; difficultate in hoc caſu, cum ꝓſupponatur non ſolum adeſſe illa uerba omnia, & integram,ſed pleno iure:quæ uerba cum ſunt triplicata & geminata, hoc debent poſſe operari ne ſint ſuperflua:quõ caſu operantur ut illud includat̃, ꝙ aliàs non includeretur.Bar.in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis cautionib. Bal.in c.1. §. præterea. de lege Corradi. in uſibus feudo. Iaſ.in l.qui Romę.§.duo fratres.de uerb.oblig. num. 29. & ad hunc caſum non aduerſantur alij, quia non loquuntur quando adeſſent uerba ita geminata.ſed quando unũ tantum de illis uerbis adeſſet, ut uerbum pleno iure. ita Benedictus Capra in d.conſi. 83. & ſi omnes recte conſiderent̃ apparebit maiorem partem illorum non loqui in his terminis:& in hoc caſu non inſiſto, cũ ſit caſus ſeparatus ab illis,ac etiã quia opinio Alex. mihi uiſa eſt uerior accedentibus maxime nonnullis modificationibus & declarationibus: quas conſiderare ſoleo.

13

14

15

¶Circa quartum dubium dico illud ſuperfluum, ſi nihil uenit ad detrahendum a uenientib.ab inteſtato,ergo fruſtra dubitatur,an ſtatuta impediant matrẽ & ſorores ſuccedere ab inteſtato, tamen ut ſatisfaciam omnib.dico ꝙ

16 mater non † admittitur, quia concurrit cum ſororib. & eſt caſus omiſſus a ſtatuto:ut uoluit conſilium Peruſinũ: qđ ponitur per Ang.in conſ.210.adde Cor.in conſi. 191. Videtur.col.fin.uol.4.& in conſil.161.col.8.uol.4.& in ꝯſil.266.Conſtat matrem.colum. penul. uolu.4. & Soci.in conſil.38.uolum.4.Circa primum. colum. 5. cum ſimi.& quia etiam loquitur in coniunctis a linea materna,& hic ſumus in utrinq; coniunctis.

¶Non obſtat ſtatutum quod mulier dotata non ſuccedat,quia non loquitur in fratre patrueli exiſtente:nam & ſi per appellatione fratris ueniat patruelis, etiam in ſta-

17 tutis:ut per Roma.in l.j.de ſucceſſ.† edicto. tamen quando tractatur de excluſione perſonæ quæ eſt in anteriori gradu non uenit:ut hic, ſecus in inferiori, quia tunc uenit.ita Alexand.in conſi.89.Circa primum.col. 4. uol.6. & ita ſæpius conſuluit,& hoc præſertim debet eſſe in hoc ſtatuto in quo dicitur exiſtente fratre ipſius fratris conſanguineo:pondera pronomen ipſius,quod eſt taxatiuũ, & excluſiuum perſonarum: ut not.in §. fuerat.inſtitu. de actionib.in gloſ.in uerbo, ipſius. & non fuit poſitum niſi ad excluſionem fratris patruelis.

¶Teneo tamen partes filiarum, & hac ratione quia fuerunt ſubſtitutę in teſtamento,quæ ſubſtitutio fuit reuocata in codicillis, ſed per codicillos non potuit reuocari

18 ſubſtitutio facta de filijs,immo ꝙ plus eſt ꝑlegatũ† factũ filiæ in teſtõ non põt tolli per codicillos, & hoc habet locum etiam ſi filia excluſa a ſtatuto fuiſſet ſubſtituta, uel ei fuiſſet prælegatũ:ita Roma.in conſi.179.in 8. colum.& per totum.ampliſsime doctor. ſequit̃ Iaſ.in auth. hoc inter liberos.C.de teſt.in 1.col. & pro iſta opinione conſuluit Corn.in conſi. 206.Opportunum. in 2. col.uol. 3. & adduco dictum Salic.in l.non codillum.C.de codicil.ubi

19 dicit quod † cõſuluit, ꝙ ſubſtitutio facta in teſtamẽto non potuit adimi in codicillis ẽt per fideicommiſſum, & licèt uideatur loqui fauore cauſæ piæ, multo fortius dẽt eſſe fauore filiorũ,quoniam lex eis magis fauet q̃ pio loco:ut no.in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan.eccle.& in c.in præſentia.de proba. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſignat cauſam finalem.*

2 *Argumentum a ceſſante cauſa, eſt infallibile.*

3 *Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis ſemper habet locum quando ſumitur à cauſa finali.*

4 *Dictio tunc, facit quod diſpoſitio reſtringitur ad caſum expreſſum tantum, & remouet alium caſum qui de iure communi cõprehendebatur.*

5 *Reſeruatio bonorum, uidetur continere pactum de futura ſucceſſione, & habere in ſe uotum captandæ mortis.*

6 *Reſeruatio bonorum ualet, quando ad caſum licitum referri poteſt.*

7 *Pactum de futura ſucceſſione ualet quando eſt generale.*

8 *Item quando eſt conſeruatiuum iuris quod quis erat habiturus ex legis diſpoſitione, & declaratiuum, non autem diſpoſitiuum.*

9 *Empta per filium ex propria pecunia ſunt ipſius filij, nec fratribus conferri debent.*

10 *Acquiſita per filium induſtrioſum, præſumuntur ex ipſius induſtria acquiſita.*

11 *Frater non tenetur acquiſita per ipſum fratribus conferre, niſi probauerint fuiſſe acquiſita de bonis patris.*

12 *Filius qui ſemel teſtamentum patris approbauit amplius contrauenire non poteſt.*

13 *Verba geminata & prægnantia faciunt includi in diſpoſitione id quod aliàs non includeretur.*

14 *Teſtator non poteſt facere, quod filius aduentitia conferre teneatur.*

15 *Verba quantuncunq; geminata, & prægnantia ac generalia, nũquam referuntur ad illud quod non eſt licitum proferenti.*

16 *Teſtator præſumitur ſe uelle confirmare cum iure communi.*

17 *Verba quantumcunque generalia nunquam referuntur ad illud quod*

quod non eſt ueriſimile.
18 *Interpretatio debet fieri ut exceptio ſit de regula.*
19 *Mandatum ſpeciale requiritur ad præſtandum iuramentum.*
20 *Mandatum a conſuetudine & ſtylo,recipit interpretationem.*
21 *Conſuetudo operatur ut mandatum generale,id comprehendat, quod requirebat ſpeciale.*
22 *Satuta ſunt facti.*

RESPONSVM CIIII.

¶An argumentum a contrario ſenſu habeat locum in contractibus,& quando ualeat reſeruatio bonorum:& an lucra facta a filio de propria induſtria debeãt fratribus cõmunicari: & an conſuetudo operari poſsit ut in generali mandato ueniat iuramentum.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Primam difficultatem breuibus abſoluo,& præſuppono quod per argumentum a contrario ſenſu diſponatur per exiſtentiam filiorum non deberi patri uſumfructum:per tex.in l. inter ſocerum.§.cũ inter.de pac.dotal. ubi in caſu econtrario ſumitur, ſcilicet cum pactum fuit in caſu non exiſtentiæ: ſequitur qđ in caſu exiſtentiæ dos non debet reſtitui, ita hic: & pondero textum, dum dicit id actum inter contrahentes &c. & ſic caſus contrarius dicitur a contrahentibus agi, & in diſpoſitione deduci, adeo quod caſus contrarius non dicitur omiſſus,& per illud argumentum a contrario ſenſu multa deciduntur in contractibus:ut per doct.in l.j. de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.& per Alexand. in conſil. 129.puto.lib.2.per Roma.in conſil.399. Vt præſens.uerſic.3.per Alex.in conſi.131.colum.2. uol.2. In cauſa & in conſil.29.Ponderatis.uol.6.col.2.cum infinitis ſimilibus in quibus apparet decidi caſus noſter:& maxime quia il
1 la uerba ſine liberis ſunt poſita ſub conditione † quæ ſi-
2 gnant cauſam finalem.Bar.in l.ij.de dona, & † argumentum a ceſſante cauſa eſt infallibile:ut per Bal.in l.generaliter.C.de epiſ.& cleri. & plene in c.cũ ceſſante.de appel. & idõ licet alias in ſtatutis non habeat locum argumentũ
3 a contrario ſenſu, cũ ſit ex interpretatione: † tamen cũ a cauſa finali ſumat ſemper habet locũ:ut no. Bal. in conſi. 190.Primo ſtatuto.uerſi.credo.lib.2.Bal.in conſ.143.pactus.q.co.li. qđ probaẽ:nam cũ uenit ex ratione dr̃ ex uerbis uenire.l.nominis & rei.§.uerbum ex legib.de uerb.ſignifi.cũ ſimil.& ſic perinde eſt ac ſi fuiſſet expreſſum: ꝙ in caſu exiſtentiæ filiorũ pater non habeat uſumfructũ: ergo &c.accedat quoq; ꝙ in dicto inſtr̃o dr̃ ꝙ tunc nos:
4 pondera ꝙ dicit tunc:q † dictio facit ꝙ diſpoſitũ in caſu expreſſo non habeat locũ in caſu, licet de iure cõi haberet locũ,& ſic reſtringitur ad caſum expreſſum tñ, & remouet aliũ caſum qui de iure cõi cõprehẽdebat:ſm Petr. de Anch.in conſi.357.col.3.uerſic.3.incip. Iſte magiſter. Roma.in conſi.121.Prima dubitatio & per Dec.in conſi. 89.colum. 3. & 4.ergo iſti contrahentes ſe reſtrinxerunt ad caſum in quo nõ exiſtant filij, ut habeat maritus uſum fructum,ita ꝙ omnes alij caſus ſunt excluſi, & in eis non debet habere,& ſi alias de iure communi habuiſſet: cum illa dictio ſit excluſiua caſuum non expreſſorum qa alias ueniebant de iure communi.

¶Corroboratur iſtud ex renunciatione facta de paternis bonis,cum reſeruatione bonorum maternorum citra derogationem iuris ipſius mariti inquantum & quid ſibi priora inſtrumenta concedunt,ſed priora inſtrumẽta nõ concedunt in caſu exiſtentiæ filiorum,ergo &c.

5 ¶Nec obſt. quod iſta † reſeruatio bonorũ maternorum uideaẽ continere pactũ de futura ſucceſsione, & habere in ſe uotum captandæ mortis.l.fi.C.de pact.l.quidam. §. fi.de donat.Pet.de Anch.in conſi.404.Fulgo.conſi.73.Paterfamilias.Soc.conſi.84.Viſa conuentione. lib.ulti. Reſpondetur quod hic fuit generaliter omnium bonorum maternorum,& non dixit quo iure prouenientium,& ſic poſſunt illa uerba referri ad titulum inter uiuos, & in ca-
6 ſu quo mr̃ daret.& ſic licito † idõ debet ualere, & hoc caſu non loquiẽ.l.fi.& facit qđ uult gl.& Bar.& alij, quod ua-
7 let † quando eſt generale ultra limitationes traditas per Iaſ. Claud. & alios modernos poſt doct. quos allegant in d.l. fin. quarum aliquæ ad præſentem caſum accõmodari poſſunt:ut late in uoce dixi:nũc ultra doctores ali-
8 ter conſiderando reſpondetur † quod eſt conſeruatiuum iuris qđ erat habitura ex legis diſpõne præcedentibus cõtractibus, ita ꝙ potius iſta reſeruatio eſt quædam declaratio præcedentis pacti,& contractus, & ſic licet eſſet ſup futura ſucceſsione,tamen non eſt diſpoſitiua ſed declaratiua, & leges contrarium dicentes loquuntur qñ partes diſponunt, & non declarant tñ, prout erat hic,& lex loquens in diſponente non habet locum in declarante:iuxta no.in l.hæredes palã.§.ſed ſi notam.de teſtamen. Itẽ hic uerba legis non conueniunt,ergo nec diſpõ. l. iiij. §. toties. de damno infect. nam loquuntur qñ de hæreditate ſit pactum, hic autem de uſufructu, qui non eſt quota hæreditatis,ergo &c.de cuius ueritate dixi in d.l. fi. ad q̃ me remitto, pronunc occurrunt hę reſponſiones, & cũ maius habuero otium rem latius explicabo.

¶Circa aliud indubitati iuris eſt, p̃ſuppoſito propria in
9 duſtria pecunias lucratũ fuiſſe,† empta ex ipſius pecunijs eſſe propria illius,nec habet conferre cum fratrib. l.cum oportet.C.de bonis quæ liber.cũ materia.l.ut nemini. C. de colla.& ibi per mod.& alios ſcribentes, & facit ꝙ uult gl.in d.l.cum oportet.etiam ibi ſequitur Paul.Bart.& alij
10 doc. ſcilicet quod quando † filius eſt induſtrioſus, præſumitur acquiſiuiſſe ex ſua induſtria & non tenetur ꝯferre,ſed ſunt propria,ſed iſte erat,& eſt induſtrioſus, ergo præſumitur acquiſiuiſſe ex ſua induſtria, & qui petunt cõ
11 municari † habent probare illa bona fuiſſe acquiſita de bonis patris,alias eis hoc non probantibus non teneẽ ꝯferre:ſm gl.in d.l.cum oportet.C.de bonis quæ lib.in fin. ſuæ diſtinctionis,cum qua tranſeunt ibi doct. ſimpliciter approbando gloſſ.

¶Nec obſt. patrem uoluiſſe in eius elogio bona empta p dictum filium eſſe, & intelligi cõicanda inter dictos fratres, & quicquid emptum & factũ eſt, intelligaẽ de commiſſione dicti teſtatoris,& hic filius approbauit teſtamẽ
12 tum, quo † caſu non poteſt amplius ꝯuenire.l.cum a matre.C.de rei.uendi.l.ſi ab eo.de neg.geſt.C.nec poteſt dici non cõprehendi has res emptas de quibus agiẽ, quia
13 dixit quicquid emptũ &c.nã iſta † uerba geminata, & ꝓgnantia faciunt includere illud qđ aliàs non ſolet includi:ut per mod.in c.ſedes. de reſcrip. & in l.etiã. in princ. ſol. ma. & ſi daretur aliquod emptũ qđ non eſſet nomine defuncti,illa uerba redderentur falſa, rñdeẽ illa uerba nõ referri ad iſta bona empta nomine eius, & ex ſua iduſtria acquiſita, quia non erat licitũ teſtatori expreſſe hoc im-
14 perare,nec poterat facere † ꝙ aduenticia deberent cõferri:d.l.ut nemini.& ibi no.C.de collat. cum concord. quo
15 † caſu uerba quantuncunq; geminata.& prægnantia, & gñalia nnnq̃ referunẽ ad illud qđ non eſt licitum ꝓferenti:ſm Bar.Pau.de Caſt. & ſcribentes in l. ſi quis ſub conditione.de condi.inſtit. ergo ad iſta non potuerunt referri.

¶Præterea non eſt ueriſimile uelle ad iſta referri,cum nõ
16 ſit ſecundum leges, & † teſtator præſumitur uelle ſe ꝯformare cũ diſpõne legis:ut per Bar.Alex.& doct.in l.hære
17 des mei.§. cum ita.ad Trebel. ſed † uerba quantuncunq; generalia nunquam referuntur ad ea quæ non ſunt ueriſimilia:ut no.per moder.in l.fi.§. idem quæſijt. de condic. indeb.& in l.ſi de certa.de tranſac.

¶Tertio probaẽ ex uerbis teſtamenti:nam in illa parte teſtamenti abſoluit dictũ filium a reddenda rõne adminiſtrationis de omnibus bonis ipſius teſtatoris,& illud repetit, & bis ponit, ſcilicet bonorũ ipſius teſtõris, & dicit ꝙ uult ſi quid ſupereſt penes dictum filium non teneatur reddere,ſed ſit in arbitrio ſuo,& ponit poſtea exceptionẽ de bonis emptis per dictum filium,quæ uult eſſe cõia, & ĩtelligo empta nomine teſtatoris, ergo ut exceptio ſit de
18 regula ut eſſe † debet.l. nam ꝙ liquide. §.fi. de penu.leg. Bar.in l.in his.de legib. Alex.in l.ſenium.qui teſta. facere poſſ.Roma.in conſi.107.circa id dicendum intelligi debere de emptis ex pecunijs dicti teſtatoris, & non ipſius Caroli aliàs exceptio non eſſet de regula.

¶Nec obſt.quod illa uerba ſunt geminata, & multũ debent operari,& nihil operarentur, quia ſatis operantur, cum in præceden. ſi quid habet reliquit arbitrio ſuo, in qua clauſula etiam immobilia per eum empta đ cõmuni pecunia includebantur, ideo ut non includerentur excipit,& ſtant uniuerſaliter reſpectu illarum rerũ ad quas referuntur,ſcilicet emptarum de communi pecunia.

¶Ad illud nullum præſtitum mandatum fuiſſe ad iuran:
19 dũ ſpeciale,prout † requiritur de iure.l.iuſiurandum.de iureiu.immo dico præſtitum,ut patet in inſtrumẽto mãdati, in quo facit procuratorem ad lites, & compromittendum cum iuramento, & ſic apparet de ſpeciali mãdato,cum clauſula in fine poſita determinet expreſſe omnia præcedentia,& æqualiter debet determinare.l. iã hoc iure.de uul.& pup.l.quamuis.C.de impub. & maxime q̃a
20 † mandata recipiunt interpretationem a conſuetudine & ſtylo.l.uel uniuerſorum.de pign.act.l.fi.C.de fideiuſſo.
21 Bar.& alij in l.j.C.de eden.adeo ꝙ propter † conſuetudinem in generali mandato uenit,ꝙ requirebat ſpeciale:ut eſt caſus in d.l.uel uniuerſorum.& ibi no.ſed conſuetudo ita eſt:ut probatum eſt iuramentum comprehendi in mãdatis,ergo fortius hic cum expreſſe ex uerbis conſtet, & in hoc caſu conſuetudinem recipio, uel etiam ſi uerba nõ eſſent expreſſa,quando illud comprehendere poſſent, ita quod conſuetudo non induceret mandatum ad iurandum, ſed faceret mandatum quod ex ſui generalitate poteſt iuramentum comprehendere,& illud generale mandatum ſufficere loco ſpecialis mandati:nam conſuetudo debet poſſe operari mandatum generale operari poſſe,q̃tum ſpeciale,etiam in caſu quo de iure ſpeciale requireretur, cum id ſit iuri ciuili tantum derogare,cui conſuetudo poteſt.l.de quibus. de legib. §. ex non ſcripto. de iure natu.gentium & ciuil.inſti.cum uulga.

22 ¶ Nec eſt tempus allegandi ſtatutum, cũ† ſit facti, ut dixi,& eſt caſus expreſſus in c.1.de ꝯſti. in 6.& hoc maxime procedit in caſu iſto ubi ſumus coram iudice Bononienſi,apud quem iſta ſunt penitus facti & non iuris, nec plura,niſi quod me totum.M.D.V.trado ac dono.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Facto proprio nemo contrauenire poteſt.*
2 *Dictio iuxta, quando refertur ad illud quod eſt de præterito diſponit limitatiue,prout eſt in eo ad quod ſe refert.*
3 *Paria ſunt aliquid exprimi per ſe, uel per relationem ad aliud.*
4 *Interpretatio ſemper ſumitur ut uerba aliquid operentur.*
5 *Relatio facta ad augmentum non debet operari diminutionem.*
6 *Geminatio multum operatur, & facit quod ueniat in diſpoſitione id quod aliàs non ueniret.*
7 *Cura fratris furioſi ſpectat ad fratrem etiam emancipatum.*
8 *Magiſtratus qui curam furioſi, prout debet decernere, uel confirmare differt,aut denegat,tenetur ad damnum quod interim paſſus fuerit furioſus.*
9 *Cuſtos furioſi non ſolum tenetur ipſum cuſtodire ne ſibiipſi aliquid pernicioſius moliatur,ſed ne alijs quoq; exitio ſit.*
10 *Tutor,& quilibet bonorum alterius adminiſtrator,tenentur ad conficiendum librum rationum,& adminiſtrationis reddere rationem.*

RESPONSVM CV.

¶An is cui teſtator reliquit dimidium lucri quod faceret ĩ aliqua negotiatione,ſi adminiſtratio illius negociationis fuerit tutoribus per ſententiã decreta,debeat cõſequi dimidium lucri quod ipſe feciſſet,ſi fuiſſet negotiatus, & ad quem pertineat cura furioſi.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Caſus hic rarus eſt, nec facti ſpeciem apponam cũ longa ſit,& ex dicendis ſatis colligi poterit, equidem ęgrefero libros reuoluere nõ poſſe propter aduerſam ualetudinem: ut rem ex animo explicarem, uerum ne uacuus redeat nuncius aliqua uti per indicem dicam.Profecto uidetur tutores Marcheſij ſi nihil ſuperlucrati ſunt non teneri hæredibus Petri de Barcha,cũ non entiũ nullæ ſunt qualitates.l.ſi pupillus.de ac quiren.hæredita.cum uulgarib. &c. ſi ergo nullum lucrũ adeſt, ergo dimidia non poteſt conſiderari, nec ad illam teneri. ¶Secundo conſidero quod ille Petrus habebat negotiari,& dimidium lucri conſequi, ſed negotiatus non eſt,& prouenit facto ſuo, quia non dedit fideiuſſores de recte adminiſtrando, ergo ſi nullum lucrum adeſt ſibi imputandum eſt,nec quis conſeqni poteſt de damno, quod culpa ſua prouenit, regula, damnum. de regu. iur. in 6. cum ſimilib.

¶Tertio conſidero quod ſemel eſt approbata perſona tutorũ in adminiſtrando a.d.Petro, qui ratificauit ſeu emologauit ſententiam latam de adminiſtratione tranſferenda in dictos tutores, ergo amplius conqueri non põt de illis,ſed de ſe, cum id quod ſemel placuit amplius diſpli-
1 cere non poteſt: regula, quod ſemel de regu. iur. nemo † enim contra factum proprium uenire poteſt. l. cum quærebatur.l.Paulus.de re iudi.l.j.§.fin.de quæſtio. l. diui fratres.de pęn.l.de contractu.de reſcinden.uendi. & facit text.in §.fin.inſti.pro ſoc. cum concor. de quib.ibi.

¶Maturius conſiderans dico contrarium, & præſuppono quod iſte Petrus erat homo diligens, ita ꝙ ſi ipſe negotiatus fuiſſet, propter eius induſtriam multa ſuperlucratus fuiſſet,quæ ipſi tutores minus induſtrioſi non acquiſiuiſſent ut eſt probatum,& hoc ſatis colligitur ex diſpoſitione teſtatoris qui in mercãtijs erat expertus,& horum naturam uirorum callebat, & tamen elegit Petrum in negotiatorem,& mercatorem ut magis prodeſſet filijs ſuis,quod quidem non fecit, niſi quia uidit illum magis induſtrioſum, & aptum,quàm tutores ad negotiandum & lucrandum. ¶Secundo præſuppono licet per ſententiam fuerit priuatus officio exercendi dictas merces, tamen fuit reſeruata dimidia lucri: ut in dicta ſententia.

¶His ſic præſuppoſitis dico quod debet habere iſte Petrus,ſeu ſui hæredes dimidium lucri quod ipſe ſuperlucratus fuiſſet,ſi negotiatus fuiſſet,non autem debet attendi lucrum, quod ipſi tutores acquiſiuerunt:quod demonſtratur aperte:nam ita erat ex diſpoſitione teſtatoris: ut probatur in dicto teſtamẽto. ſuperuenit poſtea dicta ſententia remouens eum ab officio negotiandi, condemnando tamen dictos tutores & hæredes ad dandum ſibi dimidiam partem lucri iuxta legati tenorem factũ in di-
2 cto teſtamento &c. pondera illa uerba † iuxta &c. q̃ cum referantur ad illud ꝙ eſt de præterito diſponunt limitatiue,prout in eo ad ꝙ ſe referunt:ut per Bart.in uerſic. prout in tit.ad reprimen.per omnes in l.edita.C. de eden. circa fin.in gl.in uerbo,prout.per Alexand.in conſi.3. In cã & lite.lib.2.cum ſimil.ſi ergo uult quod habeat.d.Petrus dimidium lucri iuxta legati tenorem: ut ſic prout in eo legato: ſed ſecundum legatum habebat dimidium lucri conſiderata ſua induſtria: ergo manifeſte apparet ꝙ ſententia uult conſiderare.d.induſtriam Petri: & ſecun-
3 dum eam habeat dimidium lucri, & bene facit † paria eſſe aliquid exprimi per ſe, uel per relationem ad aliud. l. aſſe toto. de hæred. inſtituen. adeo quod ſi per relationem ad aliud exprimatur dicitur nominatim exprimi. Bartol.in l.ſi ita ſcripſero.de conditio. & demon. Alexã. multa allegans in l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamen. facere poſſunt: ergo cum d. ſententia conceſsit Petro dimidium lucri, ſe referendo ad teſtamentum: perinde eſt ac ſi nominatim expreſsiſſet qualitates dicti lucri, prout fuerunt expreſſę in dicto teſtamento, hoc eſt quod haberet lucrum quod Petrus lucratus fuiſſet ſi negotiatus eſſet: & quod ſit de expreſſa mente proferentium ſententiam Petrum habere lucrum eo modo quo habebat ex teſtamento, excepto quod ipſe non adminiſtret: manifeſtiſsime conſtat ex dicta ſententia, ubi ultra uerbum iuxta, & primam declarationem, iterum dicit condemnantes &c.ad aſsignandũ.d. Petro dimidiam partem lucri &c.& ĩ omnib. & ꝑ oĩa, iuxta tenorẽ dicti teſtamẽti:

Pondera

Pŏdera illa uerba in omnib.& per oĩa quæ de ſui proprietate importãt qđ inter duo ſubiecta nulla debeat eſſe differentia,quod iſte Petrus habeat dimidiũ lucri ex ſententia,ſicut ſi haberet ex teſtamento:ergo debet habere ꝓut ipſe lucratus eſſet,& hoc corroboratur:quia ſi ita non intelligantẽ illa uerba redderentur ſuperflua, cũ ſat erat dicere ꝙ habeant dimidiam partẽ lucri : ergo ita debet intel-
4 ligi, cũ † ſumatur ſemper interpretatio ut uerba aliquid operentẽ.l.ſi quãdo de leg.1.in c.ſi papa. de priuileg. in 6. & maxime quia adeſt copula & in omnib. &c. quæ uenit argumentatiue.l.ea tñ adiectio.de leg.3 .cum ibi not.ſed ſi intelligeretur de lucro ꝙ facerent tutores nõ augeret ſed diminueret : cum minus lucri ipſi habituri ſint etiam
5 ex intentione teſtãtis, ut dixi ſupra & ſic†inducta ad augmentum operarentẽ diminutionẽ contra.l.ꝙ fauore.de legib.& l.legata inutiliter.de adimen. leg.cũ concordan.

¶Præterea quo magis conſidero uerba ſententiæ, magis pro hæredibus Petri me reſoluo : nam ultra omnia uerba dictę ſententiæ ſupra opnderata.ſ.iuxta bis repetitum, & in omnib.& per omnia,ſubdit & prout & ſicut in dicto teſtamento continetur, quæ dictiones ſingulariter conſideratæ probant deberi lucrum, ſicut ac ſi Petrus exercceret,cum ita debebatur ex teſtamento ei : nam fuerunt ꝓlata ad tollendum dubium quod erat ꝙ ex quo tutores exercebant uigore ſententiæ,& non amplius Petrus, uidebatur quod Petrus haberet lucrum prout in ipſa ſententia,id eſt quod facerent tutores , tamen ſæpius ſe retulerunt ad teſtamentum , & uoluerunt quod quamuis tutores exerceant & non Petrus, nihilominus habeat lucrũ d.Petrus in omnibus & per omnia:ut in dicto teſtamento, id eſt perinde ac ſi ipſe exerceret : nam alias non eſſet in omnibus & ꝑ omnia in caſibus exceptuatis , prout eſt
6 iſte caſus,illa enim † geminatio multum operatur , & facit ꝙ uenit in diſpoſitione,illud ꝙ alias non ueniret.l. ſcimus.de agrico.& cenſi.l.Baliſta. ad Trebellia. cum ſimilibus. & maxime quia tutores ſępius proteſtati ſunt ſe in exercendis mercib.ita bene acquirere,& lucrari ſicut Petrus , & ultra , & ſic iudex potuit conſiderare adeſſe illud lucrum , & ſi non adeſt,imputandum eſt tutorib.qui pro teſtati ſunt tantum acquiſituros ſicut feciſſet Petrus : & hac ratione ipſi debent teneri cũ fuerint in cauſa ut ſententia ita proferretur & illam approbarunt.

¶Et ex his apparet reſponſum ad adducta in ꝯrium : & primo dico,ꝙ non conſideratur lucrũ tutorũ adeſſe , uel non adeſſe,ſed ꝙ Petrus potuiſſet lucrari:nec obſt.ꝙ fuit priuatus facto ſuo:quia non eſt uerum,cum impoſsibiliũ nulla eſt obligatio : immo non fuit ſimpliciter priuatus , ſed reſeruato lucro ꝙ acquiſiuiſſet ſi mercatus eſſet : nec obſtat ꝙ fuerit approbata perſona tutorum,quia fuit approbata ſm ſententiam : quæ lucrum conſeruauit. d. Petro,modo & forma de quibus ſupra .

¶Circa ſecundã difficultatẽ rem breuibus perſtringen-
7 do,dico, omiſsis argumentis , † ad fratrem ſpectare curã fratris furioſi , & ipſi fratri etiam emancipato magiſtratus dictã curam admittere teneri.l.ne lucrũ.C.de cura.fu
8 rio.ubi Bald.Bartol.Salic.& omnes.Et † magiſtratus qui curam prout debet,decernere,uel confirmare differt, aut denegat,tenetur.l.j.§.ſciendum.& per totũ.ff. de magiſt. ꝯue.ubi no.ꝑ doc. teneẽ dico ad dãnũ ꝙ furioſus interim eſt paſſus.d.l.j.§.magiſtratus.uerſi.iõ. de magiſt. conue.
9 ¶Ad † cuſtodem quoq; furioſi pertinet non ſolũ ipſum cuſtodire , ne ſibijpſi aliquid pernicioſius moliat ſed etiã prouidere,ut alijs exitio non ſit , & præſertim habitãtib.
10 in domo.l.diuus.de offi.præſid.Neminẽ quoq; fugit†nõ ſolum tutorẽ ſed quemlibet alterius bonorũ adminiſtratorem teneri ad conficiendum librum rationũ , ac de adminiſtratione rõnem reddere : alias contra eũ de omni damno & intereſſe poteſt in litem iurari:ut no.in l.j.§. officio.de Tutel.& ratio diſtrahẽ.per Abb.in conſ.12. uol. 1.per Soci.in conſi.2.uol.1.& in conſi.254. uol. 2.

¶Sed cum in caſu de quo agitur audiam finitam fore tutelam per ſuperuenientiam pubertatis , a magiſtratibus decretam,dico tutores teneri ad reddendum rõnes de adminiſtratis, & magiſtratum debere curam & cuſtodiã furioſi decernere fratribus in ſanitate intellectus ꝯſtitutis; alias ad intereſſe tenetur. Et ita iuris eſſe cenſeo ego Hieronymus Gratus.V.I.doctor Bonon. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis ſine cauſa,non ualet.*
2 *Dictio tunc,denotat extremitatem temporis,& reſtringit diſpoſitionem ad illud .*
3 *Vulgaris ſubſtitutio expreſſa in uno caſu non extenditur ad aliũ caſum,quando adeſt dictio,tunc.*
4 *Alienationis prohibitio eſt odioſa.*
5 *Alienationis prohibitio facta in uno caſu non trahitur ad alium .*
6 *Ignorare præſumitur quis factum alienum .*
7 *Hæres ſuus præſumitur ignorare contenta in teſtamento.*
8 *Venditio rei prohibitæ alienari ualet, quando emptor & uenditor ignorarunt .*
9 *Alienationis prohibitio intelligitur de uoluntaria,& ceſſat propter æs alienum.*
10 *Res prohibita alienari præſcribi poteſt.*
11 *Alienationis prohibitio, ut ualeat ſufficit ſi habeat quancunque cauſam .*
12 *Alienationis prohibitio facta contemplatione filiarum ualet.*
13 *Alienationis prohibitio , inducit fideicommiſſum ſaltem in caſu alienationis.*
14 *Bona alienata contra prohibitionẽ , ab eo in quem alienata ſunt reuocari poſſunt .*
15 *Alienationis prohibitio ut ualeat ſufficit cauſam tacitam adeſſe .*
16 *Alienationis prohibitio,non expreſſa cauſa, facta contemplatione alterius quàm hæredis ualet.*
17 *Ratio & cauſa prohibitionis ampliat prohibitionem factam in uno caſu ad alium caſum.*
18 *Diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu trahitur ad alium in quo uerisimile eſt teſtatorem idem diſpoſuiſſe .*
19 *Voluntas teſtatoris colligitur ex coniecturis , & illa uoluntas ſufficit.*
20 *In dubio pro dotibus reſpondendum eſt.*
21 *Maſculis exiſtentibus , militat maior ratio conſeruationis bonorum.*
22 *Alienationis prohibitio regulariter fit propter maſculos.*
23 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
24 *Dictio tantũ,quando refertur ad caſum habet uim taxatiuæ.*
25 *Taxatiua excludit omnes caſus præter expreſſum.*
26 *Taxatiua non excludit caſum ſimilem.*
27 *Similes dicuntur caſus,in quibus militat eadem ratio.*
28 *Dotare filias eſt paternum officium.*
29 *Auus non poteſt habere affectionem ad neptes quas nunquam uiderat niſi patrem.*
30 *Dictiones taxatiuæ & excluſiuæ aliorum caſuum ſatis operantur & uerificantur ſi unum caſum excludant.*
31 *Dotare filiam magis officium paternũ eſt, quã fratris ſororem.*
32 *Auus de patre magis confidere poteſt quod filiam dotet quàm de fratre ſororem.*
33 *Interpretatio quæ pro dote eſt ſemper capi debet.*
34 *Verbum uoluit,importat fideicommiſſum.*
35 *Diſpoſitio loquens in uno caſus taxatiue , extenditur ad alium caſum in materia fauorabili .*
36 *Fideicommiſſum habet in ſe tacitam prohibitionem alienationis.*
37 *Diſpoſitio iudicatur fauorabilis ex principali intentione .*
38 *Alienationis prohibitio,quando habet cauſam generalem generaliter intelligitur non obſtante odio .*
39 *Alienatio facta ab ignorante ignoranti tunc ualet,quando facto teſtatoris prouenit ignorantia.*
40 *Alienatio prohibita non admittitur propter æs alienum hæredis,ſed teſtatoris.*
41 *Alienari prohibita ſolum ſpatio triginta, uel quadraginta annorum præſcribuntur.*
42 *Alienari prohibita tunc incipiunt præſcribi , cum competit ius reuocandi alienata.*
43 *Filii poſiti in conditione non cenſentur poſiti in fideicommiſſo,nec impediunt patrem teſtantem,uel alienantem.*

44 *Licentia alienandi ſi concedatur à teſtatore, & caſus ſit clarus non eſt locus coniecturis.*

45 *Filij poſiti in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione, quando teſtator poſt gradum ſubſtitutorum prouidet de ſubſtituto extraneo.*

46 *Filij poſiti in conditione cenſentur uocati per fideicommiſſum, & impediunt alienationem, quãdo ſunt poſita aliqua uerba in ſubſtitutione inſtitutorum quæ ultra primam ſubſtitutionẽ inducũt quandam tacitam ſubſtitutionem.*

47 *Filij poſiti in conditione cenſentur ſubſtituti, quando teſtator proprias filias excluſit.*

48 *Filij poſiti in conditione cum hac qualitate maſculis, cenſentur uocati per fideicommiſſum.*

49 *Filij poſiti in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione, quando plures concurrunt coniecturæ.*

50 *Vel ſecundum Corn. una coniectura ſufficit ut ſint uocati.*

51 *Dominium rei prohibitę alienari eueniente caſu fideicommiſsi reuertitur in fideicommiſſarium.*

52 *Dictio ſic eſt limitatiua, & habet relationem ad præcedentia, & ſecundum ea reſtringit conceſsionem.*

53 *Alienationes in ultima uoluntate fieri poſſunt.*

54 *Fideicommiſſum non interpretatur ut in totum reddatur nullum.*

55 *Relatio debet capi, quæ facit pro dote.*

RESPONSVM CVI.

¶An fideicommiſſum factum per dictionem tunc, extendatur ad alium caſum. De materia prohibitionis alienationis. Filij poſiti in conditione, quando cenſeantur poſiti in diſpoſitione.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In cauſa teſtamenti. d. Chriſtophori de Rothis uiſa facti ſpecie, ac eius teſtamento diligenter conſiderato, principaliter quæritur, an uigore teſtamenti filiæ fœminæ reſpectiue ad dotes ſuas, poſsint agere contra emptores ac poſſeſſores bonorum paternorum, uel ſaltem filius maſculus ſuperſtes tanquam uocatus per fideicommiſſum, & uidebatur prima fronte non admittendas fore.

¶Et primò quia cauſa expreſſa prohibitionis nõ eſt, quo
1 caſu † non ualet prohibitio. l. pater filiũ. §. Iulius agrippa.
& in l. Lucius. de leg. 3. plene in l. filiusfamilias. §. diui. de
leg. 1. ¶Secundò quia iuſsit dotari tunc cũ decederet, &
2 ſic tpe mortis: nã † dictio tunc, denotat extremitatẽ tem
poris, & reſtringit diſpõnem ad illud tempus. l. iiij. §. fin.
de condi. & demon. & ibi gl. Bar. in l. in ſubſtitutione. §.
fi. & ibi gl. in uerbo, ex eo. de uulg. & pup. per Andr. Sicul.
in c. quoniam frequenter. §. porro. ut lite non conteſta. in
3. col. & iõ licèt in uulgari ſubſtiturione expreſsio unius
3 caſus † ad alium porrigatur. l. iam hoc iure. de uulg. & pu
pil. tamen hoc fallit quando in uno caſu expreſſo ponĩ
dictio tunc, quia in ſolo caſu expreſſo reſtringitur, & ad
aliũ caſum nõ porrigitur: ſecũdũ Pet. de Anc. in ꝯſ. 356.
incipien. In ſerie teſtamenti. modo in propoſito nr̃o, cum
uult eos teneri ad dotandum tunc cum deccderẽt, ergo
non ante, ut dictio tunc reſtringat diſpõnem ad tempus
expreſſum, & non porrigat ad aliud, prout eſt de ſui natu
ra, & in hoc caſu cenſetur eſſe prohibita alienatio, & nõ
alio, ſcilicet in caſu mortis cũ dicat expreſſe teſtator, & in
præfato caſu uult eas ſaluas, & non poſſe alienari, & ſic
refert ꝓhibitionem ad tempus mortis, nec ad aliud por-
rigi debet propter dictionem tunc, ſed iſte in uita, & an-
te mortem per decem annos alienauit, ergo &c.

¶Tertiò pondero teſtamenti uerba, nam dicit ſi decederẽt ſine maſculis habẽtes fœminas, tunc ſe uelle fœminas dotari, uult ergo dotari in caſu quo decedant ſine maſculis: ſed iſte Baptiſta deceſsit cum maſculo: ut præſupponitur in facto: ergo non ſumus in caſu prohibitionis, & maxime quia dictio tunc reſtringit diſpõnem ad caſum expreſſum ita ne porrigatur ad alium ut per Pet. de Anch. in conſilio præallegato. & alios ſupra allegatos, & ꝑſertim iſtud habet effectum, & procedit in prohibitione de
4 non alienando quia † odioſa eſt, & etiam ſi non eſſet ap-
5 poſita dictio tunc, non traheretur ad † alium caſum: ut
uoluit Bald. & Sali. in l. uoluntas. C. de fideicom. & ſentit
Angel. in conſil. 7. ergo fortius hic ubi eſt dictio, tunc, di-
cendum eſt cum ſit facta in caſu quo decedat ſine maſcu-
lis non habere locum in caſu quo decedat cum maſcu-
lis: ut eſt caſus noſter.

¶Quartò pro iſta parte facit, emptor & uenditor igno-
rauerunt diſpoſitionem prohibitionis de non alienando
reſpectiuè ad dotes, quod ſatis probatur ex eo, quia non
6 probatur contrarium, cum quis † præſumaẽ ignorare fa-
ctum alienum. l. fin. pro ſuo. l. quiſquis. de reſciuden. uen-
7 dit. & hæres quando † eſt ſuus: ut erat ipſe Baptiſta, præ-
ſumitur ignorare contenta in teſtamento: ut per Bartol.
in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. q. de uerbor. obligat.
ubi latius per Alexan. & alios per Bartol. & alios in l. eius
qui in prouincia. ſi cert. peta. iſtis ſtantibus uenditio rei
8 † prohibitę alienari non poteſt retractari, ſed ualet & te-
net. l. fin. §. fin. & ibi Bartol. & ſcriben. ff. de legatis. 2. er-
go iſtæ filiæ non poterunt retractare uenditionem fa-
ctam 2. d. Baptiſta earum patre ignorante prohibitio-
nem ipſam.

¶Quintò probatur, & ſi prohibitio teneat, & eam ſciue-
rit, tamen non obſtante ea debet ualere alienatio, & uẽdi
tio, quia fuit facta ut aſſeritur propter graue æs alienũ:
9 quo caſu admittitur alienatio: quia intelligitur † prohi-
bita alienatio uoluntaria, non autem neceſſaria. l. peto.
§. prædium. & ibi Bartol. de lega. 2. l. pater filium. & ibi
Barto. de legat. 3. cum ſimilib.

¶Sextò probatur, caſu quo ualuerit prohibitio, & alie-
natio nullius momenti fuerit, dico adhuc has fœminas
excluſas ẽe cũ iam lapſi ſunt quatuordecim anni, quo ca
10 ſu illa res alienata dicitur prę̨ſcripta: nam † & res prohi-
bita alienari præſcribi poteſt: ut per Barto. Alex. & com-
muniter doct. in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1.

¶His tamen non obſtantibus ueritas uidetur eſſe in con
trarium, & primo præſuppono hanc prohibitionem alie-
nationis eſſe ualidam, quia habet in ſe cauſam dotis: nã
ut dotentur dictæ filiæ iſta prohibitio fuit introducta, cũ
expſſe iuſsit illas dotari, ibi uoluit illas dotari in bonis
dictorum hæredum ut in teſtamento, ſed prohibitio ha-
11 bens in ſe cauſam ualida eſt, & † ſufficit quęcunq; cauſa:
ut no. gl. Cyn. & alij, in l. quoties ab omnibus. C. de fidei-
com. Bal. in l. ij. C. de uſucapio. pro empto. & in l. ij. de his
qui ad liber. prouoc. Ang. in conſ. 115. incipien. Teſtator.
ergo fortius hic cum ſit cauſa dotis, quæ fauorabilis eſt.
l. j. ſoluto matrimonio.

¶Secundo dico hanc prohibitionem ualere, & ſi non ha-
beret cauſam cum ſit facta cõtemplatione filiarum, quo
12 caſu prohibitio † dicitur ualida: ut per Rapha. Alex. Iaſ.
& alios in d. l. filiusfamilias. §. diui. in notab. & per Alex.
in conſi. 199. Perſpectis. in 2. col. & in conſi. 57. in 2. uolu-
13 mi. hoc præſuppoſito dico prohibitionem iſtam † alie-
nationis inducere fideicommiſſum, ſaltem in caſu alie
nationis. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. ſecundũ cõ-
munem intellectum: ut per Alexand. colum. 4. in l. qui Ro
mæ. §. cohæredes. de uerbo. oblig. & Alexand. in conſ. 56.
Conſideratis uerbis teſtamẽti. colum. fin. lib. 1. immo for
tius conſuluit Dec. in conſi. 38.

¶Ex his apertiſsimę conſtat ſecuta alienatione compete
14 re actionẽ filiabus, & † poſſe reuocari bona ab eo in quẽ
alienata ſunt. l. peto. §. prędium. & §. fratre. & ibi Bartol.
de legat. 2. & per docto. communiter in dicta. l. filiusfami
lias. §. diui. de legat. 1. latius per Deci. in dicto conſil. 38.
col. 3. & cum in his paucis punctus difficultatis cõſiſtat,
ac in contrariorum reſolutione alteri non comprobabo,
ſed ad reſolutionẽ contrariorum me conuertam, ex quo
rum reſolutione res ipſa clarior apparebit.

¶Primò itaq; non obſtat non ualere prohibitionem uti
factam ſine cauſa, quia licèt non dicat: nulumus alienari
propter talem cauſam, tamen cauſa adeſt uidelicet dotis
quæ colligitur ex prę̨cedentibus, dum dicit ſe uelle eas
15 dotari, & ſufficit cauſam eſſe † expreſſam, uel tacitam: ut
per docto. in l. quoties. C. de fideicommiſſ.

¶Secundò

¶Secundò dico ſatis cauſam adeſſe, ex quo eſt facta con
16 templatione alterius † quàm hæredis:ut per Alex. in di-
cta.l.filiusfamilias.§.diui.de leg.j.¶Non obſtat ſecũdũ,
& tertium fundamentũ, ſcilicet factam fuiſſe prohibitio-
nem tantũ in caſu mortis,& in caſu quo non adſint maſ-
culi:quorum neutrum hic interuenit,cũ hic fuerint maſ-
culi, & alienatum inter uiuos:quoniam reſpõdetur cum
ratio & cauſa prohibitionis ſit generalis, ut dotentur fi-
liç, quæ habet locum ſiue adſint maſculi,ſiue non:ſiue in
17 ter uiuos fuerit alienatũ, ſiue non: & ratio & † cauſa pro
hibitionis, prohibitionem factã in uno caſu ampliat ad
alium caſum, & reddit eam generalem:ut notanter dicit
Bar.in l.pater filium.§.fundũ.de leg.3. Cynus, & ibi Bal.
in l. uoluntas. in fi. C. de fideicommiſsis. & not.Paul. de
Caſt.in cõſi.232.Viſis & cõſideratis.col.5.Ioan.de Anan.
in conſi.47.Illud prçſupponitur.col.fi.& per Dec.in cõſ.
38.col. 2. ergo licèt prohibuerit alienationem exiſtenti-
bus maſculis, & in morte uoluerit dotari: tamen idem
debet eſſe non exiſtentibus maſculis,uel econtrà, & reſer
uata dote inter uiuos, cum ſemper militet ratio ut dotẽ
tur. ¶Præterea habuit reſpectum ad tempus inter uiuos
ut probatʼ in fine teſtamẽti, ubi prohibuit illa bona quæ
erant danda in dotem, & ſic dotes quodammodo deſti-
18 natas,inter uiuos alienare: & pro iſta parte facit, quia
† diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu trahitur ad aliũ
caſum, in quo uerisimile eſt teſtatorem idem diſpoſuiſſe
ſi de eo fuiſſet interrogatus,aut de eo cogitaſſet: ut not.
Bar.per illum tex.in l.titius.§.Lucius.de lib. & poſth.ibi
ſequũtur Pau.de Caſt.Alex.& alij,& no.in l.fi.C.de poſth.
hære.inſtituen.facit gl.in l.tale pactum.§.ſi.C. de pact.&
19 not.Ioan.And.in rub.de ſecun.nupt.in additio. Spec.nã
&† ex cõiecturis colligitur uoluntas teſtatoris, & illa ſic
collecta ſufficit.l.licèt imperator.& ibi Bar.de leg. j. l. cũ
auus.de cond.& demonſt.per docto.in l. cum proponere
tur.in fi.de leg.2.ſed uerisimile eſt,ſi de iſto caſu cogitaſ-
20 ſet, ſcilicet extiturum maſculum, adhuc fœminas dotari
uoluiſſet,& bona non alienari, & facit quia † ſemper pro
dotibus reſpondendum eſt. l. in ambiguis. de reg. iuris.
cum concordan. & facit quia ſi in caſu quo non adſunt
maſculi, prohibet alienationem bonorum reſpectu do-
21 tium,ergo fortius intelligitur prohibuiſſe quãdo adſunt
maſculi,cum exiſtentibus maſculis maior ratio† conſer-
22 uationis bonorũ militet: iuxta. l.j. de uentre inſpecien.
& prohibitio † alienationis regulariter fit propter maſ-
23 culos:ut not.in l.qui Romæ.§. coheredes. de uerborum
obli.& docet experientia† quç eſt rerum magiſtra.c.quia
24 ſit.de elec.in 6. ¶Nec obſt.de dictione tunc, quia quan-
do refertur ad caſum ut ibi,habet uim † taxatiuç,& per-
25 inde eſt ac ſi dixiſſet tantum eo caſu: ſecundum Aret. in
l.ſi quis ante.in prin.de acquir.poſſeſ.ſed licèt † taxatiua
excludat omnes alios caſus, & ſe reſtingat tantum ad ca
26 ſum expreſſum:ut per Bar.in l.3.§.cum titio.de adimen.
leg.per Alex.in l.j.§.per ſeruum.de acqui. poſ.tamẽ † nõ
excludit caſum ſimilẽ.l.j.§.j.ſi menſor falſum mod.dixe.
27 gl.in l.ſi mora.ſolu.matri.gl.& Bar. in l. ob ęs.C.de præ-
dijs mino.& eſt communis opinio,ſed † illi caſus dicun-
tur ſimiles in quibus militat eadem ratio: ſecundũ Alex.
poſt alios in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib. & poſth.
col.5. ſed ratio dotis. & ut mulieres habeant dotes quo
uiros inuenire poſsint, ita extantibus maſculis.ſicuti nõ
extantibus militat,ergo caſus dicuntur ſimiles,& per cõ
ſequens diſpoſitio facta in uno caſu habet locũ in alio.
¶Secundò reſpondeo illam dictionẽ tunc, & eo caſu nõ
fuiſſe poſitam propter non exiſtentiam maſculorum, ſci
licet ad demonſtrandum illam diſpoſitionem habere lo
cum ſolum non extantibus maſculis, & ceſſare extanti-
bus,ſed fuiſſe appoſitam propter exiſtentiam fœminarũ,
ſcilicet ut tunc: & eo caſu quo extent fœminæ, uelle eas
dotari, & hoc ſolum illo caſu quo extent tempore mor-
tis:& ſenſus eſt, tunc & eo caſu,id eſt quãdo tẽpore mor
tis reperiunt̃ filiæ,poſsint petere dotẽ, & ſic nõ ante mor
tem filię fœminæ poſsint petere dotem uigore illius fi-
28 deicõmiſsi:& ratio eſt,quia adeſt, tunc pater † cuius of-
ficium eſt dotare filias,l. qui liberos. de ritu nuptia.cum
uulgarib.de quo patre dotante filiam auus cõfidit, ideo
uult illas fœminas non poſſe petere dotes relictas per fi-
deicommiſſum ante mortem patris,propterea ſe reſtrin-
git ad caſum quo decedat pater filiarum,& tunc & eo ca
ſu uoluit eas dotari, & ratio diuerſitatis eſt, quod fidei-
commiſſum dotium habeat locum tantum in morte pa
tris fœminarum,& non in uita prçter rationem ſupra ad
29 ductam,quia auus † non poterat habere affectionem ad
neptes quas nunquam uiderat niſi propter patrem: argu
mẽ.notato.in l.qui filiabus. de leg. j. ideo uoluit patrem
prius illa bona pro ſe retinere, deinde poſt eius mortem
deuenire ad filias, ne patrem ipſum uiuentem in illis bo-
nis excludant, dictio ergo tunc, & eo caſu fuit appoſita
30 ſupradictorum occaſione,& dictiones† taxatiuç,& alio-
rum caſuum excluſiuç ſatis operantur, & uerificantur ſi
unum caſum excludant: ſecundũ Bal. mod.& alios ſcri-
ben.in l.liberi.C.de bonorum poſſeſsio. contra tabu. ubi
ſi dicatur tantum epiſcopus &c. iſta dictio tantum, non
excludit capitulum,ſed alios epiſcopos,& ſatis operatur:
ita hic ſatis dicitur operari excludẽdo fideicommiſſum
in uita, & quod potius ad fideicommiſſum in uita ſtet ex
cluſiue quàm ad caſum, quo exiſterent liberi, facit quia
inter fideicommiſſum in uita, & poſt mortem patris dã-
tur rationes diuerſitatis de quibus ſupra, nec cauſa do-
31 tis ita militat in uno,ſicut in alio,cũ magis† officium pa
tris ſit dotare filiam quàm fratris ſororẽ:ut not. per do-
cto.in l.j.ſolu. matri. & in l.fi.C. de dotis promiſ.in l.nec
mater.de iure dot.l.cum plures.§.penul. de admini. tut.
& magis de patre auus potuit cõfidere quod dotet filiã.
32 quàm de fratre ſororem, cum nullus affectus † ſuperet
paternum.l.fi.C.de cura.furio.& ſic dictio tunc.ut refera
tur ad caſum fideicommiſsi in uita, & non ad exiſtentiã
filiorum, eſt magis pro cauſa dotis,& minus nocet doti,
ergo iſta intelligentia debet capi, cum ſemper interpre-
33 tatio pro dote† capienda ſit.l.ſi ego.§.ſi res.de iure dot.
l.fi.C.ad Velleia.l.in ambiguis.de iure dot.per Bar.& do
cto. in l. j. ſolu. matr. nam illud uerbum non extantibus
maſculis. fuit poſitum ad fideicommiſſum omnium bo-
norum factum inter fratres, & ſatis dicitur operari reſpe
ctu illius fideicommiſsi: fideicommiſſum autem dotis
aliud eſt:nam ibi duplex eſt fideicommiſſum, unũ totius
hæreditatis,aliud reſpectiue ad dotes quod colligitur ex
34 uerbo, uoluit, † quod importat fideicommiſſum.l. 2.C.
commu.de leg.§.fi.inſtitu. de ſingul. rebus per fid. relic.
¶Tertiò reſpondeo diſpoſitionem loquentem in uno ca
35 ſu taxatiue † extendi ad alium caſum in materia fauora-
bili.l.illud.C.de ſacroſan. eccle. & ibi Bar. & in terminis
dotis hoc uoluit Bar. Alex.& communiter doct. in l.ſi cõ
ſtante.ſolu.matri.in 9.q.primę partis, ergo dicẽdum eſt,
licèt illę dictiones referantur ad non exiſtentiam maſcu
lorum,tamen idem fore quando extant, & ſatis operan-
tur reſpectu fideicõmiſsi in uita ut dixi ſupra, & in iſtis
terminis conſi.Pet.de Ancha.ſupra allegatum non loqui
tur: nam ibi non erat caſus dotis fauorabilis. Item ibi
non aderat ratio, ut magis ad unum caſum quã ad aliũ
referatur, & ſtet taxatiue ut hic. Item ſi ibi ita non eſſet
dictio taxatiua,nihil operaretur in caſu ſuo,ſecus in caſu
noſtro:unde termini ſunt diuerſi, & ex diuerſis non fit il
latio.l.Papinianus exuli.de mino. ¶Nec obſt.illud ꝙ aſ-
ſerebatʼ odioſam prohibitionem alienationis fore, quia
procedit in prohibitione ſimplici, ſed hic eſt fideicom-
36 miſſum reſpectu dotium quod habet in ſe tacitam † pro
hibitionẽ.l.Marcellus. §.res.quæ.ad treb. quo caſu mul-
tum operatur, & facit ut non obſtante odio includatur,
quod alias nõ includeretur,& large interpretatur:ut per
Alex.monfer.& docto.in dicta.l.filiusfamilias. §. diui.in
notab.de legatis.j.¶Secũdo dico nõ eſſe odioſam, quia
licèt ſit contra.l. in re mandata. C. mand. tamen princi-
paliter in fauore fœminarum eſt introducta, ideo fauora
37 bilis, † cum ex principali intentio colligatur:ut per Bar.
to.in l.qui exceptionem.de condi. inde. & ita dicit præ-
ceptor, in dicto. §. diui. de cuius dicti ueritate ibi dixi.
38 ¶Tertio dico, quod cùm cauſa† prohibitionis ſit gene-
ralis, non attenditur odium ſed generaliter intelligitur
& extenditur

extenditur ſeu comprehendit quatenus dictat ratio:
per iura ſupra adducta:ut per doct. in l. quoties.C.de fi-
deicom. & merito quia diſpoſitio odioſa propter gene-
ralem rationem generaliter intelligitur.l.in lege.de teſt.
ubi Aret.¶Non obſtat quod alienatio ualeat cum fue-
rit facta ab ignorante ignoranti:dicta.l.fi. de leg.2.quia
39 †procedit quando facto teſtatoris prouenit ignorantia:
ſecundum Bal.in auth.res quæ. C. com. de lega. & qua-
tuor modis reſpondet Alex.in l. Marcellus.§.res quæ.ad
Trebel.qui faciunt ad caſum noſtrum,quos,cum magni-
ficus iudex uidere poterit, tranſcribere ſuperuacaneum
eſſe putaui.¶Non obſtat alienationem fuiſſe factā pro-
40 pter æs alienum quo caſu admittitur: quia† procedit
quando eſt ęs alienum teſtatoris,ſecus ſi hæredis alienā-
tis: ſecundum Alex. Iaſonem & omnes doc. in dicto. §.
diui. ſed hic præſupponitur eſſe uendita propter ęs alie-
num hęredis,ergo &c. ¶Non obſtat præſcripta fuiſſe hęc
bona alienata,quia ſolum obſtat præſcriptio. 30.uel qua
41 draginta annorum:†alię uero ut puta.10. uel uiginti an
norum non nocent,ſecundum Pau.de Caſt.in l.fi.§.fi.C.
communia de lega.& plene per Alex.conſi.60. incipien-
te,Omiſsis uerbis teſtamenti.in 3.uol.& præſcriptio†ha
42 bet locum poſtquam cœpit cōpetere ius reuocandi alie-
nata:ut latè per Monfer.in d.§. diui. char. 9. ſed hic fue-
runt alienata iam per decem annos ante, & adhuc nō eſt
quadriennium poſtquam competit ius fœminis reuocā
di,ergo &c. ¶Pręterea ſunt minores & ſic poſſunt petere
reſtitutionem in integrum: ut latiſsimè per Monferratū
in loco præallegato,& alios ſcribentes,cum iam ex dedu
ctis ſuperius conſtet an fœminæ potuerint alienata reuo
care.nunc ſupereſt ut uideamus an ſaltem filius maſcu-
lus tanquam uocatus per fideicommiſſum poſsit reuoca
re alienata,& uidebatur dicendum non poſſe quia eſt tā
tum poſitus in conditione,ſed filij poſiti in†conditione
43 non cenſentur uocati per fideicommiſſum, ſed tantum
ab inteſtato nec impediunt patrem teſtantem uel alienā
tem.gl. Bar.Bal.& alij in l.Lucius.de hære.inſti.& licèt a-
liqui contradicant,tamen iſta eſt communis opinio, ut
latè oſtendit Alex.in conſil.183. Viſo titu.q. & in conſil.
91.Ponderatis his.col.4.lib.j.& in cōſi.108.co.li. Bened.
Capra.in conſi. 2. & caſu quo eſſent uocati filij maſculi
per fideicommiſſum adhuc dico non poſſe reuocari alie
nata:quia teſtator in teſtamento expreſſe concedit ei ut
poſsit alienare: patet ibi:& ſic ipſe teſtator uoluit & di-
ſpoſuit &c.& expreſſe conſenſit,quod dicti eius hæredes
maſculi poſsint eorum partem uendere & alienare iux-
ta uelle ſuum reſeruatis tantum dotibus concedentibus
ut ſupra &c.ergo cum ſumus in caſu claro ubi datur li-
44 centia à teſtatore non eſt opus † coniecturis.l.cōtinuus.
§.cum ita.de uerb.obli.cum ſim.¶His tamen non obſtā
45 tibus contrarium puto & †conſidero filios poſitos in cō
ditione cenſeri uocatos per fideicommiſſum, quando te
ſtator poſt gradum inſtitutorum decedentium ſine filijs
prouidit de ſubſtituto extraneo,etiam ſi ſit eccleſia, uel
pauperes.ita egregie conſuluit Pet. de Ancha. in conſil.
74.incip.Contra Philippum.qui limitat gl.in d.l.Lucius
& quantę authoritatis ſit nulli dubium,ſed ita fuit in ca
ſu noſtro:quia poſt omnes filios inſtitutos decedentes ſi-
ne filijs ſubſtituit pauperes, ergo dicuntur uenire per fi-
deicommiſſum. ¶Secundò pro iſta parte, facit quod uo
46 luit Pau.de Caſt.in conſi.86.uol.j.ubi dixit filios † poſi-
tos in conditione,cenſeri uocatos per fideicommiſſum,
& impedire alienationem,quando ſunt poſita aliqua uer
ba in ſubſtitutione inſtitutorum, quæ ultra primam ſub
ſtitutionem inducunt quandam tacitam ſubſtitutionem
exemplum ut ſubſtituit quouſque altera uixerit: & ſic ſi
adeſt aliquod uerbū per quod demonſtrerĩ ſubſtitutionē
durare in ultima, ſed hic adeſt iſtud: quia poſt omnes
mortuos ſubſtituit pauperes: ex quo colligit quod uult,
quouſque omnes uixerint non uenire pauperes.¶Tertiò
teſtator excluſit proprias filias,& uocauit proximiorem,
47 quo caſu † uidetur uoluiſſe conſeruare agnationem,& fi
lij poſiti in conditione cenſentur ſubſtituti.Cur. cōſi.67.
dominus Ludouicus.¶Quartò demonſtratur quia in ca
ſu noſtro filij ſunt poſiti in conditione cum hac qualita-
48 te maſculis, † quo caſu cenſentur uocati per fideicōmiſ-
ſum.& gl.in l.Lucius. non habet locum: ſecundum Gui.
Pap.in queſtio.184.incip.Illa queſtio qua quęritur. & uo
luit Bal.in l.maximum uitium.in 2.not.C.de liber. præ-
ter.Galiaula in repet.l.Centurio. circa finem. de uulg.&
pupil.& ita conſuluit.d.Philippus Dec. in conſi. 270. per
totum:& licèt quęlibet ex iſtis coniecturis ſeparatim cō-
ſiderata habeat contradictores, & de ueritate earum la-
tius in conſilijs & in lecturis diſſeruimus,ad quas me re-
mitto tamen,quando ſimul concurrunt paſſus iſte uide-
49 tur ſatis clarus, † præſertim cum per Corne.in conſi.46.
50 col.j.lib.2.propter uarietatem opinionum † & urgentes
hincinde rationes,limitatur gl.in dicta.l.Lucius.cū ſub-
ſit aliqua coniectura contrarię uoluntatis: ergo cū ſunt
hic uocati filij maſculi per fideicommiſſum eueniente ca
ſu fideicommiſsi per mortem inſtituti, poterunt aliena-
51 ta reuocare,immo ipſo iure†dñium reuertiĩ ĩ fideicōmiſ
ſarium.l.fi.§.ſinautē. C. communia de leg. & ibi gl. Bar.
Bal.Pau.Sali.Iaſ.& communiter doc. ergo iſte talis maſ-
culus filius d. Baptiſtę decedentis poterit alienata per eū
reuocare, & uendicare. ¶Non obſtat fuiſſe datam po-
teſtatem alienandi ei per teſtatorem: quia illa poteſtas
alienandi poteſt intelligi in ultima uoluntate, de qua ſu
pra fecit uerbum. Nam ſupra ſubſtituit non exiſtentibus
maſculis dummodo ipſi inſtituti non faciant teſtamen-
tum,& pro hoc faciunt uerba teſtamenti, dum dicitur &
52 ſic permittit alienare, iſta dictio ſic† eſt limitatiua,& ha-
bet relationem ad præcedentia, & reſtringit conceſsio-
nem ſecundum præcedentia. Aret.in l.depoſiti.ff. depoſi.
not.in c.ex.ore.extra de priuileg.&in c.examinata. de con
firma.util.uel inutil.in c.Abbate. de uerborum ſignifi.er
go intelligitur de alienatione quæ fit in ultima uolunta
53 te.Nam in ultima uoluntate †poſſunt fieri alienationes:
ut notatur plene in l.hæredes palam.de teſt. in l. cū anti
quitas.C.de teſtamen. ¶Secundò reſpondeo, illam alie-
nationem permitti, in caſu quo non adſunt maſculi, & il
lam dictionem ſic reſtingere ad illum caſum,& hoc eſt ne
54 ceſſarium, alias fideicommiſſum in totum poſſet† reddi
nullum,quod nō admittitur.l.Titius ad Trebel.& ibi ple
ne not. ¶Item dico aut uis illam poteſtatem alienandi
intelligi non exiſtentibus maſculis, & tunc maſculus ex-
tans poterit alienata reuocare: aut uis intelligi extanti-
bus maſculis,& tunc reſpectu fœminarum obtineo:quia
illa poteſtas alienandi fuit data reſeruatis dotibus,ergo
iſta reſeruatio dotium debet fieri exiſtentibus maſculis,
quia eſt unita cum illa poteſtate alienandi,ergo fœminæ
poterunt reuocare, & omnia quæ adducebantur contra
fœminas noua ratione poſſunt tolli conſiderando ibi ad
eſſe fideicōmiſſum dotis expreſſum quod colligitur ibi,
uoluit &c.iuxta.l.2.C. communia de leg. eſt ſecundum fi
deicommiſſum dotium quod non eſt ſimplex ſed in caſu
alienationis, dum prohibet illas alienare,& dum conce-
dit alienationem reſeruatis dotibus, & hoc in caſu con-
trauentionis procedit indiſtinctè in odiū alienantis, pri
mum quod eſt ſimplex procedit cum illis qualitatibus
quæ fuerūt obiectę:quicquid ſit ſat eſt mihi omnino alie
nata ſaltem reſpectu dotium poſſe reuocari, uel per hære
dem maſculum,uel per fœminas:quia ut dixi, ſi illa clau
ſula & ſic iuſsit,intelligitur non extantibus maſculis,ma
ſculus poterit reuocare, ſi intelligitur extantibus, reſer-
uatio dotium habet locum extantibus maſculis,& ſic fœ
minæ poterunt reuocare: & licèt dicat reſeruatis doti-
bus, ut ſupra,intelligitur reſpectu cōditionis,qualitatis,
& quātitatis, dotis arbitrandę à bono uiro de quo ſupra
dixit,†& relatio illa debet capi quæ facit pro dote:iuxta
55 notata per mod.in l. talis ſcriptura.de legatis.j.& in c. ſe
cundo requiris.de appellationib. iuncta. l. in ambiguis.
de reg.iur.cum plene notatis in l.j.ſola. matrimo. ubi ſu
mitur interpretatio contra creditores ad damnū tertij,
ergo fortius ꝙ hrdę qui tractat de lucro uel quaſi:ut in l.
fi.C.de codic.ut ibi declarat. ¶Cōcludo igiĩ oĩo uel ma-
ſculū,aut fœminas admitti ad reuocationē alienatorū.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A-

SVMMARIVM.

1 *Appellari ab interlocutoria poteſt, quando continet grauamen quod non ſperatur reperari per ſententiam diffinitiuam.*
2 *Sententia ſuper deſertione cauſæ, licèt ſit interlocutoria ab ea tamen appellari poteſt.*
3 *Indefinita legis æquipollet uniuerſali de proprietate.*
4 *Verbum ſtatuerunt, eſt noui iuris promulgatiuum.*
5 *Interpretatio ſit ut potius inducatur correctio quàm ſuperfluitas etiam per impropriationem & coniecturam.*
6 *Exceptio caſus non comprehenſi ſub regula ampliat regulam.*
7 *Modus datus de nouo a lege cenſetur eſſe de forma.*
8 *Res iudicatur ſecundum eius naturam, & non ſecundum accidens.*
9 *Conſtitutiones poſteriores ſunt obſeruandæ.*
10 *Opinio ultima relata per doctorem, quando nil aliud dicit cenſetur ab eo approbata.*
11 *Delegatus poteſt reuocari, & excitatus ſuſpectus recuſari.*
12 *Verba in dubio capiuntur demonſtratiue.*
13 *Superioris authoritas in qualibet diſpoſitione cenſetur excepta.*
14 *Electio quoties ſpectat ad plures, tunc conuocatio debet fieri ex parte & nomine duarum partium.*

RESPONSVM CVII.

¶An & quando ab interlocutoria appellari poſsit, ubi declarantur capitula quædam Rotæ Bononienſis.

INuocato diuino ſuffragio. ¶Et ſi de iure ui-
1 deatur † ab interlocutoria appellari poſſe quã-
do continet grauamen quod non ſperatur
reparari per ſententiam diffinitiuam. l. j. §.
quęſitum. de appel. per Bar. in l. ante ſententiam. de ap-
2 pella. recepien. & in l. titia. de accuſa. & ideo † ſententia ſu
ut numerus pluralis uerificetur in uno,& duorum exorbi
32 tantium † non datur concurſus.l.j.de dotis prom. l.cum
poſt.§.gener.de iu.dot.cum concor.& præſertim in ſentẽ
tijs.¶Quartò probaĩ:nam iſtud eſt nomen debitoris, &
obligatum illis de Gerbinatis, quod ſi a debitore ſoluaĩ
33 illis de Martellis † ut principalibus liberatur.l.ſolutum.
§.ſolutam.de pign.act.ita ꝙ nomen debitoris extinguiĩ,
& per conſequens obligatio competens illis de Gerbina
tis,& licèt competat regreſſus creditoribus contra princi
palem, tamen quia ſua intereſt plures habere debitores,
34 creditor poteſt † admitti ad impediendum executionem
in nomine debitoris:ita in terminis conſuluit Alexan.in
conſi.17.Requiſitus,per totũ.uol.j.& in 3.col.circa med.
aſsignat iſtam rationem.in uerſi.uel etiam poteſt reſpon-
deri. quem omnino uideas quia decidit caſum noſtrum,
& loquitur in fortioribus terminis, quando extat ſtatutũ
ne poſsit impediri executio:ergo fortius quando non ad
eſt ſtatutum in contrarium,ut hic. ¶Ex his igitur ſin-
gulariter apparet in caſu iſto appellari potuiſſe, & execu-
tione impedita iudicem ad quem appellatum fuit, ſuper
ueris meritis cauſæ procedere debere, & ut tollatur om-
nis difficultas, dico hoc procedere debere ſiue iſti de Ger
binatis ueniant tanquam primi actores, ſeu ante ſenten-
tiam agentes,ſiue tanquam tertij comparentes,& ius ſuũ
35 ac intereſſe prætendentes. Nam & † tertius comparens
ac intereſſe prætendens poteſt appellare, & executionem
retardare ac impedire:ut per Alex. in d. conſi.17. Requi-
36 ſitus. immo dico † tertium ſemper quando prætendit in-
tereſſe poſſe appellare:ſecundum Abb. & communiter do
cto.in c.cum ſuper.de ſent.& re iudi. adeo quod ſi probet
ſe poſſediſſe poſt tres ſententias poteſt executionem im-
pedire.Rota.de probat.in nouiſſ.& plene per Feli.in d. c.
cum ſuper. col. fin. ſed iſti poſsidebant per conſtitutum
poſitum in contractu de quo ſupra, ergo non ſolum a ſen
tentia ſed a tribus conformibus potuiſſet appellare.
¶Circa ſecundum dubium breuiter me expedio, & dico
omnino hos de Gerbinatis habere potiòra iura illis de
Martellis, & conſidero illos de Martellis eſſe filios cuiuſ-
dam Cæſaris de Martellis,qui tenebatur illis de Gerbina-
tis in quantitate trium millium, & ſexcentum librarum
& decem:ut apparet in inſtrumento celebrato inter Cæſa
rem,& illos de Gerbinatis producto in actis.item ſunt hę
37 redes patris ipſorum,ꝙ ſatis probatur † quia ualet con-
ſequentia,filius ergo hęres:ut plene no.in l.in ſuis.de lib.
& poſthu. probatur etiam per teſtes pro parte ſua produ-
ctos ut apertiſsime conſtat in actis:nam dicunt illos fuiſ-
ſe hæredes patris,ſi ergo fuerunt hæredes patris,non poſ-
ſunt contradicere iſtis de Gerbinatis creditoribus patris
38 in ampliſsima forma, † cum hæredes factum defuncti te-
39 neatur approbare.l.cum a matre.de rei uendic. † & dolo
facit qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt.l.dolo facis.de
40 excep. do. & res breui manu † expedienda eſt:ut not. in l.
ſingularia.ſi cer.peta.Nec poteſt dici deĩ hæredibus dein
de hæredes ſoluent illis de Gerbinatis:quia iſte eſt uanus
41 † circuitus qui euitari debet quantum ſit poſsibile. l. ꝙ
dominus.de condi.indeb.& pręſertim cum conſiſtat in pe
42 cunia in qua † non cadit affectio.l.nummis. de in lit. iu-
ram. ¶Præterea Cæſar pater iſtorum in illo inſtrumen
to obligauit omnia bona ſua præſentia, & futura,& dedit
poteſtatem apprehendendi propria authoritate cũ mul
tis clauſulis:ut patet in eo.Et iſte Cæſar iam adiuerat hæ
reditatẽ Matthæi in qua aderat nomen debitoris de quo
43 agitur † & ſic effectum fuit patrimonium ipſius Cæſaris.
l.j.§.ueteres.de acquir. poſſeſ. cum concordan. ergo cum
uigore inſtrumenti ad hoc nomen debitoris propria au-
44 thoritate † poſsint uenire,& illud apprehendere.argum.
nota.in l.creditores. de pign.ſi coram iudice hoc petant
ſine aliqua exceptione eis concedendum eſt: ut plene per
Salice.& omnes in dicta.l.creditores. & in l.fina. de edic.
diui Hadr.tollen.
¶Non omitto tñ unum ꝙ dicunt iſti de Martellis, ꝙ pa-
ter ipſorum inſtitutus a dicto Matthæo fuit grauatus per
fideicommiſſum illis reſtituere:quo caſu tanquam ſucce-
45 dentes † per fideicõmiſſum primo. l.cohæredi.§.cũ filię.
de uulg.& pupil.dicunt iſtud nomẽ debitoris nõ ſpectare
ad ipſos tanq̃ de bonis patris,ſed.d.Matthæi teſtantis, &
hoc iure fideicommiſsi,ſed certe iſtud eſt ſomnium qm̃ te
ſtator primo inſtituit Cęſarẽ, & ei ſubſtituit eius Cæſaris

filios maſculos,tantum in capita,& non in ſtirpes, quod
46 uerbum ſubſtituo,ſimpliciter † prolatum ſine diſtributio
ne temporis,ſolum uulgarem comprehendit:ſm commu
niter doc.in §.quidam recte.l.Gal.de lib. & poſthu.Bart.
in l.centurio.& in l.Lucius.in fin. de uulga.& pupil.& ibi
per Iaſo.& per Dec.in conſi.291.col. 2.& in conſi. 205.in
prin.uol.2.& per eundem Dec.& cõmuniter doc.in l.pre
cibus.C.de impube.& alijs ſubſt.qui doc.loquuntur pro
47 prie in tali ſubſtitutione,& pro hoc facit† quod in dubio
ſubſtitutio debet iudicari directa . c. ſi pater. de teſt. in 6.
item quia eſt uerbum commune ꝙ ſe habet ad utranque
48 ꝙ non debet referri ad fideicommiſſariã cum † ſit impro-
49 pria ſubſtitutio:ut no.in rub.ff.de uulg.& pupil.& † uer-
ba in dubio intelliguntur in caſu proprio.l.3.§.hæc uer-
ba.de neg.geſt.& in potiori ſignificatu.l.j.§. qui in perpe
tuum.ſi ager uecti.uel emphy.pet.ergo debet iudicari uul
50 garis,quæ † expirauit per aditionem patris.l. poſt aditã.
C.de impube.& alijs ſubſti. ¶Non obſtant illa uerba in
capita & non in ſtirpes, quæ ſm aliquos, ut audio, uident
tractum temporis continere:quo caſu talis ſubſtitutio dr
51 compendioſa,& continet † fideicõmiſſariam:ut per Bar.
in d.l.centurio.de uulga.& pupil.in 10. col.quia reſpon-
deo ꝙ allucinantur . Nam iſta uerba potius fuerunt pro-
lata ad tollendum tractum temporis quàm ad inducen-
52 dũ.Nam in capita idem eſt † dicere ꝙ pro uirilibus por-
tionibus,& æqualiter ſm numerum perſonarum.l.nepo-
tes.de leg.hære.authen.ceſſante.eo.tit.& probatur inſtit.
de hære.quæ ab inteſt.defer.§.cum. filius.ſed uerbũ æqua
liter uel æqualibus portionibus non continet in ſe tractũ
temporis , ſed de præſenti non adita hæreditate expediri
poteſt , ergo non poteſt propter hoc continere fideicom-
53 miſſariam,immo iſta eſt expreſsio † quæ tacite ineſt.ſcili
cet ꝙ æqualiter ſuccedant,iuxta no.in l.ex facto.de hære.
54 inſti.cum concordantibus, & † expreſsio eius ꝙ tacite in
eſt nihil habet nocere.l.3.de leg.j.cum ibi plene not. Et in
55 dubio † præſumitur facta eſſe expreſsio eius ꝙ tacite in-
eſt,& per eundem modũ per quem ineſt:ſm Pau. de Caſt.
& Iaſo.in d. l.3. de leg.j. ergo licèt iſta uerba poſſent im-
portare aliũ ſenſum, qđ tñ nego,dico ꝙ debent interpre
56 tari hoc modo, & † uerbũ ſtirpes licèt ſui natura impor-
tet tractum temporis, tñ illud procedit qñ ponitur affir-
matiue,ſecus ſi negatiue,& excluſiue : ut hic.Nam in ſtir-
pes non poteſt euenire caſus niſi tractu temporis : ut de
ſe patet,& probatur in locis ſupra alleg.ergo excludendo
iſtud uerbum in ſtirpes, datur intelligi uoluiſſe excludere
tractum temporis:fuit ergo poſitum ad excluſionem tem
57 poris,ergo non debet inducere tempus,cum inducta† ad
unum effectum non debent operari ꝯrium.l.legata inuti-
liter.de adimen.lega.l. legata inutiliter. de leg. j. & plene
in l.ꝙ fauore.de legi. immo illud uerbũ in ſtirpes ad ma-
iorem expreſsionem , & corroboratioñ uerbi in capita
fuit prolatum.Nam ſine eo uerbum in capita ſatis decla-
raſſet uoluntatem defuncti , & ſatis operatum fuiſſet effe-
ctum ſuum , ut æqualiter ſuccedant , ergo tanquam non
58 † neceſſarium non habet uitiare:argu.l.ea quæ ſuper abũ
59 dant.de regu.iur.& bene facit † quia ſemper debet fieri in
terpretatio ut diſpoſitio ſit ſine tempore,& pura. l.ita ſti-
pulatus .§.Chryſogonus.de uerborum obligationib.
¶Nec obſtat, & ſi in ſequenti parte teſtamenti ſubſtitue-
rit eos uulgariter, & pupillariter ac per fideicommiſſum,
quia ille eſt alius caſus qui non uenit,& non habuit locũ,
60 nec poſſumus dicere † ſequentia declarare præcedentia.
l.ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de lega.j. quia reſpondetur eſſe
61 caſus diuerſos,& ex diuerſis non fit declaratio. l.Papinia
nus exuli. de mino. nam in ſequenti parte cum ſint † plu-
res ſubſtitutiones quam in præcedenti vr̃ habuiſſe magis
animum conſeruandarum hæreditatum & inducẽdi fidei
cõmiſſum quàm in præcedẽti:argu. not. per Bar. & doct.
in l.centurio.de uulg. & pupil.in illa. q. de filijs filiorum.
62 Præterea † in claris non eſt opus declaratione. l.ille aut il
le.§.cum in uerbis.de lega.3.ſed cum caſus noſter ſit cla-
rus ex natura uerbi,& propter illam appoſitionem in ca-
pita &c. ut dixi ſupra ergo non debet recipere aliam de-
clarationem a ſequenti . ¶Immo dico ex quo in ſequenti
fecit mentionem de uulgari, pupillari, & per fideicõmiſ-
63 ſum, & non in † præcedenti parte datur intelligi ꝙ nõ in
tendebat ita ſubſtituere in præcedenti:argu. l.cũ prætor.
de iudi.ſi uoluiſſet utique dixiſſet.l. unica.§.ſin autem ad
deficiẽtis.de cadu.tollen.& ita in terminis qñ in una par-
te ſubſtitutionis eſt facta mẽtio de uno, & non in alia par
te ꝙ non repetatur in alia expreſſe uoluit Ioan. de Ana.
in conſ.21.qđ incipit,Ad probãdam. & corroborandam
& bene faciunt quæ uoluere Card. & Imol.in c.cum dile-
64 cti.de donat.& Sali.in l.j.C.de liber.præter. ſed † ꝙ quan
do clauſula præcedens eſt ſeparata a ſequenti tunc non
declaratur per ſequentẽ,ſed hic ſunt ſeparata , immo mul
ta intermedia ſunt,ergo &c. ¶Nec obſtat in ſequenti par
te adeſſe uerbum , & ut ſupra ꝙ vr̃ habere relationem ad
ſuperiora,& denotare uoluiſſe ſubſtituere ſicut fecit in ſu
perioribus:quia relatio refertur ad illud in capita, & non
65 in ſtirpes, ꝙ fuit omiſſum in inferiori parte, † nã relatio
fit ad expreſſa.arg.not.per Bar.& Alex. in l.j. in prin.ff. ꝙ
quiſq; iur.in gl.in uerbo,ſi quis.& quia adeſt ratio diuer-
ſitatis,quia in ſequenti parte cum ſint plures ſubſtitutio
nes quàm in præcedenti , vr̃ in ſequen. magis conſeruare
hæreditates & inducere fideicommiſſum quàm in præce-
denti,ut dixi ſupra.Præterea dato, & nullo modo cõceſſo
eos eſſe hæredes per fideicõmiſſum adhuc dico. d.de Ger-
binatis poſſe agere reſpectu Trebellianicæ, & quartę par-
tis quæ non uenit reſtituenda iuribus uulga. ¶Vltimo
conſidero eſto ꝙ ſint hæredes per fideicõmiſſum. d. Mat-
thęi,tñ ex quo apparent inſtrã in actis producta in quib.
conſtat.d.Matthęum fuiſſe,& eſſe debitorẽ illorũ de Ger-
binatis in quantitate mille,& octocentum librarum , pro
quibus obligat omnia bona ſua præſentia ,& futura cum
poteſtate propria authoritate apprehẽdendi &c.ergo om
nino tenent dictis de Gerbinatis,& eſt in poteſtate ipſorũ
occupare iſtud nomen cõprehenſum in bonis. d. Matthęi.
ut ipſimet de Martellis fatentur, & hoc quia dolo faciunt
petendo ꝙ ſtatim reſtituturi ſunt, & ut circuitus uanus
euitet maxime in his in quibus non cadit affectio,ut in pe
cunijs,& etiam uigore ꝯctus qui præſtat facultatem occu
pandi propria authoritate , ergo fortius coram iudice eis
ſubueniendum eſt:ut plene not.in l. creditores. de pig.C.
¶Conſtat igitur iuſtiſsime ac doctiſsime iudex ſiue iſti
de Martellis ueniant tanquam hæredes patris, & tũc quia
ſunt creditores patris,hi de Gerbinatis præferendi ſunt,
ſiue ueniant tanquam hæredes Matthęi cum ſint credito-
res eiuſdem Matthęi , itaque iſta res uidetur clarior luce
meridiana. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Agi regulariter non poteſt contra tertios pignorum poſſeſſores non excuſſo principali.*
2 *Creditor contra tertios pignorum poſſeſſores non excuſſo principali debitore agere poteſt, quando debitor obligaſſet omnia bona ſua, & conſtituiſſet ſe nomine creditoris precario poſsidere.*
3 *Obligatio generalis omnium bonorum, prædium non comprehendit, de quo in ſpecie fuit facta obligatio.*
4 *Regula authen. hoc ſi debitor. C. de pign. adeo firma eſt, ut in excuſsione principalis, requiratur citatio tertij poſſeſſoris.*
5 *Regulam habens pro ſe dicitur habere firmam intentionem.*
6 *Creditor ut uirtute pignoris poſsit agere contra tertios poſſeſſores, debitorem poſſediſſe tempore pignoris contracti probare tenetur.*
7 *Probatio detentationis, inducit iuridice poſſeſsionis præſumptionem, adeo ut dicatur ſufficienter probata poſſeſsio.*
8 *Poſſeſsio per unicum teſtem probari poteſt.*
9 *Probatum plene dicitur, quando parti fuit delatum iuramentum in ſupplementum probationis.*
10 *Teſtes plures ſingulares, minus probant quàm ſi unus tantum adeſſet.*
11 *Teſtes non deponentes de tempore, quando tempus eſt qualitas neceſſaria*

neceſſaria probationis, nihil probare dicuntur.

12 *Authoritas illa quæ eſt ſecundum regulam, in dubio capi debet.*

13 *Concordia ad dicta per Bar. in l. 1. quorum bonorum. & in tit. ad reprimendum. in uerbo, ſummarie.*

14 *Poſſeſsionis cauſa, pleni præiudicij dicitur, quando ſimpliciter intentatur, & non ordinatur ad petitorium.*

15 *Appellari a ſententia lata in cauſa poſſeſsionis poteſt quando eſt magni præiudicij.*

16 *Cauſa illa habet miſturam proprietatis cuius fundamentum eſt hypotheca.*

17 *Iudicium hypothecæ, ſapit naturam petitorij.*

18 *Iuramentum non defertur in ſupplementum probationis, & ſi deferatur non releuat, quando teſtes ſunt ſingulares.*

19 *Item non defertur quando ille unicus teſtis neceſſario non concluderet, ſed præſumptiue.*

20 *Probatio poſſeſsionis per detentationem eſt præſumptiua.*

21 *Iuramentum non defertur, in probationis ſupplementum quando teſtis eſſet amicus, & familiaris actoris.*

22 *Item non defertur quando de magna agitur quãtitate, magna autem dicitur ſecundum qualitatem perſonarum.*

23 *Porcus ruſtici eſt oculus ruſtici.*

24 *Remedium. l. ſiua. C. de acquir. poſſeſ. non competit creditori in quem fuit tranſlata poſſeſsio per conſtitutum uel alio modo, quando poſtea debitor rem hypothecatam uendidit, & eam uere tradidit emptori, ita ut eius poſſeſsionem corporaliter adeptus ſit.*

25 *Compromiſſum de re liquida factum, maxime quando eſt liquida per inſtrumentum, continens poteſtatem ingrediendi, nullius eſt momenti, nec ut ualeat partes facere poſſunt.*

26 *Princeps ea quæ iuris ciuilis ſunt tollere poteſt.*

27 *Iudici terminum abbreuiare permittitur, licèt in totum tollere non poſsit.*

28 *Compromiſſum ualet, quando expreſſe in eo fit mentio de re liquida per inſtrumentum.*

29 *Contractus in quo fuit appoſita clauſula, quod ualeat omni meliori modo, quo poteſt, ſi non poteſt ualere in uim contractus, ualebit tamen in uim pacti.*

30 *Argumentum ualet de compromiſſo ad tranſactionem.*

31 *Iuramentum operatur ut actus qui non poteſt ualere in uim contractus ualeat in uim pacti.*

32 *Compromiſſum de liquido ualere debet, quando liquidum principaliter in eo non uenit, ſed tantum in conſequentiam.*

33 *Princeps interpoſitam tranſactionem tollere non poteſt.*

34 *Compromiſſum eſt contractus.*

35 *Contractus omnes ſunt iuriſgentium, quatuor exceptis.*

36 *Princeps ea quæ iuriſgentium ſunt tollere non poteſt.*

37 *Princeps recognoſcens ſuperiorem, non ſolum ea quæ ſunt iuriſgentium, ſed nec ea quæ ſunt iuris ciuilis tollere poteſt.*

38 *Iudici eſſe permiſſum tollere tempus taxatum ab homine iure cautum non reperitur.*

RESPONSVM CX.

¶An remedium legis finalis. C. de acqui. poſſeſsione poſsit intentari contra tertium poſſeſſorem, omiſſo principali: & an de re liquida poſsit fieri cõpromiſſum: & an per principem tolli poſsit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Thema ad me a uicepreſidæ Romandiolę trãſmiſſum tale eſt. Quidã Antonius recepit mutuo quãdam pecuniarium quantitatem a Manfredo & pro reſtitutione obligauit quoddam prædium, hoc pacto ut ſi pecuniam non reſtituerit de menſe Maij, prædiũ ſit ipſius Manfredi: deinde Antonius uendidit iſtud prædium Marco Cæſarini, poſtea fecit compromiſſum cum d. Manfredo de omnibus etiam liquidis, ut in eo: deinde contra Marcum. d. Manfredus egit remedio. l. fi. C. de acq. poſſ. finito compromiſſo ex pręcepto uicepręſidis Romãdiolę, & ex hoc themate de duobus contigit dubitari. Et primo, an. d. Manfredus potuerit agere & intentare remedium. l. fi. C. de acquir. poſſ. contra. d. Marcum Cæſarin, omiſſo principali. Secundo, an uicepręſes potuerit abbreuiare compromiſſum, & quo ad partem tollere. ¶Circa primum, & ſi regula ſit ꝙ non poſsit agi contra tertios
1 pignorum poſſeſſores non excuſſo principali: auth. † hoc
ſi debitor. C. de pign. cum ibi plene not. tamen quando debitor obligaſſet omnia bona ſua, & conſtituiſſet nomine
creditoris precario poſsidere, tunc contra tertios pigno
2 rum poſſeſſores non † excuſſo principali debitore agere
poteſt remedio. l. fi. C. de acquir. poſſeſ. quia dicitur priua
tus ſua poſſeſsione: ſm Iaco. Butri. & l. fi. C. de act. & obli.
& in d. auth. hoc ſi debitor. Imol. Roma. Alex. & communiter ſcriben. in l. exitus. in fi. ff. de acquir. poſſeſ. ſed d. An
tonius non ſolum obligauit. d. prædium Manfredo, ſed
omnia bona ſua præſentia & futura, & conſtituit ſe nomi
ne illius poſsidere ut cõſtat in inſtrumento obligationis
ergo Manfredus potuit. d. remedium intentare.
¶Maturius uero cogitanti uidetur dicendum. d. Manfre
dum non potuiſſe agere contra. d. Marcum Cæſarini omiſ
ſo principali, & præſertim. d. remedio l. fi. C. de acquiren.
poſ. & conſidero quod primo obligauit certum pręedium
ſine conſtituto, & deinde omnia bona ſua, & illa conſti-
tuit ſe poſsidere &c. Quo caſu dico, ꝙ in obligatione præ
3 dij non eſt conſtitutum, quia in illa obligatione † omniũ
bonorum non continetur prædium de quo in ſpecie eſt fa
cta obligatio. l. doli clauſula cum materia. de uerb. obli.
l. ſanctio legum. de pen. l. ſemper in toto. de reg. iur. ſi ergo
non eſt conſtitutum reſpectu illius prædij, ergo ſumus in
terminis auth. hoc ſi debitor. C. de pign. ſcilicet quod nõ
poteſt agi contra tertium poſſeſſorem niſi excuſſo princi
pali, quæ regula adeo firma eſt quod in excuſsione requi-
4 ritur † citatio tertij poſſeſſoris: ut per Ange. & communi
ter docto. in d. authen. hoc ſi debitor. per Aret. & alios in
§. item ſeruiana. inſti. de act. & in dubio ſecundum iſtam
regulam pronunciandum eſt: nam qui regulam habet pro
5 ſe dicitur habere firmam † intentionem. Bar. in l. quoties.
ſi quis caut. & in l. 2. col. j. ſi quis in ius uoc. non ier. & ſen
tentia pro ea pronuncianda eſt ut per Matth. in notab. 19.
ergo &c. ¶Secundo probatur, nam ad hoc ut iſte cre-
ditor poſsit agere contra tertium poſſeſſorem requiritur
6 quod probet † debitorem poſſediſſe tempore pignoris
contracti: ut per Cyn. Salic. Angel. & Flo. in l. cum res. C. ſi
ali. res pig. data. per Flo. in l. ante omnia. de probatio. col-
ligitur ex not. per Bar. in l. rem alienam. de pig. act. ſed. d.
Manfredus non probauit Antonium poſsidere tempore
contractæ obligationis: ergo nullo modo contra. d. Mar-
cum tertium poſſeſſorem agere poteſt. Et ſi dicatur quod
dictus Manfredus produxit teſtes qui licèt erant ſingula-
res, & non probabant, tamen ſecundus teſtis pro eo pro-
ductus vr̃ ſufficienter probaſſe, cum dixit ſe uidiſſe Anto
nium laborare, locare, & dislocare, ut in actis latius conti
netur: quæ uerba licèt denotant detentationem prout eſt
facti, tamen ex ipſa detentatione præſumitur poſſeſsio iu
7 ridica adeo ꝙ dr̃ ſufficienter † probata poſſeſsio probata
ſm gl. Bar. Alex. Iaſ. & communiter docto. in l. ſtipulatio
iſta habere. in §. hæc quoque de uerbo. oblig. per Deci. in
8 conſi. 215. & in probatione poſſeſsionis † unus teſtis ſuf-
ficit: ut ſentit Mathe. in notab. 2. & Bar. in l. 2. §. fi. C. quo-
rum bono. & in l. j. ubi in rem actio. & præſertim in caſu
iſto debet dici ſufficienter probatum cum fuerit parti de-
9 latũ iuramẽtum in ſupplementum probationis: † quo ca
ſu dr̃ plene probatum. l. in bonę fidei. C. de iureiur. nor. in
l. admonendi. de iureiuran. nam ad iſta reſpondetur quod
10 teſtes iſti ſunt ſingulares † quo caſu minus probant quã
ſi eſſet unus tantum: nam unus debilitat fidem alterius:
ſecundum Bald. in l. ut iuſiurandum. col. 3. C. de reb. cred.
& in l. de quibus. col. antepen. de leg. per Deci. in conſilio
133. col. 4. quod autẽ ſint ſingulares ſatis conſtat ex pro
ceſſu, ideo eorum dicta nõ tranſcribo. ¶Item non recor-
11 dantur de tempore † quo caſu nihil dicuntur probare, cũ
tempus ſit qualitas neceſſaria probationis, cum requirebatur ꝙ tempore ɔ̃ctæ obligationis poſsideret, ut dixi ſu
pra. Vnde poſſumus dicere ꝙ hic non ſit unicus teſtis: &
ſic non obſt. doctri. Bar. in l. 2. quorum bon. uel ſecundo
dico, ꝙ illa doct. Bar. non eſt uera. nam ipſe ɔ̃rium expreſ-
ſe tenet in titu. ad reprimendum. in uerbo, ſummarie.

col.2.ubi dicit expreſſe ꝙ in poſſeſsiõe nõ ſufficit ꝓbatio per unum teſtem.& hoc ſentit etiam in l.admonendi.circa fi.de iureiur. & ibi per mod. unde apparet ꝙ nos non poſſumus fundare in illa authoritate, cum ergo hincinde
12 ſunt authoritates,in dubio † debet capi illa quę eſt ſm regulam.l.omnis diffinitio.de reg.iur.ſed regula eſt ꝙ non ſufficit.unus teſtis.l.ubi numerus.de teſt.ergo potius debet attendi illa authoritas Bar.in titu.ad reprimendum.de uerbo,ſummarie.qui uult ꝙ unus teſtis non ſufficiat: immo ſi uis tenere authoritatem Bar. in l.j. quorũ bono. dicas ſic,aut iudicium poſſeſſorium modicũ, aut parum parit præiudicium, & tunc ſufficiat probatio per unum
13 teſtem:exemplũ in † Carboniano edicto, de quo in l.3.§. miſſum.de carbo.edic.nam ille miſſus in poſſeſsionem,& illa poſſeſsio præiudicat,cum amittat adueniente pubertate ſine alio iudicio.l.de bonis.§.fi.de carbo.edict.& ita procedunt not.per Bar.in l.j.quorum bono.& in l. 2. ubi in rem actio.nam ibi allegat.l.j.de carbon. edic. & allegans debet intelligi ſm legem quã alleg.ſm Bart. in l.nõ ſolũ.§.liberationis uerba.de liber.lega.aut parit aliquod non minimum præiudiciũ, & tunc non ſufficit probatio per unum teſtem.& ita procedant not.per Bar.in ti.ad reprimendũ.in uerbo, ſummarie. & iſte eſt caſus noſter:nã dr̃ quæſtio poſſeſsionis parui pręiudicij qñ ordinatur ad
14 petitorium:pleni autem † præiudicij dr̃ qñ ſimpliciter intentatr̃, & non ordinatur ad petitorium : nam tunc ultra momẽtum duratura eſt, & excedit naturam poſſeſsionis
15 cum poſsit † appellari.ita dicit Bar.in l.2.col.2.de appel. recip.ſed in caſu noſtro intentatur principaliter nõ ratione petitorij,ergo eſt poſſeſſorium pariens plenum præiudicium:& per conſequens requirit̃ plena probatio. iſta diſtinctio in eiſdem fere terminis ponitur per Iaſo. in l. naturaliter.§.nihil commune.col.pe.de acq.poſſ. ¶ Vltimò dico ꝙ dato ꝙ uerum eſſet indiſtincte unum teſtem ſufficere in probatione poſſeſsionis, hoc non procedit qñ illa poſſeſsio habet miſturam proprietatis, ſed quæſtio eſt ſimplex.ita loquuntur iura adducta per Bar.ſed quæſtio no-
16 ſtra habet † miſturam proprietatis, cum fundamentum iſtius creditoris ſit hypotheca:nam conſtitutum transferens poſſeſsionem eſt acceſſorium ad hypothecã, & ſi nõ ualet principalis ꝯtus, non ualet etiam pactum conſtitu
17 ti:ſed iudicium † hypothecæ ſapit naturã petitorij. Bart. in l.j.ſi de momen.poſſ.fuer. appel.Corn.in conſi. 190. in princip.ad euidentiam.col.j.lib.j.ergo &c. ¶ Nec obſtat ꝙ fuit delatum iuramentum in ſupplementum probationis:quia iuramentum non defertur,& ſi defertur non rele
18 uat,qñ teſtes † ſunt ſingulares : ſm Bal.in rubri. de controuer.inueſt.in uerbo,ſeci.& in l.de quibus.circa ultimã char.de leg.& Dec.in dicto conſi.133. colũ. 4.ſed iſti ſunt ſingulares, ergo &c. ¶ Item non defertur qñ ille uni-
19 cus teſtis † neceſſario non concluderet ſed præſumptiue ſm Roma.in conſi.916.uolu.per docto. in l.admonendi
20 de iureiur.ſed iſta probatio poſſeſsionis eſt † præſumptiua:ſm Bar.& docto.in d. l. ſtipulatio iſta. §.hæc quoque. de uerbo,oblig.ergo &c. ¶ Item non defertur qñ teſtis
21 eſſet amicus,& familiaris actoris.Spec.† in tit.de teſt.§.j. uerſi.item excipitur.Bald.in l.j.qui & aduer.quos. Pan.in c.fi.de iureiur.ſed iſte erat amiciſsimus actoris,ergo.
22 ¶ Item non defertur qñ eſſet † magna quantitas : magna autem dr̃ ſm qualitatem perſonarum.Bart. & communiter docto.in l.admonendi. circa fi. de iureiuran. bene facit gl.in l.illicitas.§.ne potentiores.de offi.præſi.quæ di-
23 cit,ꝙ † porcus ruſtici eſt oculus ruſtici,ſed hic eſt quantitas maxima attẽtã qualitate perſonarum, ut aduerſarius confeſſus eſt in poſitione,ergo non potuit deferri iuramẽtum in ſupplementum probationis. ¶ Vltimò dico,ꝙ dato,licèt nullo modo ſit uerum,ꝙ conſtitutum eſſet in illo fundo, & ꝙ iſte actor optime probaſſet poſſeſsionem, nihilominus nullo modo poteſt agere cõtra tertium poſſeſſorem remedio.d.l.fi. & ſi egerit, iudicium eſt nullum, & ſententia probatur:nam remedium.d.l.fi. nunquam cõpetit in creditori in quem fuit tranſlata poſſeſsio per conſtitutum,uel alio modo,qñ poſtea debitor rem hypothe-
24 catam uendidit,& eam † uere tradidit emptori,ita ꝙ eius poſſeſsionem corporaliter adeptus eſt:gl. in c.olim.de reſtit.ſpol.gl.in l.Pomponius.in uerb.amit.quib.mod.uſufruct.amit.Bar.in l.creditores. col.41. uerſi. item quæro. C.de pig.Are.in l.exitus.in fi.de acqui. poſ.Alex.in l.peregre.§. quibus.de acqui.poſſ.& eſt communis opi.ut atteſtat Monferratus.in repet. l. ſi is qui pro emptore.char. pe.col.2.de uſuc.ſed.d.Antonius debitor uẽdidit.d.Marco Cæſarini, & uere, & realiter tradidit ut apparet, quia eſt in poſſeſsione,ergo Manfredus creditor.d. remedio. l. fi.contra.d.Marcum nullo modo agere poteſt.

¶ Nec obſt.ꝙ illud remedium habet locum qñ interuenit conſtitutum,quia non interuenit, ut dixi in primo fundamento,& caſu quo interuenerit ille, non probauit poſſeſſionem : & caſu quo probaſſet fallit, qñ emptori tradita eſt poſſeſsio ut fuit hic,ergo &c.¶ Circa ſm ur̃ dicendum uice præſidem abſque dubio potuiſſe tollere illud compromiſſum: quia & ſine principe inualidum erat ac nullius momenti,cum erat de re liquida quo caſu non ualet,
25 nec partes poſſunt facere ꝙ ualeat maxime † qñ res eſt liquida per inſtrumentum continens poteſtatem ingrediẽdi:ſm Bar.Soci.Iaſo.& doc.in l.eleganter.in prin.de condit.inde.& ita conſuluit Pe.de Ancha.in conſi.171. ſed in caſu noſtro debitum erat liquidum ex inſtrumento habẽtę poteſtatem ingrediendi:ergo &c.¶ Secũdo dato ꝙ ualeret,poteſt dici per principem tolli poſſe: quia iuris ciuilis eſt,ea enim quæ iuris ciuilis ſunt a principe tolli poſ-
26 ſunt:ut not.in l.fi.† ſi contra ius uel uti. pub. per Abb. & doc.in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. immò in caſu iſto hoc potuit fieri:quia non fuit penitus annullatũ, ſed fuit
27 abbreuiatũ,† & permittit̃ iudici abbreuiatio termini,licèt terminum in totũ tollere non poſsit : argu.l. Titia. de accu. ¶ Et ſuadet̃ hoc in terminis noſtris : quia a iudice hoc fuit cõmiſſum,inſtante utraque parte,nam,& ipſe Antonius præſtitit cõnſenſum,ut patet in actis,quo caſu partes concordantes ſine alio iudice potuiſſent recedere a cõpromiſſo,cum nihil tam naturale eſt &c. l.nihil tam naturale.de reg.iuris.l.ab emptione.de pac.l.j.qñ lic. ab emp. diſced.ergo fortius iſtud potuit fieri interueniente iudice arg.not.in l.ſiue apud acta.C.de tranſact.¶ Vlterius conſideranti apertiſsime conſtat compromiſſum ualere, nec illud principem tollere potuiſſe, nec in terminis noſtris tollere uoluiſſe.¶ Et ꝙ ualeat probo, nam licèt poſt ſententiam uel inſtrumentum habens executionem,non poſſit tranſigi,nec compromitti.l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.& per not.in d. l. eleganter. tñ qñ in compromiſſo de
28 re liquida per inſtrumentũ fit † mentio expreſſe, tunc cõpromiſſum ualet:& tenet Bal.in l.poſt rem. de tranſact.& in l.eleganter.in prin.de condi. indeb. & in l. j.in 2. colu. quan.prouoc.non eſt neceſſa.Ro.in rubri. de arbit.in 15. col.Paul.de Caſt.in l.cauſas,& in l.cauſa cognita.de tranſact. Alex.Riminal.& Iaſ.in l.ſi diuerſa.de tranſact. Alex. in conſi.22.Viſo inſtrumento.j. uol. ſed ita fuit hic,ergo: & hoc maxime debet eſſe in caſu iſto ſcilicet ꝙ ualeat, quia ubi eſt appoſita iſta clauſula, ꝙ ualeat omni meliori mõ
29 † quo poteſt,ſi ꝯtus non poteſt ualere in uim ꝯtus, ualebit tamen in uim pacti:ut ſentit Bar.Riminal.Iaſo.& cõmuniter doc.in l.ſi cauſa cognita. in fi. C. de tranſac. ubi ꝯtractus tranſactionis non ualet,quia eſt de re liquida, & tamen ſi eſt appoſita illa clauſula,uel poſsit includi,ualet in uim pacti de non petẽdo:ergo idem in compromiſſo
30 † cum ualeat argumentum de uno ad aliud:ſm docto. in dicta.l.ſi cauſa,& in l.ſi diuerſa.C. de tranſactio. per Bar. in l.elegãter.de cõdic.indebi.& ibi per Alex. Soci.& alios Immo dico ꝙ in terminis noſtris nõ põt negari, quin ua-
31 leat in uim pacti, cum adſit † iuramẽtum quod operatur iſtud:ſm Bar.Alex.& communiter docto. in l. ſi quis maior.C.de trãſact. & caſu quo partes non potuiſſent compromittere etiam expreſſe faciendo mentionem de inſtrumento,nec etiam ualeret in uim pacti,hoc tamen caſu debet poſſe ualere compromiſſum:quia principaliter de debito ex inſtrũ. non faciunt compromiſſum,ſed de litibus, & differentijs ratione ſolutionis,ruptę pacis,& de hoc de-
32 bito ex inſtrumento tanq̃ de dependẽte † & ueniẽte in conſequentiam eius,maxime cũ illud nõ eſt aperte deciſum in

ſum in inſtrumento: ſed multa conceduntur in conſequẽtiam quæ principaliter fieri non poſſunt.l.j.de autho.tut. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pet. faciunt not. per Alex. in conſ.68.in 3.uol.Viſo proceſſu.& in cõſi.113.Viſo inſtrumento treguę. cum ſi.quæ poſſent adduci. ¶Ex his puto compromiſſum ualuiſſe, & ualere, ac per principẽ tolli non potuiſſe, quod probatur. Et primo, quia princeps
33 non poteſt tollere † tranſactionem.l.ſi diuerſa. iuncta. l. cauſas.de tranſactio. & ibi no. Iaſ.& alij docto. ergo etiã non potuit tollere compromiſſum cum a pari procedant tranſactio & compromiſſum.l.2.de iureiuran.d.l.elegan ter.cum ibi not.de condi. indebi. ¶Item quia compro
34 miſſum † eſt 9ctus iuxta.l.Labeo.§.9ctum.de uerb.ſigni. & l.uerba geſſerunt.eod.tit.& in l.j.de pac.ſed contractus
35 † ſunt iuriſgentiũ pręter qua tutor de quibus in l. ex hoc iure.de iuſti.& iure. cum ibi not. de quibus non eſt compromiſſum, ergo eſt iuriſgentium : ergo non potuit tolli per principem,cum ea quæ ſunt iuriſgentium,per princi-
36 pem†tolli non poſſunt.l.fi.de conſti.prin. cum ibi not. & plene in c.quam in eccleſiarum de conſtitu. & præſertim iſta habent locũ in caſu iſto, quia princeps iſte recognoſcit ſuperiorem , qđ patet,nã uicepręſes erat,ſed princeps recognoſcens ſuperiorem non ſolum ea quæ ſunt iuriſgẽ
37 tium,ſed nec † ea quæ ſunt iuris ciuilis tollere poteſt , & ea quæ conceduntur principi non cenſentur ei conceſſa, Abb.& Pau.de Caſt.in l.quoties. C.de preci. imper. offe. Bal.in l.reſcripta.eo.tit.& in l.2.de ſer.& aqua.col.8.

¶Nec obſt.quod iſtud ſit abbreuiare,& nõ tollere , quia eſt tollere in tempore , & ſicut non poteſt tollere iure , ita nec in tempore,cum a pari procedant. §. plus. inſtitu. de
38 act.l.uinum.ſi certum peta.& † quando eſt taxatum tempus ab homine, iure cautum non eſt iudici iſtud eſſe conceſſum:ergo non poteſt contrauenire.l. illicitas.§. ueritas.de officio.præſid. cum ſi. ideo autem in caſu.l. Titia. de accu. & ſimi.iudex poteſt abbreuiare , quam lex ulterius proceſsit dando ſibi poteſtatem : ergo non ſequitur ꝙ in alijs poſsit,ubi lex ulterius non proceſsit:ita Soci.in l.legem.C.de pac.Bar.in l.j.de eo per quem fac. eſt.& hoc in præſenti caſu eo magis eſſe debet, quia ut in facto præſupponitur,adeſt in compromiſſo , quod per tempus expreſſum debeat durare, nec poſsit abbreuiari per quemcunque ſuperiorem , & caſu quo ſuperior contradiceret, ex tunc de nouo faciebant.¶Nec obſt.quod in commiſſione facta a iudice ut laudarẽt intra.10.dies alias priuarentur poteſtate arbitrandi,erat præſens.d. Antonius , & inſtabat ut ita fieret,quoniam iſtud negat,nec fuit probatum,& ei qui dicit incumbit onus probãdi. l.ei. de proba. l.actor.eo.tit. ¶Et ex his igitur uidetur omnino dicẽdum. d. Manfredum non poſſe agere contra. d. Marcum Cæſarini omiſſo principali,nec contra principalem, ante quam arbitri proferant laudum. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hiero.Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatione liberorum de proprietate fœmina continetur.*
2 *Conditio ſi deceſſerit ſine liberis deficit ſi filia ſuperſit.*
3 *Nepos ex filia facit deficere conditionem,ſi ſine liberis,& excludit ſubſtitutum.*
4 *Quæſtio uoluntatis non admittitur,quando in uerbis nulla eſt ambiguitas.*
5 *Teſtimonium humanæ mentis nullum eſt maius , quàm qualitas inſpecta uerborum.*
6 *Filia quæ ex coniectura pietatis,quando a teſtatore non fuit expreſſa in cõditione ſubintelligitur:multo fortius quando fuit expreſſa,conditio ſine liberis,ſubintelligi debet.*
7 *Paulus de Caſtro licèt ſemel conſuluerit pro ſubſtituto ſub conditione ſi ſine liberis &c.ad excluſionem neptis , tamen amplius poſtea noluit conſulere licèt pluries fuiſſet requiſitus.*
8 *Pars altera orationis,alteram declarat.*
9 *Verbum liberis uel filijs appoſitum uni ſubſtitutioni intelligitur de maſculis , quando in alia ſubſtitutione maſculorum eſt facta mentio.*
10 *Vincens uincentem me multomagis,& me uincet.*
11 *Voluntas ſola teſtantis attenditur in fideicommiſsis, & ex coniectura uerborum proprietate receditur.*
12 *Coniunctus ex præſumpta mente teſtantis præfertur ſubſtituto.*
13 *Verba intentioni proferentis inſeruire debet.*
14 *Sententia ita uerbis anteponenda eſt ſicut anima corpori.*
15 *Sententia ſequentis mentem teſtatoris eſt præferenda ſententiæ ſequentis ſiguram uerborum.*
16 *Fœmina ſub uerbo liberis non comprehenditur ſi coniectura adſit ne comprehendatur.*
17 *Teſtator ſicut prætulit proprijs filiabus maſculos deſcendentes, ita & neptibus prætuliſſe uidetur.*
18 *Statutum filiam excludens , cenſetur quoque excludere neptem.*
19 *Argumentum de diſpoſitione ſtatuti ad diſpoſitionem teſtatoris in iure procedit.*
20 *Agnatio per filios,& maſculos deſcendentes conſeruatur.*
21 *Ratio agnationis conſeruandæ pro expreſſa haberi debet,quando alia aſsignari non poteſt.*
22 *Verbis diſpoſitionis illud dicitur expreſſum quod ſub ipſius ratione continetur.*
23 *Pater filias dotare tenetur.*
24 *Voluntas teſtatoris ſecundum affectionem iudicari debet.*
25 *Affectio teſtatoris in neptibus non natis nulla cadere poteſt.*
26 *Diſpoſitio nulla tam generalis ac prægnans reperiri poteſt , quæ trahatur ad ea de quibus non eſt ueriſimile diſponentem cogitaſſe.*
27 *Teſtator ſi habuit affectionem ad maſculos in inſtitutione,præſumitur etiam habuiſſe in ſubſtitutione.*
28 *Opinio per quam doctores reducuntur ad concordiam cæteris eſt præferenda.*
29 *Opinio Pauli de Caſtro in conſilio . 79. communior eſſe uidetur.*
30 *Graduum, ſubſtitutionis maſculorum , pluralitas a teſtatore non fit,niſi ad conſeruandam agnationem,& diuitias in familia.*
31 *Mulier licèt ſit de agnatione non tamen eam conſeruat.*
32 *Verba ſui liberi, demonſtrant quod teſtator reſtringit uerbum liberi ad ſexum maſculinum.*
33 *Geminatio uerbi non comprehendit id quod aliàs ſimplex uerbi prolatio complecteretur.*
34 *Copula,&,repetit qualitates præcedentes in ſequentibus.*
35 *Verbum ſine liberis in priori ſubſtitutione à teſtatore ſimpliciter prolatum , fœminas non comprehendit , quando in ſequenti gradu ſubſtitutionis teſtator de fœminis etiam fecit mẽtionem.*
36 *Quod & ſi quidam contradicant uolentes unam orationis partẽ ab altera declarari, nihilominus admittendum eſt concurrenti bus alijs præſumptionibus.*
37 *Verba ſine maſculis uel fœmellis,appoſita ſecundæ ſubſtitutioni, ut aliquid operentur,debent interpretari fuiſſe appoſita, ad demonſtrandum intentionem teſtantis fuiſſe,diuerſificare ſecundã ſubſtitutionem a prima,fœminas in ea includendo quas non incluſerat in priori.*
38 *Fœminæ ſub uerbo liberis,ſimpliciter prolato non ueniunt: quando in alia parte teſtamenti teſtator fecit de fœminis expreſſe mentionem.*
39 *Hæreditas magis debetur deſcendenti quàm tranſuerſali.*
40 *Ratio diuerſa indicat diuerſam diſpoſitionem.*
41 *Qualitas in fine poſita nunquam refertur ad præcedentia quando in eis militat diuerſa ratio.*
42 *Relatio non fit ad qualitatem, ſed ad diſpoſitionem principalem.*
43 *Euidenter id apparere dicitur quod per legitimas coniecturas demonſtratur.*
44 *Coniecturæ duæ ſufficiunt , in terminis. l. j. de condictio. infertis ad demonſtrandum ſub uerbo liberis , fœminam non comprehendi.*
45 *Diſpoſitio. l. cum auus. de condi. & demonſt. cum ſit fundata in præſumpta mente teſtantis,ceſſat quando aliqua præſumptio ad eſt in contrarium.*
46 *Curandum non eſt de nonnullorum authoritate,quando contra illos adeſt communior opinio.*
47 *Regula legis de acceſsionibus.ff.de diuer. & tempo. præſc. intelligitur in terminis in quibus loquitur.*

 48 *Mona-*

48 *Monaſterium habetur loco filij,ita quod per eius ingreſſum exclu-
ditur ſubſtitutus uocatus ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit
ſine liberis.*
49 *Iudicando a communi opinione non eſt recedendum,*
50 *Diſpoſitio.c.in præſentia.de probationib.& legum diſponentium
monaſterium ſuccedere loco filij, & facere deficere conditionē
ſi deceſſerit ſine filijs nõ habet locum,in ſubſtitutione facta ſub
conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis legitimis & natu-
ralibus.*
51 *Opinio doctorum a conſuetudine recepta communiori, & ueriori
præferri debet.*
52 *Creditur doctori aſſerenti ita eſſe de conſuetudine.*
53 *Doctor allegans conſuetudinem inducit ſaltem præſumptio-
nem.*
54 *Dictum unius facit præſumptionem.*
55 *Præſumptio transfert onus probandi in contrarium.*
56 *Teſtator ſæpius in conditione de liberis naturalibus faciens
mentionem declarat mentem ſuam fuiſſe quod naturales
filij tantum excluderent ſubſtitutum non autem monaſte-
rium.*
57 *Eccleſia quod habeatur loco filij, & excludat ſubſtitutum eſt ca-
ſus exorbitans a regulis iuris.*
58 *Diſpoſitio exorbitans ad caſum in quem non fuit facta non debet
extendi.*
59 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi inſtitu-
tus decedat ſine liberis naturalibus,quando ultra illa uerba na
turalibus liberis concurrit aliqua alia coniectura.*
60 *Alexander qui conſuluit pro monaſterio ut excludat ſubſti-
tutum in conſilio. 121. uolumi. 2. non loquitur quando ſunt
ſubſtituti deſcendentes, ſed quando extraneus duntaxat eſt ſub
ſtitutus.*
61 *Lex, ubi agitur de coniecturanda uoluntate defuncti, ſemper
præſumit uoluntatem potius pro deſcendentibus quàm pro ec-
cleſia.*
62 *Teſtatores communiter, potius uolũt bona ſua ad filios quàm ad
eccleſiam peruenire.*
63 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi inſti-
tutus decedat ſine liberis naturalibus, quando ultra uer-
bum naturalibus, adeſt aliud uerbum quod non conuenit mo-
naſterio.*

RESPONSVM. CXI.

¶An filia nupta faciat deficere conditionem ſi ſine liberis
& excludat ſubſtitutum,& an monaſterium habeatur lo-
co filij,& faciat deficere conditionem ſi ſine liberis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Caſus
talis eſt.Petrus de Villars nobilis Lugdunen-
ſis duos filios maſculos hæredes inſtituit fi-
lias uero dotauit, & caſu quo unus ex ipſis,
& ſui liberi decederent ſine liberis naturalibus, & legiti-
mis eiſdem ſubſtituit alterum ſuperuiuentem,& ſuos libe
ros, & caſu quo ambo, & ſui liberi decederent ab huma-
nis ſine naturalibus, & legitimis maſculis uel fęmellis,
eiſdem ſubſtituit Camionem ſuum nepotem,& ſi ipſe Ca-
mio decedat ſine liberis naturalibus, & legitimis, ſubſti-
tuit ſuas filias:accidit quod unus filius deceſsit cum filijs
maſculis qui ſuperſunt, alius uero deceſsit cum liberis
maſculis, & una fęmina, quorum duo ſunt mortui, alter
eſt ingreſſus religionem, filia nupta,ex hoc themate de
duobus contingit dubitari. ¶Primo an fęmina nupta
faciat deficere fideicommiſſum iniunctum per hæc uerba
ſi decederent ſine liberis.
¶Secundum eſt,an monaſterium habeatur loco filij, ita
ꝙ illa conditio ſine liberis per ingreſſum religionis non
dicatur eueniſſe. ¶Circa primum, prima fronte uide-
tur quod ex quo extat filia nupta non euenerit conditio
1 fideicommiſsi.quoniam † appellatione liberorum de pro
prietate fęmina continetur.l.liberorum.de uerbo.ſignifi.
l.ſi ita ſit ſcriptum,de leg.2.l.ſi quis ita.de teſta.tut.adeo
quod non ſolum filia uenit ſed neptis ex filia,ut per Alex.
in conſi.109.Viſo themate.in j.uol.ſic per exiſtentiam fi-
2 liæ deficit, † conditio, cum dicatur non deceſsiſſe ſine li-
beris.l.non eſt ſine liberis.de uerb.ſigni. faciunt not.in l.
cum uxori.quando dies leg.ced.& in l.j.de cond.inſer. &
ideo dixit Bar.in l.liberorum.col.penul.de uerb.ſign.per
3 Roma.in conſi.148.ꝙ † nepos ex filia excludit ſubſtitutū
& facit deficere conditionem, cum igitur ex proprietate
uerborum uenit filia ſub nomine liberorum,amplius diſ
4 putandum non eſt: quia † cum in uerbis nulla eſt ambi-
guitas non admittitur uoluntatis quęſtio.l.ille aut ille.§.
cum in uerbis.de leg.3.per Bar.in l.iam hoc iure.§.fi.per
illum tex. de uulg. & pupil. ubi inquit ſi uerba teſtatoris
ſint clara, uoluntas in dubium refricari non debet, cum
5 † nullum ſit maius mentis humanæ teſtimonium quàm
qualitas inſpecta uerborum.per Bal.in c.j. de teſt.in c.ſu-
per lite.in 5.col.de reſcrip. ¶Secundo probatur in l. cum
auus. de condic. & demonſt. ubi a lege ſubintelligitur cō
ditio ſine liberis, ita ꝙ ueniunt etiam fęminæ ſm omnes
ibi,& eſt ratio ſm doc.ibi:& in l.cum acutiſsimi. C. de fi-
deicom.quia ſicut teſtator præpoſuit patruum filio in fi-
deicommiſſo, eadem ratione, & nepotem uel neptem ex
filio uel filia vr̄ uoluiſſe præponere, ſi igitur ubi a teſtato-
re uerbum ſine liberis, non eſt expreſſum ex coniectura
pietatis a lege ſubauditur,ita ꝙ filia comprehendit̄,quan
6 to fortius † debet comprehendi qñ a teſtatore eſt expreſ-
ſum, cum expreſſum ſit potentius tacito. l. cum filio. de
uulga.& eo caſu nulla interueniat ſpecialitas. ¶Tertiò
pro iſta parte facit dictum Pau.de Caſt.in l. j. in ulti. col.
C.de condi.inſer.& in l.filiusfamilias.§. cū quis. in lectu.
Bon.de leg.j. ubi dixit ꝙ licet ſemel conſuluerit pro ſub-
7 ſtituto ad excluſionem neptis, † ꝙ tamen poſtea amplius
non uoluit conſulere, licèt pluries fuerit requiſitus, quia
multorum conſilia in ꝯrium facta fecerunt eum dubita-
re:nam Bononienſes, & Peruſini conſuluerunt pro nepte,
etiā in caſu quo teſtator proprias filias excluſit:& ita con
ſuluit Ludo.Bologninus: qd cōſilium eſt inſertum inter
conſilia Alex.in 4.uol.in conſi.53.& ibi in fine refert quā
plures celebres doct.Ferrarienſes idem conſuluiſſe:Idem
etiam tenet Barba.in l.cum acutiſsimi.in ulti. char.C.de
fideicommiſ.& Alex.in conſi.178.uol.5.& in conſi.38.uo
lu.6.& in conſi.17.uol.7.Corne.in conſi.91. uol.j.& in ꝯſ.
83.uol.j.& in conſi.58.uol.4.& in conſi.66.uol. 2.Soci.in
cōſi.182.Licèt filia.uol.2.& multi alij neoterici quos bre
uitatis cauſa omitto.
¶Quartò comprobatur in hoc caſu a fortiori, nam ſi in
caſu in quo ſimpliciter eſt facta mentio de liberis com-
prehenditur neptis etiam ſi proprias filias teſtator exclu-
dit,ut per docto. de quibus.ſupra ergo quanto fortius in
hoc caſu, cum in ſequenti ſubſtitutione eſt facta mentio
expreſſe de liberis maſculis uel fęmellis,ut utar uerbis te
ſtantis,& ita apparet eum uelle ſub uerbo liberis, ſimpli-
citer prolato comprehendi tam fęminas quam maſculos
8 cum † una pars orationis declarat aliam.l. utrum.de pe-
ti.hæred.ubi Ange.in l.qui filiabus.de lega.j.& ſequentia
declarant præcedentia.l.ſi ſeruus plurium.§. fi.eod.tit.&
facit ꝙ uoluit Corn.in conſi.162. Licèt.uol.4. & Curt.iu-
9 nior in conſi.134.col.4. ubi dicũt ꝙ ſi in † una ſubſtitutio
ne eſt facta mentio de maſculis uerbum liberis, uel filijs,
poſitum in alia intelligitur de maſculis: ſequitur Iaſo. in
conſi.141.uol.ij.ergo econtra ſi eſt facta mentio in ſecun
da parte de maſculis uel fęminis debet intelligi in prima
parte uerbum liberis etiam de maſculis uel fęminis.
¶Vltimò comprobat̄ quia proprias filias ſubſtituit poſt
mortem Camionis nepotis decedentis ſine liberis,& filiæ
filiorum primo loco inſtitutorum fuerunt pręlatę Camio
ni, & ita apparet quod magis dilexit nepotes quā filias,
10 † quia ſi uinco uincentem multo magis &c.l.de acceſſio
nibus.de diuer.& tempo.præſcrip.cum uulga.& ſic uidet̄
ꝙ non poſsit argumentari de excluſione fęminarū facta
per patrem ad neptes, cum conſtat neptes ab ipſo magis
dilectas fuiſſe: & hæc ſunt quæ principaliter faciunt pro
nepte,ac cauſam iſtam difficilem reddere uidetur.
¶Maturius tamen cogitanti ꝯrium uerius eſſe uidetur:
ut in hoc caſu ſub uerbo liberis, ſimpliciter poſito non
comprehendatur fęmina, ſed tantum de maſculis intel-
ligatur: & pro clariori reſolutione nonnulla ſatis nota
præſup-

præſuppono.¶Et primo,ꝙ ſumus in fideicōmiſſaria ſub
ſtitutione cōprehenſa,ſub cōpendioſa & in fideicōmiſsis
11 ſola uolũtas † attendiť.& ex ꝯiectura a uerbis recedit, &
ſaltē a propria ſign ficatione uerborũ.l.in ꝯditionib.pri-
mum locum.in prin.l.publius.§.fi.de cond. & demonſt.l.
hæredes mei.§.cum ita.ad Trebel.l.cum uirum.l.uolunta
tis.C.de fideicommiſ.& ideo licèt regulariter ſubſtitutus
12 præferať coniunĉto.l.unica.§.j. C.de cadu.tollen.tñ † ex
præſumpta mente teſtatoris coniunĉtus præferť ſubſtitu
to.l.quidam teſtm̃.ubi Bar.& cæteri ſcribentes.de uulga.
13 & pup.& merito † quia uerba intentioni debent inſerui-
re.c.intelligentia.c.in his.de uerb. ſignifi. & ita ſententia
14 † uerbis anteponenda eſt,ſicut anima corpori.c.cedulis.
38.diſtinct.& ideo dixit tex.in l.quiſquis mihi. de uerbo.
ſign. ꝙ cum Labeo uerborũ figuram ſequi uideatur,Pro-
15 culus uero teſtantis mentem,† Labeonis ſententia nō eſt
16 uera,& in terminis proprijs ꝙ ſub † uerbo liberis,nō cō-
prehendiť fœmina ſi coniectura eſt in ꝯrium , eſt caſus in
l.j.de condic.inſer. ubi not.omnes : & ita dicit Corne. in
conſi.124.uol.2.per totum,& adhuc primo inſpectq. cum
ſi.¶Secundo præſuppono,ꝙ teſtator rationem agnatio-
nis ad excluſionem neptum ac fœminarũ nō ſimpliciter
conſiderauit,ſed reſtrinxit eam ad fauorem deſcendentiũ
& ſic fuit prudens conſilium patrisfamilias, qui licèt uo-
luerit conſeruare agnationem,non tñ uoluit in totum re
cedere a iure cōi ſed quo ad deſcendētes maſculos, & ad
eorum fauorem , uoluit auferre a fœminis beneficiũ illis
attributum de iure communi,ꝙ erat ut ſubaudiantur, ut
excludant ſubſtitutum,& ſi uerbum liberis,ſit expreſſum
comprehendanť : ad nōt.in d.l.cum auus.de conditio. &
demonſt. quo uero ad tranſuerſales noluit auferre iſtud
ius legitimæ hæreditatis potens ad excludēdum ſubſtitu
tum,ius autem ex teſtamento,& prouiſionem ſuam ex te
ſtamento,ad beneficium fœminarum, & non omniũ ,ſed
tm̃ filiarum non fecit niſi poſt deſcendentes,& tranſuer-
ſales,& hæc in effectu fuit prouiſio teſtantis,multum pru
dens,& æqua,quæ colligiť ex ſerie ſubſtitutionis , ex qua
apparet ꝙ uoluit conſeruare agnationem in deſcendenti
bus,& ꝙ magis dilexit filias ꝗ neptes cum ex teſtamento
illas uocauit,ac dotauit,neptes uero nullo modo , ſed tm̃
reſpectu tranſuerſalium non abſtulit eis ꝙ a lege erat con
ceſſum,idque latius in reſponſionibus ad obiecta appare
bit. ¶His ſic præſuppoſitis, dico ꝙ cum in caſu noſtro tē
ſtator proprias filias excluſit,& maſculos inſtituit,ac eos
& ſuos liberos ſubſtituit, ergo ſicut filiabus ꝓpoſuit maſ-
17 culos deſcendentes ita,& neptibus:† argu.l.ſi uiua matre
de bo.maternis.l.publicas.§.fi.de conditio.& demonſtr.
per Bar.in l.Gal.§.etiam.cum ibi plene no.per mod.de li
18 ber.& poſth.& idem eſt in ſtatuto.nã ſi ab eo excluſa † eſt
filia,& neptes quoque excluſę cenſenť:ſm Bal.in l.ſi uero.
19 §.de uiro ſolut.matri.& in l.ꝙ uero.in prin.de leg.& † ar
gumentum de ſtatuto ad diſpoſitionem teſtatoris proce-
dit.§.diſponat.in authen.de nup.per Bar. in l.qui filiũ.§.
ſabinus.ad Trebellia.ergo ſicut qñ ſtatutũ excludit filias
vŕ etiam excludere neptes,per ea quæ dicta ſunt ſupra &
per no.per Ioan.And.in additio. Spe. in tit. de ſucceſsio.
ab inteſtato.in rubri.in.j.col.ita habemus dicere ꝙ teſta-
tor excludēdo proprias filias neptes quoque vŕ excluſiſ-
ſe. Id autem non potuit eſſe niſi gratia filiorum & deſcen
dentium,quorũ contemplatione filias proprias excluſit,
20 † & per quos agnatio conſeruať.l.j.§.penul.de uentre in-
ſpic.& qui deſcendentes ſuſtinent onera agnationis, iniu
rias propulſando,ipſamque diuitijs,honoribus,ac uirtu-
tibus extollunt,& licèt hæc ratio non ſit expreſſa in diſpo
ſitione teſtatoris , tñ ſibi locũ uendicare debet in hoc ca-
21 ſu,& cum nulla † ratio aſsignari poteſt haberi debet pro
expreſſa.l.quãuis.C.de fideicommiſ.ubi Bald. & gl.Imo.
in l.fi.de hære.inſtitu.per Alex.in conſi.48.Super agnatio
ne.lib.j.& in conſi.22.lib.4.per Abba.in c.meminimus.&
in c. ſecundo requiris. de appella. ergo excluſio filiarum
fundata in huiuſmodi ratione debet habere locũ ēt in ne
ptibus cum in eis militet: nã ubi eadem ratio eſt , eadem
22 debet eſſe diſpoſitio,cum uerbis † diſpoſitionis diciť ex-
preſſum ex quo ratione continetur.l.nominis & rei.§.uer
bum ex legibus.de uerb.ſignifi. & non dŕ extenſio ſed cō
prehenſio:ut per Bal.in l.de quibus. de legib. quæ cōpre-
henſio habet locum in quacunque materia:ad not. in l. ſi
uero.§.de uiro.ſolut.matri.& in l.ſi conſtante.eod.tit. &
in authen.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.ergo fortius
in ultima uoluntate,& præſertim fideicommiſſaria , quæ
a ſola coniectura regitur,& probatur,ut ſupra deductum
eſt:nec poteſt dici ꝙ termini non ſint pares, cum filias do
tauit:neptibus uero nihil dedit : quia reſpondetur quod
23 † filiabus tenebatur,neptibus uero, minime, cum adhuc
uerisimiliter non eſſent natę:ideo poterat illas impune ex
cludere,prout fecit:immo a fortiori id dicendum eſt , cũ
24 † uoluntas teſtatoris ſecundum affectionem iudicatur.ar
gumento notat. in l. publia. de condit. & demonſtrat. &
plene per mod.in l.hæredes mei.§. cum ita. ad Trebellia.
ſed maior affectio eſt in filiabus iam natis quàm in nepti
25 bus adhuc non natis, in quibus nulla poteſt cadere † affe
ctio.l.qui filiabus.de legat.j. ergo excludendo filias mul-
to magis uerisimile eſt ꝙ uoluerit excludere neptes. nam
cum ꝯrium non ſit uerisimile, non poſſumus dicere quod
cadat in ſenſum hominis,& quod teſtator id uoluerit, cũ
26 † nulla diſpoſitio tam generalis ac prægnans reperiri po
teſt quæ trahatur ad ea de quibus non eſt uerisimile diſ-
ponentem cogitaſſe:ut per Ange.in conſilio. 248. Philip-
27 pus. in 2.col.ergo &c.facit etiam alia cōiectura de † qua
per omnes in l.j. C. de impuber.& alijs ſubſtitut. ubi De-
cius dicit quod ſi teſtator habuit affectionem ad maſcu-
los in inſtitutione præſumitur etiam habuiſſe in ſubſtitu
tione:allegat Bar.in l.fi.de reb.dub.& multos alios,ergo
&c. & pro iſta parte conſuluit Paul. de Caſtro in conſilio
362.& Raphael.Fulgo. in conſi.38. & in conſi. 23. & in l.
j.de condic.inſer.& ita conſuluerunt omnes doct. Floren
tini,& aduocati exiſtentes in curia Romana:& dicit Soci.
in l.cum auus.col.56.de conditioni.& demonſtrat. quod
uidit plura conſilia doctorum Papienſium , uidelicet
do.Catoſachi,Io.de Puteo,& aliorum, quibus ſe ſubſcrip
ſit Areti.ut apparet in ſuo conſilio incipiente,Stomacha-
tus,& licèt aduerſus iſtos multi alij conſuluerunt,ut Peru
ſini,& Bononienſes,nihilominus de plano procedit, quã
do ſubſtituti ſunt deſcendentes teſtatoris,ut puta alter fi-
lius, uel ex filio nepos teſtatoris : & opinio Peruſinorum,
& Bononienſium, ac aliorum tenentium contrarium pro
cedit quando ſunt ſubſtituti extranei : & ita declarauit
Paul.de Caſt. poſtquam uidit conſilia Bononienſium , &
aliorum ad fauorem fœminarũ,in conſilio 79.& iſta opi-
nio mihi placet , cum habet in ſe rationem maximam ac
apertam conſeruandæ , & præferendæ maſculinitatis , &
quoniam per iſtam opinionem acies ſcribentium ꝯriè ad
28 concordiam reducuntur:& illa † opinio per quam indu-
citur concordia cæteris anteponenda eſt:ut per Salic.in l.
29 filiæ.familiæ erciſcun. & quoniam † iſta opinio commu-
nior uidetur . nam pro ea conſuluit Cum. in conſi. 2. in
primo dubio.& Areti.ita dicit in dicto conſi. Stomacha-
tus &c.& Soc.in dicta.l.cum auus. 157.uer.quartus caſus
& Socin. in conſilio 6. uolumi. 3. allegat aliud conſilium
Paul. de Caſtro in conſilio 14. eod. uolumi. & ita uoluit
Soci.in conſilio.51.uolumi.j.colum. penulti. & in conſil.
73.uolumi.4.colum.j.& Barba. in conſilio 52. inter con-
ſilia Alexan.uolumi.4.& Corneus in conſilio 24.colum.
6.uolumi.2.Deci.in conſi. 15. & Curtius iunior in conſil.
139.colum.4.& 5.Crotus in §.& quid ſi tantum.l.Gallus.
de liberis ,& poſthu. & ita principaliter per ſolam iſtam
concordiam , & rationem conſuluit Deci. in conſi. 370.
ubi dicit quod in caſu ſuo , cum extraneus erat ſubſtitu-
tus neptis excludit:ſecus ſi deſcendens fuiſſet ſubſtitutus
quia tunc neptis a ſubſtituto excluditur:& ita pro ſubſti-
tuto deſcendente,conſuluit Iaſ.in conſi.240.& 241 , uolu.
2.ubi col.10.uerſi.14. dicit quod iſta opinio communior
eſt, a qua in iudicando non eſt recedendum : & ideo eam
aliter rationibus,& authoritatibus non corroboro:ſed di
co ꝙ cũ in hoc caſu ſubſtituti ſunt deſcendentes,ad exclu
ſionem neptis pro ſubſtitutis pronunciandum eſt , cũ iſta
ſit cōis opinio & ęquior,ac rationabilior:& maxime cum
in hoc caſu concurrant aliæ coniecturæ ad fauorem maſ-

ſculorum ſubſtitutorum ultra coniecturas ꝙ ſint de deſ-
cendentibus,& filiæ ſint excluſæ,quibus nitit cõis opi.de
qua ſupra. ¶ Et primo, quia plures gradus ſubſtitutionũ
fecit:quia non ſolum inſtitutos ſubſtituit,ſed ſuos libros,
& ſic in infinitum deſcendentes. ad notata in l.liberorum
de uerborũ ſignificat.& ſic uoluit ꝙ filiæ ſint perpetuo ex
30 cluſæ exiſtentibus deſcendentibus,cum † illa graduũ plu
ralitas non fuit facta niſi ad conſeruandam agnationem
& diuitias in familia : ſed per fœminam non conſeruatur,
31 quia licèt mulier † ſit de agnatione,non tñ eam cõſeruat:
ad abundanter tradita in l.fi.C.de uerb.ſigni.cum ibi ple
ne notatis. ¶ Item conſidero ꝙ licèt ſit facta mentio de
maſculis,tñ ex uerbis colligit̃ ꝙ intelligit de maſculis, cũ
dicit,& caſu quo unus ex ipſis,& ſui liberi decederẽt ſine
liberis,ſubſtituit alterum ſuperuiuentem, & ſuos liberos.
32 ¶ Pondero illa † uerba,ſui liberi, quæ demonſtrant ꝙ re
ſtringit uerbum liberi,ad ſexum maſculinum.ita in ſimili
dicit Decius in l.fœminæ.de regulis.iur. col. 17.dum po-
nit intellectũ ad l.j.de uentre inſpicien. & in terminis ita
dicit Corneus in conſi.124.uol.2.ꝙ eo magis in hoc caſu
eſſe debet:quia is ponit uerbum ſui,& ſuos,& ex gemina-
tione arguitur præciſa mens diſponentis : ad notata per
Baldum in cap.eam re.de reſcriptis.ita ꝙ non comprehẽ
33 ditur ſub uerbo geminato,† id ꝙ aliàs ſub ſimplici com
prehenditur.gloſſ.in clementi.j.in uerbo, diœceſanos.de
iure patrona.cum ſimilib.ergo ſub uerbo liberis, licèt cõ
prehendatur fœmina hoc caſu comprehendi nõ debet:&
34 maxime q̃a adeſt copula, &,quæ repetit † qualitates præ
cedentes in ſequẽtes:ad notata in l.Seię.§.Caio.de fundo
inſtruc.ſed ſupra loquit̃ de maſculis,dum dicit,unus ex ip
ſis,ergo repetit in ſeq.& ſui liberi qualitatẽ maſculinitatis
¶ Præterea conſidero ꝙ in ſequẽti ſubſtitutione caſu quo
ambo &c. ponit̃ expreſſe quomodo intelligat uerbũ ſine
liberis,& dicit ſine liberis maſculis,uel fęmellis,ex quo da
35 tur intelligi ꝙ † uerbum,ſine liberis,ſupra ſimpliciter pro
latum non intelligitur eo modo a teſtatore:quia ſi ita uo
luiſſet intelligere dixiſſet ſicut dixit in ſequẽti ſubſtitutio
ne.arg.l.j.§.ſin autẽ. de caduc. tollen. faciunt notata in l.
cum prætor.de iudic.& in cap.nõne.de præſcrip. Nam in
cludendo fœminas in una ſubſtitutione in alia vr̃ illas ex
cludere:& per iſtam rationem reſpondit. Bologninus in-
ter cõſilia Alex.in conſi.52.in 4.uol.ꝙ ex quo in una ſub-
ſtitutione eſt facta mentio de maſculis, in alia intelligit̃
de maſculis,& fœminis,quia ſi uoluiſſet utique dixiſſet de
maſculis ſicut in alia dixit.idem dicit Soci. in conſi. 227.
col.fi.lib.2.& Joan.de Anania in conſi. & Curtius in cõ
ſilio.65.col.9. & col. 15. & licèt multi in hoc ꝯrientur, &
36 uelint ꝙ † una pars orationis declarat aliã &c.tñ præce-
dentem opinionẽ habeo pro indubitata in hoc caſu: qm̃
concurrunt plures rationes ultra illam generalem de in-
cluſione unius &c.& maxime quia ſi conditio ſine liberis
intelligeretur tam de maſculis quam de fœminis,illa uer-
ba maſculis, uel fęmellis, in ſecunda ſubſtitutione nihil
operarentur quantum ad ipſam ſubſtitutionem, cum uer
37 bum liberis, id ſignificabat: ergo ut aliquid † operentur
debemus interpretari ꝙ fuerunt poſita ut demonſtrarent
intentionem teſtantis fuiſſe diuerſificare ſecundam ſubſti
tutionem a prima:& operari ꝙ in prima ſubſtitutione fœ
minæ non contineant.nam uerba ſemper intelligi debent
ut aliquid operent̃.l.ſi qñ.de leg.j.c. ſi Papa. de priuileg.
in 6.& ut ſint poſita cum miniſterio : ut per Alex.& mod.
in l.j.C.qui admit. & propretea qñ non operantur in ſen-
ſu directo,interpretant̃ ut operent̃ in ſenſu ꝯrio,ad corre-
ctionẽ legis.l. nulla.iuncta auth. diaconiſſam. de epiſco.
& cler.per Alex.& omnes in l.j.de of. eius cui man.eſt iu-
riſd.ergo in caſu noſtro abſque dubio debent operari re-
ſtrictionem ſeu declarationem ad uerbum liberis,in præ-
cedenti ſubſtitutione poſitũ:& ita dixit Soci.in conſi.73.
uol.4.col.j.cum tribus ſeq.ꝙ † ſub uerbo liberis non ue-
38 niũt † fœminæ qñ in aliqua parte teſtamenti teſtator fecit
expreſſe mentionem de fœminis, & id in hoc caſu abſque
dubio procedere debet,cum militat diuerſa ratio . Nã in
ꝑtima ſubſtitutione tractat̃ de excludendo ſubſtitutum
deſcendentem:in ſecunda tranſuerſalem,ſed magis debet̃
39 † hæreditas deſcendenti quàm tranſuerſali : ut in auth.de
hære.ab inteſt.ue.& plene not.in d. l.cum auus. de condi.
& demon.ideo nimirum ſi ut minus deſcendentibus no-
ceat in prima ſubſtitutione non appoſuit uerbũ fęmellis,
40 nec uult ꝙ cõprehendat ſub uerbo liberis , & ita † ex di-
uerſa ratione colligit̃ diuerſa diſpoſitio,cũ quælibet diſ-
poſitio a ratione modet̃ eĩ,reſtringit̃, & declaratur:ad no
tata in l.cum pater.§.dulciſsimis. de leg.2.& propter hãc
diuerſam rationem non poſſumus dicere ꝙ ſequentia de-
clarent præcedentia,& ꝙ qualitas in fine poſita referatur
41 ad præcedentia,cum nunquam referẽ qñ † militat diuer-
ſa ratio: ut per omnes in c. ſecundo requiris. de appel. &
& in l.talis ſcriptura.de leg.j.& per Bal.in l.actionibus.in
3.notabi.de his qui not. infa. & per iſtam rationem deci-
dit quæſtionem Ange.in conſi.28.Teſtator reliquit. Petr.
de Anch.in conſilio. 67. Subtiliter.& ad id plura adducit
Alex.in conſi.213.Viſis,& opportune.lib.2. & in cõſi. 48.
lib.j.Super citatione. cum ſimil. facit etiã quia illa uerba
ſine liberis,ſunt poſita per modum qualitatis ad diſpoſi-
tionem,ſed relatio † non fit ad qualitatem ſed ad diſpoſi
42 tionem principalem:ad nota.per Bar.in l.fi.§.Titia de li-
be.leg.per Alex.in l.ſi idem.§.fin. de iuriſd.omni.iud.per
mod.in d.c.ſecundo requiris.ergo uerba poſita in ſequen
ti diſpoſitione non debent referri ad uerbum per modum
qualitatis poſitum in præcedenti ſubſtitutione, & per iſta
& multa alia quæ uti non neceſſaria prętermitto,dico par
tes iudicis eſſe debere in pronunciando ad fauorem maſ-
culorum ſubſtitutorum,cũ non ſolum pro eis eſt cõis opi
nio de qua ſupra,ſed concurrentibus alijs coniecturis, &
rationibus ſuperius conſideratis , hic caſus pro maſculis
ſubſtitutis adeo clariſsimus eſt,ut ſi dominus iudex dicta
ſcribentium recte conſideret,facile conſpiciet in proprijs
terminis neminem ſaltem alicuius ponderis reperiri ꝯdi-
ctorem : idque ut clarius appareat ad adducta in ꝯrium
ſigillatim reſpondeo , & ad primum . ¶ Non obſtat ꝙ
ſub uerbo liberis , comprehenditur neptis de proprietate
in fideicommiſſaria ſubſtitutione, quoniam reſpondetur
id uerum eſſe niſi defuncti uolũtas euidenter probetur in
ꝯrium.l.j.de cõd.inſer.ubi tex.limitat id qđ dr̃ ſub uerbo
liberis,comprehendi neptem:† euidenter autem appare-
43 re dr̃ ꝙ per legitimas coniecturas demonſtratur , & ſi ex-
preſſum non fuerit.l.ſi quis locuples.de manu. teſta.l.qui
dam teſtamento.ubi Bal.& Areti. & alij de uulg. & pupil.
faciunt not.in l.licèt imperator.de leg.j.& ita in terminis
illius legis ꝙ ſufficiat per duas coniecturas probari con-
trarium,uoluerunt Raph.in cõſi. 117.ſupra allegato. Iaſ.
in conſi.104.& 141.uol.2.qui loquitur de uerbo, liberis.
& Soc.in conſi.14.uol.3.& in conſi.6.eod.uol. col.penul.
& fi.& in conſi.51.uol.j.& ille tex.in d.l.j.de condi. inſer.
loquitur de uerbo liberis, & tñ ſufficiunt † duæ coniectu
44 ræ in ꝯrium:ut per omnes doc. de quibus ſupra quæ con-
ſtituunt cõem opin.ergo fortius hic ita dicendum eſt , cũ
non ſolum duæ coniecturæ de quibus per doc.concurrũt
ſed quam plures,ut dictum eſt: & in hoc caſu concurren-
tibus tot coniecturis ſupra deductis non obſtante uerbo,
liberis, indubitàter puto ueram eſſe cõem opinionem de
qua ſupra. ¶ Non obſt.diſpoſitio.l.cum auus.de condi.&
demonſt.cũ concord.qm̃ cũ ſit fundata in pręſumpta mẽ
45 te teſtantis,ut ibi no.ceſſat † qñ aliqua pręſumptio eſt in
ꝯrium ſm̃ Raph.in d.conſi.2.& per Soci.& alios in d.l.cũ
auus.& ratio,quia una præſumptio tollit aliã. l.diuus.de
in inte.reſti.per Bar.in l.cum de indebito.de probat.ergo
abſque dubio in caſu nr̃o ceſſare dꝫ,cum non ſolũ una ad
ſit cõiectura in ꝯrium,ſed quãplures :ergo &c.faciunt no.
in auth.de conſangui.& uteri.fratrib.& in c.j.de treug.&
pac. ¶ Nõ obſt.authoritates tertio loco in ꝯriũ allegatę
46 quia cõmunior opinio eſt † ꝯ ipſas, ut ſupra dictũ eſt , &
pręterea de authoritate nonnullorũ,ut Barb.Cor.& Soci.
non eſt curandũ,cum ꝯrium ꝯſuluerunt, ut apparet in cõ
ſilijs.ſupra pro parte maſculorũ allega. addo ẽt ꝙ ſi recte
cõſiderent̃.ſupra d.doc.ac alij allegati in ꝯrium, licèt cõi
opinioni ꝯdicere uideantur, ad caſum autem noſtrũ nul-
lo pacto ꝯdicunt, cum adſint in hoc caſu quamplures cõ
iecturæ quę nõ aderãt in caſibus ſuis.Minus quoq; obſtãt
illa

illa uerba poſita in ſequēti ſubſtōne ſine liberis maſculis,
uel fœmellis, cum ſi recte ponderentur optime probāt, &
cōcludūt pro maſculis ſubſtitutis,ut late dixi ſupra in ul-
tima coniectura cōſiderata pro malculis,nō repeto. ¶ Vl-
timo nō obſt.ꝙ prætulit Camionē filiab. & neptes prętu-
lit Camioni:qm̄ rn̄detur ꝙ duæ ſunt diſpōnes teſtōris me
re diſpoſitiue,una expreſſa in qua ſubſtituit, & uocat de-
ſcendentes,& poſt deſcendētes tranuerlales,& poſt tranſ-
uerſales maſculos filias proprias,& in iſta ſua expreſſa di-
ſpōne per quā ipſe prouidet,ac hæreditatē ſuam cōcedit,
ſemper maſculos præfert ēt trāſuerſales, & ita apparet ꝙ
in ſua prouiſione diligit agnationem,& poſt ipſam uocat
filias,& in iſta prouiſione nunquam uocat neptes:ex quo
aperte colligit ꝙ in ſua ꝓuiſione expreſſa, magis dilexit
alias quā neptes,nō ſolū quia dotauit,ſed quia ſubſtituit,
licet magis agnatos ēt trāſuerſales prædilexit. Alia uero
eſt tacita diſpō teſtōris prohibitiua fęmlnarū ex cōiectu
ris.s̄.conſideratis inſurgens:propter quam nō ſolum non
ſunt uocatę neptes ſed ſunt excluſę,& cum per eam filiab.
& neptibus aufertur beneficium tributū a lege,ut ſubau-
diantur,& ſaltem ſub uerbo liberis,expreſſo cōprehēdan
tur,illā reſtrinxit quo ad deſcendentes:& in hac ēt diſpō-
ne neptes nō ſunt melioris ꝯdōnis quā filiæ,ſed immo ſi-
cut excluſę ſunt filiæ ita & neptes:& ita apparet ꝙ neptes
reſpectu diſpōnis excluſiue quatenus durat, nō ſunt me-
lioris ꝯdōnis quàm filiæ:reſpectu uero diſpōnis incluſiue
ſunt deterioris,& qm̄ diſpō excluſiua non excedit deſcen
dētes:ſequit̄ ꝙ reſpectu trāſuerſaliū remanet firma diſpō
iuris cōis de qua in l. cum auus. de cond. & demon.unde
in hoc caſu & ſi neptis præferatur Camioni tranſuerſali
nō præfertur ex teſtō:ad no. in l.Lucius.de hære.inſti.ſed
beneficio legis, ꝙ teſtator nec prohibuit nec admiſit, &
iſtud beneficium.l. cum auus.& filiab.non cōpetit ꝯ trāſ-
uerſales,non eſt quia teſtator eis denegauerit, & nepoti-
bus conceſſerit,& ſic quia magis neptes dilexerit,cū iſtud
non eſt uerum,nec ueriſimile.nec in mente hominis ſenſa
ti cadit,ut late ſupra dictum eſt, ſed iſtud prouenit ex na-
tura rei,quia beneficium.l.cum auus. in hoc caſu non eſt
adaptabile ad filias,cum aderant deſcendētes,& illo caſu
excludit illas.& ita ēt excluſit neptes extantib.deſcenden
tibus,ita ꝙ dico ſi una neptis ſit excluſa a deſcendente,ut
puta a fratre ſuo deſcendente uero reſpectu teſtatoris,&
poſtea deſcendentes decedant ſine liberis neptis non ex-
cludet Camionem tranſuerſalem agnatum,cum non ſit fi
lia ultimi decedentis ſine liberis, & ita in materia.l.cum
auus.ad eam non eſt adaptabilis. ¶ His ſic prælibatis ad
maiorem declarationem teſtātis & eorum quæ dicta ſunt
in præmiſsis formaliter ad argumentum reſpondeo & di-
co,ꝙ neptes non uincunt Camionem in uoluntate expreſ
ſa diſpoſitiua & incluſiua,quia immo nunquam ſunt uo-
catę,& in ea ipſe uincit filias: ergo non poſſumus dicere
ꝙ in caſu in quo Camio uincit filias:, neptes uincant Ca
mionē:& ita regula.l.de acceſsionib.non adaptatur,cū in
47 telligatur † in eiſdem terminis prout loquitur,& intelligi
tur quodlibet argumētum:ut per Bal. in l.quiſquis.de ne
go.geſt. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ etiam ex beneficio legis
neptes in hoc caſu non excludunt Camionem ſtantibus
deſcendentibus:ſequitur in terminis de quibus agitur ꝙ
regula illa non facit ad propoſitum, nec poteſt exēdi ſub
ſtitutio ſequens ad iſtam propter diuerſam rationem de
qua ſupra non repeto.& licet iſta ratio excluſionis filiarū
non eſſent potens ad excludendas neptes,nec in totū con
ueniret.quod tamen nego per ſupra dicta: dico tamen ꝙ
cum ſint quamplures aliæ de quib. ſupra omnino ad fa-
uorem maſculorū iudicādū eſt,cū ſaltē duæ cōiecturę ſuf
ficiant:ſm̄ doc.cōiter de quib.ſupra. ¶ Circa ſm̄ conſulta
tionis articulum & ſi prima fronte uī concludendum fore
pro monaſterio,cū monaſterium habeatur loco filij,ita ꝙ
48 per ingreſſum † monaſterij excluditur ſubſtitutus uoca-
tus ſub ꝯdōne,ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis:ut late cō
cludit Bar.in conſi.1.incip.Parmenſis quidam.ubi plures
rationes aſsignat,quas non tranſcribo. ſequuntur Abb.
Are.& quamplures alij in c.in præſentia. per illum tex.de
proba.Ang. in conſil. 80. Hæc quæſtio ſubtilis.& late per
Alex.in conſi.121.Viſo themate.lib. 2.& in conſi.35.in 3.
lib.ubi iſtam eſſe communem opi. affirmat: & propter ea
non uidetur amplius laborandum fore, cū a cōi opi.in iu
49 dicando † recedēdum non ſit iurib.uulg. ¶ Sec prædictis
nō obſt.in caſu de quo agitur puto partes dn̄i iudicis eſſe
debere ad pronunciandum in fauorē ſubſtituti, excluſo
monaſterio,ex infra ſcriptis rationibus. ¶ Et primo quia
non ſolum uocauit ſubſtitutum ſub conditione ſi inſtitu-
tus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus,quo ca
ſu teſtator uidetur habuiſſe animum ad liberos naturales
non autem ad monaſterium.quod & ſi loco filij ſit nō ta-
men eſt naturalis,ſed tantum eſt legitimus filius.& propte
rea dicit Bal.in l.deo nobis.col.1.C.de epi.& cler. & in au
50 thē.niſi rogati.ad Treb.quod in hoc caſu † diſpoſitio c.in
præſentia.& legum diſponentium quod monaſteriū ſuc-
cedit loco filij, & facit deficere conditionem ſi deceſſerit
ſine filijs ex intentione teſtōris, locum non habet,ſed ſub
ſtitutus habet ſuccedere.& iſtam opi.ſequuntur Sali.Flo.
& quamplures alij in auth.niſi rogati.Imo.in l.Lucius Ti
tius.de hære.inſti.& Fulg.in conſi.53. Quoniam ſuperius.
ubi dicit communem eſſe opinionem pro ſubſtituto con-
tra eccleſiam.ſequitur And.Sicul.in conſi. 18.lib.1.Corn.
in conſi.253.in fi.ubi dicit iſtam eſſe communem opinio-
nem,& quod uſu recepta eſt.& idem dicit Bal.prius ꝙ uſu
recepta eſt in l.peculio.in uerbo, ſubſtitutio. & in l. ſi ita
quis.§.is cui.de leg.2.& ex iſtis apparet quod non eſt ue-
rum quod ſupra dixit Alexander in dictis conſilijs ꝙ cō-
munis opi. erat pro monaſterio, cū plures doctores anti-
quiores & moderni atteſtantur contrarium, & hac opin.
retenta uti communi ulterius laborandum non eſſet.atta
mē cum aliquam difficultatem habere uideatur ex ſupra
ſcriptis authoritatibus ac earum rationibus, ut conſcien
tiæ domini iudicis ex omni parte ſatisfactum uideatur,di
51 co ſine ueritatis præiudicio dato ꝙ † opinio pro monaſte
rio eſſet communior & uerior,tamen cum alia ſit ab uſu re
cepta debet præferri,cum per conſuetudinem legi dero-
gat:ad no.in l.de quib.de leg.& in §. ex non ſcripto.inſti.
de iure.natu.gen.& ciui.& ſi dicatur ꝙ non creditur do-
ctori alleganti conſuetudinem:ut per Alex.in l.poſt dotē.
col.pe.ſol.mat.per Are.in conſi.131.Corn.in cōſi.83.col.
antepe.lib.4.Fran.de Curte in conſi.78.inci.Domina Frā
52 ciſchina.col.fi.reſpondetur quod † immo creditur docto
ri aſſerenti de conſuetudine:ut per Bar.in l.de quib. colu.
11.uer.4.principaliter quæritur. ſequitur Cuma.in conſi.
57.Monaſterium.in fi.& in conſi.69.Viſo teſtamento.col.
1.& Pau.de Caſt.in conſi.161.In præſenti cauſa. & Barth.
Veronenſis.in conſi.39.Lucius ciuis.col.4.& in conſi.58.
Pau.Fab.& iſta eſt magis communis opinio, ut atteſtatur
53 Dec.in l.2.§.mutui datio.col.5.ſi cer.pet.& ſaltē † ueriſsi-
ma eſt quantum ad præſumptionem, cum dictum unius
54 † facit præſumptionem:ad no. in c. nuper.de teſtib. & in
l.Titio fundus.de cond.& demon.& pręſumptio transfert
55 onus † probandi in contrarium.l.generaliter.§.& ſi peti-
tum.uerſi.ſed cum ex præſumptione.de fideic. liber. & ex
iſtis apparet ꝙ omnino iudicandum eſt contra monaſtē-
rium,eum iſta opinio uſu & conſuetudine recepta eſt,ac
eſſe præſumitur quouſque contrarium probatum fuerit,
& hæc opinio in caſu noſtro abſque difficultate procede
re debet,quoniam non ſolum ſemel eſt facta mentio de li
beris naturalibus,ſed ſæpius & in quacunque ſubſtitutio
56 ne,ex qua † repetitione demōſtratur enixam mentem te-
ſtatoris fuiſſe intelligere de naturalibus filijs,& nō de mo-
naſterio:arg.gl.in cle.1.in uerbo,diœceſanos. de iure pā-
trona.ſuadetur ex alia ratione:quia quod eccleſia habea-
57 tur loco filij,& excludat ſubſtitutum, eſt † caſus exorbi-
tans a regulis iuris,cum uere non eſt filius:ut notant om-
nes in d.c.in præſentia.& in locis ſupra alleg. & loquitur
in eo qui uocatus & grauatus eſt, ſed in caſu noſtro iſte
qui ingreſſus eſt monaſterium non eſt grauatus,ſed tantū
Antonius eius pater cenſetur grauatus ſub duplici condi
tione alternatiua:ad no.per Bar.in l. 6.de leg.3.& in l.cen
turio.col.9.de uul.& pup.ubi p Alex.& mod.ergo ad iſtū
58 caſum non † debet extendi: arg. reg. quæ exorbitant. de
reg.iur. ¶ Comprobatur,nam ubi ultra illa uerba natura
libus

59 libus liberis,concurrit † aliqua alia coniectura, quæ eſt pro monaſterio locum non habet:ut dicit Alexander qui eſt pro monaſterio in d.cõſi.121.uol.2.poſt Pau.de Caſt. in auth.niſi rogati.C.ad Trebel. ubi plus dicit quod ipſe
60 non loquitur quando conſulit pro monaſterio† quando ſunt ſubſtituti deſcendentes ,ſed quando ſubſtitutus eſt extraneus,& merito quando ubi agitur de coniecturãda
61 † uoluntate lex ſemper præſumit uoluntatem potius pro deſcendentibus quàm pro eccleſia:ad no.in l.ſi quis.C.de epiſcopis & cleri.& in l.Papinianus.§.1. de inofficioſo teſtamen.& plura allegat Soci.in l.cum auus.col.13.de conditioni.& demonſt.ubi in terminis terminantibus allegat conſilium Mariani Soci.& illud approbat,& dicit ſecundum ipſum iudicatum eſſe,& facit coniectura a ſolitis:ad no.in l.neque natales.de probationi.ſed communiter pa-
62 tres potius uolũt † bona ad filios quàm ad eccleſiam peruenire,& propterea poſt omnes de familia ſubſtituunt eccleſias,ut paſsim uidere licet.& iſtam partem quãdo ſunt ſubſtituti deſcendentes tenet Bal.in d. auth.niſi rogati.& in terminis ultra iſtos conſuluit Iaſ.in conſ.212.uol.2.per totum,ubi plura allegat,quæ nõ refero. ¶Comprobatur iſtud alia euidenti coniectura, nam quando ultra uerbũ naturalibus,adeſt aliud uerbum quod non conuenit monaſterio,ut uerbum maſculis, uel fœminis, non procedit illa opinio,quæ eſt pro monaſterio:ſecundum Bald.in d.
63 † auth.niſi.& ratio eſt,quia tunc plures concurrerent impropriationes,& minimum teſtantis uoluntas offenderetur,ſed hic non ſolum eſt factum uerbum de maſculis.ſed de maſculis,& fœmellis, ergo illa opinio quæ eſt pro monaſterio & ſi uera eſſet,in caſu noſtro locũ habere nõ põt. & ex iſtis apparet reſponſum ad adducta in contrarium, quoniam iſta opinio ſecunda quæ eſt pro ſubſtitutis uidetur communior,& ſaltem ut ab uſu recepta præferri dẽt, & maxime in hoc caſu ubi ingreſſus non eſt grauatus, & ſubſtituti ſunt deſcendentes,ac facta eſt mentio de maſculis uel fœmellis,quorũ quodlibet & ſi ſufficiat ad euitandam opinionem quæ eſt pro monaſterio,& ad reportandam ſententiam pro ſubſtituto,quanto fortius cum ſimul concurrant habemus dicere hunc caſum pro ſubſtitutis abſque contradictore procedere,cum tenentes opinionẽ pro monaſterio non loquuntur in iſtis terminis & concurrentibus rationibus de quibus ſupra. Laus Deo.

¶Hieronymus Gratus. Valentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in quo filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua, nec in eius defectum exhæredata, eſt nullum ſecundum unam opinionem communiter reprobatam.*
2 *Teſtamentum in quo filij non ſunt inſtituti,uel ut oportet exhæredati eſt ipſo iure nullum.*
3 *Teſtamentum ut ualeat, omnis conditio inſtitutioni adiecta, reijcitur.*
4 *Forma teſtamenti eſt ſatisfactum,ſi pater portionem filio debitã ei relinquit iure hæreditatis.*
5 *Teſtamentum in quo filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua,nec in eius defectum exhæredata eſt ualidum ſecundum communem opinionem,& l. ſi pater. de conditio.inſtitutio.eſt hodie correcta.*
6 *Lex quantumcunque correctoria intelligitur generaliter,quatenus uerborum illius proprietas patitur.*
7 *Titulus de inoffi. teſta. largo modo ſumptus ſignat etiam contra tabulas.*
8 *L.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta. nouiter ponderatur ac declaratur.*
9 *Interpretatio ſemper fit pro teſtamenti ualiditate poſtquam filij habuerunt ſuam legitimam.*
10 *Iudices pro ualiditate teſtamenti iudicare debent.*
11 *Teſtator ſi dicat relinquo filiæ meæ &c.ultra dotem ipſi conſtitutam &c.idem operatur ac ſi dixiſſet,inſtituo filiam meam in dotem quam ei dedi.*
12 *Relatio ad proximiora fieri debet.*
13 *Relatio nunquam fit niſi ſalua ratione recti ſermonis.*
14 *Relatio nunquam fit ad omnia præſertim remotiora, quando militat diuerſa ratio.*
15 *Dos pro oneribus matrimonij conſtituitur.*
16 *Relatio nunquam fit ad caſum in quo abſurdum reſultaret.*
17 *Clauſula codicillaris cenſetur teſtamento appoſita potius ex conſuetudine & ſtylo notariorum magis quàm de mente teſtatoris ſecundum unam opinionem,quæ infra reprobatur.*
18 *Notariorum imperitia deſtruit mundum,& conſcientias bonorũ uirorum ſæpe ponit in periculo.*
19 *Clauſula de non contrauenîendo etiam ratione enormiſſimæ læſionis ſolita apponi compromiſſis,nihil operatur.*
20 *Iuramentum de conſuetudine notariorum in contractu cenſetur appoſitum.*
21 *Clauſula meritis præcedentibus de conſuetudine notariorum,legitimationibus cenſetur apponi.*
22 *Clauſula, cedens omne ius quod habet uel habere ſperat in diuiſione uel tranſactione poſita,non operatur renunciationem fidei commiſſi.*
23 *Clauſula tanquam de feudo nouo & antiquo uti ex ſtylo notarij præſumptiue adiecta nihil operatur.*
24 *Idem & clauſula omni meliori modo, inſerta in donatione inter uir.& uxo.*
25 *Clauſula codicillaris præſumitur in teſtamento appoſita de uoluntate teſtatoris:ſecundum communem opinionem.*
26 *Notarius uidetur rogatus apponere clauſulas conſuetas.*
27 *Notarius non præſumitur ſcripſiſſe illud quod a partibus non fuit ſibi dictum.*
28 *Clauſula codicillaris præſumitur, & a lege inducitur in teſtamento inter liberos,quamuis a notario non fuerit appoſita.*
29 *Cautela ad hoc ut clauſulæ appoſitæ per notarium in aliqua diſpoſitione nihil operentur.*
30 *Ignorantia notarij circa clauſulas poſitas in aliqua diſpoſitione non poteſt nocere partibus,quando abſque illius expreſſione illæ clauſulæ in diſpoſitione cenſerentur adeſſe.*

RESPONSVM. CXII.

¶An teſtamentum in quo filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua,nec in illius defectũ exhæredata, ualeat: & clauſula codicillaris cenſeatur teſtamento appoſita de uoluntate teſtatoris, uel ex conſuetudine, & ſtylo notariorum.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis dubijs ex ciuitate Dienſi ad me tranſmiſsis,cum ſatis clara ſint & corã peritiſsimis agitur paucis me explicabo.Et circa primum uidebatur
1 teſtamẽtum nullum eſſe,† quoniam filia fuit inſtituta ſub conditione non poteſtatiua ſed dependente a uoluntate mariti,nec in eius defectum fuit exhæredata:quo caſu cẽſetur præterita pendente conditione, ideo teſtamentũ eſt ipſo iure nullum,cum filia reperiatur nec inſtituta,neque
2 ut oportet,† exhæredata.l.inter cætera. de lib.& poſth.toto titulo de liberis præteri. & in terminis eſt caſus in l.ſi pater.C.de inſtitutioni.& ſubſtitutionibus ſub conditio.factis.cum concordantibus ibi traditis. & in l. ſuus quoque.de hæredibus inſtituen.

¶ Nec obſtat ſi dicatur illam legem corrigi. p l. quoniã in prioribus.C.de inof.teſta.ubi omnis conditio reijcitur
3 ut teſtamentum † ualeat, ergo pura manet inſtitutio, & per conſequens nõ eſt præterita,quoniam Bal.in d.l.quoniam in prioribus, tenet per illam legem non eſſe correctam dictam.l.ſi pater.& teſtamentum eſſe nullum.idem tenẽt Bal.& Ang.in d.l.ſuus quoque.in principio. & Bal. in repetitione.l.in ſuis.in ultima col.de libe.& poſth.Cyn. Ang.& Fulg.in d.l.ſi pater.Ang.in conſi.117.Domina Catarina quõdam Blaſij.Ant.de But.in conſi.67.Viſis actis. & Bar.idem conſuluit quicquid dixerit in lecturis in conſi.13.Ex facto propoſito.

¶ Nec obſtat.l.quoniam in prioribus. quia loquitur qñ teſtamentum erat aliquod licẽt expugnari poſſet.lex uero ſi pater.quando teſtamentum erat ipſo iure nullum,& cũ in diuerſis terminis loquatur non poteſt eam corrigere.

¶ Maturius uero conſiderans determino contrarium,cũ iure

4 iure hæreditatis dimiſit &c.& per cōſequens † eſt ſatisfa-
ctum formæ teſtamenti.§.aliud quoque capitulū.in auth.
ut cum de appellatione cogn. & ad plene no. in d. l.inter
cætera.de lib.& poſth.ergo teſtamentum ualet.
¶ Ned obſtat conditio appoſita non dependens a pote-
ſtate filiæ,quæ inducit præteritionem:d.l.ſi pater.quia nō
obſtantibus authoritatibus ſupra alleg. ſecundum cōem
5 opinionem † non obſtante tali conditione teſtamentum
eſt ualidum, & l. ſi pater eſt correcta. ſecundum gl.in d.l.
ſi pater.quam tenent Richar. Malumb.Bar.Pau.de Caſtr.
Alex.Iaſ.& mod.in d.l.ſi pater.Bar. in l. ſuus quoque.de
hære.inſtit.Imo.in l.fi.de cond.inſtitu.Sali.in l.quoniam.
C.de inof.teſta.nec inſiſto in authoritatibus, cum Pau.de
Caſt.dicat quod totus mundus obſeruat, & Iaſ.quod cō-
munis eſt cū Bart.& probatur in d.l.quoniam in priorib.
ibi ipſa conditio,uel dilatio, uel alia diſpoſitio, merum
uel quodcunque onus introducens tollatur,quæ uerba ex
ſui proprietate comprehendunt conditionem caſualem,
6 de qua in dicta.l. ſi pater. ergo & ſi † ſumus in correcto-
rijs,ſtante proprietate uerbi in ea ſibi locum uendicant.
gloſſa in c. contra Chriſtianos. de hæretic. in 6. Alex. &
alij in authenti.ex teſtamento. C. de collationibus. Nec
obſtant illa uerba quæ ex antiquis de inofficioſo teſtamē
to,& quod ſit ſub titulo de inofficioſo teſtamento, quia
7 largo † modo ſignat etiam contra tabulas:ſecundum A-
lex.in d.l.ſi pater.per tex.iuncta gl.in l. filij patris.fami-
liæ erciſcundæ.pro quo tu allega tex.in l.pater filium.iun
cta gl.magna.ff.de inofficioſo teſtamen. & in l. 2. iuncta
glo.C. eodem.de inofficioſo teſtamen. ubi melius hæc re-
ſponſio probatur,& maxime cum leges illę ſunt ſub titu-
lo de inoffi.teſta.
8 ¶ Præterea aliter reſpondeas † & dicas illa uerba proprie
comprehendere illum cui aliquid relictum erat:nam ſecū
dum antiquas leges,id eſt ante. l. quoniā in priorib. quæ
eſt una de quinquaginta deciſionibus Iuſtiniani, illis qui
non erant inſtituti ſi aliquid quocunque titulo erat reli-
ctum competebat querela ſecundum doc.cōiter in d. l.
qm.& in l.omnimodo.& in auth.nouiſsima.C.de inoffic.
teſta.& hoc iure.C.quoniam ex quo aliquod emolumen-
tum habebant,nō erant præteriti,at uero cum illud emo-
lumentum non erat purum ſed conditionale,competebat
ſibi querela.Itaque per imperatorem illa conditio fuit re
iecta,ergo ille tex.loquitur in terminis dictæ.l.ſi pater.cū
loquatur in filijs habentibus emolumentum ſub cōditio
ne quocunque tit.ergo & inſtitutionis.
¶ Præterea abſurdum eſſet ſi teſtamentum eſſet ualidum
propter emolumentum relictum filio iure legati,& non
eſſet ualidum ſi relictum fuiſſet iure inſtitutionis,uel hæ-
reditatis,cum titulus iſte ſit honorabilior, merito igitur
loquitur de inofficioſo,quia illo iure teſtamentum uale-
bat propter emolumentum relictum ſub cōditione.ergo
ſi teſtamentum ualebat.l.ſi pater.non habebat locum, &
iſta interpretatio cum ſit pro teſtamento reſeruata filijs
9 legitima fieri debet:nam † pro teſtamento fit interpreta-
tio poſtquam filij ſuam habuerint legitimam.toto titulo
de inof.teſta.& plene in auth.ex cauſa. de liberis præteri-
tis.& hæc ponderare uolui, ut demonſtrarem non ſolum
communem opinionem eſſe,ſed & in puncto iuris uerio-
rem.Et ex his apparet reſponſum ad fundamentum Bal.
& aliorum tenentium contrarium,cum d.l.quoniā loqua
tur in proprijs terminis. d.l.ſi pater. ſed ideo ualebat ibi
teſtamentum,quia eo tempore fuit introductum, ut quo-
cunque titulo relinquatur filio,ſit ſatisfactum teſtamenti
formæ ꝙ & ipſimet aperto ore fatentur in iurib.ſupra al-
legatis,nec poſtea animaduertunt relicta ſua opinione re
ſponſionem ſuam ad d.l.quoniam nullius fore momenti.
¶ Et ex his apparet non obſtāte inſtitutione facta de filia
ſub conditione dependente a uoluntate mariti,ſm cōem
opinionem etiam in puncto iuris ueriorem,teſtamentum
10 ualidum eſſe,& inexpugnabile.pro quo † iudices iudicare
debent.l.ſi pars.de inoffi.teſta.ibi humanius erit eum con
cor. ¶ Præterea ut magis conſcientiæ magnificorum do-
minorum meorum conſultum ſit dico ſi recte uerba teſta
menti ſpectentur in hoc caſu filiam quo ad dotem pure
inſtitutam fuiſſe,nam dicit.dedit,legauit,& iure dat,& le-
gat,& iure hæreditatis dimittit filiæ ſuæ ultra dotem ipſi
conſtitutam in contractu primi ſui matrimonij uictū,ue-
ſtitum &c.& hoc in caſu quo ipſa maneret uidua & ſuper
11 ueniret &c.Pondera illa uerba ultra dotem † quę inducūt
relictum ac diſpoſitionem dotis factam in teſtamento, &
perinde eſt ac ſi dixiſſet iure hæreditatis dimitto filiæ meę
dotem,ſeu inſtituo in dotem quam ei dedi, & ultra uictū
& ueſtitum &c.l.ſi ultra.C.de fideiuſſorib.ubi Ia.de Aren.
l.Seia.de dote præleg.iuncta gl.Iac.de Arena,& Bar.in ter
minis in l.cum ita.de dote præleg. per Iac. In l.qui bona.
§.ſi quis ædes.de dam.infec.Ang.in conſi.293.ſi igitur pu
re dos ſibi relicta eſt iure hæreditatis: ergo teſtamentum
ualet.§.aliud quoque capitulū.in auth.ut cum de appella
tione cogn.& ſatisfactum eſt formæ.l.inter cætera.de lib.
& poſth.nec poteſt dici relictum dotis factum fuiſſe ſub
conditione propter illa uerba in fine poſita, & hoc in ca-
ſu quo uidua erit &c.quoniam illa uerba non debent re-
ferri ad dotem,ſed ad diſpoſitionem uictus & ueſtitus,ex
12 eo quia proximior eſt:nam † relatio fit ad proximiora.l.
ſi idem cum eodem.de iuriſd.om.iud.ubi late per omnes.
Secundo quia ex quo loquitur in ſingulari per uerbū hoc
non poteſt referri niſi ad unum relictum, ergo non poteſt
referri ad dotem,cum ad duo relicta referretur cōtra uer-
13 bi proprietatem,& diſponētis mentem:nam relatio † nū
quam fit niſi ſalua ratione recti ſermonis, ut per omnes in
l.talis ſcriptura.de leg.1.per mod. in c. 2. requiris.de ap-
pellationi.
14 ¶ Præterea & tertio relatio † nunquā fit ad omnia & præ
ſertim ad remotiora,quando militat diuerſa ratio:ut per
Bar.Iaſ.& omnes in d.l.talis ſcriptura. & Dec. & cano. in
c.2.requiris.de appel.& per alios in l.ſi idem cum eodem.
de iuriſd.om.iud.ubi mod.poſt Alex.ſed hic militat diuer
ſa ratio,cum dos iam fuit præſtita, & nō agitur de aliquo
grauamine hæredis,nec diminutione patrimonij, in reli-
cto uero uictus & ueſtitus militat,grauamē, & onus hære
dis ideo non ita ſimpliciter conceditur, & conditio ad il-
lud refertur. ¶ Vltimo id aperte demonſtratur,nam con-
ditio cum uidua erit non conuenit ad relictum dotis, cū
abſurdum ſit & cōtra naturā dotis in caſu uiduitatis do
15 tem relinquere:nam † pro oneribus matrimonij dos con
ſtituitur.l.pro onerib.de iur.dot.& ad matrimonium con
trahendum:ad no.in l.j.ſol.mat. igitur illa conditio cū ui
dua erit,ratione abſurdi euitandi & propter naturā rei rē
pugnantem non debet nec poteſt referri ad relictū dotis,
16 cum relatio † nunquam fit in caſu quo abſurdum reſulta
ret:ut per gl.in c.ut circa.in uerbo coram.de elec.in 6.no.
Abb.per illum tex.in c.eccleſia ueſtra. el. 2. de elect. in 6.
Bar.in l.talis ſcriptura.& ſequuntur alij de leg. 1. Alex.in
l.ſi idem cum eodem.in §.fi.de iuriſdi.omn.iudi.& tradit
Old.in conſi.152.Factum tale.& Abb. in conſilio. 75. Il-
lud de iure.colum. penulti. & 97. Viſo.libro.2. cum con-
cordantibus.in quibus locis per plura ad propoſitum de
terminant.
¶ Circa ſecundam difficultatem uidebatur prima frontē
17 clauſulam † codicillarem de qua dubitatur fuiſſe appoſi-
tam de conſuetudine.& ex capite,& ſtylo notariorum ma
gis quām ex mēte teſtatoris,qui eius uirtutē ac uim igno
rare præſumitur:ut uoluit Bar.in l. j.in 6.q.de iure codic.
per Alex.in conſi.52.Circa præſentem. col.6.li.4.Barb. cō-
ſi.60.col.1.& 2.lib.1.Soci.conſi.250.col. fi. In cauſa Bon.
lib.2.Bertr.conſi.170.lib.1.& conſi.71.lib.3.& facit dictū
18 Bal.conſi.5.lib. 2. dicentes † imperitias notariorum de-
ſtruere mundū,& cōſcientias bonorum uirorum ſæpe po
nere in periculum. & inquit Ang. in conſi. 250. notarios
neſcire ſæpe quid ſcribant, & teſtantium uoluntates per-
uertere:ꝙ uidetur probari poſſe ex his quæ ponūt docto.
poſt Abb.in c.cum contingat.in uerſi.nouus caſus.de iu-
19 reiur.ubi uolunt † clauſulam in compromiſsis de non cō
traueniendo etiam ratione enormiſsimæ læſionis nihil
operari.idem uoluit Barba.in conſi. 16. Præclare ſcribit.
col.2.lib.2.de clauſula ꝙ liberatio comprehendat omnia
20 incognita & non cogitata.idem de iuramento quod † de
conſuetudine notariorum intelligatur appoſitum, cuius
uirtu-

u irtutem partes non intelligunt.uoluit Barb.conſi.43.Sẽ
piterna.col.8.lib.2.& idem Barba. in conſi. 33.Præclare.
21 col.10.eodem lib.uoluit † in clauſula legitimatione ap-
poſita meritis præcedentibus. & in conſi. 42.Illud in me-
dium.& 48.Illud afferam.col.7.lib. 2. in princip.dixit de
22 clauſula † cedens omne ius quod habebat uel habere ſpe
rabat in diuiſione uel tranſactione appoſita,ut non opere
tur renunciationem fideicommiſsi, ut ibi per eum:ad idẽ
facit quod uoluit Cur.conſi.50.col.12.dum inquit clau-
23 ſulam † tanquam de feudo nouo & antiquo uti ex ſtylo
notarij præſumptiue adiectam nihil operari.& idem dixit
24 ipſemet Cur.antiq.in conſi. 67. col. 6.de clauſula † omni
meliori modo inſerta in donatione inter uirum & uxo.
idque pluribus alijs authoritatibus,& deciſionibus, tam
in lecturis quam in conſilijs comprobare poſſem, & ma-
gnam difficultatem adeſſe negare non poſſum ſi ueritatẽ
huius articuli diſputando ac ponderando diſſerere uellẽ,
ſed quoniam de hoc non ſum requiſitus,nec tempus adeſt
ideo præſentis difficultatis diſcuſsionem ac diſputationẽ
25 prætermittam,& his † non obſtantibus dicam communẽ
opinionem eſſe in contrarium,& Bar.in d. l.j.de iure codi
cil.communiter reprobari:ut per Imo.in l.filio præterito.
de iniuſto rup.& irri.teſta.in 3.char.ſequitur Alex.in con
ſi.1.col.9.lib.6.& in conſi.142. col.4.lib.2.Bal.in l.1.in 6.
q.ſol.mat.idem Alex.in conſ.53.in cauſa & lite.col.3.lib.
26 7.& ratio eſt † quia notarius uidetur rogatus apponere
clauſulas conſuetas.l.fi.C.de fideiuſſ. & ibi no.Bal.& late
per Dec.in l.ſemper in ſtipulationibus.de regul.iur.ubi in
ſpecie tenet contra Bar. in hac clauſula codicillari . idem
Dec.in c.cum M.Ferrarienſis. de conſtitutioni.col.3.& in
conſilio.490.in ultima parte nuperrime impreſſa , Viſis.
colum.4.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem
contra Bar.in dicta.l.j.de codicil.& merito quia non præ
27 ſumitur † ꝙ notarius ſcripſerit quod ſibi non fuerit di-
ctum.Bal.in l.errore.col.1.de teſta. & in l.j.col.fi.circa fi-
nem.de priuil.dot.ubi inquit id maxime procedere, quan
do illud quod a notario fuit dictum reſpiciebat factum
partium.idem dixit in l.ab executore.col.fina.C.quorum
appellatio.non recipi.per Roma.conſilio.189.Ampliſsi-
me domine.col.2.Cur.ſeniorem conſi.49.Memoria reco-
lendæ.15.char.uerſiculo,dum autem. Soci. in conſi.20.In
facto præſupponitur.col.penulti.libro. 3.nec de authori-
tatibus ſupra adductis multum faciendum eſt;cum ipſe-
met Alexander in locis ſupra maxime adductis tenuerit
contrarium & reprobauerit Bar.& Barba.ſæpe ſupra alle-
gatus fuerit ſibi contrarius his quæ dixit ſupra,& repro-
bauerit Bar.in c.quod translationem.de officio delega.&
in conſi.6.columna fina. libro. 2. & idem Socinus in con-
trarium ſupra allegatus uoluit contra Bartolum in conſi
lio 93.lib.4.per totum cum ſimilibus.quæ breuitatis cau-
ſa prætermitto,& hanc opinionem in præſenti caſu abſq;
difficultate admitto,cũ ſumus inter liberos inter quos in
28 teſtamento condito,& ſi clauſula † codicillaris non ſit ex
preſſa præſumitur,& a lege inducitur.gl.in l.cohæredi.§.
cum filiæ.in uerbo non ualuit.ubi Imol. & alij notant de
uulgari & pupilla.late per Alexandrum, Iaſonem, & mo-
dernos in l.hac conſultiſsima,§.ex imperfecto. in fi.C.de
teſtamen.ubi allegant concordantias. & ponit Dec.in cõ
ſi.242.columna.3.libro.2.& ex hac ultima ratione infero
in caſu præſenti cautelam adhibitam a partibus non eſſe
neceſſariam immo tanquam ſuperuacuam reijciendam:
nam licèt Alberi.de Roſa.in l.fi.ad Velleian. & Alex.in l.
ſciendum.col.11.de uerborum obligationib. cum allega
tis plene ibi per modernos poſt eum,ultra quos addo De-
cium in conſilio.105.columna.4.uelint notarium interro
29 gari † a iudice, quid importent clauſulæ appoſitæ per eũ,
& ſi notarius neſciuerit reſpondere eas nihil operari.& in
clauſula codicillari idem dixit Bertran.in conſil.77.Diffi
cultas.libro.2.quoniam & ſi plura circa hanc cautelam
dicenda forent , in hoc tamen caſu , cum ſumus in teſta-
mento inter liberos , in quo ſubauditur clauſula codicil-
30 laris † ignorantia notarij partibus nocere non potuit,
cum abſque eius expreſsione clauſula codicillaris cenſere
tur adeſſe,& effectum habuiſſe de iure : argumento tex.in

l.in princi.de rei uxoriæ actio.& gl.in §.in multis.inſtitu.
de liber.cum alijs uulgaribus . ubi quando aliquid ineſt,
& ſi non exprimatur,nec expreſsio eſt neceſſaria,ſi expri-
matur & inutiliter,non habet uitiare, ergo fortius in caſu
noſtro in quo exprimitur & efficaciter,licet notarius effi
caciam uerborum ignorauerit. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci mariti deferens lucrum marito alicuius par-
tis dotis, obſeruandum eſt in reſtitutione dotis, limita ut nu-
mero.*
2 *Declaratio ad tex.in l.exigere dotem.ff.de iudi.*
3 *Communi opinioni non eſt credendum, quando eſt contra regulas
iuris,& iure non probatur.*
4 *Doti aliquod priuilegium non conceditur, niſi quatenus reperi-
tur expreſſum.*
5 *Ratio Pauli de Caſtro.ad l.exigere.data ibi per eum,ab authore
reprobatur.*
6 *Fictio fictionis non datur.*
7 *Ratio noua authoris quare attendatur ſtatutum loci mariti in ex
actione dotis.*
8 *Mulier ſortitur forum uiri & ſuæ ciuitatis deſinit eſſe ciuis.*
9 *Maritus & uxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus.*
10 *Mulier ſortitur forum uiri etiam ſi ipſa ſit rea.*
11 *Paria ſunt forum ſortiri & ſtatutis ligari,ita ut qui forum ſortia
tur alicuius,eiuſdem loci ſtatutis ligetur.*
12 *Veriſimile non eſt aliquem patriam ſuam relinquere uelle.*
13 *Statutum loci mariti non ſeruatur in exactione dotis,quando tẽ-
pore contractus matrimonij mulier illud ignorabat.*
14 *L.exigere dotem.ff.de indic.non procedit quando maritus habe-
bat domicilium in uno loco tempore contractus matrimonij,&
tempore mortis in alio.*
15 *Verba pro prima uice intelligi debent.*
16 *Concordia authoris in materia.l.exigere.ff.de iudic. inter Alex.
Sali.ac communem opinionem.*
17 *Statutum loci mariti deferens marito lucrum alicuius partis do-
tis non attenditur in exactione dotis, quando maritus promiſit
integram dotem reſtituere.*
18 *Declaratio & limitatio ad conſilium Dec.402.*

RESPONSVM CXIII.

¶ An & quando in exactione dotis ſtatutum loci mariti at-
tendatur,ubi multa in materia.l.exigere.de iudic.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Præſens
caſus prima fronte nullam uidebatur habere
difficultatem,per textum in l. exigere dotem.
de iudic.ubi in exactione dotis attenditur lo
cus mariti,& per illum textum Bar.Bal.Ang.Pau.& com-
muniter omnes ibi,& in l.cunctos populos. C. de ſumma
1 trini.& fide cath.concludunt ſtatutum loci † mariti defe-
rens lucrum marito alicuius partis dotis obſeruandum
eſſe in reſtitutione dotis,& ſecundum illud ſtatutum ma-
ritum teneri ad reſtitutionem dotis,non obſtante ſtatuto
loci uxoris quod aliter diſponat circa acquiſitionẽ lucri,
quod conceditur maritis decedentibus uxoribus ſine fi-
lijs.ſequuntur Ant.de But.Abb.Feli.& alij qui atteſtantur
eſſe communem in c.1.de ſponſal. poſt Archid. in c. illud.
12.diſtinct.& alios citatos per eos.& ita doctores conſu-
lendo tenuerunt:ut Bal.in conſi.229. Statuto.& conſilio.
408.Doctores.libro.1.Fulgoſi.conſi.113.Ad id. Cuma.cõ
ſi.109.Domina Alex.conſi. lib.3.Dec.conſi.19.
2 ¶ Nec dici poteſt † illum textum id non probare,cum nõ
ſolum dicat exigere dotem debet mulier illic.ubi maritus
domicilium habuit , tamen per hoc non probatur,quod
quantum ad deciſionem debeat ſeruari locus domicilij ui
ri,cum hæc ſtant ſimul,ꝙ deſtinata ſit ſolutio in uno loco
& ibi debeat fieri exactio,& quod ad ordinem iudicij ſer
uentur ſtatuta illius loci.non tamen quo ad deciſionem:
ut eſt caſus in l.ſi fundus.de euictioni. ponunt Bar. & alij
in d.

in dicta.l.cunctos populos.C.de ſumma trin.& fide cath.
ita ꝙ hæc communis opinio iure non probatur,& eſt con
3 tra regulas iuris,ideo ei † non eſt credendum:ut per:om
nes in c.1.de conſtitutio.in l.illam.C.de collationi.& ſal-
uare:ut dicit Bartol.in dicta. l.cunctos populos . eſt ſpe-
4 ciale in dote,non placet, quia † non conceditur doti ali-
quod priuilegium,niſi quatenus reperitur expreſſum.l.in
fraudem.in fine de militari teſtamen. late per Iaſ.in l.j.ff.
ſolu.matrimon.Dec. in conſilio.5.Et ideo Paul.de Caſtro
in dicta.l.exigere.dicit eſſe ex regula generali.l.contraxiſ
ſe de actioni. & obligationi. ut uideatur contractum ubi
eſt deſtinata ſolutio. ſequitur Alexand. in dicto conſilio.
5 102.uolumine.3.ſed hoc non † tollit contrarium,quoniá
intelligitur quantum ad ordinem iudiciorum ſeruandũ.
dicta.l.ſi fundus.de euictioni.Item l.contraxiſſe procedit
quando expreſſe ita conuentum eſt,quod non fuit hic.Itẽ
6 hic eſſet tacitum,taciti,ſeu fictio † fictionis , quæ non da-
tur.Bal.in l.dudum . de furt.nam fingitur deſtinaſſe ſolu-
tionem in loco mariti,& ex hac ficta & præſumpta deſti-
natione fingitur ibi contraxiſſe.& ſecus eſt in l.contraxiſ-
ſe.quia ibi fuit uera deſtinatio ſolutionis , & ex illa uera
deſtinatione fingitur cõtraxiſſe in eo loco, & ita ibi adeſt
ſolum una fictio,ſeu una diſpoſitio tacita . hic autẽ eſſent
duæ tacitę,ſcilicet deſtinatio.ſolutionis & contractus,&
eſſet tacitum taciti, & ita diſputando aliàs demonſtraui
per multa , quibus in conſulendo aſtipulari non audeo
propter hanc ætatem in qua ſumus , & in qua ſolum agi-
tur de pluralitate authoritatum.Itaque ergo aliter ſaluo
ſaluando communem opinionem,quæ in ueritate nõ cla-
7 re probatur ibi,quod ideo † attenditur ſtatutum loci ma
riti,quia mulier eſt itura ad illũ locum,ut ibi in textu:qui
textus etiam intelligitur,& permanſura,cum non dicitur
ueniſſe qui non ſtetit:argumento.l.uerſum. de in rem uer
8 ſo.uel melius quia mulier † ſortitur forum uiri,ita ꝙ non
conſideratur amplius forum ſuum,& deſinit eſſe ciuis ſuę
ciuitatis.Bar.in l.fi.§.item reſcripſerunt.ad municipa.per
gloſſam in l.originem.C.eodem.& probatur in l.cũ quæ-
dam puella.de iuriſdi.omnium iudic.& merito quia mu-
lier coniungitur uiro tanquam capiti ſuo. c. ſi. 32. q.6.&
9 fiunt duo in carne una , & ſunt ſocij † diuinæ & humanę
domus.l.aduerſus.C.de crimine ſtelli. merito ſi ſecũdum
leges mariti uiuere debet & uult,& ideo etiam ſortitur ius
ſepulturæ.c.unaquæque mulier.14.q.2.& c.is cui.§.fin.de
ſepul.in 6.& ſic ratione unitatis,coniunctionis,indiuiduę
& ſubiectionis uidetur actum inter ipſos coniuges:ut ſer-
uetur ſtatutum mariti quo ad omnia etiam deciſoria,tam
actiue quam paſsiue, & ideo ſortitur forum uiri etiam ſi
† ipſa ſit rea.c.conſtitutis.de teſti.& ibi Bal. Iaſ.in dicta.
10 l.cum quædam puella.& hanc opinionem uidetur ſentirę
gl.ibi in dicta.l.exigere.& ita uidetur ſecundum commu
nem opinionem, ſtatutum mariti ſpectandum eſſe:& fa-
cit pro hac opinione dictum Innocen. quem ſequitur ibi
Antoni. de Butrio in rubric. de conſuetu. dicentis a pari
procedere † forum ſortiri,& ſtatutis ligari,ita ut qui forũ
11 ſortitur alicuius loci,eiuſdem loci ſtatutis ligatur:& hoc
dictum receptum eſt communiter:ut per Cumanum in cõ
ſilio 139.P.laicus.Pau.de Caſtro conſilio.69.Viſis.colum.
2.Alexand.conſilio.209.Ponderatis.libro.2. Dec.conſil.
283.aſſerens id commune eſſe,& conuenire d.l.exigere.de
iudic.ubi uxor ſicut ſortitur forum loci mariti,ita & eius
loci ſtatutis ligari debet , & hæc ſubterfugia tranſeant cũ
cæteris doctorum,maxime cum hic non expediat diſpu-
tare hanc communem , ut infra apparebit, ſed hęc dixiſſe
uolui propter magnificum iudicem , quem ſcio audiuiſ-
ſe me illum articulum diſputantem.

¶ Melius tamen facti ſpeciem conſiderans determino cõ
trarium, cum præſupponatur tempore contracti matri-
monij maritum habitaſſe,& domicilium habuiſſe ubi u-
xoris domicilium aderat , ex quo ſequitur ueriſimiliter
uxorem non cogitaſſe de alio ſtatuto , ſed contraxiſſe cũ
eo tanquam cum ciue illius loci:argumento . l. cum pro-
ponas.§.1.de inofficio. teſtamen. Nam inſpiciendum eſt
qua contemplatione geratur actus : ut notat Bald. in l.ſi
pater.§.qui duos.de adopti.per illum textum.Et quia nõ
12 eſt ueriſimile quem † uelle relinquere patriam , quæ dul-
ciſsima eſt.l.qui habebat.de legat.3. & quia magis notus
eſt in patria.l.nemini.ubi Bal.C.de aduocat.diuerſo.iud.
& ita in terminis per hanc rationem conſuluit Dec. in d.
conſilio.283. cuius opinio placet , licet conſideratio pa-
triæ ſit fragilis,cum mulier relinquat patrem, & matrem
ac patriam,& adhæreat uiro,ac eum ſequi teneatur etiam
in infortunijs.l.ſi cum dotem. §.maritus. ſoluto matrim.
ubi late notatur.ea tamẽ ratione placet,quia mulier qua-
litatem ſtatuti loci ad quem poſtea maritus ſe contulit,
ignorauit tempore contractus matrimonij:nam cũ nul-
lum aderat uerbum mutandi forum , & deinde mutauit
poſt multum temporis,ueriſimile eſt ipſam uxorem igno
raſſe dictum ſtatutum,cum forſan & ipſe maritus ignora
bat,tum quia adhuc fortaſſe non deliberauerat mutare
forum,quod ſatis colligitur , quia ex interuallo mutauit,
& quia illud ſtatutum erat alterius loci, ideo tempore cõ
tractus tanquam quid facti,præſumebatur ignorare.c.1.
de conſti.in 6.cum concor.nec de eo tanquam de re futu-
ra diuinare poterat ac debebat.l.ſi putator.ad leg.Aqui.
& quia non præſumitur mutatio uoluntatis. l. cum taci-
tum.de probatio.c.maiores.de baptiſ.ſed quando mulier
13 † ignorat ſtatutum uiri,non habet locum. l.exigere dotẽ.
ff.de iud.& ſententia de qua ſupra,ſed attenditur ſtatutũ,
loci contractus,Bal.in c.1.§.fi.de inueſtit. de re alie. fact.
in uſibus feudo.Alexan. conſilio. 101 . uolumine.3.Fel.in
c.1.de ſponſal.Iaſ.in l.cunctos populos.C.de ſumma tri-
ni.& fide cathol.Crot.in l.omnes populi.in ultimis uerb.
de iuſtitia & iure.ergo in hoc caſu non habebit locum, cũ
ueriſimiliter ignorauit dictũ ſtatutum.Nec his repugnat
Cur.Iunior.in d. l. exigere dotem. quia loquitur quando
non aderat ueriſimilitudo,& cauſa probabilis ignorantię
14 & in terminis ꝙ l.exigere † dotem. non habeat locũ hoc
caſu quando maritus habebat domicilium in uno loco
tempore contractus,& tempore mortis in alio loco,quod
attendatur ſtatutum primi loci,uolunt Bar.Ang.& Paul.
de Caſtro in l.ſi uxor.de iud.Ant.de But.Abb.& Felin.qui
allegat authoritates in dicto.c.1.de ſponſal. Cur. Iunior.
in d.l.exigere dotem.Crot.in dicta.l. omnes populi.ff.de
iuſti.& iur.& hæc opinio uidetur communior:& ſi contra-
rium ſentiat Alexan.in dicto conſi.101.uolu.3.poſt Salic.
in l.cunctos populos.C.de ſumma trinit. & fide cath. per
rationem ſupra adductam de ignorantia probabili : quã
rationem etiam ſequitur Alexand.in dicto conſilio:& ita
ſibimet uidetur refragari,ideo in hoc non eſt ei aſſentien-
dum.Nec tex.in d.l.exigere.ita debet intelligi,ne detur in
conueniens,quia poſſet peruenire ad locum in quo mari-
tus totam dotem lucraretur,ut in loco Corigiæ,& in mul-
15 tis locis,quod eſt contra illum tex.Item illa uerba † redi-
tura,debent intelligi de prima uice.l.boues.§.hoc ſermo
ne,de uerb.ſignifi.& ut infinitas tollatur.l.fideicommiſſa.
§.ſi quis decem.de leg.3.Vel concordando poſſumus di
16 cere † dictum Alex. & Sali. procedere quando tempore
contractus probabilis coniectura aderat , quod maritus
in loco in quo tunc habitabat non erat permanſurus , ut
quia maiorem partem fortunarum ſuarum habebat in a-
lio loco,uel propter rixas & altercationes habebat locũ
mutare,ut uidemus quotidie multos ex uarijs rationibus
quæ tempore matrimonij de facili ſpectari poſſunt muta
re coguntur domicilia,& in ſimilibus caſibus poterũt cõ
ciliari & concordari . ¶ Præterea aduertendum eſt in
hoc caſu,quia in loco ubi maritus primo morabatur,ſer-
uatur ius cõmune:nec aliquid uirtute ſtatuti maritus eſt
lucraturus,& in loco ad quem ſe poſtea contulit,tres par
tes dotis lucratur,ita quod uidetur magnus exceſſus, nec
adeſſe in tanto exceſſu mutatis locis uoluntas mulieris:
maxime quia promiſit integram dotem reſtituere:quo ca
17 ſu † ſtatutum ſi adeſſet non haberet locum. Bal.in l.quod
nomine.col.ſi.de condi.indeb.Alex.in l.poſt dotem,in fi.
ſol.mat.ratione ſuæ promiſsionis.Et hoc uidetur certum
in hoc caſu quicquid dixerit Dec.in conſi.402.qui limita
uit illud dictum,ut procederet quando ex certa ſcientia
promiſit,quia continet donationem , ut per eum : cum in
hoc caſu attento primi loci ſtatuto nihil donabat, cum
non

8 non lucrabatur aliquid. ¶Nec † conſiderari poteſt
præiudicium donationis reſpectu ſtatuti ſecūdi loci, quia
ille locus erant incertus, nec ueriſimilis, cum non præſu-
matur mutatio loci & animi. d. c. maiores. de baptiſ. &
cum maritus erat, & eſt, V.I. doctor celebris non eſt in eo
pręſumendus error, & neceſſarium exprimere certam ſciē
tiam, cum pręſumatur ſcire iura etiam loci proprij: ut no.
in c. 1. de conſti. quæ omnia ceſſant in caſu Decij: de cuius
etiam dicto plura eſſent diceda, cum periculoſum ſit: quę
prætermitto, cum ad pręſentem caſum nō ſunt neceſſaria.
¶Et ex his caſus hic remanet reſolutus, & conſtat particu
laribus rationibus, communem opinionē de qua ſupra in
eo locum non habere, ſecundum eorundem commune ſen
tentiam. Et ita puto partes domini iudicantis eſſe in pro-
nunciando ad fauorem hæredum do. Margaritæ de Mar-
cheſijs. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hiero. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum rem notoriam facit.*
2 *Caſus miſtus, in pœnalibus & odioſis, non comprehenditur ſub ſimplicibus.*
3 *Item nec etiam in contractibus.*
4 *Pax ut ſeruetur, multa permittuntur, quæ aliàs de iure fieri non poſſent.*
5 *Fictio non trahitur retro ad ea quæ ſunt impoſſibilia de iure.*
6 *Fallit in conuentione quæ fit propter pacem.*
7 *Princeps pro parte ſui territorij habenda, poteſt caſtrum ſui ſubditi alteri concedere.*
8 *Caſus miſtus ob quandam leuem æquitatem, in contractibus bonæ fidei, ſub ſimplicibus comprehendatur.*
9 *Pęnæ promiſsio facta ad fauorem conſeruandum, fauorabilis iudicatur.*
10 *Actiones in rem miſtæ ſunt perſonales.*
11 *Pax rupta ex noua cauſa, non cenſetur rupta adeo ut pęna committatur.*
12 *Prouocatus ab aduerſario poteſt illum impune offendere, & nihilominus petere pęnam ruptæ pacis.*
13 *Clauſula rato manente pacto &c. non operatur quin prouocatus prouocantem impune offendere non poſsit.*
14 *Pęna ruptæ pacis non committitur, nec habet locum, quando non conſtat qui prior cęperit & pacem ruperit.*
15 *Fortior & robuſtior ex rixantibus, in dubio alterum prouocaſſe præſumitur.*
16 *Quod admittit author, quando ultra illam præſumptionem concurrerent fortiores probationes pro una parte quàm pro alia.*
17 *Fama publica facit ſemiplenam probationem.*
18 *Homicidium factum ad ſui defenſionem, puniri non debet.*
19 *Cardinalem, ad ſui defenſionem licitum eſt interficere.*
20 *Defenſio ſatis probatur, cum probo aliquem ueniſſe contra me enſe uel gladio euaginato.*

RESPONSVM CXIIII.

¶An in contractu pacis, ſub ſimplicibus comprehendatur caſus miſtus: & quando dicatur rupta pax, adeo ut pœna pacis committatur, & quis primo rupiſſe dicatur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis in
ſtrumēto pacis ac caſu ſatis longo, mihi exhi
bitis, dubium principale eſt an hic inquiſitus
de Leuaiæ cōſocijs per mortem Petri dicatur
rupiſſe pacem? Et prima facie uidebatur rupiſſe cū Petrus
erat de attinētibus partis aduerſæ, & pax fuit facta pro ſe
& adhærentibus. Ita ꝙ hic caſus ex uerbis inſtrumenti cō
prehenditur, & conſequenter nullus locus diſputationi-
bus relictus eſſe uidetur. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de
1 leg. 3. & † inſtrumentum publicum facit rem notoriam ut
plene no. in c. ſignificauerunt. in uerbo, liquere. de teſtib.
in l. j. in princip. de noui opc. nunc. Bar. per omnes: nec ob
ſtat hunc interfectum fuiſſe attinentem utriuſque partis:
& ita uti caſus miſtus non comprehenditur ſub uerbis
2 attinentibus, ſimplicibus, cum in † pœnalibus & conſe-
quenter odioſis, caſus miſtus nō cōprehenditur ſub ſim-
plicibus. l. uim paſſam. §. præſumptiue. de adul. Bar. & alij
in l. 2. in prin. de uerb. obli. ubi in ſpecie in pace rupta, ut
ſub ſimplicibus non comprehēdatur caſus miſtus. ita de
cidunt mod. Peruſini de Hercul. pro quibus optime facit,
3 quia ſumus in contractibus † in quibus caſus miſtus non
comprehenditur ſub ſimplicibus. Ant. de But. in c. per ue-
nerabilem. qui filij ſint legit. 30. col. Roma. & Iaſ. in d. l. 2.
de uerbo. obligat. Alex. conſi. 140. uol. 1. Circa primū. Sed
hic ſumus in cōtractibus, ergo &c. quoniam reſpondetur
in pace & contractu pacis illam opinionē apud me pluri-
mum dubij habere, nec ita ſimpliciter tenendā: qm̄ pacis
gr̄a multa ſpecialiter conceduntur: ut per And. Sicul. cō-
ſi. 11. Illud afferam. colu. 2. uolu. 2. Item ut † pax ſeruetur
4 multa permittuntur, quæ de iure fieri non poſſent. Bal. cō
5 ſi. 213. Quidam nobilis. in tertia parte. adeo † ꝙ licèt fi-
ctio non trahatur retro ad ea quæ ſunt impoſsibilia de
6 iure. gl. in l. talis ſcriptura. de leg. 1. fallit tamen † in con-
uentione quæ fit propter pacem, ut ibi per Bal. Item pro
7 pace territorij ſui habenda † princeps poteſt caſtrum ſui
ſubditi alteri cōcedere, quia in pace uertitur publica uti-
litas propter quam princeps poteſt auferre ius priuati. ita
conſuluit Alex. conſi. 93. in penul. colum. uol. 5. poſt Bar.
in l. quicunque. in fi. C. de fide inſtrumen. Innocen. & Io.
And. in c. in noſtra. de iniur. & Bald. in titu. de pace Con-
ſtan. in uerbo, priuilegia. & ſupra centum priuilegia pacis
enumerat Corſetus in ſuo tractatu de priuileg. pac. ergo
fortius dicere debemus propter eius fauorem ſub ſimpli-
cibus comprehendi caſum miſtum, & ſi aliàs nō compre-
8 henderetur in contractibus, cum † propter quandam le-
uem æquitatem etiam in cōtractibus bonæ fidei caſus mi
ſtus ſub ſimplicibus cōprehendatur. Bar. in l. ſi extraneus.
ad fi. de cond. ob cau. ubi Alb. & Sali. ac mod. ſequuntur
Iaſ. & alij in d. l. 2. de uerb. obli. ergo fortius in dicto con-
tractu pacis ubi adeſt ſpecialior ac fortior æquitas, per ea
quæ diximus, & in hoc Alex. in d. conſi. & alij cōtra citati,
qui tenēt ſub ſimplicibus in contractu ſtricti iuris caſum
miſtum non contineri, non contradicunt, cum moueātur
hac ratione, quia ſtricte debent interpretari, ergo uolunt
ubi de iure ex aliqua ratione larga deberet fieri interpre-
tatio, tunc caſum miſtum comprehendi a ceſſante ratio-
ne, ſed fauore pacis lata fit interpretatio, & receditur a re
gulis iuris, ergo ex mente doctorum caſum miſtum com-
prehēdi dicere debemus. ¶Nec obſtat illud de odio, quia
ut ex prædictis conſtat pax fauorabilis eſt, & pœna appo
ſita principaliter eſt appoſita ad fauorem conſeruandum
9 ideo † iudicari debet fauorabilis. l. qui exceptionem. de
cond. indeb. ubi per Bar. & alios cum uulg. idq; clare col-
ligitur ex diffinitione pacis, & ex dictis Hoſt. & aliorum in
rub. de treu. & pac. & per Corſ. in loco præallegato. ¶Præ
terea in hoc caſu hoc abſque dubio procedere debet, quo
niam hic Petrus interfectus magis attinebat illis de Leua
ie quam alijs, ita ꝙ non erat proprie caſus miſtus, cū par
ticipabat plus de uno ſimplici quā de alio, quo caſu com
prehenditur ſub ſimplici tanquam eſſentialiter & realiter
de illo ſimplici, quo caſu caſus miſtus cōprehenditur ſub
10 ſimplici, ut dicit de actionibus in rem † miſtis, quia per-
ſonales ſunt licèt participent multum de realibus, ut per
omnes in §. actionum. inſti. de act. in rub. ſi cer. pet. & alibi
ſæpe. & hæc ſint dicta ut domino iudici ſatisfaciam, & de-
monſtrem aliquos magnæ authoritatis in diſcuſsione hu
ius cauſæ grauiter erraſſe, non tamen eo animo ea protu-
li, ut ſuper his in præſenti caſu determinarem cum pun-
ctus difficultatis præſentis cauſæ ex alijs pendeat, ut nūc
ſubijciam, alias tamen principaliter ſuper hoc ſcripſi, &
caſum ſæpius contingere uidi præſertim inter illos de Co
ſta & de Nanis, qui interfecerunt inimicum ſuæ ſororis.
¶His tamen non obſtantibus rei ſpeciē conſiderando de-
termino contrarium, etiam conceſſo hūc Petrū ſub pacis
inſtrumento comprehendi. Et primo quia præſupponitur
nouam cauſam iurgij inter eos ortam, dum erant in tripu
11 dijs, ſed propter nouam cauſam † ſuperuenientem pax ru
pta non intelligitur ut pœna committatur, ſed ſolū ſi pro
ter cauſam & iniuriam antiquam ſuper qua fuit celebra-
ta pax.

ta pax,fuit iterum iniuria & offenſa illata. Bar.in l.aut fa
cta.de iniur.per illum tex.in l.uerum de furt.Bal.in c.j.in
2.col.de pace tenen.ubi allegat Io.And. & Hoſt.in c.fi.de
iureiur.Pau.de Caſt.in l.qui ſeruum.de uerb.obl.& in con
ſi.155.Præmiſſum.& conſ.183.In caſu propoſito.Alexan.
conſi.19.Viſo proceſſu.in 1.uol.& conſi.per Hip.in rubri.
de fideiuſ.nu.152.& alibi ſępe. ¶Secundo præſupponitur
hunc Petrum interfectum fuiſſe primum aggreſſorem,&
12 ſic & ſi poſſet dici rupta pax , fuit † ille qui primo rupit,
merito illi de Leuaie tanquam prouocati potuerunt illũ
impune offendere non obſtante pace , & etiam petere pœ
nã pacis:ut uoluit Io.And.in addi. Spec. ſub rub.de treu.
& pac.Iac.de Aren.Bald.Imo. Pau.Roma. Alex. & cæteri
ordinarij in l.ſemel mora.ſolu.matri. & ratio eſt quia im
pune frangẽti fidem fides frangi poteſt.l. cum proponas.
C.de pact.ubi Alex. Iaſ. & communiter omnes ordinarij
illud no.& inferũt ad quæſtionem pacis ruptę. & ita de-
terminant non obſtante clauſula appoſita in contractu
pacis rato manente pacto,& ꝙ toties committatur pęna,
13 quoties contra factum erit,quoniam † nõ operatur quin
prouocatus,& cui primo fides rupta eſt non poſsit impu-
ne offendere.Bal.Sali.Pau.de Caſt.& alij in l.per fidem.de
tranſact.Alex.conſi.115.Viſo themate, in 4.uol.Iaſ.& alij
in d.l.cum proponas.nec obſtat reſponſio partis aduer-
ſæ,dum inquit non conſtare dictum Petrũ primo aggreſ-
ſum fuiſſe,quoniam reſpondetur etiam ſi id uerum eſſet,
non poſſet prodeſſe in hoc,ut illi de Leuaie inciderint in
pęnam pacis ruptę,& ab eis exigi poſsit,& ita in hoc caſu
de quo principaliter quęritur,ſed ſolum prodeſſet quantũ
ad hoc,ut etiam commiſso homicidio propter primam
fracturam pacis a parte interfecti non poſsint petere pœ-
14 nam,† quoniam quando non conſtat qui primo cęperit
& pacem fregerit,nullus punitur de pace fracta . Bal. in l.
cũ pater. §. libertis.de leg.2.in l.j.in §.cum arietis.ſi qua
dru.paupe.fec.dica.per illum tex.iuncta gl.Bar. Alexã.&
alij in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.de uerb.obli.ubi Alex.plura
allegat , & inquit ita communiter teneri Abb. Felin. &
alij in c.1.de treu. & pac. ¶Præterea aduertendum eſt ꝙ
licèt hic Petrus fuit interfectus,tamen pars ſua erat poten
tior & maior,ut præſupponitur , & id ego feci capitulari,
& uidi poſtea probatum fuiſſe,idque ſatis oſtenditur,cum
fuit notiſsimum illos de Leuaie aufugere prout ad quen
15 dam locum aufugerunt,ſed † quando dubitatur quis pri
mo aggreſſus fuerit alterum ex altercantibus,tunc robu-
ſtior & fortior præſumitur alterum aggreſſum fuiſſe.ſicut
de animalibus inquit Floria.in l.j.§. cum arietes.ſi quad.
paup.feciſ.dica.ita Feli.in d.c.1.de treu.& pac.facit tex.in
l.qui duos.§.ſi maritus.de re. dub. & tamen Feli.dicit ſu-
per hoc cogitãdum eſſe,& merito quia in probationibus
dubijs potius abſoluere debemus quàm condemnare.l.
abſentem . de pęnis.cum ſimi.cumulatis per Alex.conſi.
16 15.Viſo.in 1.uol.tamẽ † forſan illud poſſet admitti,qñ ul
tra illã præſumptionẽ concurrunt fortiores probationes
pro una parte quã alia,utputa plures teſtes , & digniores,
17 & minus ſuſpecti : item publica uox & fama,quę † facit ſe
miplenam probationem:ad no.in l.de minore.§.tormen-
ta.de q.& plene per Iaſ. & omnes mod.in l. de admonen-
di.in materia publicę famæ.late per Hip. de Marſi. in l.de
min.§.ſi pluriũ.de q. ubi enumerat plures caſus in quib.
plene probat:& ex euẽtu & fuga colligĩ ac ſuadeĩ,in quo
tñ relinquo dñm iudicem cogitare, nec ſuper eo plurimũ
inſiſto,cum abſq; hac conſideratione prædictos de Leua-
ie ad pęnam pacis ruptæ condemnari non poſſe,ſaltẽ rõ-
ne incertitudinis cõſtat,& ex hoc apparet nõ obſtare fun
damentũ ſuperius in ꝯrium adductum , & qõnem illã de
caſu miſto ad rẽ non pertinere,& hæc intelligo quantum
ad pęnam applicandam parti, quantum uero ad pęnam
homicidij quę reſpicit publicũ hæc nihil faciũt:ut pet Fe
li.in d.c.1.in 7.col.de treu. & pac.itaque conſulo partẽ ſi
per probationes factas contra priuatos non cõſtat ad ſui
defenſionem illos interfeciſſe ipſum Petrũ,iterum exami-
nent teſtes quos dicunt habere ſuper hoc homicidio,& ca
pitulẽt ſuper defenſione neceſſaria,qm̃ eo caſu erũt in tur
18 to etiam quo ad publicum,cum quis † de homicidio fa-
cto ad ſui defenſionẽ nõ dẽat puniri.ca.ſignificaſti.de ho-
mi.c.dilectio.de ſent.excom.in 6.c.3.de ſent.excom.in an
tiq.adeo ꝙ irregularis nõ efficitur.cle.1.de homi.per om
nes poſt gl.in l.ut uim.de iuſt.& iur.per Io. de Lign.in tra
19 cta.de duello.in c.80.adeo ꝙ † etiam licitum eſt interfi-
cere cardinalẽ.Io.And.in c.fi.in uerſi. percuſſerit. de pęn.
20 Ang.Iaſ.& alij in d.l.ut uim.quæ defenſio † ſatis proba-
tur, comprobo ꝙ aliquis ueniebat contra me cum enſe
uel cultro.Bar.in l.ſed & ſi quęcunq;.in prin.ad leg.Aqui.
Alex.in conſi.109.col.4.uol.1.Iaſ.in d.l.ut uim.quod aliàs
temperaui,ut ibi dixi. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Duellum ex conſuetudine toleratur.*
2 *Conſuetudo quamuis iniuſta excuſat a pœna in foro fori.*
3 *Princeps poteſt permittere in ſuo territorio impune offendi ratione publici duelli.*
4 *Homicidium permiſſum in loco ubi fuit commiſſum poſſe puniri in loco domicilij uel originis eſt iniquum.*
5 *Præceptum iudicis factum pro bono pacis & concordia ciuium ualet.*
6 *Prouocatus ad duellum poteſt prohiberi a domino ne pugnet.*
7 *Domini temporales poſſunt prohibere ne ſubditi duella committant.*
8 *Iudex originis poteſt punire ſubditum de delicto commiſſo per eũ extra territorium.*
9 *Quod maxime locum habet quando delictum fuit commiſſum a ſubdito contra ſubditum , & procedatur per uiam accuſationis.*
10 *Militia non liberat a patria poteſtate.*
11 *Diſciplina caſtrorum eſt antiquior ciuibus Romanis.*
12 *Patria poteſtas proprium ciuium Romanorum ius eſt.*
13 *Pater filium a militia prohibere non poteſt.*
14 *Pater debilitans filium electum ad militiam punitur.*
15 *Diſpoſitio.§.aliud quoque capitulum.in auth.ut cum de appella. cog.extendi non debet.*
16 *Extenſio in correctorijs eſt prohibita.*
17 *Lex quantumcunque odioſa & correctoria ſecundum proprietatem uerborum intelligi debet.*
18 *Duellum ab omni lege diuina,& humana eſt prohibitum.*
19 *Pater poteſt filiũ exhæredare ex alijs cauſis,quæ nõ ſunt de enumeratis in §.aliud quoque capitulum.ſi ſimiles uel maiores ſint enumeratis.*
20 *Taxatiua etiam in exorbitantibus caſum ſimilem non excludit.*
21 *Sermo quilibet in caſu licito & permiſſo intelligi debet.*
22 *Bellum iuſtum licitum eſt.*
23 *Concordia ſiue diſtinctio noua authoris in materia duelli, an filius illius occaſione a patre exhæredari poſſit.*
24 *Filius iniens duellum contra patris uoluntatem , ex iuſtis cauſis, & pro honoris defenſione exhæredari non poteſt.*
25 *Bonis uiris metus iacturæ honoris,maior eſt quàm mortis.*
26 *Filius contra proprium honorem non tenetur obedire patri.*
27 *Lex quælibet declaratur ut euitetur abſurdum.*
27 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
29 *Filius ſubiens duellum non facta declaratione iuſtę pugnæ,& non accedentibus requiſitis ad pugnam contra præceptum patris ab eo exhæredari poteſt.*

RESPONSVM CXV.

¶An interficiens in duello extra patriam,ſuum cõciuẽ poſſit de homicidio in patria & loco ſuę originis puniri,& an pater poſsit exhæredare filium,qui ſpreta illius inhibitione deuenit ad duellum,ſiue ſingulare certamen.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Illuſtriſsime ac reuerendiſsime præſes in hac cauſa a reuerendiſsima D. V. mihi commiſſa ſub compendio omiſſa allegationum cõgerie,uti requirit,dubia propoſita reſoluam. Et ad primum quo

quæritur

quæritur an Nicolaus Coruinus qui in duello extra iuriſ
dictionem interfecit ſubditum.V. R. D. ac ſuum conciuē
poſsit in patria puniri de hoc delicto cōmiſſo,& cū duel-
1 lum † ſaltem conſuetudine toleratum eſt,ut dicit Bal.in l.
is penes.C.de depo.& per omnes in l.ex hoc.iure.ff.de iuſt.&
2 iur.& conſuetudo † quamuis iniuſta excuſat a pęna in fo
ro fori.in c.cū uenerabilis,ubi Abb.& alij de conſue.in c.
ſanè. in uerbo,antiqua cōſuetudo. de tēp.ordi.per Anch.
in conſi.222.Alex.cōſi.107. in 2.uol.& late per Iaſ.in l.de
quibus.de legib.ideo uidetur determinandum eſſe nō poſ
ſe pųniri,maxime ea ratione,quia in territorio in quo ho
micidium fuit commiſſum delictum eſt impunitum & li-
citum,cum bellum initum fuit authoritate principis ter-
3 ritorij,& † princeps poteſt permittere in ſuo territorio ra
tione publici duelli impune offendi, ſicut dicitur de ſtatu
tis:per Bal.in l.omnes.C.ſi contra ius uel utili. publi.per
tex.in l.j.de glad.& in l.j.ut arm.uſus.& iniquum ac iniu-
ſtum eſt homicidium quod eſt permiſſum in loco ubi cō-
4 miſſum fuit puniri poſſe in loco domicilij,uel originis,in
quibus locis non eſt perpetratum,& ita in terminis reſpō
det Ang.per plura iura & rationes in quæſtione inci.Duo
milites Gallici.ſequitur Paris de puteo in trac. de re mili.
lib.6.c.an qui pugnauit.¶His tamen non obſtantibus ui
debatur in hoc caſu de iure contrarium reſpondendū eſſe
præſuppoſito ut in themate narratur a V.R.D.inhibitum
fuiſſe ipſi Nicolao ac eius aduerſario.ut non diſcederent
de ciuitate ſub pęna uitæ,& confiſcationis bonorum ante
quam querelas ſuas, & cauſam præliandi iudici ſuo pro-
ponerent,& illi ſpreto mandato quam primum diſceſſe-
5 runt:nam id † præceptum factum pro bono pacis & con-
cordia ciuium ualet:arg.eorum quæ ponunt Bal.& Ang.
in l.æquiſsimum.de uſufru.per tex. in l.ſi quis ingenuam.
§.in ciuilibus.de capt.Bal.in l.furti.de his qui notan.infa.
in l.j.§.quies.de offi.præfec.urb.Ana.in c.j.col.16.de ma-
lefic.ubi quando eſt diſſenſio inter ciues maxime inſignes
poſſunt a iudice conſtringi ad concordiā: quanto fortius
ad docendum iura ſua corā iudice: nā pręceptum æquius
6 eſſe non potuiſſet,& facit quia † prouocatus poteſt pro-
hiberi a domino ut non pugnet, quia dominus loci uult
ſibi conſeruare talē militē pro neceſsitate reipublicæ: nā
intereſt dn̄i habere ſuum militem ſtrenuum.And.de Iſer.
in tit.quib.mod.feud.amit.in uerſi. proditorie. & ita de-
terminat præfatus Paris de puteo in d.trac.de re mili.lib.
6.c.quando prouocatus. per tex. in c. ſolitæ.de maio. &
obed.& in c.omnis anima.de cēſib.ibi,ſubditi eſtote prin
cipibus,& ducibus,tanquam a Deo miſsis.& latius idem
Paris id ponit in li.1.c.an dominus tēporalis.ubi uult qđ
† domini temporales poſsint prohibere ne ſubditi certēt,
7 & duella faciant. & pro hoc facit tex.in c.2.de maiori.&
obed.ibi,qui nō obedierit principi morte moriatur.ergo
hic debebat oīno obedire aliàs puniri pōt,maxime qa id
præceptum non continebat quod nō præliaretur,& hono
rem ſuum non defenderet, prout erat in terminis Paridis
de puteo,ſed erat ut prius corā iudice querelas propone-
rent,quod perquā ſanctiſsimum eſſe uidetur,& ſaltē per
hoc præceptū tollitur illa facultas præliādi,quę ſibi ex cō
ſuetudine iniqua competit quæ h3 eū excuſare a dolo, &
conſequēter ab homicidio:nam hæc cauſa per præceptū
ſuperioris uidetur ſublata & debilitata,ita quod remanet
ſimplex homicidiū,non amplius conſuetudine praua,ex-
cuſabile,cū id iuris,uel excuſationis quod per eam præ-
ſtabať ſublatū fuerat per iuſtum iudicis præceptum,quod
præceptū ſi per ſe ad pœnam uitæ nō ſit potēs,ſaltem ad
tollendam iniquam cōſuetudinis a iure reprobatę,excuſa
tionem ſufficere debet:ea igitur circūſcripta ſequiť clara
8 iuris deciſio quæ † h3 iudicē originis poſſe punire ſubdi-
tum de delicto commiſſo per eum extra territoriū. l. j.C.
ubi de crimi.agi opor.cum ibi plene no.¶Quod maxime
9 † locum habet,quando homicidium fuit cōmiſſum a ſub
dito contra ſubditum,licèt extra territorium,& proceda
tur per uiam accuſationis & de iure cōmuni,ut eſt de mē-
te omnium in d.l.j.C.ubi de crimi.agi opor.& in l.cūctos
populos.C.de ſumma trini.& fide cath.licèt ſit magna al-
tercatio,an per uiam inquiſitionis poſsit procedi.de qua
per Bar.Bal.& omnes in d.l.cūctos populos.& in c.ut ani-
marum.de conſti.Alex.in conſi.111.in 1.uol.Ponderatis.
& plenius per Hip.conſi.110.& in l. fi.de iuriſdi.omnium
iudic.col.18.& allegata in contrarium ſupra non obſtant
quia non loquuntur quando a dominis loci ſuæ originis
& domicilij fuit ſibi inhibitū ſub pœna uitæ, ut hic:& ita
hic eſt caſus diuerſus ab illis, & ex diuerſis non infertur:
in hoc nouo caſu æquius tamen ac inſtius exiſtimo, iudi-
candum eſſe ratione homicidij eum pœna uitæ nō puniri
caſu quo habeat declarationem iudicis territorij in quo
fuit pugnatum iuſte ac licite pugnari poſſe:nam hoc caſu
non uī in dolo eſſe reſpectu actus, ut pœna uitæ plectať,
ſecus ſi non fuit facta hæc declaratio,quia tunc nullo mo
do licitum conſtabat duellum,utputa ſi inter ſe cōcordes
pugnarunt,nulla iudicis præcedēte licentia, ut ſæpius fie
ri uidi a iuuenibus animoſis, & ita determino nō obſtāte
præcepto,& rōne proueniente ex eo ſuperius cōſiderata,
& adducta in contrariū,quod domini loci poſſunt prohi-
bere,non concludunt quantū adhoc ut incurrant pœnā
uitæ,ſed ſolū ut excuſentur a præliando, ideo dictis eorū
aliter ſigillatim nō reſpōdeo. an uero ratione inobedien
tiæ poſsit pęna uitæ ſibi cōminata puniri nō determino,
nec uerba facio cū de hoc cōſultus nō ſum, & ſi uobis uī
ut circa hoc dicā quid ſentiam reſcribatis, & mittatis in-
dultum poteſtatis ueſtræ ac iuriſdictionis.¶Circa ſm du
bium quo quæritur,an pater qui prohibuit pręfatum Ni-
colaum pugnare ſub pęna exhæredationis,eum caſu quo
pugnauerit ſpreto eius præcepto exhæredando omni me-
liori modo,& fiſcum inſtituendo potuerit eum exhæreda
re,& exhæredatio ualeat,& prima frōte uidebatur nō po
tuiſſe exhæredare,ac exhæredando prohibere filium ſubi-
10 re duellum,quoniam † licèt militia nō liberet a patria po
teſtate.l.errat,de re mili.li.12. nihilominus cū diſciplina
11 † caſtrorū ſit antiquior ciuibus Romanis. l. poſtliminiū.
§.filius.de cap.& poſtl.reuer.& conſequenter patria pote
12 ſtate,quæ † proprium ius ciuium Romanorum eſt.l.nam
ciuiū.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris.ideo debet præfer
ri patriæ poteſtati.l.in finalib.fi.regund. & ita tenet Paris
de Put.in d.trac.lib.6.c.an pater.licèt ſimpliciter quærat,
an poſsit prohibere,& non ponat quæſtionem de exhære-
datione.allegat ēt in ſimili tex.in l.qui cum uno §.qui fi-
13 lium.de re mili.ubi † non ſolū pater non poteſt prohibe-
re filio militiā,ſed ſi eū ſubtrahat a militia punitur,ut ibi
& facit tex.in l.eū qui filiū.eod.tit.qui punit patrem debi
14 litantem † filium electum ad militiam ut non ſe conferat
ad eam,& id fortius debet eſſe in caſu noſtro quo ad exhæ
redationem,cum & ſi de iure permiſſum eſſet patri prohi
bere filium ſubire certamen,tamen non reperitur ꝙ poſ-
ſit propter hanc cauſam eum exhæredare,& cauſæ exhære
dationis exprimuntur,& enumeranť per Imperatorem.in
§.aliud.in auth.ut cum de appel. cog. & inſuper Impera-
tor ait præter ipſas cauſas,nulli liceat alias ingratitudi-
nis cauſas opponere, niſi quæ huius conſtitutionis ſerie
&c.ſed hæc cauſa non eſt ibi enumerata,ergo propter hāc
15 cauſam patri non licet filiū exhæredare, nec † debet extē
di.§.aliud quoque capitulum.cū ſit correctorius,ſm Cy.
Sali.Pau.Alb.& Alex.in auth.non licet.C.de lib.præt.& in
16 correctorijs eſt † prohibita extēſio ēt ex maioritate rō-
nis.auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.ꝙ eo magis eſſe
debet cum Imperator prohibet extenſionem:ut ſupra pō
deraui.¶His tamen non obſt. in contrarium hæc urgere
uidentur.& primo tex.in d.§.aliud quoque capitulū. ubi
inter cæteras cauſas enumerat hanc cauſam,ſi filius ſe aſ-
ſociauerit inter arenarios uel mimos,& arenarij dicuntur
gladiatores,ergo ibi eſt caſus expreſſus qōnis noſtræ, &
licèt a doctoribus,illud uerbū arenarios reſtringatur ad
gladiatores cum beſtijs,nihilominus cum loquatur gene
raliter,& ex proprietate uerbi comprehendat etiam gla-
17 diatores cum hominibus, debet † ſm proprietatem uer-
bi intelligi,& ſi materia ſit odioſa.l. cum lege.ubi Are.de
teſta.etiam ſi ſit correctoria. gl. in c.contra Chriſtianos.
de hæret.Alex.in auth.ex teſtamento. C. de colla. & quia
ubi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.l.de
pretio.de pub.etiam ſi maior ratio ſit in uno caſu quàm
in alio.

in alio.l.j.§.quod autem.de alea.& per Dec. in conſi.5.
¶Secundo conſidero illum tex.qui dicit præter uolunta-
tem parentũ &c.ergo fortius ſi ꝯ uoluntatem, ut hic, cũ
in hoc caſu adeſt inobediẽtia filij, & repugnãtia cõtra pa
tris præcepta,quod eſt contra ius gentiũ. l.ueluti.de iuſt.
& iur.& ita maius eſt peccatum quàm quando non eſt cõ
tra uoluntatem patris,ſed pręter. ¶Tertio conſidero hic
agi de periculo uitæ,& maiori ac certiori,cum difficilius
ſit decipere hominem quàm beluam,& quia cum ab utra
que parte certius eſt homicidium alterius partis futurũ,
& aliquando utriuſque, quod eo modo eſſe non põt qñ
cum beſtijs pugnatur,cum non niſi ab altera parte ſit ho-
18 mo.Item cũ † ab omni lege diuina, & humana hoc duel-
lum eſt prohibitũ.l.j.C.de glad.lib. 11.in c.1.& 2.de cler.
pugn.in duello.in c.1.& 2.de tornea.& ita cõmuniter te-
netur:ut per doc.in dictis locis, & per Iaſ. Claud.& alios
mod.poſt Bal.& quamplures citatos per illos in l.ex hoc
iure.de iuſt.& iur.ita ꝙ ẽt efficiunt infames nõ obſtãte cõ
ſuetudine in contrarium exiſtente:ut no. in dictis locis,&
latius de hoc ſcripſi,& reſpondi, ergo dici debet ſub illis
uerbis comprehendi,præſertim cũ de proprietate ſignãt,
& maxime cum militat certius uitæ periculum, & tex.in
§.aliud quoque capitulum.licèt expreſſerit cauſas exhæ-
redationis & eas taxauerit, nihilominus habet locum in
alia ſimili uel maiori cauſa,quæ ibi non exprimatᷣ, & ita
19 pater poteſt † filium exhæredare ex alijs cauſis quæ non
ſunt de enumeratis per Iuſtinianum in §.aliud quoque ca
pitulum.ſi ſimiles uel maiores ſint enumeratis:ut ꝑ Alex.
in cõſi.203. in 2.uol. quem refert Iaſ. poſt Guil.& alios ci
tatos per eum in auth.non licet.C.de lib.pręt.ubi atteſtatᷣ
hanc eſſe cõem opi.& in iudicando, & conſulendo nõ eſſe
recedendum ab ea,ideo aliter non cõprobo. ¶Nec obſt.
20 tex.taxatiue loqui & eſſe correctoriũ, quia taxatiua † nõ
excludit caſum ſimilem,etiam in exorbitantibus.l.ob ęs.
de præd.min.& tex.ille quo ad cauſas enumeratas eſt ma
gis limitatorius & exorbitans quàm correctorius: ut
ſentit Iaſ.in d.auth. non licet.& ita permittitur extenſio.
ad no.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.ſi cõ
ſtante.ſol.mat.de cuius ueritate in puncto iuris aliàs ſcri
pſi,nec hic recito,cum non ſit in conſulendo inſiſtẽdum
ubi habemus communem. ¶Non obſt. quod bellum ſit
antiquius quàm patria poteſtas, & patrem remouentem
filium a militia puniendum eſſe,quoniam non faciunt ad
propoſitum,cum loquantur in bello, & militia iuſta, ꝑut
21 † quilibet ſermo debet intelligi arg.no.in l.cum pater.§.
rogo.de leg.2.cum uulg.& quia a lege id tuetur,ergo in-
telligitur de iuſto & honeſto, cum lex debet eſſe ſancta &
honeſta.c.erit autem lex.3.q. 1. in l. 2.de leg.ſed bellum
22 † iuſtum licitũ eſt:ut per omnes in l.ex hoc iure.de iuſt.&
iur.ubi ponunt quę ſunt neceſſaria ad bellum iuſtum:per
Io.And.Archi.& Canon.in c.1.de homi. in 6.& per legiſ.
in l.j.in prin. ff.de acq.poſ.cũ.ſimi.& duellum eſt omni iu
re prohibitum ut dictum fuit,ergo non ualet argumentũ,
aliquid conceditur a lege fauore militiæ & belli, ergo idẽ
concedendum eſt fauore duelli, cũ differentia magna ſit
inter unum & aliud,& diuerſa, immo contraria ratio ad-
ſit,& in hoc Paris dẽ put.errauit, prout in plurib.fecit in
illo ſuo trac.qñ aliquid ex capite ſuo dixit: uerum cum cõ
ſuetudine generali duellum toleratur:ut per omnes in d.
l.ex hoc iure.de iuſt.& iur.& in locis ſupra allegatis.de cu
ius ualiditate alibi diximus in facto, tamen res ita ſe ha-
bet in hac difficultate.pro reſolutione ita diſtinguerẽ,aut
23 ſubijt † certamen pro defenſione honoris ſui,& accedẽti-
bus cauſis,& requiſitis ad duellum,ſecundum ipſam con-
ſuetudinem,ut quia fuit iudicatum a domino territorij
locum eſſe duello,ut dixi ſupra in præcedẽti dubio:& ad-
erant alia requiſita de quibus per Bal.& Imo.in l.cum fi-
lius.§.fi.de leg.2.& eo caſu ſi agebatur de iniuria propul
ſanda,& de honore filij tuẽdo, quẽ pr̃ remittere non põt
propter ignobilitatẽ patris & filij nobilitatẽ & ualorem,
uel propter iniurię & offenſę magnitudinẽ,cũ nõ debeat
pater uiliſsimus filij ſui contumeliã ad ſui utilitatẽ aliàs
utilitatẽ metiri:ut inquit Vlpia.in l.ſed ſi unius.§.filiofa.
de iniur.cum concor. & declarationibus ibi traditis per
24 doc.& alibi ſæpe, & tunc impune † potuit præliari,quia
honorem ſuum tueri debuit non obſtante præcepto pr̃is,
cum illud ꝙ concernit honorem æquiparatur uitę, & bo
25 nis † uiris metus honoris maior eſt quã mortis.l.iſti qui
26 dem.quod met. cau. nec ꝯ † honorem proprium hẽt pr̃i
obedire.arg.l.Iulianus.ſi quis omiſſa cau.teſta.& eſt bo-
nus tex.in l.reprehendẽda.ubi no. C.de inſti.& ſubſt.ſub
cond.fac.& ex hoc apparet hanc non eſſe iuſtam cauſam
exhæredandi,ſed impune non teneri præcepto obedire.
¶Nec obſt.tex.in §.aliud quoq; capitulũ.in uerbo arena
rios,cum non loquatur qñ propter honorem ſuum iuſte
defendendum in arenã deſcẽdebat,& ſi generaliter loqua
tur,ne reſultet abſurdũ ut quis ſuum honorem tueri non
poſsit,& præcepto iniuſto obtemperare debeat nã quęli
27 bet † lex declaratur ut euitetur abſurdũ.l. nã abſurdũ.de
bon.lib.& per mod.in l.j.§.nunciatio.de no.ope.nun.
¶Secundo quia hanc interpretationẽ ab hac conſuetudi
ne quæ ſaltem de facto toleratur, uidemus receptã,& cõ-
28 ſuetudo eſt optima † legũ interpres. l.ſi de interpretatio-
ne.l.ſed ea.ff.de legi.& ex hoc apparet ꝙ licèt ſit maius
periculũ uitę in hac arena quã cũ beluis:& tex.in §.aliud
quoq; capitulũ. habeat locũ in alijs caſibus ſimilib.uel
maiorib.nihilominus alia ratio reformat caſum, cũ hic
agitur de honore defendẽdo, qui charior ipſa uita eſſe de
bet,temperatur ac toleratur illud periculum uitę,nec præ
29 ceptum eſt in conſideratione, ſi autem † ſubijt certamẽ
non facta declaratione iuſtę pugnę,& accedentibus requi
ſitis ad pugnam, ſecundum illam conſuetudinem,& eo
caſu impune potuit exhæredari,per ea quæ ſupra allega-
uimus,idẽ forſan dici poſſet ſi iniuria a patre fuerit re-
miſſa,& de iure remitti potuerit, cum nulla cauſa pugnã
di eo caſu ſubeſſe uideatur,cum iure remiſſa fuerit. ¶Et
hæc ſint dicta in hac temporis anguſtia,ſaluo ſemper iu-
dicio V.R.D.& cuiuſcunque ſui gubernatoris,uel audito
ris,uel alterius melius ſentientis, in hoc caſu a doctorib.
non uentilato,prout deberet propter cauſæ difficultatẽ,
ac præiudicium.

Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Prior conſul præfertur ſecundo conſuli, & patritio, ſi poſt eum factus ſit patritius.*
2 *Examen & licentia neceſſario debent præcedere doctoratum.*
3 *Argumentum de milite ad doctorem ualidum eſt.*
4 *Eccleſia de proximo conſecranda habetur pro cõſecrata, & gaudet priuilegijs.*
5 *Fructus de proximo colligendi pro recollectis habentur.*
6 *Dignitatem prius adeptus præfertur alteri, qui poſteriori loco eandem dignitatem fuit conſequutus.*
7 *Doctoratus eſt dignitas.*
8 *Licentiatus non dicitur doctor, nec in aliqua dignitate conſtitutus.*
9 *Licentiatus non habet ius interpretandi leges.*
10 *Sententia lata contra regulam iuris dicitur continere manifeſtũ iuris errorem.*
11 *Probatio dubia non releuat.*
12 *Argumentum a ſimili eſt fragile.*
13 *Intellectus ad l.1.C.de conſul.lib.12.*
14 *Impoſſibile illud reputatur, quod a principis uoluntate dependet.*
15 *Licentiatus habetur pro doctore, in his quæ nemini præiudicant.*
16 *Licentiatus ad actum regulariter nõ dicitur eſſe in actu, nec gaudet priuilegijs exiſtentis in actu.*
17 *Epiſcopus electus ad epiſcopatum nondum conſecratus, ea que pertinent ad epiſcopum exercere non poteſt.*
18 *Ciuitas interficiens electum in epiſcopum non incidit in pœnam interficientes epiſcopum.*
19 *Intellectus ad .l.2.in §.ſcio.de mino.*
20 *Tempus actus conſideratur, & non licentia & iuſſus ad actum.*

21 *Filiusfamilias factus ſui iuris, adimplens illud quod ſibi fuerat mandatum dum eſſet ſub poteſtate acquirit ſibi.*

22 *Statutum præferens primo doctoratos, non comprehendit primo licentiatum.*

23 *Statuta in caſu uero intelligi debent.*

24 *Diſpoſitio conditionaliter loquens de doctoribus non comprehendit licentiatos.*

25 *Clauſula in fine ſtatutorum poſita, ut ſtatuta intelligantur ad literam, & in caſu uero operatur quod ſtatuta non poſſint extendi.*

26 *Statutum loquens de doctoribus non comprehendit licentiatum, quando in alia parte ſtatutorum fuit particulariter facta mentio de licentiatis.*

27 *Statuta magis debent intelligi ſecundum alia ſtatuta loci, quàm ſecundum ius commune.*

28 *Statuta ſecundum ius commune regulariter, & ordinarie diſponens interpretari debent.*

29 *Licentiatus non habetur pro doctorato in præiudicium tertij, quã do ſine iuſta cauſa, culpa ſua fuit in longa mora ſumendi gradũ doctoratus.*

30 *Fictio non datur, niſi magna ſuadente æquitate.*

31 *Fictio ibi ceſſat ubi ueritas locum habere poteſt.*

RESPONSVM CXVI.

¶ An poſterior doctor, priori doctori præferatur, ea ratione quia primo fuit licentiatus, & an ſtatutum loquens de doctore habeat locum in licentiato.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Quæſtio
ſatis trita eſt, & ſæpius uentilata his noſtris tẽ
poribus ambitioſis, an poſterior doctor prio
ri doctori præferatur ea ratione quoniã prius
licentiatus fuit, & prima fronte uidebatur prius licentia-
tum præferri: per l. j. C. de conſul. lib. 12. ubi prior conſul
1 † præfertur ſecundo conſuli, & patritio, ſi poſt eum factus
ſit patritius: ita ꝙ primo licentiatus debet primo præfer-
ri, & ſi poſtea fuit doctoratus. ¶ Secundo uidetur text. C.
ut dignitatum ordo. in l. 2. lib. 12. ſecundum Soci. in l. cũ
quid. ſi cer. pet. & in conſi. ¶ Tertio allegatur tex. in l. mæ-
uium. C. de conſul. li. 12. iuncta d. l. j. de conſul. ubi conſu-
latus uel alia dignitas neceſſario debet præcedere conſu-
latum, & ideo qui primo loco fuit conſul, & poſterior pa-
tritius præfertur priori conſuli, & patritio, cum anterior
conſul fuit, licèt fuerit patritius poſterior, ſed examen, &
2 † licentia neceſſario debet præcedere doctoratum. l. magi
ſtros. C. de profeſ. & medi. ergo licentiatus primo debet
præferri, licet fuerit poſterior doctori. ¶ Quarto compro
bari poſſe uidetur per tex. in l. pen. de mili. teſta. ubi miles
qui de proximo accingendus eſt habetur pro accincto, &
pro milite, & potitur priuilegijs militarib. ergo idem di-
cere debemus de doctore, & licentiato: cum ualidum † ſit
3 argumentum de uno ad alium. l. aduocati. C. de aduoca.
diuer. iudi. & late traditur per Alex. & alios in l. centurio.
de uulg. & pup. ſed licentiatus eſt de proximo doctoran-
dus, immo ad libitum ſuum doctorari poteſt, ergo debet
haberi pro doctore, & fungi eiſdẽ priuilegijs: ad tex. in d.
l. pe. gl. Bar. Bal. & alij plura adducũt: ubi probatur quod
ea quæ de proximo factura ſunt habentur pro factis, & fa
ciunt no. per Abb. in c. eccleſia. in 5. not. de immuni. eccle.
ubi eccleſia † de proximo conſecranda habetur pro conſe
4 crata, & gaudet priuilegijs. Item condemnandus per ſen-
tentiam habetur pro condemnato. l. qui pęnæ. §. diuus
Pius. de manu. & † fructus de proximo colligendi habenẽ
5 pro recollectis. Bar. in l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. mat.
ubi late per mod. colliguntur plura ſimilia. ¶ Quinto fa-
cit tex. in l. 3. §. ſcio. de min. & in l. damni. §. ſabini. de dam.
infec. concor. ubi quando finis habet neceſſariam conſe-
quentiam a principio ſeu relationem ad principium tunc
attenditur principiũ, ſed gradus doctoratus habet neceſ-
ſariam relationem ad licentiatũ, ergo tempus licentię de
bet attẽdi, non tẽpus quo gradus doctoratus confertur,
ſed cõſiderato tempore licẽtię, licẽtiatus eſt prior, ergo
pręferri debet, & hæc ſunt quæ principaliter allegant pro
hac parte quam tenent Ang. Are. & poſteriores. in §. quæ
dam. inſti. de act. Maria. in c. 5. de magi. Soci. & Dec. in l.
cum quid. ſi cer. pet. & per Soci. in conſi. ſupra allegato. &
Dec. in c. at ſi cler. de iud. eademmet uerba ponit quæ po-
ſuit in l. cũ quid, ſi cer. pet. qui dicit quæſtionem accidiſſe
inter dominum Stephanũ de Mediolano, & d. Perleonem,
& tacet quod etiam accidit dicta quæſtio inter ipſum do.
Philippum Dec. & d. Fran. Pepium. ut dicit Soci. in d. l. cũ
quid. ¶ His tamen obſtantibus in præſenti cauſa mihi ex
hibita per excellentiſſimum. V. I. doctorem d. Iulium Mo-
ticulam Ariminenſem nunc legatum ciuitatis Arimini,
in qua ipſe egregie ſcripſit, determino cõtrarium, præſup
poſito in facto uerbis ſtatuti quæ infra ſubijciam, & pro
maiori præſentis caſus reſolutione demonſtrabo de iure
opinio. Soci. & Dec. ac aliorum ſupra relatam dubiam eſ-
ſe, & multos contradicentes habere, non ut in præſenti de
terminauimus contra eorum opi. cum ad præſentem fa-
cti ſpeciem non ſit neceſſarium, ſed ut oſtendam ab illã o-
pinione tanquam debili & dubia dominos iudicare debẽ
tes facile abſque aliquali conſcientiæ ſindereſi recedere
poſſe ac debere, & in primis cõtrariam opinionem tenet
Simon Brixienſis, in prooemio cle. & lexicho, & Io. And.
in c. ſi gratioſæ. de reſc. in 6. idem uoluit Io. de Ligna. in c.
capitulum ſanctæ Crucis. de reſcrip. Pet. de Ancha. in c. 1.
de paroch. Domi. de ſancto. Geminia. in proœ. 6. Rom. in
conſil. 333. & mod. in l. diem functo. de offic. aſſeſſ. & pro
6 hac parte conſidero firmam iuris regulam eſſe † eum qui
prius dignitatem adeptus eſt in eadem dignitate præfer-
ri alteri qui poſteriori loco dignitatem conſequutus fuit.
l. j. de Alb. ſcrib. l. 3. de tyro. lib. 12. l. fi. de fide inſtru. Bart.
Bal. Ang. Alex. Iaſon, Soci. Dec. & communiter omnes in
d. l. cum quid. ſi cer. pet. per Canoniſt. c. cleri. de iudi. & in
proœ. Grego. & alibi ſæpe, ubi in ſpecie loquuntur de do-
ctore, & licèt loquantur de antiquiore doctore intelligũt
de antiquiore gradu & dignitate, & ita no. gl. in c. fi. de cõ
7 ſue. in 6. ſed doctoratus eſt † dignitas. c. 5. de magiſt. Bar.
in 1. conſti. C. col. 3. in l. fi. C. de iudæis. per omnes poſt A-
lex. in rub. de noui oper. nuncia. & doctoribus dantur inſi
gnia & caſulæ tanquam principi. Bal. in l. j. §. huius ſtudij.
de iuſti. & iure. & appellantur domini, quia imperitis do
minãtur. auth. habita. ubi Bal. Bolo. & alij. C. ne filius pro
patre. ergo ſecundum communem regulam qui prius do
ctoratus eſt debet præferri, & licentiatus non dicitur do-
ctoratus, nec † in dignitate poſitus. Bald. in l. athletę. in
8 prin. de excu. tuto. per illũ tex. in uerbo, coronata. & Bal.
in l. j. §. pe. de teſt. mili. inquit licentiatum qui ẽt breui do-
ctorandus eſt appellatione doctoris non contineri, itaq;
ſm eum non ſufficit poteſtati ſi ducat ſecum licentiatum
pro uicario eo caſu quo debet ducere doctorẽ, cum licen
tiatus nõ habet dignitatẽ, & inſignia doctoratus, & ꝓpte
rea dñt Inn. & alij in c. 2. de mag. & Bol. in repe. auth. in 4.
char. C. ne filius pro patre. licẽtiatũ nõ habere † ius inter
9 pretandi leges: cũ cõpetat rõne dignitatis doctori. ergo li
cet primo alius fuerit licẽtiatus, primo doctoratus dꝫ ꝑ-
ferri, cũ prior fuerit in dignitate ꝯſtitutus ꝑ regulã cõem,
ergo primo doctoratus nõ obſt. ꝙ aliter fuerit primo licẽ
tiatus hꝫ regulã iuris ꝓ ſe, ſed q hꝫ iuris regulã dr̃ hr̃e ius
certũ pro ſe. Bar. in l. quoties. ſi qs cau. in l. 2. col. j. ſi quis
in ius uoc. nõ ierit. Matth. in no. 19. & qui habet regulam
ipſe habet fundatã intentionẽ. gl. in l. omnis diffinitio. de
reg. iur. & in rub. de reg. iur. in 6. adeo ut pronunciare de-
bet iudex pro regula, niſi probetur contrarium. Bal. in c.
1. in 2. col. de alie. iudicij mutan. cauſa fact. idem in l. ſi tu
10 tor. C. de ſer. communi man. in fi. adeo quod † ſententia la
ta contra regulam iuris dicitur cõtinere expreſſum iuris
errorem: ut per Matheſilanum in loco præallegato: ſequĩt
Alex. in l. 4. §. ſi quis condemnatus. col. fin. de re iud. Dec.
conſi. 8. & in l. j. de reg. iur. & in c. conſuluit primo. de ap-
pel. & id quod dicunt, niſi probetur contra regulam intel
11 ligo euidenter, & clare † cum dubia probatio nõ releuet.
c. in pręſentia. de prob. l. non hoc. unde cog. & in dubijs re
gulę inhęrendũ ſit ut ſolebant in conflictibus noſtri Bon.
carotio inhærere ubi aderat uexillum maius, & gene-
rale omniũ militũ quando proprium particulare uexillũ
non

non inueniebant:ut per gl.in d.l.omnis diffinitio.de reg.
iur.quæ hoc pacto declarari debet,ſed non reperitur iure
cautum in licentiato qui poſtea doctoratur ut prǽferatur
primo doctorato,& ſi ante eum primo fuit licen.nam nul
lus tex.reperitur de hoc,ergo non eſt recedendum a regu
la iuris diſponente primo doctoratum ſeu dignitatē ade-
ptum præferendum eſſe. ¶ Nec obſt.allegata in cōtrariū:
quia in eis nullum uerbum de licentiato & doctorato, &
ita non loquuntur in terminis,& ſi dicatur, loquuntur in
12 caſibus ſimilibus,reſpondetur fragile eſſe † argumentum
a ſimili.l.fi.ubi Pau.de Caſt.C.de inoffi. don. immo dico
quod non ſolum loquuntur in terminis, ſed in caſibus di
uerſis diuerſas rationes habentibus : idque ſigillatim om
13 nibus reſpondendo demonſtro, & primo ad l.j.† de con-
ſul.reſpondetur quod ille primo ibi fuit factus conſul,&
ita adeptus eſt primo dignitatem conſulatus,& conſequē
ter debebat preferri ſecūdo conſuli & patritio,quia prius
habuit dignitatem , ſed cum ſecundo loco conſul factus
habet ultra cōſulatū dignitatem patriciatus propter du-
plicem dignitatem præfertur primo conſuli qui nō habet
niſi unam dignitatē,& non ille primus conſul adipiſcitur
quoq; ipſe alterā dignitatem patriciatus cū ſunt æquales
in dignitate,& ſe ad inuicem præuenerunt in tempore,cū
primus in conſulatu præuenit ſm,& ſecundus in patricia
tu præuenit primū conſulē,ideo in hac temporis prælatu
ra diuerſarum dignitatum inuicem cōtrariante prǽfertur
ille qui primo habuit dignitatē poſtquā æquales ſunt in
dignitate:ita loquuntur in diuerſis terminis diuerſam ra
tionem habentibus cū ibi primus habuit dignitatem,li-
centiatus autem de quo hic nullā habuit dignitatē,&pro
pter dignitatē primā in æquali dignitate ſe ad inuicē in
temporis prærogatiuā excedēte qui primo habuit præfer
tur,& hic eſt intellectus illius tex. ex quo apparet reſpon
ſum ad ponderandum Dec. ¶ Nec obſt. ponderatio Soci.
in d.l.cum quid.dum cōſiderat quod ille qui prius fuit fa
ctus conſul meruit dignitatem patriciatus, & ideo cū fa-
ctus fuit patricius præfertur quia prius meruit illā digni
tatem:quia dicit ꝙ præfertur qui prior meruit dignitatē
nō loquitur de eo ex quo factus eſt cōſul qui meruit di-
gnitatē patriciatus,ſed loquitur de eo qui meruit digni-
tatem conſulatus,& habuit,& uult quod ille prior qui ha
buit præferatur in eodem genere dignitatis, dum poſtea
in alia parte fit mentio de eo qui prior meruit patriciatū
intelligitur ēt de eo qui meruit,& habuit,& reſpondet Im
perator eum uinci oportet qui prior meruit patriciatum,
intelligitur ēt de eo qui meruit,& habuit poſtquam hono
re patritiæ dignitatis decoratus eſt , & ita ille qui prior
meruit patritiatū eſt ille qui uincitur, & ita non poteſt in
telligi de conſule qui prius meruit patritiatū ſm Soci.cū
primo cōſul uincit poſtquā factus eſt patritius, & tex.di-
cit q prior meruit patritiatū uincit,& ita ex diametro di-
cit Soci.ↄ illum tex.nec eſt uerum quod conſul quia con-
ſul meruit patritiatum,licèt nō liceat aſcendere ad hono-
rem patriciatus,niſi prius honore cōſulatus,uel præfectu
re,uel magiſtri militū uel officiorū, uel urbis adminiſtra-
tionis ut ibi, nihilominus cum aliquam ex illis dignitatē
conſequutus eſt non meruit patriciatū , cum ſolū debeat
14 habere qñ maieſtati principis ſederit † quod cum pēdeat
a uoluntate principis reputatur impoſsibile, uel ſaltē dif
ficile.l.apud Iulianum.§.conſtat.de leg. 1. quod eſſe non
deberet ſi illa dignitas meritū diceretur, & meritū præce
deret,& hæc ſtāt ſimul aliquid præcedere debet ad actū,&
tamen qui habet illud nō meretur actū:nam debet præce
dere ut quis ſit diſcipulus antequā ſit doctor,& tñ non ſe-
quitur eſt diſcipulus qui meruit doctoratū, ſed aliqua re-
quiruntur:ut in c.2.de magiſt.nec ita qñ hæc uera eſſent
poteſt intelligi ille tex.quia loquit de eo qui meruit,& cō-
ſequutus eſt quod meruit,& profert uerbū meruit ratione
illius dignitatis quā cōſequutus eſt, & hoc modo in alijs
quoq; locis capit:ut in l.j.de p̃po.ſacr.cubi. ibi,urbanam
meruerīt præfecturā,& alibi ſæpe, immo tex.in d.l.j.de ↄ
ſul.probat ↄrium ibi cum poſterior etiam ſi eiuſdē hono
ris prætendit auſpicia cedere tamen illius tēporis cōſuli
debeat quo ipſe non fuit.iuncta gl. in uerbo , prætendat.
dum dicit ab initio poſt tamē ademptari ſi ante prætēde
bat,& ſic ibi eſt caſus ꝙ licentiatus antequam prætende-
bat poſtponitur,quia quod prius prætendebat poſtea ha
buit,& alius prius habuit,& hanc gl.uidetur ſequi Ro.cō
ſi.333.& alij de quibus.ſ.& ex his apparet reſponſum ad
tex.in d.l.j.de conſul.& ad fi.l.nemini.ac ad ponderatio
nes Soci.& aliorum ſupra allega. ¶ Ad.l.2.ut dig.ord.ſer.
reſpondetur quod eam ponderat hoc recepto quod licen
tiatus habet dignitatem aliquo modo,ſed hoc eſt falſum,
quia nullo modo habet per ea quæ ſupra allegauimus,&
pendent a facto alterius. Item nullos effectus dignitatis
habet,ergo non eſt curandum de ſua inductione. ¶ Præte
rea immo ibi cōtrarium probatur:prout ibi not.And.de
Bar.Io.de Plat.Nic.& alij , qui habet dignitatem in actu
præfertur homini in potentia , & ſic licentiato, & id pro-
bat in c.1.& inductio ſua eſt contra actus habentes:ad l.
pen.reſpondetur eam non loqui ut miles habeat illa pri-
uilegia in præiudiciū alterius militis,& ut præferatur al-
teri,& ſic non loquitur in terminis hmōi itaq; ſolū vr̄ pro
15 bare ꝙ habeat licentiatus † ꝓ doctore in his quæ nemini
præiudicāt,& hoc caſu poſſet intelligi d.Bal.in l.j.ſol.ma.
ſed quantū ad præiudiciū alterius id ibi non probat,nec
æquitas ſuadet:ad no.in l.2.§.merito.ne quid in flu.publ.
& in l.uniuerſa.de preci.impera.offer.& ita reſpōdetur ad
multa quæ ſupra allegata ſunt in contrarium. ¶ Præterea
ſolum id habet locum in caſibus expreſsis regulariter li-
16 centiatus † ad actum non dicitur eſſe in actu, nec potitur
priuilegijs & facultatibus quas habent exiſtētes in actu:
ita no.Bal.in l.quidam.per illum tex.de renun.& ideo epi
ſcopus † electus ad epiſcopatum nondū conſecratus non
17 poteſt epiſcopalia exercere,indulgētias concedere,& hu-
iuſmodi agere.c.tua.de his quæ fiunt a præla.ſin.conſen.
c.ubi Ant.Abb.Imo.& alij no.Abb.in c.noſti.in 2.notab.
de elect.& in c.cum literis.in 1.notab.de teſt. & ideo ciui
tas † interficiens electum in epiſcopum non incidit in pę
18 nā interficientis epiſcopum Ro.in l.ſi nōdum. circa prin.
C.de fur.& plura alia congerit ad hoc propoſitum Iaſ.in
l.quamuis.C.de inoff.ubi inter ſimilia allegat in terminis
caſum noſtrū de licētiato, & dicit,& ſi licentiatus eſt ha-
bilitatus ad doctoratum nō tñ uenit appellatione docto-
ris,nec hēt priuilegia doctoris:alleg.Bald. Sali.in d.auth.
habita.C.ne filius pro pat.& multos alios, ſed in licentia
to non reperitur expreſſum ut habeat pro doctore, immo
prohibitum per ea quæ diximus, ergo ille tex.in d.l.pe.de
mili.teſt.& alia allegata in cōtrarium nihil faciūt ad nos:
immo dico tex.in d.l.pen. probare contrarium:nam uult
militem qui adhuc non habuit inſignia haberi pro milite
ex eo tempore quo aſſumptus eſt in matricula militum &
non ante,ſed licentiatus non eſt aſſumptus in matriculā
doctorum,ergo per illum tex. non habetur pro doctore,
& ita fortiter retorquetur ad l.3.§.ſcio.de mino.& ad fun
damentum quod per eam factum fuit principium atten-
di quando ſeruus habet neceſſariam relationem ad prin-
cipium:reſpondetur illum tex.procedere † quando actus
19 ultimus pendebat a uoluntate agentis , ſcilicet an exige
ret uti maior approbans aditionem factam a minore , &
uti exequutus illam & approbans, niſi prout erat ideo ca-
pitur interpretatio quæ magis ſibi eſt utilis , cum quis in
dubio uideatur facere actum ſibi commodiorem. l.j.de
ſolu.cum ſimilibus,ſed in caſu noſtro collatio dignitatis
pendet ab Archidiacono conferente gradus , licèt petitio
pendeat a licentiato,& eſt actus penitus ſeparatus confe-
rens illud quod non erat penes licentiatum , ſed actio &
petitio hæreditatis erat quæſita hæredi per aditionem hę
reditatis,& hæreditas comprehendebat illa bona & iura
uti hæreditaria cum erant pars ſubiectiua,cum hęreditas
ſit ſucceſsio in uniuerſum ius &c.l. nihil aliud.de uer.fig.
& ſic ſolum exequebatur quod habebat , licèt antē digni
tatem & gradus non habebat, nec comprehendebatur
ſub licentiato,ſicut illa ſub hæreditate.
¶ Secundo reſpondeo ibi facilius admitti initium ſpectā
dum,& finem trahendum ad initiū:quoniam ſi non trahe
retur minor remaneret deceptus & in dāno:nā cum præ-
ſupponat competere reſtitutionē in integrū præſupponit

minorẽ eſſe in dãno,& nõ modico.l.j.de min. & l. ſcio.de
in integ.reſti.& ita trahitur ut euitet dãnũ:at hic ſi digni-
tas doctoratus nõ traheretur ad tp̃s, licentiatus nullum
dãnũ ſentiret,ergo &c.& ita id nõ dʒ intelligi ſine aliqua
particulari ratione ut ibi,quæ hic ceſſat, ergo ceſſat & il-
la diſpõ.l.adigere.§.quamuis.de iur.patro.aliãs ſequere
tur unum inconueniens quod ſemper actus factus præce
dente licentia diceretur factus tp̃e licentiæ,qđ eſt penitus
20 falſum, & ꝯ omnia iura diſponentia † tempus actus con-
ſiderari,& capacitas ac uoluntas non autẽ licentia,& iuſ-
ſus:caſus eſt in l.ſi quis mihi bona.§.fi.& in l.per ſeruum.
& in l.ſeq.cum concor.ibi traditis de acq.hære.ubi ſi filio
uel ſeruo data eſt licentia adeũdi, deinde dominus facere
cępit,uel fuit arrogatus antequã adiuerit, deinde uolue-
rit adire, ſi conſideremus tempus licentiæ potuit adire,
ſi conſideremus tempus actus aditionis non poteſt
adire,tñ ſi fingeretur factus tp̃e licentię datę ualeret:idẽ
qñ utroq; tp̃e ualet actus,uel ualere poteſt, & licentia &
poſt licentiam per aliquod ſpatium attenditur tempus
.l.ſi uero.§. ſi filiofa.ff.mandati.cum concor.ibi traditis:
ubi ſi † mandaui filiofamilias ut aliquid faceret,& factus
21 paterfamilias agat acquirit ſibi, & tamen ſi attenderetur
tempus mandati,& licentiæ non acquireret ſibi, ſed patri
idem ſi referretur ad tempus licentiæ.l.ſi filiusfamilias.de
uer.obli.ergo attenditur tempus actus,licèt actus habeat
relationem ad licentiam, & ſiat ratione illius licentiæ,qđ
abſque dubio procedit,quando actus explicandus uirtu-
te licentię pendebat a conditione poteſtatiua,uel uolun
tate illius cui data erat licentia,& alterius cui ſolui debe-
bat:ut per Bar.& alios in dictis iurib. ſed ita eſt hic, ergo
dicere debemus attendi tp̃s doctoratus & non licentiæ,li
cet doctoratus habeat relationem ad licentiam, & cauſa
illius ſequatur,& ex his remanẽt ſublata ea quæ pro alia
parte allegata fuerunt, nec nõnulla capitula recito quæ
pro ꝯria parte allegantur cum nihil ſtringant, præſertim
ea ratione quia in illis poſterior actus erat incompatibi-
lis cum primis:ideo primus attẽditur,ne diſponẽs ſe cor-
rigat & mutabilis uideatur:ad no.in l.cum tacitũ.de pro-
bat.c.maiores.de baptiſ.& ita apparet opinionem pro pri
mo doctorato ueriorem eſſe, uel ſaltẽ propter rem dubiã
pro ea tanquam regulis iuris ciuilis inhærentem pronun
ciandum eſſe,& præſertim in hoc caſu ubi plures rationes
particulares concurrunt ut ſubijciam : quarum quælibet
ſufficit ad limitandam præcedentem opinionem, ita ꝙ
plures ex ſequentibus poterunt colligi limitationes.

¶ Et primo quia ſumus in ſtatutis facientibus mentionẽ
de doctoribus,& agitur an ſub uerbi ſtatuti uocantib.ſeu
pręferentibus primo doctoratum comprehẽdatur primo
licentiatus,& determino † non cõprehendi,qm̃ eo tem-
22 pore licentiatus non eſt doctoratus,& uere primo non eſt
doctoratus licèt a iure exiſtimetur ac reputetur tempore
licentiæ doctoratus, cum ſtatuta † intelligi debẽt in caſu
23 uero.l.3.§.hæc uerba.de neg.geſt.l.quod conſtitutum.ad
muni.& quia ſtricte debent interpretari.l.quicquid aſtrin
gendæ.de uer.obl.ideo debent intelligi de uero doctora-
to,& ſtricte & in potiori ſignificato, & hoc eo magis eſſe
debet cum id ſit ſm̃ regulas iuris, & dubium eſt an poſsit
dici doctor,igitur in hoc caſu dubio de facili iudices de-
bent ab illa opinione recedere, & ſecundum regulas iudi
care. ¶ Secundo accedit quoque quod in hoc ſtatuto uer
ba loquentia de doctore ſunt prolata conditionaliter, &
ita non ſolum,quia ſtatutorum ſint, ſed quia conditiona
liter prolata ſtricte & proprie † de uero doctore debent
24 intelligi,& non de ficto.l.qui hære.l.mæuius. de cõd.& de
mon. ¶ Tertio adeſt etiam in fine ſtatutorum clauſula ut
ſtatuta ad literam,& in caſu uero intelligantur,ergo quæ
clauſula,licet ſnĩa Bart.in l. omnes populi. in ulti. q.6.q.
prin.de iuſtitia & iure. parum operatur. tamen operatur
ꝙ non † recipiunt extenſionem.:Bal.in l.2. C. de pat.qui
25 fil.diſtra.& late per Bal.& alios in d.l.omnes populi.ergo
&c.& maxime in hoc caſu ubi ſtatutum expreſſe conſide-
rauit caſum uerum,ita quod dictum Bar. non repugnat.
¶ Præterea & quarto in alia parte ſtatutorum fit mentio
de licentiatis uti perſonis ſeparatis a doctoribus,& prohi
26 bentur &c.ut in eo, ergo † hæc alia pars ſtatuti loquens
de doctore non poteſt conſiderare doctorem habita ratio
ne ad licentiam cum eam prohibuit, & ut rem ſeparatam
appoſuit ẽt quia ſtatutum unum declarat aliud: ad no.in
27 l.utrum.de pet.hære.adeo ut † ſtatuta magis debeant in-
telligi ſecundum alia ſtatuta loci,quàm ſecundum ius cõ
mune.Pe.de Anch.in conſi.93.Iſta domina.Dec.conſi.65.
col.2.& in l.cauſam quæ.de reſc. quod declaraui in l.om-
nes populi.de iuſt.& iur.in materia interpretationis,tum
etiam,& ſi concedamus ſtatutum interpretari ſecundum
28 ius commune circunſcripto alio ſtatuto,dico † interpre-
tari ſecundum ius commune regulariter & ordinarie di-
ſponẽs.Bal.Iac.But.& Sali.in l.fi.& Pau. de Caſt. in l.lege.
12.tabularum.C.de leg.hær.ſed ordinarium eſt,& ſecun-
dum regulas ut aliquid non fingatur, & actus conſidere-
tur tempore quo fit, non autem factus uno tempore alio
tempore iudicetur factus,ergo debet intelligi de doctore
ſecundum tempus doctoratus, & iura loquentia de tali
doctore. ¶ Præterea & quinto ſine iuſta cauſa,& culpa ſua
poſt licentiam longam moram traxiſſe præſupponitur an
29 tequam gradum doctoratus ſumeret,itaque uidetur † hoc
caſu gradũ non retrotrahi ad tempus licentiæ in fauorẽ
huius moroſi,& in culpa exiſtentis maxime in præiudiciũ
tertij cum iura moroſis & in culpa exiſtentibus ſubuenire
non ſoleant,præſertim ad damnũ tertij:ad no. in l. quod
te.ſi cer.pet.& in l.mora.de uſur.& l.ex legati cã. de uerb.
obl.ergo minus per modum fictionis id fieri concedendũ
30 eſt † cum fictio non detur niſi magna ſuadente æquitate:
ad tradita in l.is qui pro emptore.in 1.& 2. q.per Bart.de
uſur.& facit.l.filio quem pater. de iniuſt.rup.& irri.teſta.
31 cum ſimi.diſpoſitionibus,ubi † ueritas locum habere po
teſt ceſſare debere fictionem, ſed in facultate ſua erat ar-
guendo a communiter accidentibus:qui locus in iure re-
net.l.certi condictio.§.quoniam.ſi cer.pet.l.certe.de pre-
ca.uere autem hunc doctorem gradum doctoratus habe
re,& noluit,ergo in hoc caſu ficte habere non debet.

¶ Poſtremo & ſexto id non prætercam a priore collegij ſi
bi intimatum fuiſſe ſi gradũ aſſumere uolebat, cũ plures
alij aderant qui gradus aſſumere quoq; cupiebãt,eiſq; ſi
ſibi placuerit propter licentiam præcedentẽ ſe antepone-
ret,& reſpondit ut alios doctores&c.ex qua reſpõſione in
timationi facta uidetur ſi quod ius habebat ei renunciaſ
ſe ſimpliciter ꝯcedendo eos doctorari non reſeruatis iuri
bus ſuis.l.ſi debitor.§.1.quib.mod.pig.uel hypo. ſolu.&
plene no.in l.non ſolum.§.morte.de no.oper. nun.& in c.
cum M.Ferra.de conſti.in c.ſolitudinem. de appel.& hoc
faciliter debet præſumi remiſſum, cũ ſit quid irregulare:
arg.tex.in cum in plures.§. locator horrei. locati. ſecun-
dum unum intellectum quod ibi illud propoſitum erat
contra iuris regulam,& ex his ſingulariter conſideratis,
& multo magis ſimul iunctis primum doctoratum præfe-
rendum fore licentiato ante eum, & in hoc caſu tot acce-
dentibus credo dominos iudicantes contradictores non
reperturos. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hiero.Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta a teſtatore domina uſufructuaria, & maſ-ſaria ex conſuetudine Bulgari, alimenta tantum conſequi debet.*
2 *Vis tota legalis diſciplinæ conſiſtit in iurium applicatione.*
3 *Conſuetudo Bulgari de qua ſupra, ubi ceſſant liberi non habet locum.*
4 *Conſuetudo de qua ſupra tollitur ex coniecturata mente teſtatoris.*
5 *Item non habet locum quando uerborum ſuperfluitas reſultaret.*
6 *Item non habet locum quando ultra illa uerba teſtator illi relinquit alimenta.*
7 *Item quando adſunt aliqua uerba quæ illi non conueniunt.*
8 *Item quando adſunt hæc uerba omnino, & in integrum fit uſufructuaria omnium bonorum.*

9 *Item quando teſtator noluit eam aliquo modo moleſtari, quin ad libitum ſuum fructus percipiat, & de his prou ſibi placuerit diſponat.*

20 *Legitima filiorum detrabitur de legato uſusfructus omnium bonorum.*

RESPONSVM CXVII.

¶Vxor relicta a uiro domina, uſufructuaria, & maſſaria, qd conſequi debeat.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Iã uideo
excellentiſsime iudex omnes oppoſitiones, &
difficultates in præſenti cauſa uentilatas reſo
luras eſſe, tam obiectionis adulterij ſuſpicio-
nis, quam malę adminiſtrationis. Hoc unum ſolum ſuper
eſt, in quo licet pars aduerſa maximum faciat fundamen
tum, tamen iudicio meo cæteris lęuius eſt, & facillime re
1 ſolui poterit. inquit enim. d. Iuliam nõ † debere habere ni
ſi alimenta cum quadam præeminentia in domo uiri, quã
eo uiuente ſolebat habere. & ſi a teſtatore fuerit relicta do
mina, uſufructuaria, & maſſaria, & hoc uirtute conſuetudi
nis Bulga. ita determinantis, de qua per gl. in l. quod lo-
cum. C. de ſecun. nup. quæ conſuetudo communiter rece-
pta eſt: ut per Cy. Bal. Bar. Sali. & alios doc. in d. auth. ꝙ
locum per Bar. Bal. Ang. Imo. & communiter omnes in l.
Titia. §. Titia. de leg. 2. Barto. in conſi. 66. Bar. fecit teſta-
mentum. in 2. dubio. & alij docto. conſulendo ſequuntur
hanc communem ſententiam: ut Roma. cõſi. 118. Quo ad
primum. & in conſi. 153. Hæc domina. Alex. in conſ. 28. Vi
ſo themate. lib. 4. & conſi. 58. uolu. 3. Poſſet. ubi atteſtatur
ita in tota Italia de facto ſeruari: per Are. in conſi. 40. Præ
ſupponatur. & alibi ſæpe per docto. quos referre ſuperua-
caneum puto, cum nullus neget hãc eſſe communem opi
nionem, licet excellentiſsimus aduocatus contrarius infi
nitos enumerando fere duo folia occupauerit, enixe atte-
ſtando a communi opinione in iudicando non eſſe rece-
dendum: & hæc eſſe ueriſsima fateor, illam ſcilicet eſſe cõ
munem opinionem, & a communi opinione in iudicando
recedendum non eſſe: ſed dico punctum difficultatis con
ſiſtere, an illa cõmunis ſententia loquatur in terminis prę
ſentis caſus, & in eo ſibi locum uẽdicare poſsit, cum tota
2 † vis legalis diſciplinę conſiſtat in iurium applicatione: ut
inquit Bar. in l. petens. C. de pact. itaque in hoc inſiſtendũ
puto, & mature uerba teſtamenti conſiderans determino
contrarium. ¶Et primo quod hæc conſuetudo eſt corre-
ctoria, & exorbitans cõtra uerborum proprietatem, ideo
ſtricte interpretanda eſt. Alexand. in conſilio. 214. Ponde-
ratis. libro. 6. Corneus conſilio. 9. uolumine. 1. ideo ſtricte
interpretanda eſt: ut per eos.

¶Secundo præſuppono hanc conſuetudinem inductam
fuiſſe fauore liberorum: ut per Bart. & alios in dicta. l. Ti-
3 tia. §. Titia. de leg. 2. adeo quod † ubi ceſſant liberi, ceſſat
illa conſuetudo: ut ibi per Bart. & Corne. in conſi. prælle-
gato. idem Corn. in conſi. 257. uolumi. 1. Iaſ. in conſil. 44.
uol. 1. ubi dicit non habere locum in tranſuerſalibus inſti
tutis, quia cum ceſſat fauor filiorum, ceſſat quoque & ipſa
conſuetudo. ¶Tertio præſuppono hanc conſuetudinẽ
conſiſtere in coniecturata mente defuncti: ut ꝑ Sali. in di-
4 cta authen. quod locum. ideo † per aliam coniecturatam
mentem defuncti tolli Paul. de Caſtro in conſilio. 388. in
princip. & per doct. ſupra allegatos, & ideo facilius ceſſa
re debet quando uerba expreſſe repugnant. Dec. in conſi-
lio. 418. & merito, quia expreſſum facit ceſſare tacitum. l.
cum filio. de uulgari. & in claris non eſt opus coniecturis.
l. continuus. §. cum ita. de uerb. oblig. & uoluntas teſtato-
toris totum facit. l. ex facto. de hæred. inſti.

¶His ſic præmiſsis dico in caſu noſtro ex pluribus hanc
conſuetudinem ſibi locum non uendicare debere, & d. Iu
liam integrum uſumfructum conſequi debere. Et primo
conſidero quod ultra illa uerba, dominam & maſſariam,
5 teſtatorem legaſſe ſibi alimenta: nam † ſi ultra alimenta
habere non deberet illa uerba dominam, & uſufructua-
riam fuiſſent ſuperflua, & nihil operarentur contra. l. ſi
quando. de legatis. 1. c. ſi Papa. de priuilegijs. ergo ut non
ſint ſuperflua debet intelligi quod habere debeat ultra a-
6 limenta uſumfructum. ¶Secundo dico † quod conſuetu
do Bulga. non loquatur quando ultra illa uerba dominã,
& uſufructuariam &c. reliquit teſtator alimenta, ergo in
eo caſu locum non habet, tum quia uerba non comprehẽ
dunt hunc caſum, tum etiam quia eſt exorbitans, & cor-
rectoria, & ſtricte debet intelligi ut non habeat locum ex-
tra terminos ſuos, per ea quæ diximus in primo præſup-
poſito, & ita quando relicta ſunt alimenta reſpõdit Alex.
in d. conſi. 214. Ponderatis. lib. 6. ¶Tertio allego dictum
7 Soci. in conſi. 1. & 2. uol. 4. ubi dicit illam † conſuetudinẽ
non habere locum quando ſunt aliqua uerba quę non cõ
ueniunt illi: ſed hic ſunt alia uerba ut relictum alimento-
rum. Item ut poſsit ad libitum ſuum diſponere.
¶Quarto pondero illa uerba omnino, & in integrum ſit
8 uſufructuaria omnium bonorum: nam † ſi non haberet
uſumfructũ, nõ eſſet oĩno id eſt omni reſpectu. l. ſi cũ exce
ptione. §. quamuis. quod met. cau. & in integrum, id eſt ſi-
ne diminutione uſufructuaria prout uoluit teſtõr, & ſic ul
tra quod hæc uerba non ſunt in caſu conſuetudinis Bulg.
& conſequenter non habent locũ in hoc caſu per ea quę di
ximus in præcedentibus fundamentis, ſed etiam propter
tertium præſuppoſitum, ꝙ licet et recedẽdum ab ea eſſet
propter coniecturatam mentem defuncti, ergo quãto for
tius per uerba expreſſa, cum uerba optime demonſtrent
mentem diſponentis. l. labeo. ubi Bar. & alij de ſupellect.
lega. cum concor. ibi traditis, & ita in terminis tenet Dec.
in conſi. 418. & 423. & 454. poſt Alex. in d. conſi. 214. uol.
6. & alios citatos per eum, & licet loquatur quando uer-
ba integrum, & plenum referũtur ad uſumfructum, & ſic
ad rem, nos autem loquimur, quando uerbum omnino, &
integrum refertur ad uſufructuariam, & ſic ad perſonam,
nihilominus eadem ratio militat in hoc caſu, cum illa uer
ba intelligi & ſaluari, niſi in integrum, & omni reſpectu
uſumfructum habeat. ¶Quinto probatur, ex illis uerbis
9 dum inquit, † nolo eam aliquo modo moleſtari, quin ad
libitum ſuum fructus percipiat, & de his diſponat, prout
ſibi placuerit: quę quidem habere non poſſunt locum, niſi
uſumfructum omnino haberet, ergo uidetur uelle quod
habeat, ita conſuluiſſe atteſtatur Iac. de Belu. ut per Soci.
in conſi. 3. uol. 4. & ſequitur Dec. in conſilijs prædictis, cũ
hæc magna ſit coniectura. ¶Sexto hæc interpretatio capi
debet, cum teſtator in uita ſemper odio habuiſſes filios af
firmatur propter inobedientiam, & eius malos mores, &
ſæpius ex domo expuliſſe, & id etiam colligitur ex teſtõ
in quo eos per maxime ligauit, & arctauit, & contra uxo-
rem ſuam uti benemeritã ſemper unice dilexit, & in ulti-
mo eius elogio id aperte demonſtrauit, ergo cum illa con
ſuetudo fundata ſit in coniecturata mente teſtatoris præ
ſumitur magis diligere filios quàm uxorem, & in hoc ca-
ſu ceſſare uidetur propter ea quæ ſupra narraui debemus
dicere quod ceſſet in hoc caſu: cum una pręſumptio tollat
aliam. l. diuus. de reſti. in integ. l. cum de indebito. de pro
bationibus. & licet forſan hæc ſola ratio ad dicẽdum me
non impelleret, tamen concurrentibus alijs demõſtratio-
nibus ſupra conſideratis multum me mouet ut determi-
nem conſuetudinem prædictam ad caſum noſtrum appli
cari non poſſe, & ipſam dominam Iuliã uſumfructũ inte-
10 grũ habere debere de † dictis legitimis filiorum: iuxta ea
quæ tradit Bar. in l. uxori. quæ eſt ultima de uſufruc. leg.
& in conſi. 56. colum. 2. & ita pronunciandum eſſe per ma
gnificum iudicem pro comperto habeo, cum optimus ſit
iureconſultus. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hiero. Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum proprium ius eſt ciuium ſtatuentium.*

2 *Caſus a ſtatuto clare expreſſus amplius alia non indiget diſputatione.*

3 *Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo poteſt.*

4 *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum quando poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.*

5 *Tempus laudo appoſitum pro homine interpellat.*

6 *Periurus ſemel factus amplius non eſt audiendus, etiam ſi uellet petere abſolutionem.*

7 *Laudum a partibus expreſſe emologatum tranſactionis uice reputatur.*

8 *Tranſactio aliqua exceptione non obſtante, executioni mitti debet.*

9 *Remedium.l.2.C.de reſcin.uendi.non habet locum aduerſus tranſactionem.*

10 *Laudum quod aliàs habet executionem paratam, tũc fortius quacunque exceptione non obſtante, executioni mitti debet, quando adiuuatur a ſcriptura præcedente.*

11 *Vincula duo fortius ſtringunt uno.*

12 *Geminatio obligationis omnem uiam excludit qua mediante contra eam ueniri poſſet.*

13 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quæ aliàs non tolleretur excluditur geminatione actus.*

14 *Compromiſſum ſecundum, ſi fiat cenſetur eſſe receſſum a primo, & primum non eſt in conſideratione.*

15 *Nouatio per interuentum nouæ perſonæ in ſecundo compromiſſo facta intelligitur.*

16 *Via agenti ea duntaxat parere debet, quam elegit.*

17 *Sententia libello conformis eſſe debet.*

18 *Reductio ad arbitrium boni uiri in laudo peti poteſt, non obſtante quacunque renunciatione facta in compromiſſo etiam iurata.*

19 *Appellatione pendente laudum dicitur eſſe ſuſpenſum.*

20 *Appellatione laudi pendente nihil innouandum eſt, nec agi poteſt.*

21 *Laudum quando quis fuit deceptus ultra dimidium, & ſi millies fuiſſet emologatũ non debet habere effectum, ſed debet reſcindi.*

22 *Laudum quantuncunque ualidum ac firmum, per inſtrumenta de nouo reperta reſcinditur.*

23 *Dolus in diuiſionibus, & compromiſſis, & cæteris actibus, nunquam cenſetur eſſe remiſſus.*

24 *Dicta in tranſactione locum etiam habent in compromiſſo emologato.*

25 *Reductionem ad arbitrium boni uiri pars aſſerens ſe enormiter læſam, nihilominus petere poteſt, quamuis in compromiſſo ſit renunciatum reductioni ad arbitrium boni uiri, & ſit iuratum, & adſit ſtatutum prohibens reductionem &c.*

26 *Compromiſſum exiſtentibus literis cambij de quingentis aureis emologatum, tanquam metu emologatum reſcindendum eſt.*

27 *Laudum fuiſſe latũ in debitum tempus, qui nititur ex laudo probare tenetur.*

28 *Agere ex aliquo contractu nemo poteſt, niſi prius ex parte ſua adimpleuerit.*

29 *Laudi prætextu quis agere non poteſt, niſi quando adimpleuit ex parte ſua.*

30 *Laudum ſe referens ad ſcripturam inualidam in eo caſu non plus operari debet quàm operaretur ſcriptura.*

31 *Paria ſunt in laudo cauſam non adeſſe, & adeſſe, ſed inualidam.*

32 *Laudum in quo cauſa non adeſt, non ualet.*

33 *Compenſatio de quantitate ad quantitatem ſemper admittitur, quando eſt liquidum debitum, uel de proximo liquidandum.*

34 *Statutum uolens poſt decem dies laudum tranſire in rem iudicatam, & nullam exceptionem opponi poſſe, & habere executionem paratam, nõ habet locum, quando eſt locus reductioni ad arbitrium boni uiri.*

RESPONSVM CXVIII.

¶Quando laudum exequi poſsit, ubi multa circa executionem laudi, & quando cenſeatur receſſum ab eo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Videtur Vincentium conuentum a Ioanne Baptiſta de Pellicanis ad dandum quantitatem nummorum petitam, & ad alia de quibus in laudo producto ſine alia exceptione condemnandum fore. ¶Et primo, quia mouetur uirtute laudi lati iam ſexto anno exacto, quod conſequenter tranſiuit iam in rem iudicatam ex forma ſtatuti Bononienſis, uolentis poſt decem dies laudum trãſire in rem iudicatam, & nullam exceptionem opponi poſſe, & habere executionem paratam, ergo cum habeamus caſum clarum a ſtatuto expreſſum, quod
1 eſt proprium † ius illorum ciuium.l.omnes populi.de iuſtitia & iure.§.ſed ius ciuile.inſti.de iure nat. gen. & ciui.
2 amplius † non eſt diſputãdum.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg.3.cum concor. ¶Secundo facit, quia in cõpromiſſo dederunt ampliſsimam poteſtatem, & promiſerunt non reclamare, nec reducere ad arbitrium boni uiri, & aliquam
3 oppoſitionem non opponere, & ita iurarũt † quod iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo
4 poteſt.l.pater.§.filius matrem.de leg.2. & ſemper eſt † ſeruandum quando poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.c.cum contingat.de iureiurand.cum ſimilib. & debet adimpleri etiam ſi poſtea daretur repetitio. c. debitores. de iureiur.ergo omnino iſte Vincentius debet adimplere omnia contenta in laudo, & ſi poſtea competeret aliqua exceptio habet poſtea repetere. ¶Tertio facit, quia in laudo fuit appoſitum certum tempus poſt quod Vincentius habebat ſoluere quod tempus eſt elapſum, unde factus eſt
5 periurius, cum tempus † interpellet pro homine.l.magnã. C.de contrahen.& commit.ſtipu.& no.in l.ſi ex legati cau ſa.de uerbo.oblig.& in l. quod te.ff. ſi certum peta.ſemel
6 autem factus † periurus amplius non eſt audiendus etiam ſi uellet petere abſolutionem, c.1.de iureiuran. & ibi late per Felinum & omnes, cum declarationibus tamen de quibus ibi per eos, ergo omnino nihil poteſt opponere quin ſoluat. ¶Quarto facit, nam iſtud laudum fuit a partibus emologatum expreſſe, & per conſequens a d. Vincentio
7 quo caſu tranſactio † reputatur: ut per Pet.de Anch.in diſputatione ſua incipien.Laicus. Bal.& alios in rub.de arbitr.ſequitur Ioan.Baptiſt.Cacialup.in ſuo tracta.de trãſac.in 3.q.circa ſi.ubi uolunt quod omnia iura loquentia in tranſactione habẽt locum in laudo emologato, ſed
8 † tranſactio debet mitti executioni non obſtante aliqua exceptione cum æquipararetur rei iudicatæ. l. j.de iureiur.
9 adeo quod remedium.l.2.† C.de reſcin.uendi. non habet locum aduerſus tranſactionem: ut tenet Imo.& Io.Andr. in c.cum cauſam.de empt.& uend. Bal. in d.l.2.de reſcin. uend.& in l.ordo.C.de execu.rei iud.& multi alij in uarijs locis & conſilijs hoc tenent quos breuitatis cauſa ſilẽtio prætereundos duxi, ergo & ſi diceret iſte Vincentius ſe enormiſsime læſum ultra dimidium rei, & uerum eſt, omnino uenit reijciendus. ¶Quinto facit, nam præceſsit unũ ſcriptum iſtud compromiſſum & laudum, de quo agitur in quo erat condemnatus iſte Vincentius ad libras mille: quod ſcriptum poſtea fuit ſaltem in hoc confirmatum a laudo emologato: ex quo ſequitur ſi alias laudum emologatum habet executionem paratam, ut dixi, & maxime uigore ſtatuti, ergo fortius laudum de quo agitur debet habere executionem non obſtante quacunque exceptione,
10 cum † adiuuetur a ſcripto, cum duo uincula magis ſtrin-
11 gãt quã † unũ.auth. ſic itaq;. C. de ſuis & legi.in auth.de
12 uter.& cõſan.& fratr.in prin.& geminatio † obligationis
13 facit ꝙ excludatur omnis uia, & ideo exceptio † non numeratæ pecuniæ tollitur per geminationem quæ alias nõ tolleretur.gl.in contractib.de nõ nu.pec. & ibi no.& quãtum operetur geminatio per Rom.in l. ſi uero.§.de uiro. ſol.31.ſolu.matri.per Feli.in c. ſi cautio.de fide inſtrum. per mod. in rubric. de uerbo. obligationibus circa materiã pacti nudi geminati, & ſic uidetur quod omnino iſte Vincenrius ſit condemnandus. ¶Melius tamen conſiderando dico.d. Vincentium omnino abſoluendum fore a petitis uigore dicti laudi, & d.laudum nullũ & inualidũ declarandum eſſe.& ad hoc demõſtrandum multipliciter moueor, & primo conſidero quod partes poſt iſtud laudum fecerunt aliud compromiſſum ſuper illis differẽtijs ſuper quibus fuit factũ primũ: ſed ſuper diuiſione, & alijs cõtentis in quodã ſcripto de quo ſupra, fecimus uerbum

ſuper

ſuper quibus differẽtijs occaſione dicti ſcripti fuit factũ
ẽt primũ cõpromiſſum,ut apparet in illis:ſed per ſm cõ-
14 promiſſum † cenſetur eſſe receſſum a primo, & primũ nõ
eſt in conſideratione:ut eſt caſus in l.ſed ſi in ſeruum.§.fi.
de arbit.cum.l.ſeq.per quem tex.hoc decidit in terminis
Spe.in tit.de arbi.§.finitur.in fi.Pau. de Leaz. d. Card.&
alij in cle.quandiu.de appel.& Io.And.& doc.in c.nouit.
de iud.ſuper prima gl. & eſt communis & firma opinio,
prout in terminis conſuluit Soci.in conſ. 87.Penſatis his.
uol.4.quod ſecundum ipſum magis procedit,quando eſ-
15 ſet factum cum interuẽtu nouæ † perſonæ, cum per illam
dicitur facta nouatio.l.pe.de præto.ſtipu.l. qui uſumfru-
ctum,de uerb.obli.quod hic fuit cum ſm compromiſſum
fuit factum in aliam perſonam in qua nõ fuit factum pri
mum ut patet in illis,ideo ſine dubio per nouationem re-
ceſſum eſt a primo,& iſta noua perſona ſufficit qđ inter-
ueniat, & non requiritur ꝙ interueniat magis ex parte
unius compromittentis quàm alterius & arbitrantis,cũ
utroque caſu militat ratio,d.l.pe.de præto.ſtipu.cum ma
teria.¶Et quod per ſecundum recedatur a primo,uoluit
Dec.in c.cæterum.de reſcr.col.2.ergo amplius illud com
promiſſum non eſt in conſideratione, ſed ex uoluntate u-
triuſque partis eſt annullatum,& per conſequens Io.Ba-
ptiſta agens ex eo reijciendus eſt, nec poteſt dici eum ad-
mitti uigore ſecundi compromiſsi: quia non agit ex eo,
16 ſed ex primo,& uia illi pateat † quam elegit: ut dicit tex.
in l.quod ſi mulier.quod met.cau.Alex.in conſ.131.In cã.
uol.4.& ponit Dec.& alij in l. fi.de edic. diui Had.tol.nec
17 iudex poteſt hoc facere,cum ſententia † debeat eſſe con-
formis libello.l.ut fundus.communi diuidun.no.in §.cu
rare.inſti.de actio.¶Præterea nõ poteſt ſe fundare in lau
do ultimo,quia ab eo ſtatim a tẽpore notificationis fuit
18 appellatum,& petita reductio † ad arbitrium boni uiri,
quod fieri potuit non obſtante quacunque renunciatio-
ne facta in compromiſſo etiam iurata: ut eſt communis
opinio.atteſtãte Dec.poſt Soci. Alex.& alios quos alleg.
19 in conſ.39.in prima parte,& appellatione † pendente di
citur ſuſpenſum.l.j.ad turpilia.in uerſ.extinguit.& ideo
20 † nihil innouandum eſt,nec agi poteſt.in toto tit.appell.
penden.cum uulg.ergo &c.id tamen aliàs conſulendo de
claraui ac limitaui,ſed quoniam diuerſa in eo caſu con-
currebant ut uidere licet,ideo de illis non facio uerbum.
¶Secundò moueor,Io.Baptiſta adminiſtrauit bona per
multos annos, & forſan.16.& ultra,& reditus iſtorum de
Pellicanis aſcendit ad ſummam mille ducatorum quoli-
bẽt anno,& non expendebant trecentum ut dicitur pro-
batum in poſit ionibus, & ſic Io.Baptiſta dempta expen-
ſa domus ex adminſtratione communi cõſecutus fuit ul
tra.12.millia ducatorum,de quibus in diuiſione conten-
ta in ſcripto,& laudo nullam rationem reddidit,ſed apud
ſe remanſerũt.¶Præterea ea fuit etiam deceptus diuiſio-
ne & læſus,cum portio ſua minus ualeat quàm fuerit æſti
mata,& portio fratris pluſquam fuerit æſtimata:ex quib.
& ſaltem ex reditibus manifeſtiſsime cõſtat iſtum Vincẽ
tium fuiſſe deceptum ultra dimidium,quo caſu & ſi iſtud
primum laudũ ualeret, quod tamẽ nego per ſupradicta,
21 & millies fuiſſet emologatum non debet † habere effectũ,
ſed debet reſcindi:ita uoluit Io.de Ana. in conſi.32.inci.
Circa primum.in 2.dubio. & ita conſuluit Soci. in conſi.
85.Viſis compromiſsis. uol.1. qui atteſtatur iſtam com-
munem opinio.& idem uoluit Dec.in conſ.60.ubi etiam
atteſtatur iſtam fore communem:quam opi. cum ſit cõis
aliter non comprobo.¶Tertio probatur,non laudũ quã
22 tuncunque ualidum,ac firmum per † inſtrumenta de no-
uo reperta reſcinditur:ut uoluere Bar. Bal. Alex. Pau.de
Caſt.& communiter doc.in l.ſub prætextu. C.de tranſac.
quod dictum eſt mirabile,ſecundum Pau. de Caſtr. ibi,&
hoc indubitanter uerum eſt,quando una ex partibus ſcie
bat inſtrumenta & non detegit, quoniam tunc arguitur
23 manifeſtus dolus qui nunquam uidetur eſſe † remiſſus in
iſtis diuiſionibus,& compromiſsis, & cæteris actibus.l.
tres fratres.de pact.l. Lucius. §. emptor. eo. tit. cum ibi
no.adeo quod multi tenent tranſactionem nullam eſſe ip
ſo iure:ut plene per Alex.in d.l.ſub prætextu.& per alios,
24 & quod † dicitur in tranſactione habet locum etiam in
compromiſſo emologato:ut ibi no.& uoluit Soci.in con
ſi.66.uol.4.ſed ſunt reperta inſtrumenta emptionum fa-
ctarum,dum exiſtebat in communione per iſtum Io.Ba-
ptiſtam nomine ipſius Io.Baptiſtæ tantum, quod eſt ini-
quiſsimum,maxime de certa parte terræ quadraginta ſex
iornatarum,quarum emptionum inſtrumẽta ſunt produ
cta in proceſſu,quod quidem quantum animũ fraudãdi,
& dolum demonſtret,tum in emẽdo, tũ etiã tacendo ne-
mo eſt qui neſciat,& ſic laudum eſt nullum, uel ſaltim an
nullandum,ergo in eo.d. Io. Baptiſta non poteſt facere
fundamentum.¶Quarto probatur,licet in compromiſ-
ſo ſit renunciatum reductioni ad arbitrium &c.& ſit iura
tum,& adſit ſtatutum prohibens reductionem &c. nihilo
25 minus ſi pars allegat ſe enormiter † læſam poteſt petere
reductionem,& iſta petitio durat triginta annis:ut Alex.
concludit in conſi.115.Viſis proceſsibus. col.fi.in 2.libr.
Abb.in conſil. 44. In præſenti quæſtio.& Ioan.de Ana.in
conſi.17.Viſo puncto.& per Dec.abundanter in conſi.39.
in pen.col.ergo cum Vincentius petat reductionem ad ar
bitrium,&c.& reclamet, debet audiri.
¶Nec obſt.quod fuit emologatum, quia reſpõdeo ultra
ea quæ dixi ſupra,ſed quod fuit annihilatũ per aliud lau-
dum,& ꝙ non procedit quãdo allegatur enormiſsima læ-
ſio,& quando ratione doli eſt nullum, & dico in caſu iſto
26 peti poſſe,quia fuit emologatum exiſtentib. literis † cã-
bij de quingentis aureis,quo caſu tanquam metu emolo
gatum reſcindendum eſt. ita Alex. conſuluit in conſi.63.
In cauſa & lite.uol.3.& licẽt plura alia adducat,tamen hę
literæ de ſe ſufficiũt,ut ſentit ipſe: & ratio eſt in promptu
quia iuſtum metum inducunt,ita quod libera non fuit e-
mologatio.¶Quinto eſto quod ualeret, & non poſſet re-
ſcindi,quod tamen nego,dico Vincentium abſoluendum
27 eſſe:nam ille qui nititur † ex laudo debet probare quod
laudum fuit latum in debitum tempus, quod tempus li-
cet non eſſet expreſſum in compromiſſo eſt taxatum a ſta
tuto,& a iure communi,ſcilicet duorum menſium. ita in
terminis decidit Soci.in conſi.87.uolu.4.Penſatis.ſed iſte
Io.Baptiſta iſtud non probauit,ergo non poteſt obtinere
& actore non probante reus abſoluendus eſt.l.qui accuſa
28 re.de eden. ¶Sextò probatur: nemo. n. poteſt agere † ex
aliquo cõtractu,niſi prius ex parte ſua adimpleuerit.l.Iu-
lianus.§.offerri.de act.empt.plene per omnes in l.cũ pro-
ponas.de pac.& in terminis in laudo quod quis non poſ-
29 ſit agere,niſi quando † adimpleuerit ex parte ſua: uoluit
Cor.in conſi.221.col.3.& pe.uol.4.ubi reſpondendo po-
ſtea dicit in caſu ſuo adimpletum fuiſſe, ſed iſte Io.Bapti-
ſta non adimpleuit ex parte ſua, cum dicatur in laudo qđ
teneatur dare quinquaginta libras pro qualibet iornata
quæ reperietur adeſſe ultra certum numerum, de quo in
laudo:& fuit menſurata,& repertum eſt quod adſunt ui-
ginti iugera ultra taxatum numerum ut eſt probatum in
proceſſu per agrimenſorem,ita quod tenebatur dare mil
le libras,& non dedit, & ſic non adimpleuit ex parte ſua,
nec nunc adimplet,ergo nõ poteſt aliquo modo ſe funda-
re in d.laudo,nec illo uti.¶Septimo iuſtitia iſtius Vincẽ-
tij euidentiſsime demonſtratur,nam in laudo dicitur,cõ
demnat Vincentium ad mille libras ex cauſa ſcripti,& ſic
prout reperitur in ſcripto:unde cum ſe referat ad ſcriptũ,
30 ne † plus ſit in referente quàm in relato.arg.l.aſſe toto.de
hære.inſti.& in l.in teſta.de cond.& dem. & no.in auth.ſi
ſi quis in aliquo.C.de eden. dicendum eſt quod ſi non ua
let ſcriptum laudum quantum ad iſtud non habebit ef-
fectum, cui non diſponat,niſi prout ſcriptum,& ſcriptum
non ualet,ergo nec iſtud, & ſic uidetur deficere in cauſa,
cum cauſa ſit inualida:& paria ſunt cauſam non abeſſe &
nullam eſſe.l.fi.qui ſatiſd.cog.l.4.§.condemnatum.de re
31 iud.ſed quando non adeſt † cauſa nõ ualet. l.2.§.circa.de
doli excep.cum concordantibus.ergo quando cauſa ad-
eſt & eſt inefficax ſeu nulla.
¶Vltimo & ſi laudum ualeret & poſſet per illũ peti mitti
executioni,quod tamẽ nego per ſupradicta,tamen nõ po
terit in ęternũ negari quin iſte excludatur a petitione de
mille libris per uiam cõpenſationis oppoſitę de alijs null

le libris quas. d. Io. Baptiſta actor debet uigore laudi in
quo cōdemnatur dare quinquaginta libras pro qualibet
iornata quæ reperietur eſſe in quadā poſſeſsione ultra nu
merum ibi taxatū,& reperta fuere. 20. iugera ultra nume
rum taxatum, ut eſt probatum per agrimenſorē in pro-
ceſſu,& res eſt liquida & ſi nō eſſet de facili incōtinēti po
teſt liquidari,ideo debet excludi per uiā compenſationis
quæ † ſemper admittitur de quantitate ad quantitatem
33 quando eſt liquidū uel de proximo liquidandum. l.ſi. de
compenſa.cum materia ubi per Bar.Bal.Sal.Pau.& oēs,&
plene per Tind.in trac.compenſationis. ¶ Ex quibus om
nibus ſingulariter conſideratis uel ſaltem ſimul cumula-
tis conſtat dictum Vincentium fouere iuſtam cauſam,&
abſoluēdum eſſe a petitis,& declarandum eſſe. d.laudum
nullum & inualidum ac reuocatum,nec a Io.Baptiſta ob-
ſeruatū &c.& debet moueri iudex cum d. Vincentius ſit
reus,& pro reo in dubio iudicandū eſt cū fauorabiliores
ſint quàm actores.l.Arria. de act. & obli.cum ſimi. ¶ Nō
obſtant adducta in cōtrarium : quia ex ſupradictis patet
reſponſio:& particulariter reſpōdendo ad primum dico
quod † ſtatutū non habet locum quando eſt locus redu-
34 ctioni arbitrio &c.ut per Dec.in conſi. 39.& quando fuit
reuocatum per ſecundum,& quando dolus partis interue
nit,& quando non fuit obſeruatum ab alia parte. ¶ Non
obſtat ſecundū,quia non procedit quando fuit petita ab-
ſolutio,& qn̄ non obſeruauit alia pars. & ita reſpondetur
ad tertium,& ad quartum,cum trāſactio dolo inita ſit ip
ſo iure nulla,ut dixi:prout fuit,&cōis opi.qđ qn̄ eſt enor
miſsima læſio,etiam ſi ſit emologatum poteſt peti redu-
ctio ad arbitrium boni uiri : ut per Dec.in d.conſi.60.&
dixi ſupra in quarto fundamento,maxime quando inter-
uenit metus literarum Cambij . ¶ Non obſt.ultimū quia
tollitur ex ſupra adductis,cum reuocatum fuit compro-
miſſum,& quando dolus interuenit & adfuit maxima læ-
ſio,& non adimpleuit ex parte ſua, ut dixi:& hæc quando
ceſſant non recedo a ſtatuto pro quo aliàs ſæpius conſu-
lui,& ita ex diuerſitate caſuum diuerſa reddidi conſilia.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Agens hypthecaria dominium uel quaſi probare tenetur.*
2 *Aptæ probationes non adminiculantur incpto libello.*
3 *Libellus ita interpretatur ut agens uideatur intentaſſe actionem ſibi conuenientem & competentem.*
4 *Viam ſuæ uoluntatis impugnatiuam nemo eligere uidetur.*
5 *Clauſula & omni meliori modo &c.libello inſerta multum operatur ad ſuſtinendum libellum,& ad interpretādum eo modo quo fauorabilius iuuari poteſt intentio actoris.*
6 *Concluſio libelli declarat quale remedium fuerit intentatum.*
7 *Poſſeſſionem ſolam ſufficit probare agenti Saluiano interdicto.*
8 *Verba hæc,petit res quas talis tenebat & poßidebat pro ſuis in illis actus exercēs,quos domini & patroni rerum ſuarum exercere ſolent,inducunt allegationem dominij.*
9 *Probatio nulla maior datur quā partis aduerſæ in indicio facta confeſſio.*
10 *Genitiuus caſus denotat dominium.*
11 *Dominiū ſatis probatur in actione hypothecaria, ſi teſtes dicant res fuiſſe in bonis patris uel bonorum paternorum.*
12 *Dominium per indicia uehementia ſufficit probari.*
13 *Dominium utrum principaliter in hypothecaria deducatur.*
14 *Agens pro ſeruitute conſtituta,nunquid teneatur probare ſe eſſe dominum prædij dominantis.*
15 *Principali non excuſſo non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem.*
16 *Excuſſio quamuis fiat contra principalem & probetur, poſt iam conuentum tertium poſſeſſorem,non releuat quominus tertius poßidens primo conuentus debeat abſolui.*
17 *Principalis prius executi debet, quàm poßit agi contra tertium poſſeſſorem,in terminis auth.res quæ C.commu.de leg.*
18 *Excuſsio non eſt neceſſaria ubi notorium eſt in bonis principalis debitoris nihil eſſe.*
19 *Contra tertium poſſeſſorem agi poteſt,quando per æſtimum notorium eſt bona principalis ad debitum non ſufficere.*
20 *Tertius poſsidens quando negat,ſi probetur negata, agi contra ipſum poterit non excuſſo principali.*
21 *Fideiuſſor negans,priuatur beneficio excuſsionis.*
22 *Oppoſitio excuſſionis non uendicat ſibi locum de iure canonico.*
23 *Ius canonicum,in multis caſibus magis procedit ſecundū meram æquitatem quàm ius gentium.*
24 *Hoſti ſecundum ius gentium non eſt ſeruanda fides.*
25 *Hoſti non licet frangere fidem,de iure canonico.*
26 *Iudicium contra tertios poſſeſſores abſque principalis excuſsione procedit,ubi ſola æquitate inſpecta procedi poteſt.*
27 *Ius canonicum in terris eccleſiæ ſeruari debet.*
28 *Excuſsio non eſt neceſſaria quoties procedendum eſt ſine ſtrepitu & figura iudicij ſola facti inſpecta ueritate.*
29 *Inſtrumentum ad aliud ſe referens nō plus continere debet quàm reperiatur in relato.*
30 *Relatio ad proximiora fieri debet.*
31 *Clauſula in fine poſita licèt aliàs ad omnia præcedentia referatur tunc tamen non refertur quando reſultaret abſurdum.*
32 *Inſtrumentum unum per aliud declaratur.*
33 *Simulatio tunc admittitur & non uitiat contractum, quando eſt uoluntate partium quarum nihil intereſt in quem caſum ualeat contractus.*
34 *Licitum eſt ſimulare pro ſuo intereſſe.*
34 *Fideicommiſſarius dicitur capere a primo teſtante.*
36 *Statutum loquens de uenientibus contra uoluntatē teſtantis uel ab inteſtato,non uendicat ſibi locum,in uenientibus ex teſtamento,& ad illud quod a teſtante illis reſeruatum fuit.*
37 *Statuta ſtricte debent interpretari, ut minus lædant ius commune.*
38 *Contrariorum,contraria debet eſſe diſpoſitio.*
39 *Argumentum a contrario ſenſu eſt ualidum in ſtatutis,præſertim quando per ipſum minus læditur ius commune.*
40 *Statutum ſanciens,filias ſi dotes fuerint a matre conſecutæ,in bonis paternis nihil petere poſſe,non tantum eſt contra ius ciuile, ſed & contra ius naturale.*
41 *Legitima filijs debetur iure naturali.*
42 *Statutum auferens in totum legitimam non ualet.*
43 *Ratio ſtatuti propter maſculos fœminas excludentis, eſt pro conſeruanda agnatione.*
44 *Ius competens fœminis,ad petendas dotes uigore ſtatuti in reliquo eas excludentis,tendit ad fauorem maſculorum,& ad eorū utilitatem,ut fœminæ excludantur.*
45 *Caſus in quo ceſſat ratio ſtatuti non comprehenditur a ſtatuto.*
46 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
47 *Agens hypothecaria nihilominus poterit obtinere, quamuis poſſeſsionem conuenti non probauerit,ſed ſolam detentationem.*
48 *Poſſeſſio uel ſaltem detentatio ex fructuum perceptione probatur.*
49 *Probatio quæ fit per partis confeſsionem inducit notorium.*
50 *Probata recollecta præcedenti,ſatis dicitur probata poſſeſsio,uſque ad aliàm recollectam, aliàs lex fingit eum deſiiſſe poſsidere.*
51 *Probationes admittuntur poſt concluſionem in cauſa,ubi ſummariæ agitur.*
52 *Legatum factum mulieri de dote eſt conditionale.*
53 *Dictum Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.de cōd. & demō. non procedit in filijs uel nepotibus quibus debetur legitima uel in alio caſu in quo debetur legitima.*
54 *Item non procedit quando in ſtatuto ſimpliciter fuit dictum quod ſit contenta & nihil poſsit ultra petere in bonis.*
55 *Ponderatio legis,omnimodo.C. de inoffic. teſta. & l.quoniam in prioribus.eod.tit.*
56 *Tempus appoſitum petitioni ſupplementi legitime eſt pars ſupplementi.*
37 *Doctrina Bar.de qua ſupra procedit, quando ſtatutum filiam a cæteris bonis excepta dote excludens,dicit quod non poſsit uenire contra teſtamentum.*
58 *Statutum reijciens omnem conditionem, ſiue de expreſſa,ſiue de tacita intelligi debet.*
59 *Conſtitutio dotis in dubio uidetur facta contemplatione patris.*
60 *Filius ſicut potuiſſet omnem conditionem reijcere de ſua legitima,ita poterunt filiæ ſeu nepotes, de dote mortuo patre ſibi relicta.*

61 *Doctrina Bartoli, de qua ſupra, non procedit, quãdo adeſt aliqua minima uериſimilitudo in contrarium.*
62 *Veriſimile eſt teſtatorem propriam ſobolem extraneo præferre uoluiſſe.*
63 *Proprium ſanguinem quilibet præſumitur diligere.*
64 *Prohibitione alienationis facta ad fauorem fœminarum, ſtatim ipſa eueniente ad eam reuocandam fœminæ admitti debent.*
65 *Verba narratiua non probant, niſi inter eaſdem perſonas.*
66 *Filius in legitma grauari poteſt, quando eius filiæ dotantur ab auo.*

RESPONSVM CXIX.

¶Quando libellus in hypothecaria procedat, ubi tractatur de probatione dominij requiſiti in hypothecaria. Quando abſque principalis excuſsione agi poſsit contra tertiũ poſſeſſorem. Quando ſimulatio uitiet contractum: & aliqua circa ſtatutum Bononienſe, de ſucceſ. ab inteſta. ubi multa in materia hypothecaria.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis dubijs ac diligenter conſideratis paucis agam: cũ res coram peritiſsimo uiro agitur: & quo ad primum vr̃ dicendum reum abſoluendum
eſſe, cum per actorem non eſt probatum nec allegatũ do-
1 minium, uel quaſi dominium ut requiritur † in hypothe-
caria: ut concludit Bar. quem magis doct. communiter ſe
quuntur in l. rem alienam. de pig. act. Cy. Bal. Angel. & cõ
muniter doct. in l. cum res. C. ſi alie. res pigno. data fuerit.
& in §. item Seruiana. inſtit. de act. & ita ſequitur Alex. in
conſi. 101. Viſis omnibus. in j. col. uol. 5. & idem Alex. in
conſi. 108. Viſo proceſſu. in j. col. eod. uol. & Bal. in conſi.
39. 55. 146. in j. uol. & 36. in 3. uol. & per Soci. in cõſi. 112.
Viſo proceſſu. uol. 4. Immo cum non fuit dictum in libello ꝙ Chriſtophorus erat uerus dominus, & ſic cum fuit
ineptus, licèt poſtea probatum fuiſſet in proceſſu domi-
2 nium tales aptę probationes † non adminiculantur inepto libello. Spec. de offi. iud. uer. quid ſi. de ſeruitu. uerſi. ꝙ
ſi libellus ineptus. ſequitur Bal. in l. j. in fin. C. de pign. act.
& in proprijs terminis ꝙ agens hypothecaria ſi non dicat
in libello creditorem fuiſſe dominum, licèt poſtea probet ꝙ non obtineat conſuluit Alex. in conſ. 187. Viſo ac diligenter diſcuſſo. per totum. ¶Maturius tñ conſiderãs
dico pro actore pronunciandum fore, & conſidero petitionem ſuam: nam in ea poſt multa narrat ꝙ uigore teſtamenti Chriſtophori ſunt ei obligata ipſa iugera terræ, &
in cauſa pignoris ſunt ratione dotium. ¶Item dicit,
ꝙ d. Chriſtophorus tenebat, & poſsidebat pro ſuis, & tanquam ſuis, & actus faciebat quemadmodum faciunt domini, & patroni rerum ſuarum. ¶Item petit per iudicem
& officium ſuum reum condemnari, & condemnatum cogi ad dimittendam, & tradendam poſſeſsionem &c. iure
pignoris &c. Quæ petitio non habet aliquod remedium
expreſſum, ſed tñ dicit iure pignoris: unde poteſt dici, ꝙ
non intentauit hypothecariam, nec expreſsit eam, nec prę
ſumitur eam intentaſſe ſi non fecit ea quæ requiruntur ad
hypothecariam. i. non probauerit de dominio, ſed ſit interpretatio ꝙ intentauerit actionem competentem, & con-
3 uenientem: † ut not. in §. omnium. inſtit. de act. plene per
moder. in c. dilecti. de iudi. & facit regula, ꝙ nemo vr̃ eli-
4 gere uiam impugnatiuam † ſuæ uoluntatis. l. 3. de mili.
teſta. cum concordan. ¶Et hoc præſertim debet eſſe propter clauſulam ſuper quibus &c. non tantummodo quo
ſupra ſed omni meliori modo uia iure & cauſa forma, &
5 nomine &c. quæ † clauſula multum operatur ad ſuſtinendum libellum, & ad interpretandum eo modo quo fauorabilius poteſt iuuari intentio actoris: ut per Anto. in c. literę. de dilatio. & in cap. examinat. circa medium. de iud.
per Alex. in conſi. 6. in 3. uol. col. 4. Circa proceſſum. & plene ponitur in §. omnium. inſtitu. de actionib. ¶Vnde
dico, ꝙ vr̃ intentaſſe interdictum Saluianum utile ꝙ competit pro re hypothecata contra tertium poſſeſſorem: nã
concluſio libelli actoris noſtri conuenit Saluiano interdicto, ſm̃ ꝙ eam format Ang. Aret. in §. item Seruiana. inſtit. de act. immo eſt illa propria quæ debet formari in Saluiano interdicto: ut ibi: ergo illud dr̃ eſſe intentatum, cũ
6 † ex concluſione colligatur remedium intentatum: ut per
Paul. de Caſt. in conſi. 6. Immo dico forma libelli in hypothecaria conuenit ad unguem Saluiano interdicto, ſecundum Iaſ. poſt Aret. & alios in d. §. item Seruiana. inſtit. de
act. col. fi. ergo & ſi uideretur forma hypothecariæ, tamen
conuenit interdicto Saluiano, & ex illo libello poteſt dici
intentatum dictum interdictum, quo ſtante ꝙ ueriſsimũ
eſt, & nihil ei repugnat, dico non fuiſſe neceſſarium domi
7 nium fuiſſe probatum, cum ſufficit † ſolam poſſeſsionem
probare in dicto interdicto quæ præſupponitur ſufficienter probatam fuiſſe: ut infra latius demonſtrabimus, & ꝙ
non requiratur dominium probari, ſed ſolam poſſeſsionẽ
communis, & firma opi. eſt ut ponũt doct. in l. j. de ſaluia.
interdic. ff. & C. & ita atteſtantur eſſe cõmunem opi. Aret.
& moder. Hiſpani in §. item Seruiana. inſtitu. de act. colu.
14. per Corne. in conſi. 55. Viſis. uol. 3. per Alex. in conſil.
112. uol. 6. cum concordantibus: ergo concludendum eſt,
ꝙ licèt actor non probauerit dominium debeat obtinere
quia intentauit Saluianum interdictum utile in quo non
requiritur talis probario etiam cõtra tertios poſſeſſores
per ſupra adducta: ꝯria autem procedunt in intentãte hypothecariam. ¶Sed dato, & non conceſſo aliquo modo,
prout ueritas eſt ꝙ intentata ſit hypothecaria adhuc dico pronunciandum eſſe pro actore. Et primo, quia allegauit dominium Chriſtophori teſtantis in petitione ſua ibi
tenebat, & poſsidebat pro ſuis, & faciebat actus quemadmodum domini & patroni rerum ſuarum, quę uerba demonſtrant illum fuiſſe dominum, & patronũ, & ad aliud
non fuerunt allegata, niſi ad demõſtrandum illum fuiſſe
dominum, & patronum, & obligare potuiſſe: nam per iſta
8 uerba ſaltem † allegatio dominij inducitur, licèt non probatio. & ideo dicunt Alex. Iaſ. & Aret. poſt alios in l. ſi is
ad quem. de acq. hæred. in notab. ꝙ iſta uerba non ſunt
ſufficientia ad approbandum dominium, quia non probant de tit. & ſi non continerent allegationes dominij: ad
quid quæreretur, an probaret dominiũ? & ſic omnes præ
ſupponunt ꝙ per iſta uerba cõtinetur allegatio dominij,
& in hoc nullus ꝯdicit. ¶Item iſtud dominium in proceſ
9 ſu fuit probatum per confeſsionem partis aduerſæ † qua
nulla maior probatio datur. l. generaliter. C. de non nu.
pecu. cum ſimil. nam in primo cap. dicit producto per ipſum reum, in proceſſu. fol. 148. dicit, ꝙ ueritas eſt ꝙ. d. petiæ terræ obuenerunt Baptiſtæ patris actoris in diuiſione
bonorum paternorum quæ uerba ſignificant ꝙ erant in
dominio patris, & ſic teſtantis: nam ſunt nomina poſſeſsiua quæ ſignant dominium iuribus uulgaribus &c. ¶Itẽ
probatur in poſitionibus actoris fol. 34. in 8. & 9. poſitio.
ubi reus fatetur bona Chriſtophori teſtantis fuiſſe diuiſa,
& petias terræ: de quibus agitur fuiſſe poſitas in portione Baptiſtæ patris actoris, & ſic expreſſe fatetur illas ter-
10 ras fuiſſe Chriſtophori teſtantis, & † ſic per genitiuũ qui
ſignificat dominium. l. 2. §. j. de relig. not. plene in rubri.
de no. oper. nunc. & ideo Soci. in conſ. 112. incip. Viſo proceſſu. in 2. col. uol. 3. ſupra. alleg. in ꝯrium dicit reſpondendum ad fundamentum ſimile de poſitione per genitiuum
ꝙ ibi non probat quia fuit negata. ¶Item quia nõ refert
ad bona quæ dicuntur fuiſſe hypothecata, ergo expreſſe
uult ꝙ ſi non fuiſſet negata &c. dominium in hypothecaria eſſet probatum, & ſic facit pro opi. noſtra conſilium
Soci. qđ allegabatur in ꝯrium, cum in caſu noſtro poſitio
fuit admiſſa, & nominauit bona hypothecata. ¶Item hoc
dicunt teſtes rei, & pro parte ſua producti fol. 154. cum
ſeq. ubi primus, & tertius hoc dicunt, expreſſe primus in
principio ſuæ depoſitionis. ſecundus uero in interrogatorijs: nam dicunt fuiſſe in bonis patris, & eſſe bonorum paternorum, ut ibi: per quæ uerba ſatis probatur dominiũ
11 † in actione hypothecaria. l. & quæ nondum. §. ꝙ dr̃. de pigno. ibi, in bonis, facit tex. in l. penes. & in l. bonorum. de
app. §. in bonis. de uerbo. ſigni. & ita determinat Alex. in
actione hypothecaria. in conſi. 112. Viſo quodam inſtrumento. col. j. & 2. lib. 6. ¶Ex his ergo apparet ꝙ & ſi intentata fuerit hypothecaria neceſſaria ad eam fuiſſe allegata

&pro-

12 & probata, & unum non prætermitto ꝙ ſufficit † per in-
dicia uehementia probaſſe dominium.l.indicia & ibi per
Bal.& omnes.C.de rei uendi.ergo fortius hic:cum per le-
gitimas probationes,confeſsiones rei in iudicio, & teſtes
partis aduerſæ fuerit probatum dominium,& ita ſm oẽs
puto pro actore noſtro pronunciandum fore. ¶Vnum
non omitto ultra ſcriben. nam dicunt ꝙ principaliter de
ducitur dominium in hypothecaria: hoc non vr̃ uerum,
quia principaliter obligatio pignoris deducitur, & quia
13 hypothecauit:ideo ago, † uerum eſt ꝙ ad ualidam hypo-
thecam neceſſarium eſt dñium tanquam præparatorium
neceſſarium:unde non poteſt dici principaliter eſſe in cõ
ſideratione in actione hypothecaria dominium, ſed obli
gatio pignoris: ſicut in ſimili nos uidemus ꝙ ad hoc ut
conſtituatur ſeruitus prædialis requiritur ꝙ ille cui cõſti-
tuitur ſeruitus ſit dominus prædij dominantis, nunquid
14 ſi agat pro ſeruitute conſtituta † habeat probare iſtud
dominium? vr̃ dicendum ꝙ ſic, quia eſt præparatorium
neceſſarium ad conſtitutionem ſeruitutis, ſicut hic ad cõ
ſtitutionẽ hypothecæ:tñ in l.ſicuti. §.ſi quæratur. ſi ſerui.
uendi.determinat ꝯrium,& no.Bal.in l.indicia. de rei uẽ
di.quia principaliter eſt in conſideratione conſtitutio ſer
uitutis,ita hic cõſtitutio pignoris, & ideo ex poſſeſsione
præſumitur dominium fundi dominãtis, ita ex poſſeſsio
ne pignoris:per quam rationem vr̃ tenendum ꝯ commu-
nem opinionem, uel ſaltem dicendum ꝙ ita plene domi-
nium non eſt probandum in hypothecaria: tñ non deter-
mino in hoc reſponſo ꝯ cõem,ſed dixiſſe uolui, ut iudici
conſtet probationibus pluſquam neceſſarium erat in hoc
caſu ſatisfactum fuiſſe:& ex his apparet ꝯria non obſtare
quia fuerunt obſeruata in caſu noſtro, uel aliud remediũ
fuit intentatũ. ¶Circa ſm dubium vr̃ dicendũ ex quo nõ
15 fuit facta excuſsio principalis, † & iſta exceptio fuit op-
poſita ante litem conteſtatam actorem non potuiſſe age
re contra reum tertium poſſeſſorem:per authen. hoc ſi de
bitor.C.de pignorib.& no.in authen.præſentem.C.de fi-
deiuſſo.& in l.ſi decem de uerb.obliga.& eſt firma doctri
na quam omnes ſecuti fuerunt legendo, & conſulendo.
immo Soci. in conſi. 24. Viſis ac diligenter conſideratis.
16 col.6. uol.j.poſt Bal.in l.2.commu.diuid.ꝙ † & ſi poſtea
fiat excuſsio, & illius probatio adhuc reus abſoluendus
17 eſt quia ligatæ ſunt manus actoris, & in caſu † auth. res
quæ.C.commu.de leg.firmat Soci.in conſi. 75.colu.pen.
Circa præſentẽ.uol.j.ergo in terminis noſtris. ¶Rectius
tñ conſiderando puto pro actore pronunciandum fore,
& ſi facta non ſit excuſsio, & conſidero ꝙ ubi notorium
18 eſt in bonis † debitoris nihil eſſe uel ad ſufficientiam nõ
requiri excuſsionem.gl.in l.decem.in fi.in uerbo, excuſ-
ſum.de uerb.obli.in l.fi.in uerbo,ſed cum Seio. ff.ſi cert.
pet.ut utrobique no. per Bar. Bald.Ange. Pau. de Caſtr.
Alex.& communiter docto.per Ange. Ioan. Fab.Nicol.
de Neapo.Iaſ.& cõiter docto.in §. item ſi quis. in glo.in
creditorem.inſtitu.de actionib. ¶Sed in caſu noſtro no-
torium eſt in bonis alienantis nihil ad ſufficientiam eſ-
ſe:& ꝙ de hoc ſit notorium patet:per æſtimum productũ
in proceſſu ubi apparet ꝙ non habeat in bonis tm̃ ꝙ a-
ſcẽdat ad ualorem legati, cum ergo appareat per æſtimũ
bona non eſſe ad ſufficientiam debiti dr̃ eſſe notorium
19 illum ſoluendo non eſſe:† & per conſequens poſſe agi ꝯ
tertium poſſeſſorem.ita Bar.Alex.Iaſ.& cõmuniter doct.
in d.l.decem.de uerb.obli.& abundanter per Iaſ. in d.§.
ſi quis.col. 15. & iſtud notorium fuit oppoſitũ ante litẽ
conteſtatam:ut patet in replicationibus actoris, ergo nõ
eſt amplius diſputandum de excuſsione.¶Secundò cum
reus qui uериſimiliter ſcit rei ueritatem, ut ex actis con-
ſtat,negauit in exceptione ſua illa iugera terræ eſſe obli-
20 gata, immò negat † dotes fuiſſe conſtitutas nec relictas
in teſtamento: quo caſu ſi probantur negata poteſt agi
ꝯ illum nulla facta excuſsione ꝯ principalem: & ideo ſi
21 fideiuſſor negat ſe fideiuſſorem † non poteſt opponere
beneficium excuſsionis.ita Bal.in authen. ꝯ qui propriã
in 3.col.C.de non nume.pecu.Bar.Ang.& Alex. in apoſtil
lis in l.ſi dubitetur. de fideiuſſ. ſequitur Hippoly.de Mar-
ſi.in rubri.de fideiuſſo. col.4. & maius beneficiũ tertius
poſſeſſor non habet in beneficio excuſsionis quàm fide-
iuſſor,immo ſibi fuit conceſſum ad inſtar fideiuſſoris:ut
late demonſtraui in quæſtionibus meis reiectis opi. non
nullorum. ¶Tertiò reſpondeo oppoſitionem excuſsio-
nis non habere locum de iure canonico: ſm Iaſo. in d.§.
22 item † ſi quis. & licèt ipſe dicat eſſe ſuum dictũ: tñ aliàs
illud uerisſimum eſſe probaui: nam ius canonicũ magis
23 in multis caſibus procedit ſm meram æquitatem† quam
ius gentium:ut probatur ex not.per Dy.in c.non remitti
tur.de reg.iur.in 6. ¶Item de iure gentium hoſti non eſt
24 ſeruanda fides:ſm Bar.† Fulg. & communiter ſcriben. in
25 l.conuentionum.de pac.tñ de iure canonico,quia † ęqui
tas dictat ꝯrium non licet.c.noli æſtimare.22.qõ.j.& non
nulla not.per moder.in l.ut uim.de iuſti. & iur. & per re
26 pe.in c. j. de pac. ſed ubi æquitate inſpecta procedi † põt
tunc abſque excuſsione procedit iudicium ꝯ tertios poſ-
ſeſſores:ſm Bal.in auth.hoc ita. C. de pig. & infra latius
dicam, ergo dici poteſt ꝙ in caſu noſtro non habeat im-
pedire cum ſimus in terris eccleſiæ in quibus ſeruatur ius
27 canonicum: † ut plene not.in l. priuilegia.de ſacroſanc.
ecc.& in c.j.de no.oper.nun. ¶Quartò conſidero, ꝙ eſt
opin.docto. ꝙ quoties procedendum eſt ſine ſtrepitu, &
28 figura iudicij facti ueritate inſpecta non eſt † neceſſaria
excuſsio, & ſi millies opponatur ea non obſtante proce-
dit actio actoris:ut tenet Bald.in d.authen. hoc ita.C.de
pign.& in l.j.ſi quid in fraud.patr.Io. de Imo. in l.decem
de uerb.oblig.Soci.in conſi.24.Viſis ac diligenter. col.3.
uol.j.Iaſ.in d.§.item ſi quis.inſti.de actio. & ibi Aret. idẽ
Areti.in §.in bonæ fidei.in penul.col.eo.titu.Hippoly.de
Marſil.in rubri.de fideiuſſ.col.3.& ultra iſtos mod.allego.
ibi Alex.in terminis in cõſi.114.col.fi. Viſo proceſſu.uol.
6.& Aret.in c.dilecti.de iud.col.2.¶Sed in ſupplicatione
& commiſsione præſentis cauſæ ſunt iſta uerba ſine ſtre-
pitu, & figura iudicij facti ueritate inſpecta, ergo exce-
ptio excuſsionis nõ habet impedire quin pro actore pro
nunciandum ſit.ad adducta in ꝯrium, patet reſponſum,
quia non procedunt qñ notorium eſt per æſtimum bona
non ſufficere ad quantitatem debitã, & qñ reus negauit
debitum,& de iure canonico, & qñ debet procedi ſum-
marie ſine ſtrepitu &c.quæ omnia concurrunt hic, ergo
&c. ¶Quantum ad tertium dubiũ breuiter me abſoluo
cum in inſtrumento ceſsionis illa confeſsio de receptio-
ne dotium non eſt ſimpliciter facta, ſed prout in inſtru-
mentis dictorum dotium:unde cum ſe referant ad illa in
ſtrumenta ſi aliqua uerba ſint in inſtrumento ceſsionis
quæ non ſunt in inſtrumentis dotium non habent office
29 re,† cum attenditur quid eſt in relatis inſtrumentis.l.aſſe
toto.de hær.inſti.l.ſi quis in aliquo.C.de eden. & ibi not.
Bald.Ange.Pau.de Caſt.Alex.& omnes. & in l.in teſtamẽ
to.de condi.& demonſtr. unde non poſſumus fundare in
inſtrumento ceſsionis,cum partes non ſtant uerbis illius
inſtrumenti niſi quatenus reperitur in inſtrumentis do-
tium:ex quo apparet ꝙ non intendit aliquid ſimulare cũ
ſe referant ad uera inſtrumenta. ¶Secundo dico illa uer-
ba de pecunijs proprijs ſuperlucratis in urbe non referri
ad omnes dotes,ſed ad dotem proxime nominatam,ſcili
cet dominæ Diamantis,cum relatio debet fieri ad proxi-
30 miora:† ut per gl.Alex.& docto.in l.ſi idem cum eodem.
de iuriſdi.om.iud.& licèt aliàs clauſula in fine poſita de-
31 beat referri ad omnia præcedentia. l. talis † ſcriptura. de
leg.j.tñ non refertur qñ reſultaret aliquod inconueniens
ut per Bar. Iaſ.in d.l.talis.per Dec. & docto.in c.ſecundo
requiris. de appella. Sed inconueniens ſimulationis reſul
taret: ergo non debet fieri iſta relatio &c.quantum autẽ
ad inſtrm̃ dotis.d. Diamantis non põt eſſe aliqua ſimula-
tio cum in ipſo dicat̃ ꝙ Baldaſar pro ſe,& uice,& nomine
d.Ioannis,& nõ dicit de quibus pecunijs:ergo intelligit̃
32 de pecunijs de quibus in inſtr̃o ceſsionis.ſ.de † pecunijs
domini Ioannis lucratis in urbe, cum unũ inſtrm̃ decla
rat aliud.arg.not.in l.utrum.de petitio.hæred. ¶Tertiò
conſidero dato,& non conceſſo ꝙ uere & fuiſſent pecunię
Baldaſaris quæ fuerunt datę in dotem,& d.Baldaſar atte
ſtetur in inſtrumento ceſsionis ꝙ fuerunt domini Ioan-
nis,tamen cum adſit ipſe Baldaſar qui dedit pecunias: &
ipſe

ipſe ſit unus ex decedentibus, & non referat quantum ad
mulieres, & eorum utilitatem ꝙ cedant potius Baldaſari
33 † quam Ioanni: iſta ſimulatio non uitiat ꝯtractum ceſsionis
& eſt licita, & permiſſa a iure, & attendit ꝙ partes uolue-
runt. l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pet. l. Lucius. & ibi not. Bar. ff.
de pec. Bar. in l. j. C. plus uale. ꝙ agit, & ita cõſuluit Alex.
in cõſi. 198. Viſo proceſſu. uol. 7. col. fi. & plene ponit per
Cæp. in tracta. ſimulat. & bene facit tex. in c. utilem. 32. q.
34 2. ꝙ licitum eſt ſimulare † pro ſuo intereſſe: & ponit Dec.
in addi. ad conſil. 151. in 5. col. incip. Antequam alijs quo
que modis poſſet reſponderi, quos tanquam non neceſſa
rios prætermitto. ¶ Circa quartum dubium in quo dice-
batur ꝙ ex quo quædam mulieres ex iſtis cedentibus fue
runt dotatæ quicquam non poſsint petere uigore ſtatuto
rum loquentium ab inteſtato, & ex teſtamento: dico iſta
ſtatuta non facere ad caſum noſtrum, & præſuppono ꝙ
iſtæ mulieres ueniunt uigore teſtamenti auiti Chriſtopho
ri de Rotis qui uoluit eſſe ſaluas dotes ſuas in bonis ip-
35 ſius: & ita ueniunt ex teſtamento, & ſm uoluntatem † te-
ſtantis, cum fideicommiſſarius dicat capere a primo teſtã
te. l. cohæredi. §. cum filię. de uulg. & pupil. cum concord.
¶ His ſtantibus modo conſidero ſtatutũ de ſucceſsio. ab
inteſta. cum loquatur ab inteſtato nõ facere ad caſum no
ſtrum in quo mulieres ueniunt ex teſtamento. ¶ Item cõ-
ſidero ſtatutum de ſucceſ. ex teſtamento loquitur qñ ille
filiæ dotatæ uolebant uenire ꝯ uoluntatem teſtantis, uel
nõ ueniunt ad illud qđ a teſtante fuit reſeruatum illis, ut
patet in ſtatuto: ſed in caſu noſtro ueniunt ex uoluntate
36 teſtãtis, & ad illud qđ a teſtante illis reſeruatum fuit: † er
go nihil ad caſum noſtrum cum uerba ſtatuti non conue
niãt caſui noſtro: ut late per Alex. in l. 4. §. toties. de dam.
infec. Iaco. Butr. Sali. & Fulg. in l. ſi mancipia. C. de ſer. fu
gi. Roma. in ſingu. 486. incip. Statutum puniens, nec etiã
37 ita ſtatuta ſunt extendenda, ſed ſtricte † debent interpre-
tari, ut minus lędant ius cõmune. l. 3. §. hæc uerba. de ne-
go. geſt. per Bar. in l. omnes populi. de iuſti. & iur. in 6. qõ.
princip. nec etiam militat eadem ratio in caſu qui eſt ſm
expreſſam uoluntatem defuncti, & in caſu qui eſt ꝯ uolun
tatem defuncti uel præter uolũtatem cum ſint caſus ꝯrij:
& per conſequens in iſtis debet eſſe ꝯria diſpoſitio, cum
38 ꝯriorũ † ꝯria debet eſſe diſpoſitio. l. j. de his qui ſunt ſui
uel alieni iur. plene not. per omnes in rubri. de acq. poſſeſ.
immo iſta ſtatuta faciunt pro mulieribus: argu. a ꝯrio ſen
ſu ꝙ argumentum eſt ualidum in ſtatuto: præſertim qñ
39 † minus per ipſum argumentum læditur ius commune:
ut plene per doct. in l. j. de offi. eius cui mand. eſt iur. & ma
xime in caſu iſto dotandi cum ſtatutum non ſolum ſit ꝯ
40 ius ciuile, ſed naturale: † ex quo uult ꝙ ſi habeam dotem
a matre ꝙ nõ poſsim petere aliquid in bonis patris, & ſic
propter relictum aduentitium uel aliàs ſibi debitum pri
uat filiam legitimam quæ eſt de iure naturali. l. cum ratio
de bon. damn. cum concordan. adeo ꝙ iſtud ſtatutum in
hoc capite eſt ꝯ ius naturæ, & nimis ſtrictiſsimũ, ita ꝙ de
eorum ualiditate poſſet dubitari, & cõcludi ꝙ non ualeat
42 cum ſtatutum auferens † in totum legitimam non ualeat
ſm cõem opin. de qua latiſsime per Dec. in l. iura ſangui-
nis. de reg. iur. & ſi ſaltem ualet doctiſsimi iudices debent
procurare, ut magis reſtringatur quàm ſit poſsibile, ergo
quanto fortius pro comperto habeo doctiſsimum ac iu-
ſtiſsimum iudicem noſtrum in caſu qui non comprehen-
dit ab eo, immo illi ꝯrius eſt pronunciaturum fore ad ca-
ſum iſtum nihil facere, immo conſidero ꝙ ſi comprehen-
deretur iſte caſus a ſtatuto eſſet de directo ꝯ mentem, &
43 rationem ſtatuti: nam ratio † eſt pro conſeruanda agna-
tione: ut tenet Cyn. in l. j. de adulte. Ioan. And. in addi. Spe
cul. in rubri. de ſucceſ. ab inteſta. uerſi. eſt ſciendum. Ang.
in conſi. 68. Martinus. Alex. in cõſi. 20. Viſo proceſſu. col.
fi. & in conſi. 80. Viſo. col. fi. lib. j. Ioan. de Ana. in cõſi. 69.
Pro breui expeditione. cum concordantibus. & ſi in du-
bio præſumantur plures, ut alias diximus: tñ docto. uiden
tur concordare hanc eſſe in hoc caſu principalem &c.
¶ Sed non conſeruaretur cum bona alienata extra fami-
liam tuerentur ad damnum maſculorum, ſed ſi ſtatutum
non uendicabit locum in caſu noſtro bona conſeruantur
maſculis: nam ſi ius petendi dotem cõpetit iſtis fœminis,
44 competit ad fauorem † maſculorum, & pro ipſis conſer-
uandis, & ad ſuam utilitatem ut fœminæ excludantur, er
go a ceſſante rõne ſtatuti, & ſi iſte caſus ex uerbis a ſtatu
to comprehendi potuiſſet: tñ quia in eo ceſſat ratio ſtatu
45 ti ceſſat † diſpoſitio. c. cum ceſſante. de appel. l. adigere. §.
quamuis. de iure patrona. & eſt arg. ut per Bal. in l. genera-
raliter. C. de epiſcop. & cleri. aliàs inducta ad augmentũ
46 † operaretur diminutionem, & inducta ad unum effectũ
operaretur ꝯrium, ꝯ. l. legata inutiliter. de adimen. leg. &
l. legata inutiliter. de leg. j. & not. in l. ꝙ fauore. de legi. &
cum cognoſco ꝙ per hanc ſolam conſideratioñ realiter
& manifeſte tollunt illa ſtatuta, iò aliter non corroboro.
¶ Sed quintum dubium aggredior, & pro reſolutione ip-
ſius conſidero ꝙ ex parte conuenti hypothecaria poſſeſ-
47 ſio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit † detẽtatio quam ſi pro
bauerit agens poterit obtinere, ſm Alex. in conſ. 112. uol.
6. ¶ Secundo premitto, ꝙ poſſeſsio uel ſaltem detentatio
48 ex præceptione † fructuum probatur: ut no. in l. Titia de
ſolut. per Bartolum & docto. in l. 2. de ſolutio. per Bald. in
l. j. C. de ſer. fugiti. & no. in l. penul. de condi. inſtitu. & per
doct. in l. ſtipulatio. §. hoc quoque. de uerbo. obliga.
¶ His ſic ſtantibus dico probatam fuiſſe per actorem poſ
ſeſsionem quæ requiritur in hypothecaria: nã reus in poſi
tione. 14. producta per actorem. fo. 35. fatetur, & dicit ꝙ
percepit ſingulo anno quaſdam corbes frumẽti deducta
parte laboratoris, ergo fatetur ſe poſsidere & tenere illa
iugera terræ quæ petuntur, & melius hoc probari non po
tuiſſet, cum nulla maior probatio quàm partis aduerſæ
confeſsio. l. generaliter. C. de non nume. pecu. l. fi. C. de fi-
deicommiſ. l. generaliter. §. ſi quidam. C. de reb. credi. ita
49 † ꝙ inducit notorium, & melius probari non potuiſſet:
ut not. in c. fi. de cohabit. mul. & cler. & ponit Alex. in cõſi.
19. Circa primum. col. 3. uol. 7. Et aduerte, nam dicit ſin-
gulo anno, & ſic fuit continua, & licèt tempore moti iu-
dicij non recolligebat fructus, ſed recollegit: ita ꝙ licèt il
lo tempore poſsidebat poteſt eſſe ꝙ tempore iudicij non
50 poſsidebat: quia † probata recollectione præcedenti ſa-
tis dr̃ probata poſſeſsio uſq; ad aliam recollectioñ, aliàs
lex fingit illum dolo deſijſſe poſsidere: ut late per Salic. in
l. non ignorabit. C. ad exhiben. dum dat exemplum de ſil
ua, & communiter approbatur: ut no. in §. ſic itaque. inſti.
de actionib. Et ulterius ſuper hoc non inſiſto cũ apparet
ſufficienter poſſeſsionem probatam fuiſſe non ſolũ in lo-
co. ſupra allegato, ſed in multis locis de quibus in proceſ-
ſu quos tanquam non neceſſarios prætermitto: & præſer-
tim cum iſta poſſeſsio de facili poſsit probari, & ſit noto
ria nec reus illam unquam negauit, & ſumus in termino,
quia ubi agitur ſummarie, ut hic patet ex commiſsione
51 cauſæ † admittuntur probationes etiam poſt concluſum
in cauſa ut not. in clemen. ſæpe de uerbo. ſign. domini de
Rota. in antiquis deciſio. 10. item ꝙ poſtquam Roma. in
conſi. 175. & Soci. in conſi. 190. in fi. uerbis uol. 2. incipiẽ.
Memini cum ſimilibus. ¶ Non obſt. ꝙ ultimo dubio dice
batur, ſcilicet, ꝙ adſunt duæ filiæ quæ non poſſunt petere
dotem: una ex hoc, quia adhuc non eſt nupta: alia ex illo
quia eſt naturalis: ſigillatim procedendo quo ad nõ nup-
tam dico, ꝙ licèt aliàs legatum factum mulieri de dote
52 † ſit conditionale: ut per Bar. in l. Titio centum. §. Titio
genero. de condi. & demonſtra. cum cõcordantibus: quia
53 illud dictum non procedit † in filijs uel in neptibus qui-
bus debetur legitima uel in caſu quo debet̃ legitima, ut
hic eſt poſt mortem patris: ſm Bald. Sali. & doct. in l. ſan-
cimus. C. de nup. cum concordantibus. quas omitto: ſed
dico, & eſt firma opi. ꝙ doctrina Bartoli procedit qñ fuit
dictum ꝙ filia nihil poſsit dicere ꝯ teſtamentum &c. Sed
54 ſi ſimpliciter † dicat ꝙ ſit cõtenta & nihil poſsit ultra pe-
tere in bonis: tunc vr̃ excludere quia non poſsit reijcere
conditionem: quia illud intelligit̃ in quantitate, & in ſup
plemento legitime: iſtud probatur in l. omnimodo. C. de
inoffi. teſta. ubi filius poteſt petere ſupplementum legiti-
55 me, tñ per iſtam legem non põt reijcere grauamen † & cõ
ditionem, ideo fuit promiſſum per. l. qñ in prioribus. co.
56 tit. ꝙ cõditio reijciatur, & tñ illud tempus erat pars † ſup
plementi

plementi cum dies ſit pars ſummæ.l.j.§.diem.de eden.tñ
non comprehendebatur in l.omnimodo.ita in ſtatuto qñ
dicit ꝙ nihil póſsit peti ultra dotes intelligitur in quanti
tate,ſicut fiebat in l.omnimodo.Et hoc pręſertim in ſtatu
tis quæ ſunt ꝯ ius commune quæ ſtricte interpretant̃ quã
tũ ſit poſsibile iuribus uulgaribus. Sed ſi dicat ꝙ nõ poſ-
57 ſit uenire † ꝯ teſtm̃,ſecus eſt.ita Iacob. Butrig.in l. qm̃ in
prioribus.C.de inoffi.teſtamen.& ibi Bal. & Sali.Ioan.de
Imo.in l.fi.de conditio.inſtitu.in antepenul.col.& in d.§.
Titio centum ſequitur Alex.in conſi.209.incip.Pondera-
tis his.in 4.col. uol.6. Sed ſtatutum noſtrum ſolum dicit,
ꝙ non poſsit ultra petere in bonis quàm relictum ſit,non
autem dicit,ꝙ non poſsit uenire in teſtm̃, ergo fideicom-
miſſum ſeu legatum dotis non erit conditionale in deſcẽ
dentibus:& dictum Bar.non loquitur in iſto caſu, ímmò
58 ego conſidero ꝙ ſtatutum noſtrum † dicit,ꝙ omnis con-
ditio reijciatur,ergo ſiue tacita,ſiue expreſſa:argum. l. de
pretio. de pub.& l.j.§.ꝙ antem.de aleatorib.ergo ſtatutũ
eſt pro nobis,ſed ubi ſtatutum non repugnat legatum do-
tis, licèt aliàs ſit conditionale , tamen in deſcenden-
tibus non eſt conditionale, ſed purum, & ſtatim com-
petit ſm doct.de quibus in locis ſupra allegatis Iaſ.& om
nes doc.in l.qm̃ in prioribus.C.de inoffici teſta.& ſi dicat̃
pater præcedebat neptes tẽpore teſtamenti,admitto, ſed
59 dico,ꝙ iſta conſtitutio † dotis in dubio vr̃ facta contem
platione patris:& præſertim hic cum teſtator comprehen
dat omnes filias etiam naſcituras,& computatur in legi-
timam filij:ita ꝙ ſicut filius potuiſſet omnem conditionẽ
60 reijcere de ſua legitima:†ita filiæ ſeu neptes de hac dote,
præſertim in tempore cum ſit mortuus pater, ut hic:& ꝙ
ita computet̃ ita ſentit Bar.in l. dedit dotem.de collatio.
bon.Ange.in l.in quartam.ad leg.Falcid.& late probat &
concludit Ange.in conſi.88.Ad iſtud dubium,& idẽ Pau.
de Caſt.in conſi.108.Si dicta Cornelia.Alex. in cõſi. 190.
Viſo proceſſu.uol.5.& per Dec.in conſi.81.col.4. ¶Item
dictum Bar. non procedit qñ adeſt aliqua minima uériſi
61 militudo in † ꝯ̃rium,ſm Corn.in conſi.40. Circa hanc du
bitationem.col.5. uol.3.ſed hic adeſt:nam fuit factum il-
lud fideicõmiſſum pro neptibus, & eſt uériſimile,ꝙ teſta
tor potius uelit proprias neptes habere illud qđ reliquit
62 ipſis pro dotibus ſuis quam tertium penitus † extraneũ
in quem fuerunt alienata ꝯ uoluntatem ſuam: nam pro-
63 prium † ſanguinem quis præſumitur diligere:iuxta ple-
ne not.in l.cum auus.de condi.& demonſt.ergo &c. & in
iſtis terminis nõ loquitur Bar.in l.Titio centum. §.Titio
genero.de cond.& demon.nec procedit ut per Cor.ſupra
allegatum. ¶Item conſidero ꝙ iſta prohibitio alienatio
nis fuit facta ad fauorem fœminarũ: ergo ſtatim ipſa eue
64 niente debent admitti† ad reuocandum.l.porro.§.fratre
de leg.2.& plene no.per omnes in l.filiusfamilias. §.diui.
de leg.j.& in l.qui Romæ.§.cohæredes. de uerbo.obliga.
cum concordantibus: Et in iſtis terminis non loquitur
Bar.ſcilicet qñ in caſu ꝯ̃tractionis fœminę uocantur ad do
tem,ſed ſimpliciter qñ eſt relicta ſibi dos. Quo autem ad
filiam naturalem reſpondeo, ꝙ iſtud non fuit probatũ ꝙ
eſſet naturalis,ſed bene ꝙ eſſet legitima,& naturalis,& ꝙ
indifferenter cũ alijs tenebatur, & habebatur a patre:ita
deponunt omnes teſtes adducti pro parte actoris: ut in
proceſſu fol. 106.& ſi dicat̃ in inſtrumento ſuæ dotis col-
ligit̃ ꝙ erat naturalis tm̃, reſpondet̃ ꝙ illa erant uerba al-
terius quæ non poterãt præiudicare.d.dominæ Antonię.
65 ¶Secundo dico, ꝙ ſunt uerba † narratiua quæ non pro-
bant niſi inter eaſdem perſonas:ut no.in l.optimam.C.de
contrahen.uel commit.ſtipula.cum ſimilib. ergo aduer-
ſarij non poſſunt ſe fundare in illis. ¶Ex his igitur puto
dubijs mihi traditis ſatisfactum fuiſſe & pro actore omni
no pronunciandum fore cũ iuſtiſsimam cauſam foueat,
ut dixi:immo dico,ꝙ per legitimam non ualuit alienatio
66 quia licèt filius non poſsit grauari in legitima † poteſt
tamen quando eius filiæ dotantur ab auo: ut per Ale-
xand. in conſilio 154. uolumi. 7. & dixi. ſupra in ultimo
dubio. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum appellatione,ueniunt deſcendentes.*
2 *A propria uerborum ſignificatione,non eſt recedendum.*
3 *Liberorum appellatione comprehenditur nepos ex filia, & facit deficere conditionem,ſi ſine liberis deceſſerit.*
4 *Filij ex nepte,comprehenduntur in acquiſitione illius qui accepit feudum pro maſculis &c.declara ut nu.43.*
5 *Maſculus ex fœmina,uenit appellatione maſculi, quando ſuccedit ex perſona ſua.*
6 *Limitatio ad.l.ſi uiua matre.C.de bon. mater. quam declara, ut nume.44.*
7 *Nepotes ex filia ueniunt in diſpoſitione in qua eſt facta mentio liberorum maſculorum alicuius filiæ inſtitutæ. declara ut nu. 46.& 48.*
8 *Teſtator non cenſetur habuiſſe animum conſeruandæ agnationis, quando uocauit etiam eos qui nõ ſunt de agnatione. declara ut in fine.*
9 *Teſtator non præſumitur uelle præferre eos qui non ſunt agnati ſuis deſcendentibus.*
10 *Voluntas teſtatoris in dubio debet interpretari fuiſſe, ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*
11 *Filius non comprehenditur ſub diſpoſitione in qua mater excluditur.*
12 *Subſtitutio facta de Titio,& eius hæredibus maſculis, non comprehendit nepotem Titij ex filia.*
13 *Subſtitutio facta alicui,ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, non cõprehendit maſculos ex fœminis.*
14 *Nepos ex filia non excludit ſubſtitutum alicui, ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis maſculis.*
15 *Fœmina ubi non ſuccedit,non ſuccedit etiam filius eius.*
16 *Emphyteuſis acquiſitio facta pro ſe,& liberis maſculis, reſtringitur ad deſcendentes ex maſculis tantum.*
17 *Diſpoſitio teſtatoris facta uno caſu,trahit̃ ad alium penitus omiſſum,quando uériſimile eſt,quod teſtator de illo interrogatus idẽ diſpoſuiſſet.*
18 *Legatum factũ Titio poſt mortem uxoris, habet locum per tranſitum uxoris ad ſecunda uota.*
19 *Diſpoſitio teſtatoris facta in uno caſu non extenditur ad alium de quo teſtatorem ſenſiſſe non eſt uériſimile.*
20 *Legatum factum filiabus,poſthumam non comprehendit.*
21 *Filiarum appellatione,de proprietate poſthuma continetur.*
22 *Pater uidetur relinquere filio,ratione filiationis.*
23 *Verbum prolatum a teſtatore,de uocatis ſtrictius quàm poteſt capitur, quando aliàs reſultaret quod patrimonium teſtantis in quam plures partes ſcinderetur.*
24 *Diſponentis animus ex conſuetudine loci declaratur.*
25 *Voluntas teſtantis præſumitur eſſe,ut hæredibus non præſtet anſam litigandi.*
26 *Teſtator non præſumitur etiam proprium filium, liberis alterius filii,in portione eorum patris præferre uoluiſſe.*
27 *Verbum filiis poſitum in inferiori parte diſpoſitionis non comprehendit fœminas, quando in præcedenti parte fuit facta mentio de maſculis.*
28 *Verbum maſculis,poſitum in ſequenti parte diſpoſitionis,intelligitur tantum de maſculis ex maſculis,quando in præcedenti ita intelligebatur.*
29 *Interpretatio debet fieri ut diſponens uideatur minus recedere a principali intentione quàm ſit poſsibile.*
30 *Intellectus ad tex.in c.j.de eo qui ſibi uel hære.maſcu.uel fœmi. in uſib.feud.*
31 *Lex,in caſu dubitabili intelligi debet.*
32 *Intellectus legis qui non habet dubium non eſt bonus.*
33 *Verbum liberos maſculos,debet intelligi de maſculis ex maſculis tantum,quando ſæpius in diſpoſitione fuit facta mentio de maſculis tantum.*
34 *Promiſsio nuda quæ reperitur in libris mercatorum, declaratur a cauſa quæ reperitur in præcedentibus.*
35 *Geminatio arguit præciſam mentem & facit reſtringi diſpoſitionem ad uerbum geminatum.*
36 *Inſtitutio eſt caput,& fundamentum teſtamenti.*
37 *Teſtator qui filijs maſculis inſtitutis,filias excluſit, præſumitur habuiſſe intentionem agnationis conſeruandæ.*

38 *Intentio*

38 *Intentio principalis diſponentis,ex prima, & principali eius di-ſpoſitione colligitur.*
39 *Actus denominatur a maiori parte diſpoſitionis.*
40 *Ratio conſeruandæ agnationis, tanquam magis regularis attenditur.*
41 *Verba interpretantur ut minus recedatur a regula quàm ſit poſſibile.*
42 *Error Pau.de Caſt.*
43 *Voluntas diſponentis tantum facit,in ultimis uoluntatibus.*
44 *Declaratio ad conſilium Iaſ.115.uol.4.*
45 *Teſtator habet affectionem ad nepotes, propter filios, uel filias.*
46 *Dictum Soci.in l.Gal.§.nunc de lege.in fi.reprobatur.*
47 *Diſpoſitio ex pluribus rationibus introducta,non ceſſat,licèt una ratio,ceſſet.*
48 *Declaratio ad dictum Soci.de quo ſupra.*

RESPONSVM CXX.

¶An & qñ, ab nepos ex pronepte filiæ teſtatoris, comprehendatur in ſubſtitutione facta de ipſa filia,& eius liberis maſculis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Anno
præterito demonſtraui pluribus rationibus
nobilem Ioan.Robbę,Chriſtianiſsimi ſcutife
rum,nepotem ex Antonia filia teſtantis,fuiſ-
ſe grauatum per fideicommiſſum, reſtituere loca, caſtra
& iuriſdictiones:de quibus late in teſtamento nobilis mi
litis Fräciſci de Bellacomba, eius aui materni proximio-
ribus de familia teſtatoris: & conſequenter illuſtri ac no
bili uiro domino Hónorato de Podio, domino Rupisfor
tis,qui proximior eſt de agnatione, & familia ipſius do-
mini Franciſci de Bellacomba, teſtatoris:& circa præſen-
tem articulum nulla amplius difficultas,ut mihi relatum
eſt adeſſe uidetur:uerum fertur nobilē. d. de Monten,ab-
nepotem ex pronepte ex nepte,ex Catarina filia teſtatoris
deſcendentem,uti tertium ſuperueniſſe,ac aſſeruiſſe bona
de quibus lis erat inter fratrem uxoris. d.nobilis Ioann.
Robbę,inſtitutæ ab eo,& præfatum illuſtrem.d. de Rupis
fortis proximiorem de agnatione teſtatoris,ad ſe pertine
re, uirtute dicti teſtamenti, & d. fratrem uxoris nobilis
Ioan.Robbę,uti extraneum,& ꝯ uolūtatem teſtatoris ue-
nientem excludēdum fore,& præfato.d. Rupisfortis uti
collaterali, & poſt eum uocato, tanquam deſcendentem
prius ſubſtitutum præferendum eſſe,in quo articulo con
ſultus,pro reſolutione ſub breuitate ſubijciā aliqua quæ
prima fronte rem dubiam facere uidentur:ut ex obiecto
rum reſolutione magis appareat ueritas.
¶Et primo,quia ſubſtituit Catarinā, & eius liberos maſ-
culos Brunello eius filio,qui Brunellus poſt mortem om-
nium filiorum,& filiarum teſtatoris deceſsiſſet:ita ꝙ libe
ri.d. Catarinæ uidebantur admiſsi ad bona Brunelli uir-
tute ſubſtitutionis expreſſę. Itē uidebantur ſubſtituti per
illam clauſulam,& ſi contigeret omnes ſupra nominatos
ab humanis decedere modis præmiſsis.Idem teſtator ſub
ſtituit eiſdem proximos in gradu parentelæ ſuæ,& per ne
ceſſarium antecedens eos nominatos ſubſtituit,ſeu uoca
uit:ut per Guido.Papæ.q.184. & late demonſtraui in alle
gatione prędicta: probando.d.Ioan.Robbę uti ſupra no
minatum fuiſſe grauatum per fideicommiſſum reſtituere
proximiori in gradu parentelæ:ſed hic abnepos qui nunc
1 agere intendit eſt de liberis Catarinæ, cum † liberorum
appellatione ueniant deſcendentes.l.iure conſulti.§.item
liberi.de gradi.affini.l.liberorum.de uerbo. ſignific.l.ſed
ſi hac.§.liberos.de in ius uocan. ubi late per omnes doct.
inferentes ad uarias quæſtiones, Itē iſte dominus eſt maſ
culus,& conſequenter ex proprietate uerborum teſtamē
ti comprehenditur: ergo amplius eſſe diſputandum non
2 vr̄,cum † a propria uerborum ſignificatione non ſit rece-
dendum.l.non aliter.l.ille aut ille. §.cum in uerbis.de le-
ga.3.l.j.§.his qui nauem.de exercito. Bar.in l.non dubiū
col.2.C.de legib.cum uulgarib. & pro hac parte vr̄ caſus
3 in l.j.C.de condic.inſer.ubi † appellatione liberorum cō-
prehenditur nepos ex filia, & facit deficere conditionem
ſi ſine liberis deceſſerit,& ita not.ibi Pau.de Caſt. & in ter
minis decidit hanc quæſtionem,& dicit,ſi teſtator fecerit
mentionem de liberis maſculis comprehendi nepotē maſ
culum ex filia: per illum text. & ita conſuluit Franciſc.de
Alberg.de Aret.ut refert Andr.Barba.in apoſtil.ad Bald.
in d.l.j.de condictio.inſertis. ergo cum teſtator ſubſtituit
liberos maſculos ipſius Catarinæ:vr̄ ſubſtituiſſe tam libe
ros maſculos deſcendentes ex filijs maſculis dictæ Catari
næ,quam ex filiabus:cum maſculi ex filiabus appellatio
ne liberorum maſculorum ueniant ex proprietate.
¶Tertiò pro hac parte vr̄ caſus in c.j.de eo qui ſibi & hæ-
4 red. in uſib. feudo. ubi † in acquiſitione illius qui accepit
feudum pro maſculis &c. comprehenduntur maſculi ex
nepte,& illi maſculi excludunt fœminas, & ſi omnes ſint
cognati,ſi in feudis iſtud eſt,quæ ſolent ſtricte interpreta
ri,cū ſint ꝯctus celebrati regulariter ſtipulatione quę ſtri
cte interpretatur.l.quicquid aſtringendæ. de uerb.obliga
tionib.& in quibus fit interpretatio ꝯ uerba proferentem
qui apertius legem dicere debebat.l.ueteribus. de pactis
ergo quanto fortius in ultima uoluntate,quæ large inter-
pretatur.l.in teſtamento.de reg.iuris. & ita hunc tex.do-
cto.in d.l.j.de condic.inſer.& in l.Gallus.§. nunc de lege
Velleia. de liber. & poſthu. allegant ad quæſtionem ulti-
mę uoluntatis, in qua fit uerbū de liberis maſculis. licèt
non ita ponderent. ¶Idque,& quarto loco comproba
ri vr̄ ex his quæ uolunt Cyn.& Bald.in authen.ceſſante.C.
5 de legi. hæredi. † ubi maſculus ex fœmina uenit appella-
tione maſculi,qñ ſuccedit ex perſona ſua, & non ex loco,
& perſona & gradu matris.& ita tenent in l.illa.C.de col-
lationib.& pro hac parte conſuluit Iaſ.in conſi.115.uol.
4.in terminis cuiuſdam ſtatuti Brixienſis:ubi circa finem
hoc modo reſpondet regulæ.l.ſi uiua matre.C.de bon.ma
6 ter. † ut procedat qñ ex perſona matris ueniret nepos:nā
tunc abſurdum foret ſi excluſa matre nepos maſculus ue
niret,& ita tollit ſingulare Matheſi.130.q. quęſtionem no
ſtram pro alia parte decidere uidebatur, ut infra dicam.
¶Quintò confirmatur ex his quæ uoluit Soci. in l. Gal.
§.nunc de lege.in finalibus uerbis. de libe. & poſthumis.
7 ubi inquit ſe uidiſſe per ſolennes doctores conſultum,† qñ
facta eſt mentio liberorum maſculorum alicuius filiæ in
ſtitutę:eo caſu ueniunt nepotes maſculi ex filia:ex quo li
beri illius mulieris non ſunt agnati teſtatoris, neque mu
lieris.l.quoties.de ſuis, & legiti. ſed hic ita fuit hic, cum
ſubſtituit liberos maſculos Catarinæ: & ratio, quia non
vr̄ teſtator habuiſſe reſpectum ad agnationem:ex quo li-
beros filiarum ſubſtituit,& ſolum maſculinitatem conſi-
derauit,& onus portandi nomen, & arma a teſtatore iniū
ctum,ꝙ omnibus maſculis competit,ſiue ex fœminis, ſiue
ex maſculis deſcendant:ergo conſiderata ratione teſtato
ris omnes maſculi comprehenduntur,& ratio ampliat,&
reſtringit dictum,& dominatur in diſpoſitione.l.cum pa
ter.§.dulciſsimis.de lega.2.cum uulgaribus.
¶Confirmatur,& ſexto loco,ex particulari ratione colle
cta ex diſpoſitione teſtantis: nam teſtator poſt omnes li-
beros maſculos filiorum & filiarum ſubſtituit Antonium
Bonifacij, & eius maſculos, alterius cognationis in una
parte hæreditatis, & digniore: in alia parte ſubſtituit E-
merium,& Florimundum ſuæ agnationis:& ita æqualiter
uocauit,& ad meliorem partem eos qui non ſunt agnati,
8 & agnatos: ergo † non habuit rationem ad agnationem,
ſed tm̄ ut gerant nomen, & arma,ꝙ conuenit ēt maſculis
ex fœminis:immo ſi maſculi ex fœminis non comprehen
derentur ſub uerbo,liberos maſculos, Catarinæ,ſequeret
9 inconueniens, ꝙ † teſtator Antonium Bonifacij, & ſuos
deſcendentes,qui non erant agnati,& Emerium,& Flori-
mundum, qui erant cognati prætuliſſet deſcendentibus,
nepotibus filiarum ſuarum,ꝯ uotum & pietatem parentū
contra notata in l.cum auus.de condi.& demonſt. in l.ge
neraliter.de inſtitu.& ſubſtitu.ſub condi. fac. faciunt no.
per Soci.in conſi.6.col.4.uerſi.confirmatur.uol.3.
¶Vltimò comprobatur,nam cum de iure communi ap-
pellatione liberorum comprehendantur maſculi ex fœmi
nis.d.l.liberorum.de uerb.ſigni.& d.l.j.de condi. inſer. &
adſit

adſit coniectura pietatis, & abſurdi tollendi: de quibus
ſupra ideo caſu quo uerborum proprietas traheretur in
10 dubiũ,† habemus interpretari uoluntatem teſtantis fuiſ-
ſe ſm̃ diſpoſitionem iuris communis,cum qua uidetur ſe
confirmare.l.hæredes mei.§. cum ita ad Trebellia.ubi la-
te de hoc per Alex.Soci.& moder.
¶Item & ſecundum coniecturam pietatis:ad not. in d.l.
cum auus.de conditio. & demon. & ut euitetur abſurdũ.
l.nam abſurdum.de bon.lib. cum uulga. & hæc ſunt quæ
principaliter pro hac parte urgere uidentur.¶Quibus tñ
non obſtantibus,maturius conſiderando,determino con
trarium·& hoc per.l.ſi uiua matre.C.de bon.matern. quã
11 cautum eſt † ſub diſpoſitione in qua mater excludit filiũ
non comprehendi:per quam rationem Ioan.Andr.in ad-
ditio.Spe.in rubri.de teſt.ad finem,poſt Richar.Malumb.
12 in ſua diſputatione,determinat † ſubſtitutionem factam
de Titio,& eius hæredibus maſculis non comprehendere
nepotẽ Titij,ex filia,quoniam ex quo dixit de liberis ma-
ſculis Titij, excludi filiam Titij:ergo fortius nepotem ex
filia: & in terminis magis huius noſtrę quæſtionis uoluit
Soci.in l. ſed ſi hac.in §.liberos.de in ius uocan.poſt.Bal.
Ange.Alex.& mod. citatos ibi per eum. ubi etiam allegat
Bar.in l.liberorum.de uerb.ſigni.in l.2.de iur.immu. Bal.
in auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſanc.eccle.Pau.de Caſt.
in l.Gallus.§.nunc de lege.de liber.& poſthu.ubi inquit,
13 ſi † ſubſtitutio fuerit a teſtatore facta ſi deceſſerit ſine li-
beris maſculis,tunc non ueniunt maſculi ex fœminis: ut
nepos ex filia,ſed iſte eſt caſus noſter,ergo &c.
¶Comprobo,& ſecundo iſtud ex dicto Matheſil. in nota
bili.130.nota unum dictum ſingulare, de quo ſupra feci
14 uerbum,ubi † qñ teſtator ſubſtituit ſi hæres eius deceſſe-
rit ſine liberis maſculis,nepos ex filia non excludit ſubſti-
tutum: quia ſi teſtator excluſit filiam proferendo uerbũ
liberis maſculis,multo magis deſcendentes ex filia etiam
maſculos:& eandem partẽ tenet Antoni. de Butr. Petrus
de Ancha.Salic.& Floria. qui ſimul conſuluerunt cum d.
Matheſil.& de ſubſcriptione.d.Anto.de Butr.& conſi.ap-
paret in conſi.46. ubi dicit propter uerbũ adiectum maſ-
culis reſtringi uerbum liberis,non ſolum ad liberos maſ-
culos,ſed ad ſolos maſculos ex maſculis deſcendentes:&
hoc de euidenti uoluntate defuncti. & iſtam opinionem
ſequuntur Areti.Soci.Iaſ.& alij in d.l.Gal.§.nunc de lege
de liberis,& poſthu. ubi Soci. appellat hanc communem
opinionem: ergo amplius in hoc laborandum non eſſet,
cum ſecundum communem opinionem iudicandum ſit
abundanter tradita.in c. j. de conſtitutio. cum uulgarib.
¶Nihilominus ut clarius appareat hanc cõmunem opi-
nionem eſſe ueram,& communem, eam comprobo & ter
tio,ex his quæ uoluit Ioan.And.in cap. ad apoſtolicę. de
re iudica.in 6.in nouella:quem ſequitur Bal.in l.j.de ſena
15 torib.ubi inquit,ꝙ † ubi non ſuccedit fœmina, non ſuc-
cedit etiam filius eius. & ideo cum filia regis Francorum
non ſuccedit in regno, ex rationabili conſuetudine Fran-
corum:filius eius rex Anglię, nullum ius in regno præten
dere potuit:allegatur tex.in cap. j. qui feud. dare poſſunt
in uſib. feudo.ſequuntur Iaſ.& moder.in d. §. nunc de le-
ge Velleia. ¶Comprobať quarto ex his quæ uoluit Spe.
16 in tit.de locato.in uerſi.146.ubi † ſi quis recepit emphy-
teuſim pro ſe,& liberis maſculis,debet reſtringi ad deſcẽ
dẽtes ex maſculis, ne nepos maſculus ex filia ſit melioris
conditionis quàm filia.& ita tenent Bald.& Sali. in l. j.C.
de condic.inſer.Paul.de Caſt. Aret. Alex.Soci.& Iaſ. & cõ
muniter oẽs doc. in d.l.Gallus.§.nunc de lege.ubi Pau.ſe
ita pluries conſuluiſſe, per rationem ſupradictam,ad quã
nullus ſciuit reſpondere.& dicit Aret.ꝙ hæc opinio eſt ue
rior,& Iaſ.quod perpetuo eſt menti tenenda.& eam tenet
Alex.in d.l.ſed ſi hac.§. liberos. & multa allegat pro iſta
opinione,quæ non tranſſcribo:uideantur,in l.Gal.in §.ẽt
ſi parente.de liberis & poſthu.& cum ſit cõmunis opinio,
alijs authoritatibus non comprobo: ſed ut excellentiſſi-
mis iudicibus ultra authoritatem communis opinionis
ſit ſatisfactum,nouis rationibus hanc communem confir
mo. ¶Quintò,conſidero ſi intelligeretur de liberis ex
fœminis, ſequeretur unum maximum incõueniens quod
iſta bona poſſent deuenire ad quamplures familias,in qui
bus fœminæ deſcendentes reperirentur,& forſan cum ap
pellatione liberorum ueniunt omnes deſcendentes, ad ui
liſsimas familias, & teſtatori incognitas, & inimicas, &
de quibus ſi fuiſſet interrogatus ueriſimiliter maſculos
17 ex illis non admiſiſſet:& ſicut † diſpoſitio teſtatoris facta
uno caſu trahitur ad alium penitus omiſſum:quando ue-
riſimile eſt ꝙ teſtator interrogatus idem diſpoſuiſſet.l.ta
le pactum.§.ſi.de pactis.per gl.& oẽs per Ioannem Andr.
in additio.Spec.ſuper rubri.de ſecund. nupt. Bart. Bald.
Abb.in authen.hoc locum.C.ſi mulier ſecund.nup. Alex.
in l.ſi mater.C. de inſtit. ſubſtit.& in conſi.130.Attentis.
uol.2.& conſi.100.uol.4. Viſa.& alibi ſæpe. in quibus lo-
18 cis determinant † legatũ factum Titio poſt mortem uxo-
ris habere locum per tranſitum uxoris ad ſecunda uota:
quia licèt caſus ſit penitus diuerſus, & omiſſus,tamen ue
19 riſimile eſt teſtatorem de eo idem ſenſiſſe.† ita habemus
dicere cum per rationem prædictam non eſt ueriſimile te
ſtatorem ſenſiſſe de maſculis ex fœminis: quorum fami-
liam,& nobilitatem ignorauit, & quia poſſet contingere
eſſe natos ex patre, & familia quæ nunquã admiſiſſet di-
ſpoſitionẽ teſtatoris intelligi de maſculis liberis ex maſ-
culis,cum facilius quid declaretur, & reſtringatur quàm
ꝙ ad nouum caſum penitus ſeparatum,cui uerba non cõ
ueniunt,ut in præcedenti caſu trahatur: ad plene tradita
in l.hæredes palam.§.ſed ſi notam. de teſt.in l.patre furio
ſo.de his qui ſunt ſui uel alieni iur. & ratione abſurdi, &
inconuenientis,uel damni,qđ euenire poſſet etiam in ca-
ſu claro:& qui ꝯrium demonſtrabat,& habebat præſum-
ptionem ꝙ non adeſſet damnum.l.diſponit.§. ſed neque.
inſtitu.de authori. tuto. ¶Item caſum ſiniſtrum conſi
derat,& ueriſimilem,ut prouideat.l.Gal.in princip.de li-
ber. & poſthu. ubi docto. & idem in teſtatore ut ibi nota.
& probatur,ergo habemus interpretari mentem teſtantis
fuiſſe intelligere de maſculis,ut certius, & ſecuritus diſpo-
neret,& ne inconueniens accidere poſſet &c.
¶Sextò comprobari poteſt ex his quę ponit gl.in declarã
do illum textum in l.qui filiabus.in principio. de legat. j.
20 ubi inquit Iureconſultus † legatum factum filiabus non
21 comprehendere poſthumã:& tamen † appellatione filia-
rum comprehenditur poſthuma de proprietate.l. nomen
filiarum. de uerbo. ſigni. l.qui filiabus. de teſtamentaria
tutela.not.Bar.Iaſ.& omnes in d. l. qui filiabus. ratio eſt
ſm̃ gl.quia & ſi omnes ſint filiæ proprię, tamen cum lega
tum ſit ex affectione, & affectio filialis non tantum habeť
in poſthumo, quem pater nunquã uidit, prout ad filium
natum quem uidit.l.ſi filius.de ſuis & legiti. ideo appella
tione filiarum non comprehenditur poſthuma, & ſi pro-
pria ſit filia,& de proprietate ſub uerbo, filiæ,comprehen
datur:quia affectio ad incognitos, & inuiſos non refert,
ſi ad aliud referri poteſt:& ita operatur ut ſaltem diſpoſi
tio reſtringatur ad ſignificationem uerbi in qua maior
cadit affectio,ſeu conſiderari poteſt.illam glo.ſequuntur
Petr.Cy.Dy.Bald.Imol.Pau.de Caſt.Aret.Alex.Iaſ.& com
22 muniter doctores in d.l.qui filiabus.& merito quia † pa-
ter uidetur relinquere filijs propter rationem filiationis.
l.tutor.§.quæ tutoribus.de excuſa.tuto. ergo ex affectio-
ne illa ratio filiationis reſtringiť: & licèt aliqui doctores
aliter uideantur declarare rationem illius affectionis: ut
propter benemerita.l.nec adiecit. pro ſocio. non refero,
nec inſiſto: cum hæc ratio meritorum non conueniat etiã
his,& quia illa eſt communis intelligentia: ſed nulli du-
bium eſt maiorem affectionem & animum habere debere
teſtatorem ad liberos maſculos ex liberis maſculis filiarũ
quàm ad maſculos ex filiabus filiarum,cum illi ex nepti-
bus ſint incerti,nec poſsint a teſtatore cõſiderari: de qua
familia erunt,cum tunc non erant natę neptes,uel ſaltem
non erant nuptę,& maxime in caſu noſtro in quo hic dñs
de Monten.eſt filius ex pronepote:& ut dixi in præceden-
ti fundamento, poſſent eſſe maſculi ex neptibus de fami-
lia uiliſsima, & inimica teſtantis, in qua non ſolum affe-
ctio conſiderari non poſſet,ſed odium: hi autem maſculi
filiarum ſunt de familia cognita,dilecta, & approbata, a
teſtatore:cum ſequantur patrum, & auorum ſuorum fa-
miliam,

miliam, qui fuerunt mariti filiarũ teſtatoris:quos & quo rum familiam ipſe teſtator approbauit,elegit,ac dilexit, tradendo eis nuptui filias ſuas, ut fuit in hoc caſu: ita quòd negari non poteſt teſtatorem ueriſimiliter maiorem habere debuiſſe affectionem ad maſculos liberos ex maſculis filiarum uti de familia, & ſanguine electo, approbato, & dilecto per ipſum, quàm ad liberos maſculos ex neptibus, uti de familia, & ſanguine ſibi penitus incognito,ergo uerbum liberos maſculos,poſitum in teſtamento debet comprehendere maſculos ex maſculis filiorum,& non maſculis ex fœminis,cum in maſculis, ex maſculis maior cadat affectio per rationem communẽ & iura ſupra allegata:& ſi de proprietate omnes comprehendat,& hæc ratio v̄r urgens,& ex mente iurium ſ̄m eorum communem intelligentiam:& hanc quæſtionem determinare, & per ipſam omnia adducta in ꝯrium reſolui, licèt doctores eam non conſiderarint ad quam rogo magnificos iudices animaduertere. ¶Septimò comprobatũ

23 † qñ patrimonium teſtantis in quamplures partes ſcinderetur,& ita ſcindi poſſet ꝙ ſui hæredes eſſent pauperes tunc uerbum prolatum a teſtatore de uocatis, ſtrictius q̄ poteſt capitur.ita Bar.in d.l.qui filiabus.dum aliam aſsignat rationem quare in legato filiabus facto non comprehendatur poſthuma.quam rationem admitto, licèt multi ꝯdicant:qñ mos in regione eſt,ut patrimonium frequenter a teſtatoribus uniri ſoleat, etiam ꝯ ius commune, ut puta unum filium uniuerſaliter inſtituendo &c. ut in hac

24 patria dr̄ frequenter fieri, cum ex † conſuetudine loci declaratur animus diſponentis.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de lega.j. ¶Item qñ ex aliquibus alijs uerbis teſtamenti id colligi poteſt, ut hic: ubi poſtremo uocat proximiorem de agnatione,& non uocat omnes agnatos,uel qñ aliquę res adſunt quæ non ſolent ſcindi ut iuriſditiones, ut hic, & ſi in aliqua parte diſpoſitionis ſcindat, tñ quatenus expreſſe nõ ſcindit, & uerbum prolatum poteſt capi multis modis,capitur eo modo quo minus ſcindat patrimoniũ, etiã ſi proprietas ſit in ꝯrium in d. caſu Bar.& ratio, quia ab ea receditur ex coniectura ta mente diſponentis. l.non aliter. de leg. 3.Sed hic poſſet ſcindi in quãplures partes, & in diuerſas perſonas diuerſorum generum, & familiarum,ſi eo modo intelligeretur uerbum liberos maſculos ut comprehenderet tam maſculos ex neptibus, quàm ex nepotibus filiarum Catarinæ, & Antoniæ dicti teſtantis & euenire poſſet ſi plures naſcerẽtur nepotes,ut ſępius cõtingit,quæ nuptui traderentur,earum filij diuerſarũ agnationum ſimul cõcurrerent cũ pronepotibus ex filijs maſculis filiarum,& quamplures fierent partes patrimonij teſtantis:ita ꝙ hæredes uti pauperes nobilitatem familię teſtatoris conſeruare non poſſent, nec nomen retinere:nam portare nomen,& arma teſtantis,ſine diuitijs,parum prodeſſet,cum nobilitas iaceat,ac uilipendatur,abſque diuitijs, & maxime in his quorum proprium non eſt nomen,

25 & nobilitas. ¶Octauò † uoluntas teſtantis præſumitur eſſe ut hæredibus non præſtet anſam, & materiam litigandi:ſed recepta hac intelligentia maxima præſtari poſſet occaſio his liberis inter ſe litigandi cum nepotibus, qui erant filij filiarum teſtantis,tota iam hęreditas erat acquiſita, cum per ipſos filiæ fuerunt excluſæ, & cum ſuperuenientes pronepotes, ex neptibus, uti uocati a teſtatore, per uerbũ liberos maſculos ſint in pari gradu pronepotũ ex nepotibus, ad illam partem illis acquiſitam admitti uelint,ꝙ perquam abſurdum v̄r, cum iam fuerit acquiſita hæreditas in totum patribus pronepotum ex maſculis,& in eis ſit qualitas maſculinitatis, nec in eis deficit conditio,igitur in portione acquiſita patri ipſi debent ſuccedere:arg.l.cum auus.de cond.& demonſtra. ubi ſ̄m Cu.& Soc.& Bal.Sali.& Pau.de Caſt.in l.cum acutiſsimi. C. de

26 fideicom.†non eſt credendum teſtatorem etiam propriũ filium liberis alterius filij in portione patris præferre, eꝯ uidebatur quia ſunt in pari gradu,& ſunt æqualiter uocati ſub eodem uerbo,liberos maſculos, & unuſquiſque uenit ex perſona propria,& ſuccedit illi primo teſtãti, & hic non agitur de portione propria patris illorum pronepotum:ſed magis de portione matris horum pronepotum, acquiſita illi nepoti,quia erat ipſa incapax, quæ ratio ceſſat in pronepotibus eius filijs,cum illi ſint maſculi, & illa acquiſitio facta illi alteri de portione ſuæ matris, debet intelligi cum ſua cauſa,& onere fideicommiſsi:ad not. in l.in uendendo.de cõtrahen.empt. & ita oriretur maxima difficultas, & aperirẽt uia litibus & difficilimis:ergo hæc interpretatio capi non debet:& hę duę ſexta & ſeptima rationes ſint ex abundanti,& ad præcedentem rationem coadiuuandam ac rationes communis ſententiæ:nã,& quæ non proſunt ſingula unita iuuant. ¶Nonò in terminis noſtris id eſſe debere fortius demonſtratur, quoniam in principali diſpoſitione,& inſtitutione, & ſubſtitutione,inſtituit filios maſculos,& eius liberos maſculos,& penitus excluſit filias fœminas,& eius liberos indiſtinctè:ergo cũ poſtea uocat liberos maſculos ex filiabus, debemus interpretari ꝙ intelligat de liberis maſculis ex maſculis filiarũ & non ex fœminis,non ſolum quia excluſit illas fœminas & neptes,ſed etiam quia quatenus poſsibile eſt debet intelligi de liberis maſculis ex maſculis: prout in præceden

27 ti intellexit: & ideo † ſi in præcedenti eſt factum uerbum de maſculo,tunc uerbum filijs infra poſitum ꝙ de ſui natura,& proprietate comprehendit fęminas,non compro-

28 hendit.Abb.in conſi.27. uol.2.cum ſimilibus. ergo † ita dicendum eſt de uerbo maſculos, ut comprehendat ſolũ maſculos ex maſculis: ut declaretur a præcedenti diſpoſitione in qua ita intelligit,& quia eſt principalis, & ut minus recedat a principali intentione ſua quàm ſit poſsibile,quæ colligitur ex prima nominatione:ut in l. eũ qui

29 de hæredi.inſtituen.† nã ſit huiuſmodi interpretatio. argumento.l.nam ad ea.de conditio.& demonſtratio.& ne tam cito uariare uideatur.argumen.l.cũ tacitum.de pro-

30 batio.cap.maiores. de baptiſ. ¶Decimò adduco † tex. in cap.j. de eo qui ſibi uel hæredi. maſcu. uel fęmi. quem ſupra adduxi in ꝯrium:& conſidero ibi maſculum ex fęmina uenire,& admitti qñ ſolum adſunt fęminæ & ad eorum excluſionem: ergo qñ adſunt maſculi qui etiam ſunt uocati, non debent poſſe admitti a contrario ſenſu:ꝙ argumentũ eſt fortiſsimum.l.j. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. ¶Secundo conſidero in eo caſu matrem maſculi ſucceſsiſſe,& expreſſe fuiſſe uocatam a diſponente,hic aũt econtra:hic matrem, & auiam huius abnepotis fuiſſe expreſſe excluſam,& ita caſus eſt non ſolum diuerſus ſed contrarius,& contrariorum ꝯria debet eſſe diſpoſitio:præſertim cum & ꝯria ſit ratio. ¶Tertiò conſidero poſtquam fęminæ ſunt uocatæ, & feudum ad eas peruenit, licèt in ea parte conceſsionis qua fęminæ uocãtur non fiat mentio de maſculis, nihilominus cũ ſupra uocauit maſculos ante fęminas.tex.dicit propter priorem nominationem maſculorum generaliter ſuperius factam, coniecturandum eſſe maſculos etiam ex fœminis fœminas excludere,poſtquam etiam feudum peruenit ad fœminas,& ita ſ̄m partem conceſsionis loquẽtem de fęminis, interpretatur ſ̄m primam loquentem de maſculis, etiam poſtquam apertum fuit,& acquiſitum re ipſa feudum fęminis:ita in caſu noſtro habemus interpretari ſecundam ſubſtitutionem loquentem de liberis maſculis filiarum ſ̄m primam partem magis quàm fieri poſsit: ſed ſupra proferendo uerbũ liberos maſculos filiorũ intelligit de maſculis ex maſculis,cum eis deficientibus poſtea uocat liberos maſculos ex filiabus:ergo & hæc ſecũda pars debet intelligi de maſculis ſicut prima intelligitur ex maſculis liberorum: & ratio quia maſculus ex maſculis fuit uocatus in prima parte:& primo,ergo & in ſecũda parte ita debet eſſe ſicut ibi. ¶Item cõſidero ſi qñ adeſſent alij maſculi cogniti, & uocati a diſponente, ut hic, comprehẽderẽtur maſculi ex fœminis ad excluſionem fęminarũ,ille tex.fuiſſet de indubitabilis qñ nulli alij maſculi adeſſent,prout loquit̃ ꝙ eſ-

31 ſet non ſolum ꝯ regulam quæ habet † legem intelligendã eſſe in caſu dubitabili.l.ꝙ Labeo.de carbo.edicto.l.ancil

32 le.de fur. adeo † ꝙ intellectus qui non habet dubium nõ eſt bonus:ut notatur in dictis iuribus.& in l.illam. de collatio. & ille qui maius dubium habet alijs præferendus eſt.Abb.in cap.cum in iure.de offi.delega. ſed etiam eſſet contra uerba illius tex. ibi cunque inter ſapientes diſceptatum

pt atum fuerit tandem pro maſculo:ſed ubi non eſt dubiū
& quidem magnum,non eſt locus diſputationi : maxime
inter ſapientes,facit.l.cōtinuus.§.cum ita.de uerb.obli.
¶ Item quia dicit tandem,præſupponit magnum dubiū,
ac longam diſputationem:ergo neceſſario dicendum eſt
ut dubium habeat ut præſupponit,& prout debet intelli-
gi quælibet diſpoſitio:illum textū præſupponere ubi aliſ
adeſſent maſculi maſculos ex fœmina non comprehendi,
ſed hic adſunt, & cogniti a teſtatore ac uocati, & uere
agnati ergo non debet intelligi de maſculis ex fœminis,
ſed ex maſculis. ¶ Vndecimo animaduertendū eſt,in hoc
caſu agi de filijs maſculis non ex nepte excluſa,ſed ex pro
nepte excluſa:ex nepte etiam excluſa,ita ꝙ non ſolū ma-
ter huius maſculi fuit excluſa; ſed etiam ipſius auia:adeo
ꝙ deſcendentes harum fœminarum, uidentur abſque diſ-
ficultate excluſi in fortioribus terminis ſm communem
opinionem de qua ſupra, quæ loqui vr̄ qn̄ ſolum mater
erat excluſa:ergo multo fortius ſi mater & auia eorū fue-
rint excluſæ, ſic ſint in remotiori gradu, & deſcenderint
ex pluribus gradibus excluſis,& in hoc non uidentur ꝯdi
ctores, cum maius ſit abſurdum quàm qn̄ ſola mater eſt
excluſa,& propter quodammodo perpetuatam excluſio-
nem,& quia debilioris uirtutis eſſe debet qui in inferiori
gradu reperitur.¶ Duodecimò facit,teſtator non iudica-
uit inconueniens ut filiæ ſuæ & ſic fœminæ portent nomē
& arma,& ideo eas uocauit,& iuſsit ut nomē & arma por
tarent per clauſulam in fine poſitam,ut omnes nominati
portent nomen & arma.filias uero ex filiabus, & ſic nep-
tes,& proneptes,non uocauit,ſed excluſit:idque non po-
tuit eſſe alia ratione niſi quia erant alterius familiæ non
cognitę,& approbatę a teſtatore, ſicut fuit approbata fa
milia filiarum,& id tanto magis in pronepti bus,& abne-
potibus,ex illis,ut hic.nam ratio portādi nomen & arma
non eſt excluſio fœminarum, ut patet in filiabus:ergo nō
poſſumus dicere ꝙ ſit incluſio maſculorum ex fœminis,
cum in eis ceſſat ratio illa excluſionis, & ita ex capacita-
te maſculorum ex fęminis colligitur mentem & animum
diſponentis fuiſſe ut illi maſculi ex fęminis comprehen-
derentur, nec aliqua alia ratione ut quia deſcendentes.
cum eorum matres,& auias excluſit:igitur nulla vr̄ ratio
ut magis admittantur maſculi ex fęminis,quàm fœminæ
magis attinentes & propinquę ipſi teſtatori,cum iudica
uit poſſe conuenire nomen & arma ſua fęminis, ut demō
ſtraui, & propterea habemus dicere uti excluſit fęminas
magis ſibi attinentes,& per quas maſculi ſibi coniungun
tur,ita & maſculos ex fœminis,& potuit eſſe illa ratione,
quia ſibi ſunt incogniti ipſi & eorū familiæ,ut dixi in ſex-
ta ratione.¶ Tertiodecimò probaẽ ex tota ſerie teſtamēti
in qua circa uiginti uicibus facit uerbū de liberis maſcu-
lis,& ante & poſt, & ſemper intelligit de maſculis ex maſ-
33 culis,ergo ita etiam† dicendum eſt in uerbo,liberos ma-
ſculos filiarū,cum media declarenẽ a præcedentibus & ſe
quentibus.l.ſi ſeruus plurium. §.ſi.de leg.j.l.qui filiabus.
in prin.eo.tit.per Bar.Bal.Ange.in l.uerum. de petit. hæ-
red.& ideo dixit Ioan.Andr.in titu. depoſi. ſuper rubri.ꝙ
34 † promiſsio nuda quæ reperitur in libris mercatorum,
declaraẽ a cā quæ reperiẽ in præcedentibus : ergo quanto
fortius,& ſi eſt ita etiam in ſequentibus : & plura ponunt
mod. in d. legib. ꝙ augetur ex illa geminata & iterata ac
multiplicata diſpoſitione loquente de liberis maſculis,&
35 quæ intelligiẽ de maſculis ex maſculis:nam ſi † gemina-
tio arguit præciſam mentē,& facit diſpoſitionem reſtrin-
gi ad uerbum geminatum quæ aliàs largius interpretaba
tur.cle.j.in uerbo,diœceſanos,de iure patro.l.cum ſcimus.
de agric.& cenſi.& multos alios effectus operaẽ : ad not.
in c.ſi cautio.per Feli.de fide inſtru.& in l.baliſta.ad Tre-
bel. abſq; difficultate in hoc caſu pōt, & debet declarare
uerbum liberos maſculos, intelligi debere de maſculis ex
maſculis,& maxime in hoc caſu,in quo non ſolum adſunt
præcedentia uerba principalis diſpoſitionis,ut conſidera
ui in ratione ſed ēt ſequētia,ultra multiplices diſpoſitio-
nes,& illa uerba ſæpius,ac ſæpius expreſſa, quæ eo modo
de liberis maſculis ex maſculis intelliguntẽ, quorū quodli
bet cum eſt potens ad declarandum illud uerbū liberos
maſculos filiarū,& debet declarare, ergo quanto fortius
alia de quibus ſupra: quæ omnia conſtat in caſu noſtro
ergo nihil ad rem ipſam facit.
¶Secundo principaliter reſpondeo, ut colligo ex dictis
Feli. in c. ad audientiā. de præſum. col. 4. allegantis conſi-
lium Petri & dicentis qđ liber canonicorum probat ꝯtra
13 ſcribentē procedit quando † reperitur in archiuo publi-
co. probaẗ, nam dicit Feli. de fide ſcriptu. archiui publici
ad quam ſemper allegatur iſte tex. collige ex dictis in ua-
rijs locis. 10. cōcluſiones & in 10. ponit iſtam de libro ca
nonicorū ꝑ conſiliū Pet. de Anch. ergo intelligit. d. conſi-
liū & ꝯcluſionē procedere qn̄ liber canonicorū ſtatim ar
chiuo publico, ſed iſte liber non manet in archiuo publi-
co, ſed uagaẗ apud oēs canonicos, ergo illud dictū nō fa
cit ad caſum. ¶Tertio principr̄ rn̄deo eſto ꝙ iſte liber ꝓ
baret ꝯ canonicos, immo eſſet inſtrumentum authēticū
quantum ad hunc caſum nō poteſt probare quia ſcriptū
eſt incertum ut dixi, & ſe refert ad inſtrumentū quod nō
producitur, ergo nihil probat niſi illud inſtrumentū ꝓdu
14 catur & maxime † quando referens habet in ſe imperfe-
ctionē. authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. ut ibi plene ꝑ
omnes & præſertim per Dec. qui citat Ang. Alexan. & infi
nitos ſcribentes ad hoc.
¶Et maxime quia economus non poteſt ſolus ꝑmutare,
ſed debet conuocare capitulū, ut in lege particulari ipſo
rum canonicorum cautū reperiẗ, & dū dicebaẗ permuta
15 tationē tanquā incertam † eſſe inualidam. per no. in l. ita
ſtipulatus. de uerb. obl. & per conſequens non operari no
uationem: & reſpondebatur hic non tractari de ualidita-
te permutationis, & incertitudinē non uitiare de æquita
te canonica, replicatur de neceſsitate tractandū eſſe de
16 ualiditate ꝑmutationis, tū qa † permutatio inualida nō
eſt permutatio. l. 4. §. condemnatum. de re iudi. cū uulga.
ergo cū fundamentum ſuum ſit permutatio habet illam
probare

probare eſſe ualidam, tum etiã quia hic agitur de nouatione.i.unius obligationis in aliã transfuſione, quæ tráſ-
17 fuſio† non fit ſi ſecũda non ualet.l.j.de nouat.cũ cõcord. ergo ſequitur quod cũ iſta ſecunda obligatio nõ ualet ꝙ remanet prima ĩ qua ſunt iſti fideiuſſores obligati. ¶ Bene facit illud uulgatiſsimum quod habet quod quoties
18 ſequens † actus per quem recedebatur á primo, nõ ualet: primus remanet in uiridi obſeruãtia. ita Bal. in l.ſi diuerſa.C.de tranſac.Soc.in l.ſi filius qui patri.de uulg.& pup. colum.14.allegat notata in l.Clodius. de acqui. hæred.
19 ¶ Nec de iure canonico ualet ſimpliciter, † ſed quo ad hoc ut ille qui rẽ incertã promiſit poſsit cogi ut certificet: ut ꝑ Iaſ.in d.l.ita ſtipulatus.& in l.triticum.de uerb. obli.& ſic anteq̃ ſit facta certificatio, ut ſtans in pẽdẽti & de iure ſpeciali nõ habet operari effectũ nouationis, & tráſfuſionis obligatiõis primę, ſed prima remanet firma & ad iſtud rogo doctiſsimũ iudicẽ animaduertere, & ſi bi ꝯſtabit ex plurib. reuerẽdos canonicos iuſtiſsimã cãm fouere, nec authoritas illius ſcribentis euidentem iuſtitiam, ac eius purum animum turbet, cum uox unius ſit
20 † nullius, ẽt cardinalis & ſancti patris, & præſertim cum dicat uel ſcribat non iuratus.gl.fi.in c.ſicut nobis. de ſententia excommunica. & ibi Abb. & communiter docto. allegantes concordantes. Laus Deo.

¶ Hieronymus Gratus.I.V.D.minimus.

SVMMARIVM.

1 *Copulatiua ad eius ueritatem implementum utriuſque copulati requirit.*
2 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat.*
3 *Dies mortis cum ſit incertus habetur pro conditione.*
4 *Conditio adimpleri poteſt per æquipollens.*
5 *Hæres grauatus poſt mortem, diſtribuere bona inter pauperes, non poteſt hoc facere in uita, in præiudicium pauperum qui erunt tunc temporis.*
6 *Grauatus reſtituere poſt mortem non poteſt in uita maxime quã do perſona fideicommiſſarij eſt ignoſcibilis, propter futurum euentum.*
7 *Mori ſemper quis poteſt.*
8 *Hæres ante hæreditatem mori poteſt.*
9 *Vulgaris ſubſtitutio, facta in capite impotentiæ, ex natura ſubſtitutionis uendicat ſibi locum in capite uoluntatis.*
10 *Mens teſtatoris in ultimis uoluntatibus uti regina dominatur.*
11 *Subſtitutio facta in caſu mortis debet habere locum in caſu repudiationis, quando in eo militat eadem ratio qua militat in caſu mortis.*
12 *Inſtitutio facta de naſcituro habet locum in iam nato propter identitatem dilectionis.*
13 *Diſpoſitio teſtatoris loquens in uno caſu, extenditur ad alium de quo uerisimiliter idem diſpoſuiſſet teſtator ſi de eo fuiſſet interrogatus.*
14 *Genus quemadmodum proprie ſuas ſpecies comprehendit, ita ratio omnes caſus complectitur, ita ne dicatur extenſio ſed cõprehenſio.*
15 *Vſufructu relicto uxori, & poſt eius mortem, Titio illa uerba poſt eius mortem, uendicant ſibi locum etiam ſi non ſit mortua ſed tranſierit ad ſecunda uota.*
16 *Vſusfructus de neceſsitate morte finitur.*
17 *Teſtator non poteſt uſufructum extendere poſt mortem.*
18 *Diſpoſitio facta in uno caſu neceſſario, utputa mortis, etiam conditionaliter prolato uerificatur in alio caſu ſibi ęquipollenti, licèt ille caſus non ſit expreſſus.*
19 *Conditio mortis relicto uſusfructus adhibita dicitur neceſſaria, licèt teſtator potuiſſet alium caſum exprimere.*
20 *Doctrina ſcribentium in l.poſt mortem. C.de fideicommiſ quæ habet, grauatum poſt mortem diſtribuere bona inter pauperes, non poſſe in uita & c.multos habet contradictores.*
21 *Fundamentum in opinione quæ habet difficultatem fieri non poteſt.*
22 *Multa in conſequentiam admittuntur, quæ principaliter denegantur.*
23 *Caſus diuerſus & diuerſam rationem habens, contrariam requirit determinationem.*
24 *Subſtitutio facta de proximioribus, intelligi debet de proximioribus de præſenti, tum quia ſunt magis proximi, tum etiã quia in eis tanquam certis maior cadit affectio.*
25 *Senſus ille capi non debet per quem ſequeretur minus dilectum magis dilectum excludere.*

RESPONSVM CXXIIII.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Thema tale mihi tráſmiſſum eſt, teſtor inſtituit uxorem ſuam & poſt eius mortem inſtituit & ſubſtituit ſer Ioannem & d.Aldam. d. ſer Ioãnis uxorem in dimidiam uſusfructus ſuæ hæreditatis donec uixerint ſer Io. & d. Alda & poſt eorundem mortem ſubſtituit eius teſtatoris proximiores conſanguineos de Robertis, mortua uxore teſtatoris ſer Ioannis repudiauit. & d.Alda dimidiam uſusfructus integram acceptauit, & nunc mortua eſt.d. Alda uiuente ſer Ioanne qui repudiauit.Ex hoc themate dubitari contingit an ſit locus ſubſtitutioni proximiorum de Robertis, & uidetur non fore, cum adhuc non euenerit caſus ſuę ſubſtitutionis: nã fuerunt ſubſtituti poſt mortem ſer Ioannis & d. Aldæ, & ſic
1 copulatiue ad † cuius ueritatem requiritur implementum utriuſq;.l.ſi hæredi plures.de condi.inſtit.cum ſimi. ſed ſer Ioannes uiuit, licèt ſit mortua. d. Alda, ergo non euenit caſus ſubſtitutionis cum fuerit facta poſt mortem utriuſq; nec obſtat ſi dicatur quo ad ſubſtitutionem ex quo Ioannes repudiauit perinde eſſe ac ſi mortuus fuiſſet
2 & non referre quid ex æquipollentibus † fiat.l.mulier.ad Trebellia.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth. ubi plene notatur.Quoniam reſpondetur cum ſubſtitutio fuerit facta ſub conditione mortis, nam dies † mortis cum
3 ſit incertus habetĩ pro conditione.l.j.& in l.dies incertus de condi.& demon.& eſt tex.in l.hrs meus. eo. ti. proprie debere adimpleri & † non poſſe per æquipollens.l. qui hę
4 redi.l.Mæuius.de condi.& demonſt.& maxime cum hæc uideatur uoluntaria ex eo, quia ſub alia conditione potuerat ſubſtituere; quo caſu nullo mõ per ęquipollens adimpleri põt ut per Bar.& omnes in d.§.& quid ſi tm̃.
¶ Præterea cum ſint uocati proximiores & ſic perſonæ incertę poſt tempus mortis &c.quod demonſtratur, nam forſan qui nunc ſunt proximiores teſtatoris cum morietur Ioannes non aderunt, & alij erunt proximiores, ſequitur non obſtante repudiatione uel facto hæredi tempus præfixum a teſtatore debere expectari, cum iſtud factum hæredis alijs forſan tunc temporis proximioribus præiudicaret, & hæres hoc facere non poteſt: quod in ſimili ex notatis per Bar.Angel.& alios in l. poſt mortem. C.de fideicomm.& per Alexand.in l.ſtipulatio.§.incertam. de
5 uerbo.obliga. ubi uolunt hæredem † grauatum poſt mortem eius diſtribuere bona inter pauperes non poſſe hoc facere in uita in pręiudicium pauperum qui erunt tunc temporis, ergo ſicut ſoluẽdo & ſemetipſum priuando ante tempus non poteſt præiudicare futuris legatarijs illius temporis, ita nec repudiando, cum factum ſuum nõ ſit in conſideratione ſed tempus appoſitum in ſubſtitutione: & pro iſta opinione uidetur caſus in l.Seium.§.uxo
6 rem.de leg.3 ubi grauatus † reſtituere poſt mortem non poteſt in uita &c.& hoc maxime quando perſona fideicõmiſſarij eſt ignoſcibilis propter futurum euentum, ut utar uerbis gl. quæ hoc firmat: per illum textum in l. cum pater.§.a filia.de leg.3.
¶ Maturius uero conſiderans determino contrarium, & cum tota difficultas pręſentis conſultationis conſiſtit an ſubſtitutio facta poſt mortem, uel in caſu quo morietur Ioannes uerificetur eo repudiante, id breuibus reſoluo, & dico quod uerificatur id quod demonſtro.
¶ Et primo, nã hæc ſubſtitutio facta per hæc uerba poſt mortem ſimplr, quæ tantundem ſignant ac ſi dictũ fuiſſet, ſi morietur, uel cũ morietur, dicit cõtinere plura tem
7 pora, cum ſemper quis † mori poſsit.l.j. de cond. & dem.
8 & propterea dicit continere uulgarem, cũ † etiam ante

aditam hæreditatem mori poſsit, ut noluit gl. magna in
l. in teſtamento. C. de milita. teſta. quæ ibi notant Fulgo.
Pau. de Caſt. & Alex. & ſequitur Dec. in conſi. 227. colum.
3. ſed uulgaris facta in capite impotētiæ, utputa mortis,
9 uendicat † ſibi locum uolūtatis ex natura ſubſtitutionis.
l. cum proponas. C. de hæredi. inſtituen. ubi Bald. Paul. de
Caſt. Alex. & Iaſ. in 2. notabili, qui multa accumulant: &
per Bar. & alios in l. j. de uulga. cum ſimilib. ergo iſta ſub-
ſtitutio ex ſui propria natura comprehendit caſum repu
diationis, quo eueniēte euenit caſus ſubſtitutionis, & ita
Ioanne repudiante debent admitti ſubſtituti, ac ſi ea per
mortē priuatus eēt, & ex hoc ſolo reſoluta vr̄ difficultas.
¶Secundo demonſtrat̄ dato & non conceſſo ex propria
natura ſubſtitutionis caſus repudiationis non cōprehen
deretur, nihilominus ſubſtitutio facta in caſu mortis de-
bet ſibi uendicare locū in caſu repudiationis ex mente
10 teſtõris q̄ † in ultimis uoluntatib. ut regina dominat̄. l.
in conditionibus primum locum. de condi. & demon.
& ēt uerbis p̄fertur: ut no. in l. cum uirum. & in l. uolunta
tis. C. de fideicom. cum uulga. nam rō fuit quare teſtator
poſt mortē Ioannis & d. Aldæ ſubſtituit proximiores de
Robertis: quia eo magis diligebat & prius hæreditatem
habere uolebat q̄ proximiores de Robertis, & magis pro
ximiores de Robertis quā alios, ergo quomodocūq; d.
Alda & Ioannes id non habebāt maxime ex facto ſuo, ut
puta repudiando militat eadem ratio affectionis quę mi
litat in caſu mortis, ſcilicet φ uult proximiores de Ro-
bertis præferri omnibus alijs hęredibus: ergo ſubſtitutio
11 facta † in caſu mortis debet habere locū in caſu repudia
tionis. l. a Titio. de uerbo. obl. com uulga. & facit tex. in l.
12 Titius. §. Lucius. de lib. & poſth. † ubi inſtitutio facta de
naſcituro habet locum in iam nato propter identitatem
dilectionis. & facit. l. 2. de lib. & poſt. C. ubi inſtitutio fa-
cta de naſcitura poſt mortē patris habet locū in nato in
uita: quia eadem ratio uolūtatis adeſt. & facit regula uul
garis gloſſ. l. tale pactum. de pac. §. fin. ubi notant omnes
13 † diſpoſitionem loquentem in uno caſu extendi ad aliū
caſum de quo ueriſimiliter idem diſpoſuiſſet teſtator ſi
de eo fuiſſet interrogatus. ſed ueriſimile eſt quemadmo-
dum in caſu quo Ioannes propter mortē hæreditatē nō
habebat uocauit proximiores: ita etiam in caſu quo non
haberet Ioannes pp ſuam repudiationē proximiores uo
caſſet, ergo diſpoſitum in uno habebit locum in alio.
¶Pręterea cū militat eadē ratio affectionis & prælatio-
14 nis in utroq; caſu dr̄ comprehendi uterq; caſus. † Nam
quemadmodum genus proprie ſuas ſpecies comprehen
dit, ita rō omnes caſus complectitur, ita ne dicatur exten
ſio ſed comprehenſio: ut per Bal. in auth. poſt fratres. C.
de leg. hæred. cum ſi. de quib. per mod. in auth. quas actio
nes. C. de ſacroſanc. eccle. & plura accumulat Dec. quæ
ad iſtam cām faciunt in dicto conſi. 127. & in conſi. 15. &
in conſil. 188. Et plura per moder. in dicta. l. tale pactum.
§. fina. & in dicto. §. & quid ſi tantum. & late in l. commo
diſsime. de liber. & poſthu. & in l. iij. C. de lib. præte. & p
Soc. in conſi. 30. uol. 3. & per infinitos conſulentes quo-
rum nomina & dicta uti non neceſſaria p̄termitto cū ea
quæ ſupradicta ſunt omnia communia: unum tantū di
ctum Io. Andreæ in ſupradictis locis communiter appro
batū non prætermittā, dicit Io. And. in addi. Spec. in tit.
de ſecundis nuptijs. poſt Richa. Malum. in ſua diſputatio
15 ne relicto uſufructu uxori, & poſt † eius mortē Titio: illa
uerba poſt eius mortē uendicant ſibi locū, etiam ſi non
ſit mortua ſed tranſiuerit ad ſecūda uota: quia eodē mo-
do, ſicut per mortem priuatur uſufructu, ita per tranſitū
ad ſecunda uota. Itē quia ſi de hoc caſu fuiſſet interroga
tus id quod in caſu mortis dixit rn̄diſſet: quæ omnia pa
riformiter militant in caſu nr̄o, cū eodē mō p repudia-
diationē priuatur uſufructu, ſicuti p mortē: & ſi de hoc
caſu fuiſſet interrogatus idē reſpondiſſet, cū utroq; caſu
militat eadem rō ordinatæ affectionis, ut ſ̄ dixi, ergo &c.
¶Vltimò probatur: nam caſus ſeu cōditio mortis in ſub
ſtitutione appoſita eſt neceſſaria, cū ſubſtitutio eſt facta
16 perſonæ uſufructuariæ poſt mortē, & uſusfructus † de ne
ceſsitate morte finitur. §. finitur. inſti. de uſufr. & toto ti-
tulo quib. mod. uſufr. amit. adeo ut teſtõr non potuiſſet
17 † poſt mortē eū uſumfructū extēdere. l. antiquitas. C. de
uſu & habitat. cum ibi notatis: ſi igitur conditio ſeu ca-
ſus neceſſarius eſt expreſſus, ſequitur neceſſario ſubſtitu
tionem factam poſt mortem uerificari in caſu repudia-
tionis: qui quantum ad priuationē uſusfructus ęquipol-
let morti, cū ita priuat̄, ut ſupra dixi: ſed iuris regula fir-
18 ma eſt † diſpōnē factā in uno caſu neceſſario, utputa mor
tis, ēt conditionaliter prolato uerificari in alio caſu ſibi
æquipollēti, licèt ille caſus non ſit expreſſus. l. mulier. ad
Trebellia. l. mulier. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condit. fact.
& ibi latè notatur, ubi diſpō collata poſt mortem patris
adimpletur patre uiuente ſi filius fuerit emancipatus: &
plene per omnes in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. &
poſth. cum uulgarib. ergo abſq; difficultate ſubſtitutio
facta poſt mortē uerificat̄ per repudiationē Ioannis.
¶Et ex his ſaltem ſimul iunctis arbitror de iure eueniſſe
caſum ſubſtitutionis factæ poſt mortem Ioannis per re-
pudiationem ipſius, tam ex natura ſubſtitutionis quam
ex identitate rationis, & ueriſimili mente teſtatoris quā
ex regula diſpōnis factæ in caſu neceſsitatis: & ex multis
tis alijs quæ uti non neceſſaria prætermitto.
¶Solum igitur ſupereſt ut ad contraria aliquas accōmo-
demus reſponſiones, ex quib. res ipſa clarior apparebit:
& primo, non obſtat ad implemētum copulatiuæ requiri
mortem Ioannis: quoniā reſpondetur diſpoſitionem lo-
quentem poſt mortem fuiſſe adimpletam per repudiatio
nem, quæ tantundē operatur, ut late ſupra demonſtraui.
¶Nec obſtat illam eſſe conditionem uoluntariam: qm̄
reſpondetur id non eſſe uerum, immo fore neceſſariā, cū
de neceſsitate per mortem finitur uſusfructus, ēt inuito
19 teſtatore, ut ſupra dixi: ergo dicit̄ caſus neceſſarius † ex-
preſſus, licèt teſtator potuerit alium caſum exprimere: iu
xta tradita in d. l. mulier. & per conſequens dicitur inſpi-
cere effectum, & non modū, & poteſt adimpleri per ęqui-
pollens: d. §. & quid ſi tm̄. & alijs legibus ſupra allegatis.
¶Vltimo non obſtat theorica ſcribētiū in l. poſt mortē.
C. de fideicommiſſ. ubi non poteſt fieri diſtributio inter
pauperes antequā euenerit caſus mortis in p̄iudiciū pau
perum exiſtentiū tunc temporis, quoniam reſpondet illā
20 doctrinā habere multos † contradictores: ut p Bald. &
Paul. de Caſtro ibi: Petr. de Ancha. in conſi. 202. Circa pri
mum. & Abb. in conſi. 11. Factum ſic proponitur. in 2. du
bio. & Dec. in l. cum in tempus. de reg. iur. dicit hanc opi-
nionem fore ueriorem de iure, & ita ſequēdam: iuxta no
tata in c. 1. de conſtit. nam opinio ergo cū habet
21 † aliquam difficultatē uidetur non poſſe fieri fundamen
tum in ea. l. in ambiguo. de reb. dub. cū uulgarib.
¶Secundo & melius reſpondet̄ caſus eſſe diuerſos, & di-
uerſas habere rōnes. idq; demonſtrat̄: nā ibi ante mortē
fit diſtributio principaliter gratia pauperū, & ad ſui uti-
litatē: ideo uidet̄ non eſſe in poteſtate hæredis alios pau-
peres q̄ illius temporis conſiderati a teſtatore ſtante fir-
ma diſpōne teſtatoris eligere. Hic autem fuit facta repu-
diatio principaliter ad utilitatem dominæ Aldæ: ut ap-
paret in eius inſtrumento: & in ſequētiam redūdat in uti
22 litatē ſubſtitutorū: & multa † admittunt̄ in conſequētiā
quæ deneganī principaliter. l. j. de autho. tuto. l. ſi qs nec
cauſam ſi cer. pet. ubi plene notatur: & ſubſtituti id habēt
a lege ex coniecturata mente defuncti: ex quo non adijt
& adimplet uoluntatē defuncti: cuius ɔ̄rium fit in caſu
doc. in d. l. poſt mortē. ergo de illo caſu ad nr̄m caſū nō
pōt inferri. l. Papinianus exuli. de minor. l. fi. de caſū. im-
mo cū ſit caſus diuerſus diuerſam rōnem habens: ex eo
23 † infert̄ ɔ̄rium debere determinari in caſu nr̄o uti cōtra-
rio: ut plene tradit̄ in rub. de acqu. poſſ. cum uulgar.
¶Vltimo rn̄detur, & in hoc rogo dominos iudicātes ani
maduertere: & erit pro alio fundamēto p̄ſentis ɔſultatio
nis. Nam teſtator ſubſtituit p̄ximiores ipſius de Ruber-
ris, qd̄ uerbum pōt intelligi de proximiorib. de præſen-
ti, & de futuro ſui natura. l. ſi cognatis. d̄ reb. dub. cū ma
teria: & debet ſieri interpretatio ut intelligat̄ de p̄ximio-
24 rib. de p̄ſenti: tū quia ſunt † magis proximiores: tum ēt
quia in eis tāquā certis maior cadit affectio: ut dicit gl.
commu-

communiter approbata per illũ tex. ut ibi per Bar. Alex.
Iaſ. in l. qui filiabus. de leg. j. Nam poſſet deuenire ad ta-
les proximiores quos nunquam uiderit: ex quo infero de
intentione teſtatoris fuiſſe in caſu quo primi uocati, &
quos prætulit non haberent proximiores de præſenti, ad
quos affectionem habebat potius habere quã proximio-
res de futuro, ad quos nullam affectionem habebat: & ſe-
cus eſt in illo caſu, cum uerbum pauperes ſit generaliſsi-
mum, ita ut in eis non cadit affectio. Hic autem uerbum
proximiores, eſt reſtrictum ad teſtatorẽ & præſentes ſunt
certi, faciunt ad notata in d. l. ſi cognatis. in fi. per mod.
& ita ex ueriſimili mente teſtatoris ueniunt proximiores
de præſenti: & non obſtat quod ſe retulit ad proximiores
poſt mortem: quia id fecit ut primo uocati haberent uſ-
que ad illud tempus: ergo caſu quo non habeant certiſ-
ſimum eſt teſtatorem proximiores quos magis cenſura
iuris diligebat id conſequi uelle: aliàs ſequeretur incon-
ueniens quod in caſu non prouiſo, & in quo ceſſat prin-
25 cipalis ratio prouiſiõis, † minus dilectus excluderet ma-
gis dilectum: contra no. in l. publius. de cond. & demon.
& alia uulgaria. Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis
liquidiſsime conſtat illam deciſionem, quæ ſolum in hoc
caſu faciebat dubium, loqui in alijs terminis, & eueniſſe
caſum ſubſtitutionis. Laus Deo.

Hieronymus Gratus Bonon.

SVMMARIVM.

1 *Aetas infantilis ſeptennio terminatur.*
2 *Subſtitutio facta in uno tempore non trahitur ad aliud.*
3 *Verba, ſi & caſu quo, ſtant reſtrictiue ad caſum expreſſum.*
4 *Subſtituere pupillo, ante ætatem infantilem, & poſt, quis poteſt, dummodo non excedat pupillarem ætatem.*
5 *Conditio uoluntaria facta in uno caſu non habet locum in alio.*
6 *Interpretatio ne à uerbis recedatur fieri debet.*
7 *Teſtamentum ita interpretari debet ut teſtator minus deroget iuri communi & proprio ſtatuto quàm ſit poſsibile.*
8 *Teſtes quatuor ad probandum errorem notarij ſufficere uidetur,*
9 *Fœminæ in teſtamento teſtes eſſe non poſſunt.*
10 *Teſtes ſeptem requiruntur quando agitur de probanda uoluntate teſtatoris.*
11 *Iudex in dubio pro teſtamento pronunciare debet.*
12 *Subſtitutio pupillaris uſque ad pubertatem durat.*
13 *Argumentum à communiter accidentibus ualet.*
14 *Subſtitutio directa latiſsimè interpretari debet.*
15 *Pupillaris ſubſtitutio fit à patre pupillo, ex eo quia ipſe teſtari non poteſt.*
16 *Pupillus niſi poſt pubertatem, teſtamento ſibi prouidere non poteſt.*
17 *Pronomen ea, habet relationem.*
18 *Verbum unum, ad aliud referri non poteſt, cum quo non concordat ſalua ratione recti ſermonis.*
19 *Verba in dubio demonſtratiue cenſentur appoſita.*
20 *Relatio non fit ad poſita demonſtratiue.*
21 *Relatio nunquam fit ad aliud per quod reſtringeretur materia fauorabilis, & quæ ſui natura large deberet interpretari.*
22 *Relatio ſepius non fit ad expreſſum, ſed ad id quod rationabile ac iuri conſonum eſt.*
23 *Diſpoſitio l. ſi ita quis. ff. de uulg. & pupil. eſt exorbitans à regulis iuris, & uidetur eſſe abſque ratione.*
24 *Subſtitutio facta in uno caſu trahitur ad alium caſum.*
25 *Argumentum de re ad tempus eſt ualidum.*
26 *Ratio perſuaderi non poteſt, quod ſi teſtator intra ætatem infantilem filio ſubſtituens, de alio tempore fuiſſet intrrogatus idem non reſpondiſſet.*
27 *Prouiſio ibi locum habet, ubi eſt eadem ratio prouiſionis, licet expreſſe in eo caſu non fuerit facta.*
28 *Limitatio ne recedatur à regula, ſtricte uenit interpretanda.*
29 *Fœminæ in teſtamento inter liberos admittuntur in teſtes.*
30 *Teſtes duo in teſtamento inter liberos ad probandum errorem ſufficiunt, ſicut ſufficiunt ad conficiendum teſtamentum.*
31 *Teſtes duo ad declarandam uoluntatem teſtatoris ſufficiunt.*
32 *Incluſio unius eſt alterius excluſio.*
33 *Voluntas tacita teſtatoris per duos teſtes probari poteſt.*
34 *Teſtis unicus ſufficit ad inducendam præſumptionem.*
35 *Regulare eſt ex præſumpta mente teſtantis fieri extenſionem.*
36 *Voluntas teſtatoris in diſpoſitione eſt domina & regina.*
37 *Voluntas teſtatoris uerbis præfertur.*
38 *Præſumptio excluſionis debet tolli p̃ præſumptionẽ uoluntatis inductam ex teſtibus.*
39 *Regula quæ habet incluſionem unius operari alterius excluſionem, ſemper ceſſat, quando alia præſumptio eſt in contrarium.*
40 *Patrui qui non petierunt de tutore nepoti pupillo prouideri, ab euſdem pupilli ſucceſſione ſunt arcendi.*

RESPONSVM CXXV.

INuocato diuino ſuffragio. ¶ Punctus diffi
cultatis in hac cauſa conſiſtere uidetur, cum
teſtator inſtituit Ioannem infantem, & ei ſub
ſtituit per hæc uerba, & ſi & caſu quo. d. in-
fans deceſſerit in ea ętate ſubſtituit prædictam do. Ana-
ſtaſiam. an talis ſubſtitutio uerificetur in caſu quo Ioan-
nes deceſſerit in undecimo anno, & uidebatur prima frõ-
te non adimpletam fuiſſe, quoniam ſubſtitutio eſt facta
in caſu quo decedat Ioannes in ętate infantili, quæ ſeptẽ-
1 nio † terminatur. l. in ſponſalibus. de ſponſa. l. ſi infanti de
iure deliberan. ſed ut præſupponitur deceſsit in undeci-
mo anno, & ſic ultra ſptennium: ergo deceſsit in tempore
in quo ſibi non eſt facta ſubſtitutio, nec poteſt dici ſubſti-
tutionem factam uſque ad ſptenniũ trahi ad ũndecimũ
2 annum, cum ſubſtitutio facta † in uno tempore non trahi
tur ad aliud. l. ſi ita quis. l. ſi plures. de uulg. & pupilla. &
tanto magis in hac cauſa id obſeruandum eſt, cũ adſint
3 hæc uerba, ſi & caſu quo, quæ ſtant reſtrictiue † ad caſum
expreſſum, & ut aliquid operentur debemus dicere, licèt
alias deberet diſpoſitio loquens in uno tempore extendi
ad aliud, hoc caſu nõ extendi quo uerba illa aliquid ope
rentur: argumento no. in l. ſi quando. de leg. j. & ſuadetur
quia illa conditio, ſi deceſſerit in illa ętate, eſt uoluntaria,
unde & poſt illam ętatem, & ante illam ętatem poterat
ſubſtituere, dum non excedat † pupillarem ętatem: ut no-
4 tatur in dicta. l. ſi ita quis. & in l. in pupillari. eodem titu.
ſed cõditio uoluntaria facta in uno caſu non † habet locũ
5 in alio: ut per Bal. & doctores in l. Gallus. §. & quid ſi tan
tum. de lib. & poſth. ¶ Corroboratur, nam hoc modo
intelligendo ut ſubſtitutio non excedat infantilem æta-
tem, ſequitur quod non receditur à uerbis: ſequitur quo-
que teſtatoris diſpoſitionem qua recedebatur à diſpoſi-
tione ſui ſtatuti non ampliari. Nam per ſubſtitutionem
uſque ad ſeptennium filij poterat ſuccedere ſoror ſubſti
tuta, quæ à ſtatuto loci, ut dicitur, per patruos exclude-
6 batur, cum fiat interpretatio † ne à uerbis recedatur. l.
7 non aliter de leg. j. † & ut teſtator minus deroget iuri cõ
muni & proprio ſtatuto quàm ſit poſsibile, ſed cum eo
ſe confirmet: ut per Alexandrum, & omnes in l. hæredes
mei. §. cum ita ff. ad Trebel. & per Soci. in l. Gallus. §. qui-
dam recte. de libe. & poſth. ¶ Nec obſtat plures teſtes
fuiſſe examinatos in contrarium, quorum quatuor ſatis
probare uidentur, & qui uidentur ſufficere ad probandũ
8 † errorem notarij: ut per Bar. in l. ſi librarius. de reg. iur.
& per moder. in l. errorem. C. de teſtamen. Quoniam re-
9 ſpondetur adeſſe fœminas, quæ non poſſunt eſſe † te-
ſtes in teſtamento, ut in l. qui teſtamento. §. mulier.
de teſtamen. ergo nec contra regulam, nihil tam na-
turale. de reg. iur. l. ab emptione. de pactis. Nec numerus
iſte ſufficit, cum agitur de probanda uoluntate teſtato-
10 ris, cum tunc ſeptenarius † numerus requiritur: ut per
gl. & Bar. communiter approbatos. in l. cum proponere-
tur. de leg. 3. per Alex. in l. errore. de teſta. per Soci. in cõ-
ſil. 51. lib. 1. ſed hic agitur de probanda uoluntate, ſcili-
cet an uoluerit etiam ultra illud tempus ſuſtituere: ergo
uidetur illum numerum teſtium non ſufficere ad alteran
11 dum diſpoſita in teſtamento, pro quo in dubio † iudex
pronunciare debet. l. uel negare. quemadmo. teſtamenta
aperian. & in l. ſi pars. de inofficioſo teſtamen. hęc ſunt
quæ principaliter uidentur urgere, & allegari poſſe con-
tra. d.

tra.d.Anaſtaſiam,quę adduxi ut ex oppoſitis ueritas ma
gis eluceſcat. ¶Maturius uero rem ipſam cōſiderans
12 determino contrarium.Et primo,quia regula† eſt ſubſti
tutionem pupillarem durare uſque ad pubertatem. l. in
pupillari.de uulgari & pupilla.plene in l. 2. eodem titul.
ergo uidetur facta uſq; ad illud tempus, cum pro regula
pronunciandum ſit, & à communiter accidentibus ita
ſolet fieri:ergo ita debet interpretari,cum ualet argumē
13 tum † à communiter accidētibus.l.neque natales.de ꝓ
14 ba.& quia cum ſit ſubſtitutio directa latiſsime debet† in
terpretari:ut per Iaſ.& omnes in l.j. circa finem ſecundæ
quæſtionis principalis.de uulg.& pupil.& maxime quia
fauorabilis eſt.Item quia pupillaris fit a patre ex eo quia
15 pupillus † teſtari non poteſt, & ſuis rebus prouidetur:
ut plene notatur in l.2.de uulg.& pup. quæ ratio militat
eo modo in undecimo anno ſicut in ſexto, cum non poſ-
16 ſit ſibi prouidere niſi † poſt pubertatem.l. qua ætate. de
teſta.ergo dicendum eſt teſtatorem omnem ætatem am-
plexum fuiſſe in qua neceſſaria erat diſpoſitio, & ita illa
ſubſtitutio, & eius uerba intelligantur comprehendere
ætatem uſque ad pubertatem, cum ita infantibus ſolitū
ſit regulariter ſubſtitui,& militat eadem ratio neceſſarię
prouiſionis,nec uerba ſi recte ſpectentur repugnant.
¶Nec obſtant ea uerba,ſi & caſu quo dictus infans in ea
ætate deceſſerit, quæ uidentur reſtrinxiſſe ſubſtitutionē
pupillarem ad ætatem infantilem:quia reſpondetur ex-
preſſe de infantili ætate non fuiſſe dictum, ſed duntaxat
17 in ea ætate,quod pronomen† ea,habet relationē: ut per
Bar.in l.ſeruum filij.§.fi.de leg.2. ſed ſupra de aliqua æta
te non fuit factum uerbum:ergo non poteſt referri ad ali
quam ætatem expreſſam, nec poteſt referri ad uerbum in
18 fantem,uel infans,ſupra expreſſum,cum non† concordet
cum eo:argumento l.Plautius. de auro & argento leg. &
quia illa uerba infans &c. ſunt appoſita demonſtratiue,
19 ut de ſe patet,& in† dubio præſumuntur.l.fi. §. Titia. de
20 libe.leg.ſed relatio † non fit ad poſita demonſtratiue:ut
per Bar.in dicto.§.Titia.per Alex.in l.ſi idem.in §.fin.de
iuriſd.omn.iud.Decium in c.ſecundo requiris. in ultima
col. uerſicu. 7. de appellationib. Item relatio nunquam
21 † refertur ad illud per quod reſtringeretur materia fauo-
rabilis,& quæ ſui natura large deberet interpretari: ut p
Inno.in cap.cum dilecti.de donationib. & ponit Alex.in
conſi.48.in 4.col.in j.libro.& in conſi.213.in libro.2. ſed
ſubſtitutio pupillaris eſt fauorabilis, & ſui natura large
debet interpretari,ut ſupra dixi:ergo nō refertur ad uer
bum infantilem,quia ſubſtitutionem pupillarem reſtrin
geret:ex quibus manifeſte conſtat illam relationem non
poſſe nec debere fieri ad uerbū infantem, ibi expreſſum.
Itaque neceſſe eſt ibi fieri ſubauditionem, & duplex po-
teſt eſſe,ſcꝫ in ea ętate,ſubaudi,infantili, in qua nūc ē,uel
in ea ætate q̄ qua ſolet infantib.inſtitui,& ſic relatio ſit ge
neralis, & referatur ad ſolita, & ita debet eſſe ut ultimo
loco dixi.cū materia fauorabilis nō reſtringitur,& actus
cenſeatur factus,ut ſolitum eſt, & ut regulare eſt ac ratio
nabile,iuribus uulgaribus: & etiā naturę relationis hoc
conuenire poteſt,cum ſępius relatio non fiat† ad expreſ-
22 ſum, ſed ad id quod rationabile, ac iuri conſonum eſt,&
ad idem tendit: ut eſt textus iuncta gloſſa. & ibi notatur
in l.3.de negotijs geſtis. & eſt gloſſa in l.3. ſoluto matri.
cum concordantibus ibi traditis.quæ iura omnino uide
antur,cum tollant omnem difficultatem:ergo in hoc ca-
ſu eo magis eſſe debet, cum ad expreſſum ſalua ratione
recti ſermonis referri non poteſt,& ex alijs rationibus ſu
pra adductis, ex quibus neceſſario ſequitur illa uerba in
ea ætate intelligi debere in qua regulariter ſolitum eſt
infantibus ſubſtitui,& ſic uſque ad pubertatem, & per cō
ſequens.cum deceſſerit Ioannes intra pubertatē, Anaſta-
ſia ei ſubſtituta habet ei ſuccedere.Et licèt hæc ſint dicta
ex abundanti,inficiari tamen non poteſt in dicta ſubſti-
tutione expreſſe tempus non eſſe taxatum, & licèt uidea
tur ſaltem expreſſum per relationem ad aliud,tamē quia
illa relatio eſt dubia & incerta,& habet aliquas difficul-
tates de quibus ſupra,non eſt proprie expreſſum,ſaltē eo
modo quo fuit in l.ſi ita quis.de uulg.& pup.ubi dictum
23 fuit, ſi intra decimum annum &c. modo ſic † diſpoſitio
l.ſi ita quis.eſt exorbitans à regulis iuris, ita ut uideatur
24 eſſe abſque ratione,cum † regula ſit, ſubſtitutionem fa-
ctam in uno caſu trahi ad alium caſum.l.fi. C. de inſti. &
ſubſti.ubi not.& in l.cum proponas.C.de hær.inſti. & eſt
bonus tex.in l.fi.C.de poſth.hæred.inſti.& ibi not. & plu
res deciſiones & iura accumulat Iaſ.in l.j.col.7.ff. de uul.
25 & pup.ubi† etiam alij notant: & ualidum eſt argumentū
de re ad tempus.l.miles ita hæredem.de milit.teſta.ergo
uidebatur idem in ſubſtitutione facta in uno tempore ut
deberet extendi ad aliud tempus, maxime quia militat
eadē ratio neceſſarię prouiſionis: nec poteſt perſuaderi
ratio', ut ſi de alio tempore teſtator fuiſſet interrogatus,
26 † idem non reſpondiſſet:& per cōſequens diſpoſitum in
uno loco,deberet habere locum in alio.arg.gl. & notato
rum in l.tale pactum.in §. fi.de pac. cū ſi. & ſic exorbitat
à regulis iuris, ſecundum Iaſ.& omnes ibi:ergo extra ter
minos illius legis non debet extendi, iuribus uulgarib.
ſed in caſu noſtro ſunt diuerſi termini,ut de ſe patet:cum
non ita ſit certum tempus,nec expreſſum:nec ita liquide
conſtet de certa uoluntate teſtantis ſicut ibi: ergo caſus
noſter remanet ſub regula iuris cōmunis: quæ habet ibi
27 † habere locum prouiſionē ubi eſt eadem ratio prouiſio
nis,licèt expreſſe nō ſit facta: & ita optimus index habet
interpretari,cum regulę ſemper inhęrendum ſit inquan-
28 tum eſt poſsibile: & limitatio † ſtricte interpretanda ne
recedatur à regula: ut not.in l.omnis diffinitio. & in l. j.
de reg.iur.ſed regula eſt prouiſionem factam in uno caſu
extendi ad alium:& fallentia eſt in l.ſi ita quis. cum con-
cord.ergo debet reſtringi ad terminos illius legis. & illā
reſtringi uoluit Iaſ.in l.j.de uulg. & pupil. dum loquitur
de extenſione de uno caſu &c.ubi dicit concluſionē,quæ
habet ſubſtitutionem factam in uno tempore, non trahi
ad aliud:per tex.in l. ſi ita quis. debere intelligi ſecundū
terminos illius legis:& ideo cum ille tex. loquatur in tē-
pore certo,non ſibi uendicabit locum in tempore incer-
to:ergo etiam non habebit locum in caſu noſtro,cū non
ſit ſecundum terminos illius legis. ¶Tertio principa
liter conſidero in hoc caſu probatū eſſe per duos teſtes,
quorum alter eſt executor teſtamenti, & aderat alius te-
ſtis inſtrumētarius,& etiam per duos teſtes,qui licèt ſint
fœminæ in teſtamento† inter liberos admittuntur:ut no
29 tatur in dicto.§.mulier.& per Are.in §.teſtes.inſti. de te-
ſtamen.& maxime cum erant præſentes,& bonæ uitæ, &
conditionis,teſtatorem indiſtincte nulla facta mentione
ętatis uoluiſſe,& teſtando diſpoſuiſſe.d.Anaſtaſiam ſuc-
cedere quandocunque intra pupillarem ætatem Ioannes
decederet: & ita legitime apparet notarium erraſſe,in ca
ſu quo uolumus illa uerba in ea ætate: referri ad ætatem
infantilem:& licèt cum iſte error uideatur continere uo-
luntatem defuncti requirantur ſeptem teſtes:iuxta gl.in
l.cum proponebatur.de leg.2.nihilominus cum teſtamē
tum fuerit factum inter liberos duo teſtes ſufficiunt † ad
30 probandum errorem,ſicut ſufficiunt ad conficiendum in
ſtrumentum.l.hac conſultiſsima.§. ex imperfecto. de te-
ſtamen.ut uoluit Bal.& ſequuntur Riminal. & mod. in l.
fi.C.de bono. poſſeſ. ſecundum tabul. & ita uoluit Alex.
in conſi.140.col.j.uolu.j. quod ubi duo teſtes ſufficiunt
ad conficiendum uoluntatem,ita etiam ſufficiūt ad pro
bandum errorem:ſed duo teſtes ſufficiunt in teſtamento
condito inter liberos:ergo in caſu noſtro optime probāt
errorem,cum teſtamentum fuerit inter liberos. ¶Quar-
tò conſidero, cum illa uerba in ea ætate non exprimant
ætatem infantilē,& adſint aliquę difficultates ut ad æta-
tem infantilem non referantur, ut ſupra dixi. Et ultra ea
quæ dixi conſidero ſi ita intelligeretur ſequeretur nota-
rium erraſſe:quod peccatum ut euitetur debemus dice-
re depoſitionem ſupraſcriptorum teſtium tendere ad de
clarationem illorum uerborum,in ea ætate:& quod in-
telligātur,ſcilicet qua pupillis & decedentibus ſine filijs
ſolet ſubſtitui:& hunc ſenſum cū excludat errorem,& ab
ſurda euitat,ac rationi & probabili uoluntatis teſtatori
conſonans eſt,doctiſsimus iudex capere debet:quo rece
31 pto ſequitur hos † teſtes fuiſſe ſufficientes ad declaran-
dum.l.

dum.l.hæredes palam.§. ſed ſi notam. de teſtamen. cum
ſimilib. ſiue igitur uolumus dicere teſtes tendere ad er-
rorem probandum,ſiue ad declarandū illa uerba, in ea
ætate,quod honeſtius eſt:certiſsimi iuris erit teſtes ſuffi
cienter probaſſe de iure Ioāni decedenti in pupillari æta
te Anaſtaſiam ſuccedere debere. ¶Præterea & quinto
dico, ſi recte animaduertatur, eſto quod intelligatur in
ea ætate,id eſt infantili, ultra illam ætatem non cenſetur
facta ſubſtitutio,niſi quia tacite non atteſtantur prohibi
tam ſubſtitutionē ad aliud tempus extēdi: quia incluſio
32 †unius eſt excluſio alterius.l.cum prætor.de iudic.ſecun
dum Iaſonem & omnes in dicta.l.ſi ita quis. & ſi extende
retur ad aliud tempus ueniret ex tacita mente:ſed ubi re
quiruntur ad probandam uoluntatem teſtatoris ſeptem
34 teſtes: ſi agitur de probanda † tacita uoluntate,duo ſuf
ficiunt.hanc regulam tradit Bar.in l.fideicommiſſum.de
fideicommiſ.& ibi ſequuntur magis communiter docto-
res:& eſt cōmunis ut atteſtatur Riminal.in l.fi.de bono-
rum poſſeſ. ſecundum tabul. ergo abſque difficultate le-
gitime probatum eſt illam ſubſtitutionem habere locū
ex uoluntate defuncti,uſque ad pubertatem, & ſi expreſ-
ſum fuiſſet in ętate infantili. ¶Vltimo quo magis ſit cō-
ſuetum conſcientię domini iudicantis,dico,dato & non
conceſſo per ſupradicta,quod expreſſe fuiſſet dictum in
ætate infantili: & teſtes non probarent declarationem
ad uerba,in ea ætate,nec errorem notarij, nec tacitā uo-
luntatem defuncti,ut ſubſtitutio duret uſque ad puber-
tatem,ſaltem hos quatuor teſtes inducere pręſumptio-
nem,ut ſubſtitutio facta in illo tempore infantili, exten-
datur uſque ad pubertatem,cum militat eadem ratio ꝓ-
34 uiſionis,cum unus ſolus † teſtis ſit ſufficiens ad pręſum-
ptionem, immo ad ſemiplenam probationem: ad plenè
tradita.in l.admonendi.de iureiuran.cum uulgari.& ma
ximè cum in hoc caſu nec teſtamento,nec alicui contra-
dicat:ſi igitur inducunt præſumptionem uoluntatis te-
ſtatoris ſequitur illam ſubſtitutionem factam in illo tem
pore ex uoluntate præſumpta teſtantis debere extendi
uſque ad tempus pubertatis,cum regulariter ſubſtitutio
facta in uno caſu extendatur ad alium.l.fi. de inſtitutio.
& ſubſti.ſub cond.fact.& ualet argumentum de re ad tē-
pus.l. miles ita hæredem. de milita. teſtamen. & dixi ſu-
35 pra: & regulare eſt ex præſumpta mente † teſtantis fieri
extenſionem:ut plene notatur in l.j. in ſecunda quæſtio-
36 ne.de uulgarib.cum uoluntas teſtatoris † ſit domina &
regina in diſpoſitione.l.in conditionibus primum locū.
37 de conditionib.& demonſtrationib.& † uerbis præfer-
tur.l.uoluntatis. l. cum uirum. C. de fideicommiſ. plenè
traditur in l.3.C.de libe.præte. in l.Titius. §. Lucius. de
libe. & poſth. ita ut iudex habeat ſequi ſemper uolunta-
tem teſtantis: ut plenè in dictis locis. ¶Nec obſtat ſi
dicatur particulariter fore diſpoſitum contrarium in l.ſi
ita quis.quia reſpondetur non habere locum in hoc ca-
ſu.Et ratio eſt, quia eſt fundata in præſumpta uoluntate
teſtantis proueniente ab incluſione unius temporis.nam
ex quo incluſit unum tempus uidetur aliud excluſiſſe, &
propterea non extenditur,ſecundum Aretinum, Iaſonē,
& cōmuniter omnes in dicta.l.ſi ita quis. ſed iſta pręſum
ptio excluſionis debet tolli per p̄ſumptionem uoluntatis
38 inductam ex teſtibus,cū una†pręſumptio tollat aliam.l.
diuus Antoninus.de reſtitu.in integ.& maxime cum iſta
præſumptio ſit ſpecialis:& illa in qua eſt fundata. l. ſi ita
quis.eſt generalis,& præſumptio ſpecialis tollit genera-
lem:ut dicit Bar.in l.cum de indebito.de probationib.&
facit regula,generi per ſpeciem:& eo magis cum per iſtā
pręſumptionem reducimur ad regulam quod ſubſtitu-
tio extenditur ad alium caſum in quo militat eadem ra-
tio neceſſarię prouiſionis, & ſubſtitutio fauorabilis am-
39 pliatur:& maximè quia illa†regula incluſio unius eſt ex
cluſio alterius,ſemper ceſſat,quando alia pręſumptio eſt
in contrarium:ut per Riminal.& moder.in l.j. ff. de offi-
cio eius cui manda.eſt iuriſdi.char.5.& facit c.nonne.de
præſump. ¶Ex quibus omnibus ſaltem iſtam ſimul
iunctis,dico,& ſi caſus ſit nouus, tamen eum clariſsimū
eſſe:& de iure abſque aliquo contradictore dominā Ana
ſtaſiam debere ſuccedere Ioanni,qui deceſsit in undeci-
mo anno excluſis patruis,qui etiam repellendi ſunt,cum
40 nunquam †petierint tutores dicto Ioanni,nec ſe dari in
tutores poſtulauerint:iuxta tex.& ibi tradita in l. ſciant
qui ad ſucceſsionem.C.de legitimis hęredibus.cum con-
cordantibus. Et ex ſupradictis ad adducta in cōtrarium
apparet reſponſum,ſcilicet ad l.ſi ita quis.quia ſumus in
diuerſis terminis,cum non eſt expreſſum tempus, & uer-
ba temporis ſunt dubia:cuius contrarium erat in d. l. ſi
quis ita.& caſu quo eodem modo eſſet per teſtes proba-
tur contrarium,quæ probatio eſt ſufficiens de iure, cum
teſtamentum ſit inter liberos, uel ſaltem eſt potens ad
declarationem uel extenſionem per uiam præſumptio-
nis,quæ omnia ceſſant in d.l.ſi quis ita.Nec obſtat quod
ſit conditio uoluntaria quia omnino eſt neceſſaria cau-
ſatiue,ut ſit prouiſum filio ſicut eſt, ut ualeat teſtamen-
tum.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth.nec præ
ſumptio ſtatuti obſtat, cum per teſtes & uerba appareat
contrarium,ut dixi,non repeto. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam.*
2 *Fideicommiſſum operatur,ut per eum ſuccedatur primo teſtāti.*
3 *Prohibitio alienationis non inducit omni caſu abſolutum fidei-commiſſum.*
4 *Prohibitio alienationis ex coniecturata mente teſtantis inducit fideicommiſſum.*
5 *Fideicommiſſum inducitur ex coniecturis.*
6 *Teſtator in principio ſui teſtamenti indicans ſe uelle inter ſuos hæredes æqualitatem ſeruari, & demum prohibens alienatio-nem,uidetur induxiſſe fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, ſi ita æqualitas ſeruabatur.*
7 *Pars una orationis declarat alteram.*
8 *Inſtitutio declarat ſubſtitutionem.*
9 *Teſtator æqualitatem quàm primo dilexit ſtatim corrigere non præſumitur.*
10 *Prohibitio alienationis facta ad conſeruandum fideicommiſ-ſum,quod continebat æqualitatem, non debet eius deſtructio-nem continere.*
11 *Clauſula,ut poſsit fieri alienatio,non habet derogare primo fidei-commiſſo.*
12 *Numerus pluralis de proprietate non uerificatur in ſingulari.*
13 *Subſtitutio reciproca non tranſit ad hæredes.*
14 *Alienatio licèt aliàs prohibeatur,nihilominus admittitur in per ſonam ſuccedentem nullo condito teſtamento.*
15 *Prohibitio alienationis odioſa eſt,& ſtricte uenit interpretanda, et econtra permiſſio alienationis late.*
16 *Appellatione alienationis continetur inſtitutio,& nedum ea quę fit inter uiuos,ſed etiam illa quæ fit in ultima uoluntate.*
17 *Fideicommiſſum eſt onus.*
18 *Interpretatio fit ut fideicommiſſum magis excludatur, quàm ſit poſſibile.*
19 *Dictio niſi,quando negatiue,ſeu prohibitiue poſtponitur,affirmat ſeu permittit,quando affirmatiue negat in caſu illo excepto.*
20 *Alienatio quoties non eſt prohibita inter illos de familia,tunc de iure licitum eſt unum de familia inſtituere, licèt ſit remotior in gradu.*
21 *Verbum familiæ, à teſtatore prolatum ſignat ut uocentur proxi-miores æqualiter.*
22 *Filiæ inuicem ſubſtitutæ habent æqualiter ſuccedere, prout ſunt uocatæ per fideicommiſſum.*
23 *Fideicommiſſum firmius redditur,quando poſt ipſum fuit prohi-bita alienatio.*
24 *Interpretatio ſemper fit ut uerba aliquid operentur.*
25 *Fideicommiſſum inducitur ubi non eſt, ut uerba aliquid ope-rentur.*
26 *Verba ut aliquid operentur, fideicommiſſum diminui et reſtringi debet.*
27 *Verba interpretari debent, ut proferens uideatur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
28 *Sermo pluralis uerificatur in uno, quando priuatiue ponitur.*

29 *Indefinita*

29 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
30 *Verbum talem, & talia, ſignat præciſe expreſſa eſſe adimplenda.*
31 *Dictio ita, ſignat conditionem.*
32 *Illud quod eſt ſecundum quid, eſt improprie.*
33 *Ea quæ ſeparatim & ſingulariter conſiderata ad aliquid probãdum ſufficiunt, fortius ſimul iuncta rem indubitatam reddunt.*
34 *Alienatio in unum ex hæredibus fieri poteſt, quando teſtator poſt probibitionem alienationis permiſit alienationem fieri poſſe inter ipſos hæredes.*
35 *Verba ubi ſunt expreſſa, omnis diſputatio ceſſat.*
36 *Coniectura æqualitatis per aliam tolli poteſt.*
37 *Coniectura euitandæ ſuperfluitatis eſt potens ad corrigendum.*
38 *Declarare aliquem ſe ſtatim poſſe non eſt indecens.*
39 *Declaratio teſtatoris de neceſſitate refertur ad unum, quando ad aliud referri non poteſt.*
40 *Fideicommiſſo renunciatum intelligitur per hæc uerba, renũciat iuribus competentibus, & quæ habet, uel habere ſperat, quando ex alia cauſa renuncianti ius non competebat.*
41 *Hæres ex ſolutione legatorum præſumitur habere teſtamenti notitiam.*
42 *Filia renuncians bonis duntaxat maternis, licèt poſtea generaliter omnibus iuribus ſibi quomodolibet competentibus renunciauerit, ſi ſubiunxerit in bonis prædictis, tantum bonis maternis renunciaſſe intelligitur.*
43 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & interpretatur, ut minus noceat quàm ſit poſſibile.*
44 *Verba prægnantia appoſita renunciationi factæ per filiam de iuribus ſibi quomodolibet competentibus, referuntur ad bona patris, quæ ſibi debebantur ex alia cauſa quàm ex cauſa fideicommiſſi.*
45 *Renuncians iuribus competentibus, & quæ habet, uel habere ſperat, non cenſetur renunciaſſe fideicommiſſo, quando adeſt cauſa de præſenti.*

RESPONSVM CXXVI.

¶An prohibitus alienare extra familiam, niſi inter ipſos hęredes, & eorum deſcendentes, poſsit inſtituere unum ex deſcendentibus cohæredibus, & reliquis deſcendentibus excluſis: & quando per hæc uerba, renuncians omnibus iuribus ſibi quomodolibet competentibus, cẽſeatur renunciatum fideicommiſſo.

INuocato diuino ſuffragio. ¶In præſenti cauſa de duobus contingit dubitari. Et primo, an d. Beatrix potuerit relinquere hęredẽ d. Geneuram neptem ex ſorore excluſis alijs ſuis ſororibus, nõ obſtante prohibitione alienationis facta in teſtamento patris. Secundo an per renunciationẽ factam per d. Ioannam alijs ſororibus ſit renunciatum fideicommiſſo. ¶Circa primum uidetur non potuiſſe: &
1 primo, quia adeſt ſubſtitutio reciproca, quę continet † fideicommiſſariam: ut no. in l. Lucius. de uulg. & pup. ergo eueniente caſu mortis ſine filijs non potuit alios inſtituere quàm uocatos in ſubſtitutione fideicommiſſaria, cum
2 † per fideicommiſſum ſuccedatur primo teſtanti. l. cohæredi. §. cum filię. cum ibi no. de uulg. & pup. ¶Secundò, quia ultra fideicommiſſum prohibuit alienationem, quę prohibitio alienationis licèt non † inducat omni ca
3 ſu abſolutum fideicommiſſum: ut per Barto. Soci. Alex. & alios in l. qui Romę. §. cohęredes. de uerb. obli. nihilominus ex coniecturata uoluntate † inducit: ut per Soci. in d.
4 §. cohęredes. & hoc non habet difficultatem, cum † ex
5 coniecturis inducatur fideicommiſſum: ut no. in l. uoluntatis. & in l. cum uirum. de fideicom. in l. cum proponeretur. de leg. 2. ſed hic adſunt nõnullæ coniecturæ: ergo &c. nam ſi abſolutum erit fideicommiſſum: ita quod habeat locum tam in uita quàm in morte, & ne poſsit alienare, niſi in ſorores ſubſtitutas, & æqualiter: ſequitur quod ſeruatur æqualitas quã dilexit teſtator in inſtituẽdo & ſubſtituendo, & in alijs actibus de ea faciendo mentionem ibi in coæquatione prædicta: ergo eſt ueriſimile uoluiſ-
6 ſe † abſolutum fideicommiſſum adeſſe per prohibitionem alienationis, tum quia ſequentia declarantur per
7 præcedentia. l. ſi ſeruus plurium. de lega. j. & † una pars
8 orationis declarat aliam. l. utrum. de pet. hære. & † ſicut inſtitutio declarat ſubſtitutionem. l. j. de imp. & al. ita &. iſtam alienationis prohibitionem. Item hoc debet eſſe, ne ęqualitatem quam primo dilexit ſtatim corrigat; &
9 nemo præſumitur ſe † incontinenti corrigere. l. nam ad ea. de condictio. & demonſtratio. cum igitur uoluerit ęqualitatem ſeruari, & ſub reciproca fideicommiſſariam ſubſtitutionem fecerit, dici debet uoluiſſe fieri alienationem inter ipſas, ita ut ęqualitas ſeruaretur: & ſic ut non una tantum inſtituatur, ut fuit hic factum. Et cum illa prohibitio alienationis fuit facta ad
10 conſeruandum fideicommiſſum quòd continebat † ęqualitatem, ergo non debet continere eius deſtructionem, cum inducta ad unum effectum non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. de adi. leg. cum ſi. Et quòd
11 quando derogaretur primo fideicommiſſo, clauſula † ut poſsit fieri alienatio, non habeat derogare, per ſupra dicta, uoluit Alex. in conſi. 226. Ponderatis uerbis teſtamenti. uol. 6. Et hoc eo magis debet eſſe in hoc caſu, quia teſtator permittendo alienationem, uoluit fieri inter ipſas &c. & ſic in plurali: & hic fuit facta alienatio in unam tan
12 tum, & ſic uerba non uerificantur, cum † numerus pluralis de proprietate non uerificatur in ſingulari. l. ubi numerus. de teſtib. traditur in l. falſa. §. fi. de condi. & demo. per Aret. inſti. de oblig. quæ ex quaſi contrac. naſc. in gl. negotium. ¶Accedat quoque quod iſta neptis, cum aderant ſorores, ſaltem in totum non erat ſucceſſura ab inteſtato, nec in aliquo ſtante reciproca ſubſtitutione fa
13 cta, † quę non tranſit ad hæredes. l. Lucius. §. Paulus. l. qui plures hæredes. & in l. qui habebat. de uulg. & pupil. ergo iſta alienatio non poteſt ſuſtineri: per l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. cum cõcor. de quibus ibi per omnes in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. ubi licèt aliàs prohibe
14 tur alienatio nihilominus † admittitur in perſonam ſuccedentem nullo condito teſtamento: & hæc ſunt quę uidentur demonſtrare do. Beatricem non potuiſſe teſtari ad excluſionem ſororum. ¶Maturius uero conſiderãti d. Beatricem potuiſſe teſtari, ac eius teſtamentum ualere etiam ex uoluntate d. Bartholomęi patris, facile apparebit: ad quod demonſtrandum nõnulla ſatis nota & cõ-
15 munia pręſuppono. ¶Et primo † prohibitionem alienandi eſſe odioſam, & ſtricte interpretandam: & econtra permiſsionem alienandi, large: ut per Bar. & omnes in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. ¶Secundò præſuppono
16 appellatione alienationis † contineri inſtitutionem: & nedum illam quæ fit inter uiuos, ſed etiam eam quæ fit in ultimà uoluntate. l. ſi quis. §. certũ. de ſecun. nup. l. ex hoc edicto. §. alienare. de alie. iud. mu. cau. fac. per Bar. in l. peto. §. fratre. de leg. 2. per omnes in d. l. ſi quis. §. ea lege. de
17 uerb. obl. ¶Tertiò præſuppono cũ † fideicommiſſum ſit onus. l. cohęredi. §. cum filię. de uulg. & pupil. fieri in-
18 terpretationem † ut magis excludatur & minuatur quã ſit poſsibile. Bal. in l. cum uirum. C. de fideicom. Paul. de Caſt. in conſi. 150. In cauſa quæ uertitur. per Iaſ. in l. poteſt. col. 2. de uulg. & pupil. ¶Quartò præſuppono di-
19 ctionem niſi, quando † negatiue ſeu prohibitiue pręſupponitur affimare, ſeu pęrmittere, quando affirmatiue negare in caſu illo excepto, ſecundum. Bar. in l. actione. de tranſac. cum ibi plene citatis per moder. ubi Dec. citat infinita. ¶His ſic pręmiſsis pondero uerba teſtamenti. d. Bartholomęi à quibus pendet reſolutio præſentis cauſę: nam poſt inſtitutionem ac reciprocam ſubſtitutionem filiarum ſuarum omnium & ſingulorum bonorum ipſius teſtatoris præfatis ſuis filiabus & hæredibus alienationem prohibuit, niſi fieret inter ipſas hæredes & earum deſcendentes, ſubijciens hæc uerba, uerum ſi extra ipſius hæredes & earum deſcendentes aliqua ex ipſis bonis alienarentur, uoluit & mãdauit talem alienationem non ualere, & talia bona ita alienata deuenire &c. ¶Pondera primo prohiberi alienationẽ, & ſubiungi exceptionem ad prohibitionem, per hæc uerba, niſi fieret inter ſeipſas & earum deſcendentes: ergo à prohibitione excipit caſum

pit caſum quando fieret alienatio inter ipſas, & eorum
deſcendentes: & ſic in hoc caſu permittit alienationem,
cũ dictio niſi, poſtpoſita prohibitioni alienationis, im-
portat permiſsionem, & ſignat cõtrarium eius cui poſt
ponitur:& uerbum alienatio complectitur hęredis inſti
tutionẽ, ut dixi in pmiſsis & cũ pmiſsio ſit ɔ̃ria phibitio
ni, ut de ſe patet, ſequitur neceſſario ex uoluntate teſtan
tis, ac ſignificatione uerborum inſtitutionem hæredis
potuiſſe fieri de dictis bonis inter dictas filias & earum
deſcendentes:& ſic d.Beatricem filiam potuiſſe inſtitue-
re.d.Geneuram deſcendentem ex filia: quia dicitur alie-
natum inter ipſas & deſcendentes. Quia ita fieri potuiſſe
20 demonſtratur apertè:nam † quoties non eſt prohibita
alienatio inter illos de familia, tunc de iure licitum eſt
unum de familia inſtituere, licèt ſit remotior in gradu. l.
filiusfami.§.cum pater.de leg.j.l.peto.§.fratre.& ibi no.
Cum.& Pau.de Caſt.Soci.conſi.227.Præſens.col.11.uol.
2.& præceptor Rui.in l.filiusfamil.§.diui.de lega.j. ergo
cum teſtator permittit alienationem inter ipſas & earũ
deſcendentes, ſatisfactum eſt, ſi una deſcendens fuerit hę
res inſtituta:cum ita ſatisfactum eſt quando prolatũ eſt
21 nomen familiæ, quod ſignat † ut uocentur proximiores
æqualiter.l.cum ita.§.in fideicommiſſo.de leg.2.& plenè
no.in l.ſi cognatis.de reb.dub.ergo multo magis ſatisfa
ctum eſt in hoc caſu: cum hæc uerba, inter ipſas &c. nõ
ita arguunt proximiores uocari & æqualiter, ſicut no-
men collectiuũ familiæ iuxta. tradita in d. l. ſi cognatis.
uel ſaltem non magis ſignant. ¶Corroboratur, quo-
niam ſi ita non intelligeretur, ſed neceſſe haberet alienan
do inter ipſas, æqualiter alienare, ſequeretur illa uerba
nihil operari, & eſſe ſuperflua: cum per reciprocam ſub-
ſtitutionem & fideicommiſſum, non poſſet in alios alie-
22 nare, ſed haberent æqualiter ſuccedere ut ſunt † uocatę
per fideicommiſſum.l.ſi.C.commu.de leg. & tanto ma-
23 gis cum poſt † fideicommiſſum erat prohibita alienatio
quo caſu firmius redditur fideicommiſſum: cum aliena-
tio tacitè per fideicommiſſum prohibita expreſſe prohi-
beatur: ut latè per moder.in d.§.diui.in notab.per §.ſan
ctiſsimos.de epiſ.& cle.&c. ergo ut aliquid operentur di-
ci debet per illa uerba cõcedi facultatem alienandi inter
ipſas: ita quòd ſit in poteſtate alienare, etiam in remotio
rem: aliàs ſi æqualiter teneretur alienare, ut dixi, cum ui-
24 gore fideicommiſsi tenebatur nihil operaretur: ſed quo
† uerba aliquid operentur ſemper fit interpretatio. l. ſi
quando.de leg.j.per Bal.in rub.de contrah.emp. in 9. q.
& inducitur correctio.l.nulla. iuncta auth. diaconiſſam.
25 de epiſ.& cler.per Alex.in l.j.de of.eius.& ſicut ubi fidei-
commiſſum non eſt † inducitur ut uerba aliquid operẽ-
tur: ut per Soci.in l.qui Romę.§.cohæredes.de uerb.obl.
& in l.ſi cognatis.de reb.dub.& in d.conſi.227. Præſens.
26 uol.2.ergo etiam ut aliquid operentur diminui & reſtrin
gi debent, cum † contrariorũ eadem ſit diſciplina.l.j.de
tutelis.l.j.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.& plene no.in ru
bri.de acqui.poſſeſ.& eo maximè cum fideicommiſſum
difficilius debet induci, quam tolli, uel reſtringi, cum ſit
onus: & in dubio interpretatio capiatur ut excludatur,
ut dixi in præmiſsis: ergo dicendum eſt illa uerba, niſi
inter ipſas &c. ut habeant iuris miniſterium, & aliquid
operentur, fuiſſe prolata ad declarationem reciprocę ſub
ſtitutionis, ac alienationis prohibitę, ne habeat locũ quã
do inter ipſas fieret alienatio. & eorum deſcendentes, nõ
conſiderato proximitatis gradu: ſicut de iure communi
non conſideratur: iuxta.l. fratres. de inoffi. teſt. & etiam
quando profertur uerbum familia uel ſimile:& permiſſa
eſt alienatio, & ut uerba operentur. ut dixi:& ad hoc ani
maduertat dominus iudex, quòd comprobatur: quoniã
ſemper quando uerba proferuntur interpretãtur ut pro-
27 ferens uideatur † ſe confirmare cum diſpoſitione iuris
communis.l.hæredes mei.§.cũ ita.ad Treb.ubi per Alex.
& omnes:& per Soci.in l.Gallus.§. quidam recte. de lib.
& poſth. cum ſi.& cum iure poteſt frater ad libitum alie-
nare in unum fratrem uel nepotem, ergo hoc modo uide
tur data poteſtas alienandi ad libitum ſuum, dummodo
unam ex deſcendentibus, uel hæredibus inſtituat, ſeu in
eam alio modo alienet: ſuadetur hoc ex ſeq. uerbis ibi, ue
rum ſi extra ipſas hæredes & earum deſcendentes aliqua
ex ipſis bonis alienarentur. ex quibus uerbis colligitur
alienationem duntaxat fore prohibitam, quando eſt ex-
tra ipſas hæredes, & earum deſcendentes: ſed inſtituta ne
pte ex ſorore, non cenſetur extra ipſas hęredes & earum
deſcendẽtes, ut patet ex uirtute ſermonis.& facit.l.nõ eſt
28 ſine † liberis.de uer.ſign.ubi ſermo pluralis uerificatur in
uno, quando priuatiue ponitur:& iſte ſermo continet in
ſe excluſionem hæredum & deſcendentium: ergo non ue-
rificatur uno admiſſo, cum omnes excludat, & propter
minimam non uerificatur.l.ſi.de iur.om.iud.l.j.de of.prę
29 fe.urb. Et patet, quia eſt indefinita, † & æquipollet uni-
uerſali.l.ſi pluribus.de leg.2. unde perinde eſt ac ſi dixiſ-
ſet extra omnes hæredes. Sed ſi ita dixiſſet nulli dubium
uerificari ſi in unum alienaſſet, cum non diceretur extra
omnes alienaſſe: ergo hanc probationem alienationis,
habemus dicere non comprehendere hunc caſum, & nõ
prohibere alienationem niſi quãdo eſt extra omnes hære-
des. patet: quia poſtquam protulit illa uerba extra ipſas
hæredes: ſubdit talem alienationem, talia bona ita alie-
30 nata. Pondera illa uerba talem, talia; † quæ ſignant præci
ſe expreſſa eſſe adimplenda.l.ſi.C.de uerb.ſignifica.& for-
31 tius cum ſint geminata.& dictionem ita, quæ † ſignat cõ-
ditionem.l.Iulianus.in gl.de conditio. & demonſtratio-
nib.& notatur in l.j.eo.tit. ergo non uerificantur una in-
ſtituta, cum formaliter non adimpleantur, & proprie, ſed
32 ſecundum quod non eſt extra ipſas:& id quod † eſt ſecũ-
dum quid, eſt improprie.l.hoc legatum.cum uulgarib.de
legat. 3. ergo proprie non eſt extra ipſas &c. & per con-
ſequens non ſumus in caſu prohibitę alienationis ſed per
miſsionis. ¶Ex quibus euidentiſsime conſtat de uolũ
tate teſtantis fuiſſe tantum per fideicommiſſum, & ex-
preſſam alienationis prohibitionem impediri alienatio-
nem, quando extra ipſas hæredes, & earum deſcendentes
fuerit facta, & non aliter: ita ut poſſit fieri in unam ex il-
lis, cum non dicitur extra ipſas fieri:& per multa quę ſu
pra fuerunt adducta, quæ omnia cum ſeparatim & ſingu
33 lariter conſiderata † ſufficiant ad demonſtrandum do-
minam Beatricem potuiſſe inſtituere dominam Gene-
uram, ut fecit, quanto fortius ſimul iuncta rem indubita
tam reddunt.l.ſpadonem.§.qui iura.de excuſatio. tuto.
& notatur in l. admonendi. de iureiuran. & tanto magis
cum prohibitio alienandi ſtrictiſsime debet interpreta-
ri, & permiſsio largiſsime: ut dixi in primo præmiſſo.&
34 abſque prędictis, quando † eſt permiſſa alienatio à te-
ſtatore inter ipſos hæredes poſt prohibitionem factam
poſſe fieri alienationem in unum ex illis, uoluit Cur.iuni
or, & ita conſuluit in conſi.167. Præſupponitur in facto.
col.ſi.uol.1.& magis in terminis præceptor in d.l.filiusfa
milias.§.diui. in ſua lectura ordinaria de leg. j. in gloſſ.
in uerbo, fideicommiſsi. ergo quanto fortius in hoc caſu
per ſupra deducta admittendum puto. ¶Et ex his ap-
parent reſoluta ſupra adducta in contrarium, & dominũ
iudicem abſque aliqua difficultate ad fauorem teſtamen
ti. d. Beatricis iudicare debere:& eo magis cum ſi recte
conſideret, nullum repertet contradictorem in proprijs
terminis, & concurrentibus omnibus ſupra ponderatis,
cuius conſcientiæ quo magis ſatisfactum ſit, ſigillatim
ad adducta in contrarium reſpondeo. ¶Et primo non
obſtat adeſſe prohibitionem tacitam alienationis inſur-
gentem ex fideicommiſſo & expreſſam, quoniam illa pro
hibitio non habet locum, quando fieret inter ipſas hære-
des, ſed ſolum quando extra ipſas, ut uerba cantant, quæ
35 cum ſint expreſſa in hoc † ceſſat omnis diſputatio. l. con-
tinuus.§.cum ita. de uerborum obligat. quibus eſt ſatiſ-
factum etiam ſi in unũ tantum fuerit facta alienatio, per
ea quæ diximus, non repeto: per quæ apparet uerba eſſe
36 ſuperflua, ſi de neceſsitate in omnes debet fieri alienatio,
& æqualiter: & coniectura † æqualitatis ex alia tollitur:
nam una coniectura tollit aliam.l.diuus.de in integrum
reſtitutio.per Bar. in l. cum de indebito. de probationi.
37 & præſertim hoc agere poſſe debet hæc coniectura † eui-
tat d. ſuperfluitatis, quæ eſt ẽt potens ad corrigendũ, ut
dixi.

dixi. ¶ Item ſi recte conſiderentur uerba, & uirtus te-
ſtamenti: æqualitas fuit conſiderata in caſu quo ſuccede
batur teſtanti tam in prima ſubſtitutione quam in fidei
commiſſaria, cum per fideicommiſſum ſuccedatur teſtan
ti, dicta.l.cohæredi.§.cum filię.de uulg. ſed in caſu aliena
tionis permiſſo ſucceditur ei qui alienauit teſtando, cum
poterat in quemcunque de ipſis & deſcendentibus alie-
nare: ergo ille in quem eſt alienatum, non habebat certi-
tudinarie: ergo cum ſint diuerſę ſucceſsiones, & diuerſo-
rum, de æqualitate unius ad aliam non poteſt argumen-
tari.l.Papinianus exuli.de minorib.l.fi.de calum. ex quo
ſequitur reſolutio illius quod dicebatur, quod ſe corrige
bat, quia non eſt uerum, cum ſapiat aliam ſucceſsionem:
& quia ut ſuperfluitas euitetur, admittitur correctio, ut
dixi: & rectius conſiderando dico nō eſſe correctionem,
ſed declarationem ad præcedentem diſpoſitionem ex-
38 preſſe factam, & aliquem ſe † ſtatim declarare poſſe non
indecens eſt. iuxta notata in l. hæredes palam. §. ſed ſi no
tam. de teſtament. & cum ſint expreſſa, cōiecturæ ceſſant.
¶ Nec eſt uerum illa uerba eſſe inducta, ut ſeruetur ęqua
litas, ſed ut poſsit fieri alienatio inter ipſas, & non extra.
& conſiliū Alex. 226. loquitur in diuerſis terminis diuer-
ſam rationem habentibus: nam ibi erat conceſſa poteſtas
alienandi indiſtincte in quoſcunque: quo caſu reddebat
nullum præcedens fideicommiſſum, & ſic ſe corrigebat,
& poterat ad unam ſubſtitutionem, & ad duas penitus
ſeparatas referri: ideo ut minus corrigat refertur tantum
ad unam, ſecus in caſu noſtro: quia poteſtas alienādi nō
fuit indiſtincte conceſſa, ſed tantum quo ad ipſas & earū
hæredes, adeo ut non ſit correctio ſed limitatio & decla-
ratio ad prohibitionem prius factam, in caſu Alex. erat
correctio. ¶ Item hic non ſunt diuerſę ſubſtitutiones,
ad quarum unam magis quàm ad alteram poſsit referri,
prout erat in caſu Alex. ſed una tantum ſubſtitutio reci-
proca continens in ſe tacitam prohibitionem alienatio-
nis, & per expreſſam corroboratam, quę poſtea limitatur
& declaratur per illa uerba expreſſa, niſi inter ipſas &c.
39 quæ declaratio † de neceſsitate refertur ad illam prohibi
tionem, cum ad aliud referri nō poteſt. argu.l.fundus qui
locatus. de fun. inſtr. & l. quibus diebus. §. cum Titio. de
condi. & demonſt. Item non poterat in caſu Alex. referri
ad omnes ſubſtitutiones, cū præceſsiſſent plures, & una
tantum per teſtatorem reijciebatur ibi: non obſtante di-
cta ſubſtitutione in numero ſingulari, quod ponderatur
ab Alex. & per quod mouetur, & iſtud ceſſat in caſu no-
ſtro: ergo ex his & alijs quę diligenter intuenti apparent,
& uti non neceſſaria prætermitto liquidiſsime conſtat
conſi. Alex. non facere ad propoſitum & conſequenter
obiectiones in contrarium factas nihil obſtare. ¶ Cir
ca ſecundum dubium licèt decreuiſſem nullum uerbum
facere uti de re clara, tamen quo petenti morem geram,
dico, & ſi uidebatur fideicommiſſo eſſe renunciatum pro
pter illa uerba renuncians expreſſe omnibus iuribus ſibi
quomodolibet competentibus &c. nam iſta uerba uiden
tur maioris efficacię quàm iſta, renunciat iuribus compe
tentibus, & quę habet uel habere ſperat, & tamen per hęc
40 uerba intelligitur † eſſe renunciatum fideicommiſſo, quā
do ex alia cauſa nō competebat ſibi ius: ut per Bar. Alex.
& communiter alios in l. qui Romę. §. duo fratres. in 6. q.
de uerb. oblig. per Cur. antiq. in conſi. 64. col. fi. & pręſer
41 tim cum iſta habebat notitiam † teſtamenti, ut colligitur
ex ſolutione legatorum: ut per Bar. in d. l. qui Romæ. §.
duo fratres. q. 4. & quia adiuit hęreditatem, & multa alia
fecit, quæ à communiter accidentibus arguunt ſcientiā
teſtamēti iuxta tradita in dicto. §. duo fratres. & ī l. eius.
ff. ſi cer. peta. ubi late per modernos qui allegant multa,
quæ non tranſcribo. Nihilominus aperta fronte dico. d.
Ioannam nullo pacto fideicommiſſo paterno renunciaſ-
ſe, non obſtantibus uerbis ſupra conſideratis, immò in
dicto inſtrumēto abſolutionis & renunciationis expreſ-
ſe conſeruaſſe, ac reſeruaſſe ius fideicommiſsi paterni, ut
patet in dicto inſtrumento ibi, cum hoc tamen ut non in
telligatur in aliquo derogatum fideicommiſſo, & ſubſti-
tutioni, de quibus in paterno teſtamēto &c. pro dij, quis
caſus in iudicijs certior reperiri poteſt? nam ex his uerbis
tam clarjs conſtabit domino iudici me non abſque ratio
ne hunc articulum prætermittere uoluiſſe, qui etiam ut
clarior appareat, dico circumſcriptis his uerbis adhuc
renunciationem nō præiudicare in bonis paternis, quia
renunciauit bonis maternis, & licèt poſtea generaliter
omnibus iuribus ſibi quomodolibet competentibus re-
nunciauerit, tamen ſubiunxit unum uerbum, quod tollit
difficultatem, ſcilicet in bonis prædictis, quæ uerba re-
ſtringunt generalitatem ad bona materna, & perinde ac
42 ſi dixiſſet tantum in bonis maternis, cum dictio † prędi-
ctis, id operatur: ut ponunt Iaſ. & Monſer. in d. §. diui. in
illa. q. an appellatione filij ueniat nepos in prohibitioni
bus. Immò ex alijs uerbis colligitur, quia fecit alias ſoro
res procuratrices ad uendendum bona ſubiecta fideicō-
miſſo, cum hoc ut alia emerent, quæ etiam ſubijcerentur
fideicommiſſo loco uenditorum, ut poſsint reſtitui, cum
eueniat caſus fideicommiſsi, uideatur illud inſtrumentū:
ex quibus apparet illam habuiſſe ſpem ueniendi ad illud
fideicommiſſum, & ſic non remiſerat fideicommiſſum.
Item illa cōſtitutio procuratoris fuiſſet ſuperflua, & ma
xime cum fuit facta ſaluis præmiſsis, & pro eius intereſ-
ſe, & nullum adfuiſſet intereſſe tunc temporis, cum iam
præceſſerat renunciatio, ſi ad hæc bona renunciatio ſe re
ferret: ergo ſequitur manifeſte non renunciatum fuiſſe fi
deicōmiſſo paterno, fit enim interpretatio ne uerba ſint
ſuperflua. l. ſi quando. de legatis. j. ut dixi ſupra. ¶ Præ
43 terea dico cum † renunciatio ſit ſtricti iuris, & interpreta
tur ut minus noceat quam ſit poſsibile. l. ſi domus. de ſer
ui. ruſti. præd. cum ſimili. & ſi nullum uerbum de ſupra
dictis adeſſet, ſed ſimpliciter renunciaſſet hæreditati per
uerba multum prægnantia, & quæ ſe referunt ad futurū,
nihilominus non intelligitur eſſe renunciatum hæredita
ti patris ex cauſa fideicommiſsi, ſed tantum ex cauſa do-
tis ſibi debitę, de qua tunc agebatur, & ſic ex alia cauſa
quàm fideicommiſsi poterant deberi bona patris, & ad
44 illam referuntur uerba † prægnantia: iuxta not. in l. ſi de
certa. de tranſac. in l. fi. §. idem quæſijt. de cōdicti. indeb.
& ita uoluit Alex. in cōſi. 208. col. 2. uol. 6. & in cōſi. 102.
col. 2. eo. lib. Corn. in conſi. 339. Quamuis. col. fi. in j uol.
Cur. iuni. in conſi. 24. col. 3. & 4. & in conſi. 161. Præſuppo
nitur. & ita aliàs conſului & obtinui: & ſentit Bar. in d. q.
6. & aliàs declaraui, quod hic non pono, cū non ſit opus:
ut ex ſupra deductis liquet, & ad adducta in contrarium
45 dico non procedere quando adeſt cauſa † de prę ſenti, &
minus quando adſunt uerba in inſtrumento renūciatio
nis: de quibus ſupra. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio non poteſt acceptari ſine ſua qualitate. limita ut infra.*
2 *Dictum uel factum cum certa qualitate, non eſt illud ſine illa qualitate, ſed quid penitus diuerſum. declara ut numero. 11.*
3 *Reus confitens delictum ſine qualitate requiſita, puniri non pōt.*
4 *Confeßio poteſt acceptari ſine qualitate, quoties lex præſumit contra qualitatem.*
5 *Actum nomine proprio, & ad ſui utilitatem, in dubio, quis gerere præſumitur.*
6 *Deponens rem nomine alterius, & alieno mandato, contra depoſitarium agere non poteſt, ſed actio ei competit cuius nomine fuit factum depoſitum.*
7 *Lex, actum fruſtratorium in dubio fieri non præſumit.*
8 *Cautela inſolita arguit fraudem & dolum recipientis.*
9 *Confeßio poteſt acceptari ſine qualitate, quando acceptans uult probare contra qualitatem.*
10 *Iudex cogitur deferre iuramentum in ſupplementum probationis: aliàs ab eo appellari poteſt.*
11 *Factum ſine qualitate, tūc eſt penitus diuerſum à facto cum qualitate, quando qualitas eſt ſubſtantialis, cuius adeſſe uel abeſſe, tranſſubſtantiat factum.*

RESPON-

RESPONSVM. CXXVII.

¶An & quando confeſsio poſsit acceptari ſine qualitate.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Qui-
dam confeſſus eſt ſe accepiſſe in depoſitum
certam quantitatem frumenti, cum hac qua
litate, quod accepit illud nō tanquam frumē
tum deponentis ſed alterius: deinde partem frumenti de
dit cuidam mulieri, propter præceptum iudicis, habens
clauſulam iuſtificatiuam: nec uero domino, nec deponē-
ti denunciauit, nec comparuit. ¶Ex hoc themate de
duobus contigit dubitari: primo, an illa confeſsio poſsit
acceptari ſine illa qualitate, quod accepit tanquam fru-
mentum alterius. Secundo, dato quod non poſsit, an de
poſitarius ex quo nec uero domino, nec deponenti denū
ciauit, teneatur uero domino ad illam quantitatē ſolutā.
1 ¶Quo ad primum uidetur dicendum quod non: cū†con
feſsio non poſsit acceptari ſine ſua qualitate: ut per Bar.
in l. Aurelius. in §. idem quæſijt. de liber. leg. in l. quędam.
in fi. de edendo. per Bal. & alios in l. ſi quidē. de exceptio
nib. per Abb. in c. cum ueniſſent. de inſtitutio. per eundē
& alios in c. bonę. de poſtul. prælat. ¶Et pro hoc facit
2 ratio: nam † dictum uel factum cum certa qualitate, non
eſt illud ſine illa qualitate, ſed eſt quid penitus diuerſum,
3 adeo quod † ſi reus confitetur delictum ſine qualitate re
quiſita, non poteſt puniri, ſecundum Ioan. Andr. in rub.
de accuſatio. Bal. in l. & ſi ſeuerior. col. fi. ex quibus cauſis
infamia irroga. ergo ſi acceptaretur illud dictum ſine il-
la qualitate, non illud ſed quid diuerſum acceptaretur:
quod perinde eſſet ac ſi ab eo dictū non fuiſſet. ¶Con
4 trarium tamen puto: quia tunc†confeſsio poteſt accepta
ri ſine qualitate, quoties contra qualitatē lex præſumit:
ſecundum Bar. in dicto. §. idem quæſijt. & doctores in lo-
cis prædallegatis, & eſt communis opinio: ut per Alex. in
conſi. 39. uol. 7. incipiēte, Circa. ſed ita eſt in caſu noſtro,
cum lex præſumit quod deponens deponat nomine pro
prio, & rem propriam potius quàm alienam cuſtodiri ue
5 lit: cum regula ſit†quod quis in dubio præſumitur gere-
re actum nomine proprio, & ad ſui utilitatem: ſecundum
Bar. in l. j. in fi. de ſolut. col. 3. uerſi. ulti. notatur per Bar.
in l. j. §. nunciatio. de noui oper. nuncia. per Bar. & alios
in l. poſt dotem. in 3. & 6. lectura, ſolu. matrimo. ergo &c.
¶Secundò probatur: nam iſte depoſitarius quando de-
dit frumentum depoſitū mulieri, fecit fieri ſibi inſtrumē
tum à muliere ut eum defenderet contra deponentem: er
go datur intelligi, quod iſte ſciebat frumentum eſſe de-
ponentis, & ita credebat, cum aliàs iſtud inſtrumentum
6 fuiſſet fruſtratorium. Nam † deponens rem nomine alte-
rius, & alieno mandato contra depoſitarium agere non
poteſt, ſed actio competit illi cuius nomine fuit depoſi-
tum. l. j. §. ſi te rogaueto. & ibi Paul. & alij doctores. ff. de
poſi. & ſic cum deponens non poſſet agere, fruſtra depoſi
tarius, à muliere ſibi caueri contra deponentem petijſſet:
7 & lex†in dubio actum fruſtratorium fieri non præſumit.
l. ſi quando. de leg. j. l. ſtipulatio. §. diuus. ut leg. nomi. ca-
uea. & late notatur in dicta. l. ſi quando. ¶Tertiò pro-
batur, quando uigore præcepti iudicis aliquis ſoluit nō
ſolet præſtari cautio à recipiente, de conſeruando ſoluē
tem indemnem, cum non amore recipientis, ſed propter
præceptum iudicis ſoluit: & hoc docet experientia quæ
eſt rerum magiſtra. c. quam ſit. de electionib. & ita præ-
ſupponitur obſeruari in ciuitate Imolę, ubi præſens ca-
ſus accidit: ergo iſta cautio fuit inſolita, & per cōſequēs
8 arguit † fraudem, ac ipſam recipientem eſſe in fraude &
dolo: ſecundum gl. in l. ſi quis ſub conditione. de condi-
tio. inſtitutio. & ibi Bal. plenè per Feli. in c. 2. de reſcrip.
col. 2. per Sali. Paul. de Caſt. & Iaſ. plenè in l. teſtamentū.
9 C. de teſtamen. in ultimo notabili. ¶Item † confeſsio
poteſt acceptari ſine qualitate, quando acceptans uult
probare cōtra qualitatem, ſecundum Bar. in dicto. §. idē
quęſijt. & eſt communis opinio: ut per doctores in locis
ſupra allegatis: ſed iſte uult probare, ac probauit ꝑ unū
teſtem omni exceptione maiorem, & uult iurare ad perfi-
ciendum plenam probationem: iuxta notata in l. in bonę
fidei. C. de iureiuran. quo caſu erit perfectè probatum: &
10 iſtud iuramentum†iudex cogitur deferre, aliàs ab eo ap
pellari poteſt, ſecundum Bar. in l. admonendi. col. penul.
ff. de iureiuran. & ex his apparet reſponſum ad primum
11 motiuum. ¶Ad ſecundum dicas, quod tunc † factum
ſine qualitate eſt penitus diuerſum à facto cum qualita-
te, quando eſt qualitas ſubſtantialis, cuius adeſſe uel ab-
eſſe tranſſubſtantiat factum: iuxta diſtinctionem Bar. in
l. denunciaſſe. in §. quid tamē. de adulter. ſed quod ſit fru-
mentum deponentis, uel alterius, nō facit quin ſit depoſi
tum: ergo &c. ¶Vel ſecundo dictum Ioannis Andr.
procedit in accuſatione ex qua infligitur pœna corpora
lis: iō probādo ſine qualitate reus liberatᷓ ut euitetᷓ pęna:
iuxta notata in l. ſi præſes. & in l. interpretatione. de pen.
ſed hic tractatur de pęna pecuniaria, immò de ſolo inter
eſſe, ergo &c. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus. Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſit. limita ut nu. 8.*
2 *Eccleſia non poteſt alicui concedere emphyteuſim, pro ſe & hæredibus extraneis. limita ut nu. 6.*
3 *Verbum quibuſcunque hæredibus, appoſitum conceſſioni emphyteuticæ, reſtringi debet ad hæredes habiles.*
4 *Sermo generalis non includit illud quod quis ſpecie concedere nō poſſet.*
5 *Emphyteuſis conceſſa alicui pro ſe & quibuſcunque hæredibus: tranſit ad hæredes extraneos, ſecundum communem.*
6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica poteſt ad hęredes extraneos peruenire quando hoc poſitum eſt in conceſsione, & in ea interuenerunt ſolennitates à iure requiſitę.*
7 *Conceſſo eo quod plus eſt, illud quod eſt minus cenſetur eſſe conceſſum.*
8 *Emphyteuſis eccleſiaſtica tranſit ad hæredes extraneos, quando penſio quæ pro ea ſoluitur, fructibus reſpondet.*
9 *Emphyteutę non fit remiſsio mercedis, propter ſterilitatem. limita ut nu. 10.*
10 *Emphyteutæ, debet fieri remiſsio propter ſterilitatem, quando penſio annuis fructibus reſpondet.*
11 *Res excedens ſuos terminos exceditur à non ſuis terminis.*
12 *Emphyteuta non tenetur ad penſionem propter ſterilitatē, quando non habuit, tot fructus, qui ſufficerent ad penſionem.*

RESPONSVM CXXVIII.

¶An & quando emphyteuſis eccleſiaſtica tranſeat ad hære
des extraneos: & an propter ſterilitatem emphyteutę fiat
remiſsio penſionis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis
elegantiſsimis dubijs, eiſque diligenter con-
ſideratis prout ipſi facto applicari debent,
ſub compendio illis reſpondeo. Et primo dū
dicebatur hæc bona emphyteutica ad hæredes inſtitutos
pertinere non poſſe, cum ſint extranei, & emphyteuſis ec-
1 cleſiaſtica ad hæredes†extraneos non tranſit. gloſ. Bar. &
Alex. qui plures allegat in l. etiam. ſol. mat. & in l. ſi patro
ni. in 7. col. ad Treb. Ioan. And. in addi. Spec. in titu. loca.
uerſi. 113. Anto. Abb. Imol. Feli. Dec. & communiter cano
ni. in c. in præſentia. de proba. Sali. & alij in l. 2. C. de iure
emphy. Alex. conſi. 23. Opportune conſideratis. col. 2. li.
j. & in conſi. 110. Viſis col. 4. lib. 2. & in conſi. 38. Conſide
ratis. col. fi. eo. lib. & in conſi. 60. Vtrum emphyteuſis lib.
4. & conſi. 129. lib. 5. Perſpectis. & Barba. conſi. penul. lib.
j. qui atteſtatur hanc eſſe communem opinionem: ut rē-
fert & ſequitur Dec. in d. c. in præſentia. adde eundem De
ci. in conſi. 171. ubi atteſtatur hanc communem & cano-
nizatam, & pro ea conſuluiſſe collegium Papienſe. & De-
ci. conſi

ci.conſi.411.& Alex.83.uol. 7. & Soci. conſi. 121.col.5.
uol.4. atteſtantes hanc eſſe communem opinionem: ego
autem hanc difficultatem ultra dominum dubitantem
conſiderata facti ſpecie in qua apparet expreſſam conuẽ
tionem quòd tranſeat ad hæredes extraneos propter illa
uerba quibuſcunque hæredibus, per quàm uidebatur cõ
munẽ ſententiam ceſſare, cum loquatur quando emphy-
teuſis eſt ſimpliciter cõceſſa. ¶ Corroboro & dico hac
communem ſententiam adeo ueram eſſe, quod etiam ec-
2 cleſia expreſſe non poteſt † concedere emphyteuſim pro ſe
& hęredibus extraneis: ut dicit Alex. in d. l. etiã. in 4. op.
ſolu.matr.& Dec.in d.conſi.171.col. fi. ergo quamuis in
hac conceſsione fuerit dictum pro quibuſcunque hæredi
bus, non tamen comprehendi debent extranei: quoniam
licèt illa uerba pro quibuſcunque hæredibus, comprehẽ
dant etiam extraneos, per dictum Bal. in c. imperialem.
de prohi. alie. feu. per Federicum. columna penul. hoc ca
ſu nõ debent comprehendere. ¶ Primò, quia Bal. ſibi-
met contradicit in c.j.§.donare.quali.alicui feu.alie.poſ
3 ſit.ubi inquit uerbum quibuſcunque hæredibus, † reſtrin
gi debere ad hæredes habiles, & ita tenent Are. Soci. in l.
Gallus.§.etiam ſi parente.de lib.& poſth.Dec.in c.in prę
ſentia.in 19.col.& in conſi.108.in 3.còl.per no. per Bar.
in l.j.§.nunciatio.de noui ope.nun.ubi ſermo quantum-
cunque generalis referri debet ad habilia. ¶ Secundò
quia etiam in caſu expreſſo extraneis concedere nón poſ
ſet: ergo non concedit, nec comprehendit, cum ſermo ge
4 neralis † non includit illud quod quis in ſpecie concede-
re non poſſet.c.à nobis.de ſenten.excommu. c. j. de iure-
iuran.in 6.faciunt nota.per Bar.in l.ſi quis ſub conditio-
ne.in fi.de cond.inſti.Alex.conſi.35.Ponderatis.col. pe.
lib.5. ¶ His tamen non obſtantibus contrarium deter
mino & dico in hoc caſu ad hæredes extraneos bona em
phyteutica pertinere poſſe & debere. Et conſidero com-
5 munem opinionem eſſe illa † uerba quibuſcunque, com-
prehendere extraneos hæredes, & hunc effectum operari
inter alios, ut extranei hr̃des ueniãt: quã tenet Bal. in d.c.
imperialem.& in l.j.34.& 48. q. de rerum diuiſi. Bal. in c.
in præſentia.in 18. col.& fi. de probati. Abb. conſi. 110.
Nitar. Roma. in l.uel tẽpus.§.j.de uſucap. Roma.& Alex.
in l.etiam.ſolu.matr.idem Alex.in l.quod dicitur.in ulti.
charta.de uerb.obli.in l. ſi patroni. in princip. in penul.
col.ad Treb.in l.quędam.§.nihil intereſt.de edẽ. col.j.ſe
quitur Iaſ.poſt Alex.& alios in pluribus locis, & præſer-
tim in l.Gallus.§.etiam ſi parente de lib.& poſth. ubi at-
teſtatur hanc eſſe communem opin.ſequitur Soc.in l.qui
dam relegatus.de reb.dub. & in conſi. 166. In cauſa quæ
uertitur.uol.j.Iaſ.in conſi.9.3.col.Soc.in conſi.10. Inter
conſilia. & alibi ſæpe per alios quos non refero, cum ex
his liqueat hanc eſſe communem opinionem. ¶ Secun
6 dò dico † communẽ opinionem eſſe bona emphyteutica
eccleſiæ poſſe ad hæredes extraneos pertinere, quãdo hoc
actum eſt in conceſsione ut poſsint ad illos pertinere, &
in conceſsione interuenerunt ſolennitates à iure requiſi-
tæ, de qbus in c.ſine exceptione.12.q.2. hoc vr̃ uelle Bar.
in l.etiam.ſolu.matr.in d.l.Gallus.§.nunc de lege de lib.
& poſth.in l.ſi tibi.§.ſi pactus.de pac.& in auth.perpetua.
C.de ſacroſan.eccle.Cor.conſi.13.in 3.col.uol.3.& prius
Alber.de Roſa.in l.2.in 2.col.uerſic. ſed nunquid hæc. C.
de iure emphy.Iaco.Aluaro.in c.j.in 2.col.in tit.ſi de feu.
fue.contro. & hanc opinionem atteſtatur eſſe communem
Alex.conſ.189.Viſo & mature diſcuſſo.col.pen.lib.2. idẽ
Alex.in l.etiam.in 3.col.ſol.mat.allegat Azo.Abb.Imol.
& quamplures alios: ſequitur Lud.Bologni. in conſi. 84.
in 2.col.in additio.ad Io.de Ana.& docto.in c. in præſen
tia.de probationi.& in d.conſi. 171. in 2. col. & ratio eſt
iſta, quia ſi poteſt alienare in totum: ergo fortius dari
in emphyteuſim propter ſolennitatem adhibitam in con
ceſsione emphyteuſis; & cauſam neceſſariam aſsignatam
7 ad alienationem permiſſam: argumẽto regulę, cum † quid
plus conceditur, quid minus cenſetur conceſſum, facit
l.cui pacto. de ſeruis exportan. ꝙ tãto magis in hoc caſu
eſſe debet, cum interuenit ſolennitas extrauagãtis Pauli,
ſi in euidentem &c. quã appellat Paulinã. ¶ Accedit quo
que ꝙ hic licèt fuerit facta locatio in perpetuum, & ſolu
ta certa quantitas a principio: iuxta theoricam docto.in
l.2.de iure emphy.ubi late per Iaſ.& in l.ſi mihi & titio.de
uer.obl.nihilominus.pẽſio eſt magna, & excedit ſolitam
penſionem rerum emphyteuticarum, & fere ut in facto p̃
ſupponitur correſpondet fructibus: quo caſu non põt ne
gari quin magis proficua fuerit q̃ alienatio fuiſſet, cũ ꝑ
maximam quantitatem pecuniæ acceptam à principio,
cum ꝑ bonam annuam penſionem, immò quãdo pẽſio
8 reſpondet † fructibus propter hoc ſolum ꝙ emphyteuſis
eccleſiaſtica tranſiret ad hæredes extraneos, uoluit Iaſ.in
auth.qui rem.C.de ſac.ſan.eccl.poſt Bal.in l.j.de iure em
phy.ergo fortius hic per ſ̃ dicta. Et ex his conſtat ad hęre
des extraneos peruenire poſſe, cum propter ſolẽnitatem
adhibitam potuit non ſolũ concedi, ut ad hæredes extra
neos peruenirent, ſed ẽt potuerunt penitus alienari. Item
fuit permiſſum ut ad hæredes extraneos peruenirent per
illa uerba expreſſa quibuſcunq; hæredibus, quæ ex ſui ꝓ
prietate eos comprehendunt: ergo manifeſte conſtat ad
eos ſpectare. ¶ Non obſtant adducta in ꝯrium, quia lo
cum non habent, qñ actum fuerit ut ad hr̃des extraneos
peruenire poſsint, & adfuit ſupra cõceſsionis ſolennitas
requiſita ad alienandũ, & magis in hoc caſu eſſe debet ac
cedente Paulina obſeruatione & alijs ſ̃ conſideratis, quę
operanẽ ut hic caſus ſit extra omnem difficultatem & ꝯdi
ctionem: & licèt Arẽ.& Soci.in d.l.Gallus.§.ẽt ſi parente.
dicat uerbũ quibuſcunq; hr̃dibus, non cõprehendere ex-
traneos hæredes, non eſt curandum, cum cõis opinio ſit
in ꝯrium, ut ſupra deduxi, & maxime in hoc caſu, ubi po-
terat fieri alienatio: quo caſu ceſſat ratio Are. cũ propter
cauſam alienandi & ſolennitatẽ hr̃des extranei ſunt habi
les: nec de Soci. curandum eſt, cum ſibi ſit contrarius, ut
ex ſupra deductis apparet: argu.not.in l.j.C.de furt. ¶ Ad
ſecundam difficultatem in qua uidebatur his hæredibus
præſuppoſito ꝙ ad eos potuerint bona emphyteutica
tranſire, remiſsionem mercedis non eſſe concedendã, cũ
9 emphyteutę ob ſterilitatẽ † non fit remiſsio mercedis, ſm
Bar.Alber.Bal.Ang.Iaſ.& cõiter doctores in l.j.C.de iure
emphy.ubi Iaſ.in 6.nota. atteſtatur ita cõiter teneri. Re-
ſpondetur ex prædictis in p̃cedenti dubio colligi reſpon-
ſionem. Nam ut diximus in hoc caſu emphyteuta nõ prę
ſtat penſionem modicam ſolum in recognitionem domi
ni, ſed penſionem correſpõdentem fere annuis fructibus:
quo caſu vr̃ quodam modo ſapere locationẽ potius quã
emphyteuſim.arg.gl.in l.ſi uno.ff.loca. & tali emphyteu-
tæ † debet fieri remiſsio penſionis propter ſterilitatẽ: ar-
10 gu.tex.in l.ſi merces.§.uis maior.& in l. ſi ex cõducto. §.
j.ff.locati.& ita determinat Roma.in l.interdum.§.quod
ex naufragio.in 2.col.in uerſi. autem guerra durauit. de
acqui. poſ.Soc.in d.l.Gallus.§.ẽt ſi parente. in 2. col. de
lib.& poſth. quod probari poteſt illa ratione de qua per
11 gl.Bar.& alios in l.fi.C.de edict.diui Hadr. toll.nam † ubi
res excedit ſuos terminos exceditur à non ſuis terminis,
ergo cum excedit terminos emphyteuſis exceditur à non
ſuis terminis, ut non teneatur ad penſionem propter ſui
ſterilitatem: & pro hoc etiam facit dictum Bar. quod ibi
not.Sali.& Iaſ.& multum cõmendant in d.l. j. C. de iure
12 emphy. dum uult etiam emphyteutam non † teneri ad pẽ
ſionem propter ſterilitatem, qñ non habuit tot fructus,
qui ad penſionem ſufficiant, ſed ita hic accidiſſe dr̃, ergo
abſq; difficultate puto determinandũ huic emphyteutæ
ob ſterilitatem penſionem remittendã eſſe. Præſuppoſitis
in facto his, quæ enarrata ſunt, in quibus nõ uẽdicat ſibi
locũ cõmunis ſentẽtia, de qua ſupra. Et ex his puto ſatiſ-
factum dubijs magnifici domini mei, cui me & cauſam
ipſam pro iuſtitia plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Valoris conſideratio debet intelligi ſecundum tempus cui eſt appoſita.*

2 *Verba in ultimis uoluntatibus, ſemper referuntur ad futurum.*

3 *Valor*

3 *Valor rei relictæ in dotem debet conſiderari, prout magis eſt fauorabile doti.*
4 *Verba probata in teſtamento, intelliguntur ſecundum tempus teſtamenti, & mortis teſtatoris.*
5 *Dotis conſiſtentis in quantitate incontinenti debet fieri reſtitutio.*
6 *Determinatio ſimilium determinabilium æqualis eſſe debet.*
7 *Quod procedit etiam ſi unum determinabile ſit fauorabilius altero, & militet diuerſa ratio.*
8 *Orationis una pars ſecundum aliam declaratur.*
9 *Verba ubi ſunt clara non eſt amplius diſputandum.*
10 *Teſtator qui in una parte ſuæ diſpoſitionis loquutus eſt per uerba futuri temporis, in alia autẽ ſimpliciter præſumitur uoluiſſe intelligere de tempore præſenti in ea parte in qua ſimpliciter fuit loquutus.*
11 *Legatum dotis non habet in ſe, niſi commodum repræſentationis.*
12 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
13 *Verba teſtatoris non referuntur, niſi ad caſum in quo potuit diſponere.*
14 *Senex adeo nullus eſt, qui non poſsit de iure uiuere per quinque annos.*
15 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non utitur priuilegio.*

RESPONSVM CXXIX.

¶In teſtamentis quando rei ualor attendatur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis
diligenter uerbis teſtamenti apertiſsime cer
no dubium in uno tantum conſiſtere, an il-
la uerba poſita in teſtamẽto, quod uoluit qđ
eius uxor debeat dotare Eliſabeth de eo pluri, quod ua-
let dicta poſſeſsio, & uinea ſupradicta ultra libras mille
&c. intelligantur de ualore, ſeu de eo, quod plus ualet tẽ
pore teſtamenti, ſeu aditæ hæreditatis, an uero de ualo-
re ſeu de eo, quod plus ualet tempore quo denotat.
¶Et prima facie uidebatur dicendum, quod in ualore at
1 tenderetur tempus qua traditur nuptui: quia † iſta con-
ſideratio ualoris debet intelligi ſecundum tempus uer-
bi cui appoſita eſt. l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxalib.
l. Titius. ff. de milita. teſtamen. nota. plenè in l. ex facto,
de uulga. & pupilla. ¶Secundo probatur, cum iſtud
uerbum ualet poſſet conſiderari tempore teſtamenti, &
tempore quo traditur nuptui, & ſic in futurum, debet ca-
2 pi in futurum, quia in ultimis uoluntatibus † uerba ſemp
referunĩ ad futurũ. l. ſi ita legatũ. & l. ſolemus. & ibi Bar.
Soci. & alij. ff. de condi. & dem. ergo debet intelligi de ua
lore habito reſpectu ad futurum, & ſic ad tempus nuptia
rum. ¶¶Tertio facit, quia tractarur de dote conſtituẽ
da ex illo pluri, ergo debet conſiderari illud plus prout
magis fauetur doti, & ſic ſecundum tempus quo conſti-
tuitur dos cum illo tempore creuerit ualor rei. nám pro
3 dotibus † in dubio reſpondendum eſt. l. ſemper in ambi-
guis. de iure dot. & in l. ſemper. de regu. iur. & nota. plenè
in l. j. ff. ſolut. matrimo.
¶Maturius uero cogitanti apparet ueritatem eſſe in con
trarium non obſtantibus ſupra adductis, & primo, quia
4 in dubio uerba † prolata in teſtamento intelliguntur ſecũ
dum tempus teſtamenti, & mortis teſtatoris. l. ſi ita. ff. de
aureo, & argen. lega. l. uxorem. §. teſtamento. & l. his uer
bis. ff. de le. 3. cũ ſimi. ergo intelligunĩ de ualore, & de eo
pluri, ꝙ erat tẽpore teſtamenti, & ad illud debẽt referri.
¶Secundo, quia in teſtamento dr̃ de eo pluri, quod ua-
let dicta poſſeſsio ultra libras mille, mõ ſic, ſicut fit ęſti-
matio poſſeſsionis de præſenti reſpectu illarũ librarum
5 mille: nam † de præſenti illa debentur cũ ſint dotis conſi-
ſtentis in quantitate, quo caſu incontinẽti debet fieri re
ſtitutio. l. unica. C. de rei uxo. actio. cum materia. ita æſti-
6 matio illius pluris dẽt fieri incontinenti, ut æqualiter † fi
at determinatio reſpectu æſtimationis. l. iã hoc iure. ff. de
uulg. & pup. l. quãuis. C. de impuber. & alijs ſubſti. l. in te-
7 ſtamento. de milita. teſta. ꝙ procedit † ẽt ſi unũ determi-
nabile ſit fauorabilius altero, & militet diuerſa ratio, ſe-
cundum Alex. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis &
poſthu. Aret. in l. cum filio. §. qui diſcretas. ff. de uulga. &
8 pupil. & facit, † quia una pars orationis declaratur per
aliam, & debet intelligi ſecũdum aliam. l. utrum. de peti.
hære. Bar. in l. qui filiabus. de leg. 1. in prin. ergo ſicut ęſti
matio illius poſſeſsionis, & uineæ legatæ fit de præſenti,
& tempore mortis reſpectu librarũ mille, ita æſtimatio
de eo pluri debet fieri tempore mortis.
¶Tertio probatur manifeſtè ex uerbis teſtamenti, dum
dicit, quod uoluit quod dicta eius uxor deberet eã dota-
re de eo pluri, qđ ualet poſſeſsio, & uinea p̃dicta ultra li-
bras mille &c. pondera ꝙ dicit, quod ualet, & ſic de præ-
ſenti, & per uerbum præſentis temporis indicatiui, ergo
debet intelligi de ualore, quod erat tempore teſtamenti,
uel mortis, & non in futurum: nam † cum uerba ſunt cla-
9 ra non eſt amplius diſputandum. l. ille aut ille. §. cũ in uer
bis ff. de leg. 3. & in claris non eſt opus coniecturis. l. con
tinuus. §. cum ita, de uerbo. obligatio.
10 ¶Quarto probatur, nam † ſi intellexiſſet de tempore fu
turo, utputa nuptiarum illius filiæ non dixiſſet, quod ua
let, ſed quod ualebit, per uerbum futuri temporis, ſicut
dixit per uerbum futuri temporis reſpectu nuptiarum,
14 cum intelligebat de futuris nuptijs, ut ibi apparet p uer-
bum nupſerit, uel religionem interuenerit: argu. tex. in l.
j. §. ſin autem. C. de cadu. tollen. no. Bar. in l. Cæſar. ff. de
publi. in penul. col. & Alex. in rub. de re iud. col. 2. nam ſi
uoluiſſet intelligere de futuro loquutus fuiſſet per uerbũ
futuri temporis, immo ex quo in alia parte, dum loquiĩ,
de nuptijs loquutus eſt per uerbum futuri temporis daĩ
intelligi; quod in ea parte in qua loquiĩ de ualore ex quo
non eſt loquutus per uerba futuri temporis immo p̃ſen-
tis, quod intendit intelligere de ualore futuri temporis,
ſed ualore exiſtenti tempore mortis, & ita per ſimilem
conſiderationem determinat Abb. in conſilio.
¶Quinto & ultimo probatur, certum eſt, quod reſpectu
librarum mille, quæ debebantur ratione dotis æſtimatio
illius rei legatæ de præſenti fieri debet, cum tunc tempo
11 ris debeanĩ, & legatum † non habeat in ſe, niſi cõmodũ
repræſentationis. l. j. ff. de dote prælega. ſed ſi uxori. ubi
gl. inſti. de leg. cũ uulgari. iõ tunc temporis fit æſtimatio
illius rei: ut habeaĩ quantitas librarum mille: quib. habi-
tis apparet ualor illius, quod plus eſt, & ſi poſtea fun-
dus creuerit, illud augmentum reſpectu quantitatis fun-
di quam complectebantur, & comprehendebant, &
dictæ mille libræ, ſpectat ad mulierem tanquam do
minam, cum omne damnum & augmentum ſpectat
ad dominum. itaque per iſtam rationem, & ſi nulla
alia adeſſet, quod tamen non admitto, cum multæ aliæ
militent, dico quod ſiue ꝯſideras ualorem tempore mor-
tis, ſiue tempore nuptiarum, ſemper erit uerum ꝙ uxor
habebit tantam quantitatem illius fundi, quæ aſcendat
ad quantitatem librarum mille, ſecundum quod fundus
æſtimabatur tempore mortis, cum illo tempore ſolutio
ſibi fieri debebat, nec per legatum poterat retardari, nec
intendebatur retardari, immo ueniebat ad augendũ, &
12 † inducta ad augmentum nõ debent operari diminutio
nem. l. legata. inutiliter. ff. de adimen. lega. l. quod fauore.
C. de legib. l. legata. ff. de legat. 1. cum ſimil. ita quod ſem-
per illud quod ualebat fundus ultra libras mille, neceſſe
erat quod æſtimareĩ tempore mortis ipſius teſtatoris, &
hoc ueriſsimum eſt, & latius demõſtrari poſſet, ſi opus
eſſet, ſed ulterius non progredior, tum quia res agitur co
ram iuſtiſsimo ac doctiſsimo uiro, tum etiam quia aper-
tiſsime cerno neminem ſani capitis contrarium dictu-
rum fore. ¶Et primo non obſt. quod intelligatur ſe-
cundum tempus uerbi, quia retorqueo: nam tempus uer-
bi eſt de præſenti, ſcilicet uerbum ualet.
¶Secundo dico, quod caſu quo teſtator uellet fieri æſti-
mationem tempore nuptiarum filiæ, non poſſet, cum re-
ſpectu librarum mille de præſenti debebat fieri æſtima-
13 tio & reſtitutio, ut dixi. ſupra, & uerba teſtatoris † nõ re-
feruntur, niſi ad caſum in quo põt diſponere. l. fundus q.
locatus. ff. de fundo inſtr. immo non eſt de intentione ſua
ut ad illud tempus referatur ſicut dixi, ergo &c.
¶Nec obſt. ꝙ illud uerbum ualet, põt capi in futurum,

quia iſtud negatur, cui ſui natura denotat præſens, & ēt
eſt de intentione teſtantis, ꝙ præſens debeat denotare ꝑ
ea quæ ſupra dixi, immo ſi referatur ad tempus mortis fu
turum ſignificat: nam inter teſtamentum & mortem lon-
14 gū potuiſſet eſſe interuallū: nullus † enim adeo ſenex eſt,
qui non poſsit de iure uiuere per quinq; annos. l. hæredi-
tatū. ff. ad leg. Falcid. & ibi Alex. & ſic ſignat futurum.
¶ Non obſt. quod pro dote reſpōdendum eſt, quia uerū
eſt ſeruata proprietate uerbi, & intentione teſtantis, præ-
ſertim in his, quæ dependent a uoluntate teſtantis, quæ
in diſpoſitione regina eſt, & dominatur. l. in conditionib.
ff. de cond. & demonſt. cum ſim. lib. ¶ Præterea ab utra
15 que parte tractaī de dote, & priuilegiatus † contra aliū
non utitur priuilegio. plene in authen. quas actiones. C.
de ſacroſan. eccle. & in l. quæ fortuitis. C. qui pot. in pign.
habean. & in l. j. C. ſi aduerſus fiſc. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hiero. Gratus. D. Bonoñ.

SVMMARIVM.

1 *Actor fundamentum ſuæ intentionis plenè probare tenetur.*
2 *Actore non probante reus abſoluitur.*
3 *Vox unius uox nullius.*
4 *Teſtes duo ad minus requiruntur ad faciendum probationem.*
5 *Habitatio domus paternæ, & fructuum recollectio neceſſario nō probant filium eſſe hæredem.*
6 *Probatio de neceſsitate concludere debet.*
7 *Cataſtrum & liber æſtimi nihil probant, niſi eo ſciente qui nominatur fuerunt deſcripti.*
8 *Statutum quo cauetur ut omnis actio tollatur uigintiquinq; annis, eſt ualidum.*
9 *Statutum generaliter loquens comprehendit etiam dotem in caſibus, in quibus non apparet ſpecialiter priuilegiata.*

RESPONSVM CXXX.

¶ Quomodo probetur aditio hæreditatis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cau
ſa Fazoli, & Ioannis de cōcordia paucis agā,
tum propter rei euidentiam, tū ēt quia eſt res
pauci momenti: & omiſsis argumētis ad par
tes, ac uerborum congerie, dico quod punctus difficulta-
tis conſiſtit, an ſupradicti ſint hæredes Peregrini ſui pa-
tris, & per conſequens teneantur ad dotem promiſſam ꝑ.
eum, & cum iſtud ſit fundamentum partis aduerſæ, uidē
1 dum eſt an id probauerit. nam actor tenetur † probare
plene fundamentum ſuę intentionis. l. actor. l. ei qui. de ꝓ
2 ba. l. eum actum. de neg. geſt. cum ſimi. & † actore non ꝓ
bante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden. cum uul
ga. ſed ſi totus proceſſus conſideret, non reperiuntur niſi
hi teſtes, ſcilicet Andreas, Ioannes, Thomas, ac Florus de
ponentes ſuper hoc, an ſupraſcripti Fazolus & Ioannes
ſint & fuerint hæredes eorum patris: quorum dicta ſi ani-
maduertantur, nihil concludunt: nam Andreas Io. & Tho
mas dicunt ſe neſcire, an ſupra dicti fuerint hæredes nec
ne, & an poſſederint bona patris, & ſic aperte loquuntur
adeo qđ non eſt opus alia reſponſione cum uerba ſint cla
ra. l. ille aut ille. §. cū in uerbis. de leg. 3. Nec Florus quar-
tus teſtis probat, tum quia eſt unicus & ſingularis, &
3 † uox unius uox nullius: ut plene traditur in c. in omni ne
4 gotio. de teſtib. & in l. ubi numerus. de teſtib. nam † ad mi
nus duo requiruntur ad probationem: ut per Bart. & om
nes in l. admonendi. ff. de iureiuran.
¶ Præterea ſi ipſius dictum recte conſideretur facile ap-
parebit nō probare præfatos fratres fuiſſe hæredes patris
cū poſtq̄ dixit illos fuiſſe hæredes, aſsignat rōnem ſui di
cti, quia uidit illos habitare domū patris, & fructus perci
5 pere &c. quæ † uerba non probant illos eſſe hæredes, cū
ex alia cauſa ea bona tenuiſſe apparere poterit: ut puta
uti obligata propter dotē maternam, uel ex alio capite:
ut per Bar. in l. gerit. circa tertium principale. de acqu. hæ
red. Bal. & mod. in l. non hoc. C. unde legi. Bal. in l. j. C. ſi
minor ſe ab hære. abſti. Pau. de Ca. Iaſ. & mod. in l. j. C. de
repud. hær. cū ſimi. quæ notiſsima ſunt, ſed hic conſtat ꝑ
inſtrumentum productum hos fratres ius habuiſſe in di-
ctis bonis ratione dotium maternarum, quod inſtrumen
tum ſaltem præbet cauſam retinendi illa bona eo iure &
non hæreditario, ſm cōem opinionē de qua ſupra, ergo il
lud dictū Flori nullā facit probationem, & per ꝯñs ſequi
tur hos fratres conuentos ut hæredes Peregrini abſoluen
dos fore, & aduerſarium in expenſis condēnandū eſſe, cū
id minime probatum fuerit, & actore non probante reus
abſoluitur, & agens in expenſis condemnaī: dicta. l. qui
accuſare. cū infinitis traditis ibi per mod. quæ uti notiſ-
ſima omitto. Et ex hoc tollitur alia obiectio, ſcilicet Fazo
lū ꝯfeſſum fuiſſe ſe uendidiſſe quandam petiam terræ de
bonis patris, quia non dixit ut hæres, uideaī proceſſus,
ſed ſimpliciter dixit uendidiſſe de bonis patris, & tñ non
ſit hřs, cū uendidit ut de bonis ſibi obligatis ratione do-
6 tis maternæ, & ſic † probatio non concludit de neceſsita-
te prout debet: d. l. nō hoc. unde cogna. c. in præſantia. de
proba. ¶ Nec obſt. illud de libro æſtimi ubi dicitur hæ-
7 redes Peregrini, quia † cataſtrū, & liber æſtimi nihil pro-
bant, niſi eo ſciente qui nominaī fuerint deſcripti. Bar. in
l. quæ quiſquā. de acq. rer. domi. in l. rura. de omni agro
deſer. per Bal. in l. ſolennib. dę rei uendic. cum ſimil. ſed
nō apparet, quod illi libri fuerūt deſcripti eo modo, per
uerbum hæredes Peregrini illis ſcientibus, & ita ſcribi
uolentibus, ergo nihil præiudicant, & cum iſtud non ha-
bet difficultatem non inſiſto: ex quibus manifeſte con-
ſtat nullo pacto uerè & legitimè probatum eſſe reos con
uentos fuiſſe hæredes ſui patris. ſed quid plura? nonne
adeſt ſtatutum productum, quo cautum eſt, qđ omnis a-
ctio etiam pupillo competens tollitur per 25. annos, &
8 hic ſunt iam tranſacti. 28. anni, ergo agentes non debent
audiri, & ſunt repellendi, & † iſtud ſtatutum eſt ualidum,
etiam ſi minus tempus apponeret: ut per Bar. Iaſ. Crot. &
Seueri. in l. omnes populi. de iuſti. & iur. ubi latiſsime nō
refero, nec poteſt dici, quod iſtud ſtatutum cum non lo-
quatur expreſſe de dote non comprehendit eā uti priui-
legiatā: iuxta no. in l. j. ſol. matri. quoniam reſpondetur,
9 quod † ex quo nō habet dos ſpeciale priuilegium in hac
præſcriptione, ut apparet ex priuilegijs enumeratis in d.
l. j. & in tracta: de dote. per Bal. & Campeg. ſequitur quod
comprehenditur a ſtatuto generali: ut no. Bal. in l. in frau
dem. de mili. teſt. per illum tex. & ita conſuluit Dec. in ꝯſ.
5. per totū. ubi multa adducit, non tranſcribo: & ita di-
co partes domini iudicantis eſſe debere, maxime concur
rente tanto tempore in quo hæc dos non fuit petita, & ēt
nonnullis probationib. de confeſsione. d. Margaritę ſup
ſatisfactione ſibi facta, de quibus principaliter non ſum
nunc uerba facturus: quæ ſaltem habent mouere animū
domini iudicantis, qui propter probationē non factam
per partem aduerſam his fratribus ac ipſi iuſtitiæ deeſſe
non poteſt, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.*
2 *Dos etiam dicitur antequam uxor ſit tranſducta ad domum mariti, uel cognita.*
3 *Opinio illa quę magis fauet liberorum procreationi amplecti debet.*
4 *Argumentari a rationibus non poſſumus quando ſunt dubiæ, & plures poſſunt aſsignari.*
5 *Statutum deferens marito lucrum partis dotis uxore mortua ſine liberis, habet locū in ſponſa per uerba de præſenti, mortua antequam eſſet tranſducta ad domum mariti.*
6 *Quæſtio nominum pertinacibus eſt relinquenda.*
7 *Argumentum ab etymologia uocabuli habet locum in nominibus appellatiuis.*
8 *Etymologia non attenditur, quando diffinitio, uel authoritas adeſt in contrarium.*
9 *Vxor unde dicatur.*

10 *Verba*

10 *Verba non ita intelliguntur in potiori ſignificatu, ut excludant aliud ſignificatum, qui proprius eſt.*
11 *Origo rei, & non euentus debet attendi.*
12 *Expreſsio eius quod tacite ineſt non dicitur ſuperflua.*
13 *Statutum de quo ſupra, maxime locum habere debet: ubi ſecundum communem uſum loquendi ſponſa per uerba de præſenti nondum traducta ad domum uiri, uocatur uxor.*
14 *Statuta debẽt intelligi ſecundum communem uſum loquendi.*
15 *Expenſæ uoluptariæ dicuntur illæ quæ nullam afferunt utilitatem.*
16 *Statutum de quo ſupra, maxime procedit, quando maritus fecit multas expenſas cauſa traducendi uxorem.*
17 *Verbum quandocunque, ſignat omni tempore.*
18 *Verbum ubicunq; de proprietate ſignat omnem locum.*
19 *Statutum de quo ſupra maxime procedit, quando in eo adſunt uerba prægnantia, & generalia comprehendentia ſponſam per uerba de præſenti, nondum tranſductam ad domum uiri.*

RESPONSVM CXXXI.

¶An ſtatutum deferens marito partem dotis, uxore mortua ſine liberis, conſtante matrimonio, habeat locum in ſponſa per uerba de præſenti nondum tranſducta ad domum uiri.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Licèt
ſint uariæ in hoc caſu doctorum opiniones,
ut ſuper eo neceſſaria uideatur noua Impera
toris conſtitutio, nihilominus quid ſentiam
dicam: & uidetur maritum partem dotis lucraturum eſ-
ſe, & ſi uxor ad domum ſuam non fuerit traducta, cũ fue-
rit deſponſata per uerba de præſenti, quo caſu uerum eſt
1 matrimonium, cum † nuptias non concubitus, ſed con-
ſenſus facit. l. nuptias. de regul. iur. l. mulierem. l. deniq;.
de ritu nuptia. ergo proprie fuit matrimonium inter ip-
ſos, ergo habet locũ ſtatutũ loquens de matrimonio, cũ
uerba proprie ꝯueniãt. l. iiij. §. toties. de dam. infec. & dos
2 ẽt dr̃ † antequã ſit traducta ad domũ mariti, uel cogni-
ta. l. unica. §. accedit. C. de rei uxo. actio. l. ex morte. in fi.
de pact. ꝯuen. l. deo nobis. C. de epiſco. & cler. & ita ex uer-
bis ſtatuti cõprehẽdit̃ hic caſus, ergo amplius non uidet̃
diſputandum. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. de leg. 3.
¶Secundo quia cõprehenditur ex rõne: nam ratio illius
ſtatuti potuit eſſe ut inuitaret maritos ad accipiendum
uxores, & ut mulieres facilius inuenirent uiros, cum uiri
non ita facile ꝯhunt matrimonium, ſicut mulieres ſtatuẽ
tes ut inuitarent uiros ad ꝯhendas nuptias uiris conceſ-
ſerunt illud lucrũ. hanc rationem aſsignat Soci. in l. cum
fuerit. de cond. & demon. ſed hæc ratio habet locum ſiue
totaliter fuerit traducta ad domum uiri, ſiue non, dũmo-
do fuerit deſponſata, cum eo caſu dicat̃ maritus ꝯxiſſe,
& conſequenter ſtatuto præmium & lucrũ præſtante ma-
trimonio contrahenti ſatisfeciſſe; ergo lucrũ cõſequi de-
bet ex ratione ſtatuti: ut no. in l. a Titio. de uerb. oblig. in
l. illud. ad leg. Aquil. l. nominis. §. uerbum ex legib. de uer
bo. ſign. & ſi dicat̃ quod hæc rõ non eſt expreſſa, & ꝙ alia
INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Cum fundamentũ intentionis do.Camilli de Tartagnis, ſit probare ſe eſſe filium legitimum & naturalem Scipionis filij quondam do. Camilli de Tartagnis: idque tantum uideatur probare per quædam uerba enunciatiua, tranſactionis initæ inter do. Camillum & do.Carolum,cuius eſt hæres Alexander cõ
1 tra quem agitur. Et † nerba narratiua incidenter & propter aliud poſita non probant,niſi in eo de quo agitur:& quando contingit de illo enunciato diſputare nihil probant.c.illud.ubi per Feli.de præſump.Iaſ. in l.ex his uerbis.de mili.teſta.Dec.in auth.ſi quis in aliquo. col. 7.C. de eden.per Alex.in conſ.136.col.fi.lib.j.cum ſimilib.ergo cum principaliter agitur de filiatione do.Camilli illa
2 uerba enunciatiua non probãt:& † idem eſt in teſte enunciatiue loquẽte:ut per Iaſ.in d.l.ex his uerbis.& licèt hæc uideatur aliquid dubitationis facere ut do. Camillus nõ dicatur ſuam intentionem probaſſe: nihilominus rectè intuenti facile apparebit do. Camillum ſuam filiationẽ optime probaſſe. ¶Et primo per inſtrumentum tranſactionis, ubi non tantum ſemel fit mentio de filiatione do.Camilli,& quod erat filius do.Scipionis,ſed bis, terque quaterque, ſi rectè intueatur inſtrumentum: & facit etiam ſæpius mentionem de matre do. Camilli, & appellat uxorem do. Scipionis patris do. Camilli, & ita fatetur eſſe filium ex uxore do. Scipionis, & ſic de legitimo
3 thoro natum,ſed uerba † enunciatiua geminata probant: ut per Bar.Angel.in l.cum ſcimns.C.de agricol. & cenſi. per Iaſ.in d.l.ex his nerbis.per Soci.in conſi.228.In cauſa.col.3.uerſi. reſultat. & dicit Cor. in conſi. 67. col. 3.& 81.col.6.& ſequitur Cur.iunior in conſi.163.col.8.quòd uerba enunciatiua gemina probãt in caſu quo aliàs enũ
4 ciatiua non probarent,ſed in hoc caſu † & ſi uerba ſimpliciter enunciatiua non probent,cũ præſupponatur quòd principaliter de enunciato agatur:nihilominus cum ſint geminata,& ut ita dicam, quadruplicata debent probare,& maxime cũ in caſu de quo ibi agebatur probabant, cum erant neceſſaria ad conſeruationem actus, qui aliàs tanquam erroneus non ualuiſſet, quia ſi Camillus non fuiſſet filius Scipionis, tranſactio non haberet effectum, cum erat facta ei ut filio Scipionis uigore teſtamenti ita diſponentis:

diſponentis : ergo ut aliquid operetur talis geminatio,
habebit probare ultra effectum illius contractus, & quan
do enunciatum principaliter deducatur: & ideo Iaſ. in d.
l. ex his. & alij communiter dum dicunt quòd enunciati
ua geminata probent, non limitant in caſu quo de enun
ciato principaliter agitur, ſed limitant aliam fallentiam
quando ſunt ſuper eo quod erat neceſſarium ad actum,
cum ergo doctores indiſtinctè loquantur in caſu noſtro
quod probent: ergo uolunt quòd probent indiſtinctè, &
tanto magis cum diſtinguant aliam limitationem, arg. l.
cum prætor. de iudic. cum uul. unum tamen non poterit
inficiari quòd allegata ſupra in contrarium non loquun
tur in iſtis terminis: ergo &c. ¶ Secundò principaliter
dico quod habent probare, quia ſunt iurata. Nam in di-
cta tranſactione iurarunt partes omnia & ſingula uera
eſſe, & ſic confeſsionem factam de Camillo quod eſſet fi-
lius Scipionis, & tanto magis ad hoc debent referri, cũ
erat neceſſariũ ad efficaciam actus, ut dixi, & uerba enũ
5 ciatiua † iurata probant. Bar. communiter approbatus in
l. ex hac ſcriptuta. col. 3. de donationi. ubi expreſſe dicit
quod probant, & facit iuramentum quod non refert an
principaliter, uel incidenter ſint emiſſa, ſed quando prin
cipaliter ſunt emiſſa probant: ergo &c. ſequunt doc. in di
6 cta. l. ex his. ¶ Tertiò dico quòd † quando uerba enun
ciatiua ſunt principaliter prolata propter ſe tunc pro-
bant, & diſponunt: ut per omnes in dicta. l. ex his. & in di
7 cta. l. ex hac ſcriptura. & emiſſa dicuntur † propter aliud,
quando in præludijs & præcedentibus ſunt poſita, ſeu ad
effectum alterius diſpoſitionis. Soci. in conſi. 218. Bal. in
l. j. de fal. cauſa adiec. lega. ſed hic ſunt propter ipſam diſ-
poſitionem, & ſunt in uerbis diſpoſitiuis prolata : ergo
&c. & hoc magis demonſtratur in teſtamento. d. Caroli
de quo ſtatim. ¶ Quartò conſidero quòd non ſolum
in d. inſtrumẽto tranſactionis probatur hæc filiatio, ſed
etiam in teſtamento. d. Caroli, ubi poſt hæredem ſuum,
contra quem agitur, inſtituit iſtum Camillum, & appel-
lat filium Scipionis de Tartagnis, & ſuum pronepotem,
8 & † iſta eſt cauſa finalis inſtitutionis: ut eſt tex. in l. ſi pa-
ter. de hære. inſt. plene in l. cam quam. C. de fideicom. ubi
affinitas dicitur cauſa finalis inſtitutionis. Item ſunt pro
lata in diſpoſitione, & propter illam: ergo ſecundum om
nes in d. l. ex hac ſcriptura. plene & indiſtinctè probant, &
maxime cum ultra geminationem uerborum de qua in
inſtrumento tranſactionis, per iſtud inſtrumentum indu
catur geminatio actus cum magna temporis intercape-
dine facti, quæ magis operatur quàm geminatio uerbo-
rum. l. mulier. ad Velleia. plene per Iaſ. in l. j. de offic. eius
cui mand. eſt iuriſdi. ¶ Vltimò dico quod non poteſt
9 inficiari † quod uerba enunciatiua propter aliud non fa
ciant ſemiplenam probationem, etiam quo ad fauorem
tertij, quãdo poſtea principaliter diſputatur de enuncia-
to: ut eſt doctrina Bar. in l. admonendi. de iureiuran. col.
8. ubi alij ſequuntur. Cum igitur in inſtrumento tranſa-
ctionis ſint prolata uerba enunciatiua filiationis, & ſic
per illa fit ſemiplena probatio, & ſint etiam prolata in te
ſtamento, & ſic fit alia ſemiplena probatio : ergo plena
fit probatio etiam ad fraudem tertij, quãdo poſtea prin
10 cipaliter agitur de enunciato, cum † duæ ſemiplenę pro-
bationes faciunt plenam: ut in dicta. l. admonendi. & hoc
eſſe debet abſque aliqua difficultate, quia concurrunt
uerba teſtium, quę ſaltem faciunt aliquod adminiculum
concurrunt geminationes, iuramentum, cauſa, & alia de
quibus ſupra, quorum quodlibet de per ſe ſufficit : ergo:
quanto fortius ſimul iuncta probãt. Et hic caſus uidetur
indubitatiſsimus, & in hoc caſu iurato, geminato, per
modum cauſæ expreſſo, & in diuerſis diſpoſitionibus nõ
reperitur contradictor, immò Feli. & alij in c. aliud. de
præſumptioni. in contrarium allegati dicũt quòd id nõ
habet locum, quando ultra uerba enunciatiua concur-
runt alia adminicula, ſed hic concurrunt, ut ſupra dixi
ergo &c. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus eſt de actis, & de proceſſu.*
2 *Libellus parte citata coram iudice offerri debet.*
3 *Acta die feriata fieri non poſſunt.*
4 *Libellus die feriata produci non poteſt, & iudicium agitari.*
5 *Feriæ ſunt conceſſæ ea ratione, ut homines ab operibus neceſſa-
rijs non retrahantur.*
6 *Statuta ſecundum ius commune intelligi debent.*
7 *Præſcriptio non currit agere non ualenti.*
8 *Lex faciens mentionem de tempore, uel die, & non exprimens
de utili, uel de continuo, intelligitur de continuo.*
9 *Statuti Bononienſis ſub rubr. de cauſa nullita. declaratio.*
10 *Dies decem continui dantur ad appellandum.*
11 *Paria ſunt aliquid exprimi per ſe uel per rationem ad aliud.*
12 *Expreſſum per rationẽ ad aliud, proprie dicitur eſſe expreſſum.*
13 *Relatiuum quis uel qui, refert ac reſtringit ſubſtantiuum antece
dens.*
14 *Relatiuum refert antecedens in unitate, & identitate ſubſtantiæ,
cum omnibus ſuis qualitatibus.*
15 *Conceſſum ad tempus cenſetur prohibitum poſt tempus.*
16 *Terminus ſtatuti habet uim irreparabilis peremptorij.*
17 *Verbum debet, ſignat neceſsitatem.*
18 *Dictio ſolum, eſt prohibitiua, & excluſiua non expreſſorum.*
19 *Verba ſtatutorum ita debent interpretari, ut habeant iuris mini
ſterium.*
20 *Libellus die feriata indici dari poteſt, ne tempus præfixum ad ali
quid producendum, uel explendum dilabatur.*
21 *Citatio quæ permiſſa eſt die feriata debet fieri ad hoc tantum, ut
pars compareat ad libelli oblationem recipiendam.*
22 *L. 1. C. de annal. excep. loquitur in non ualenti agere de iure, ſe-
cus ſi de facto.*
23 *Tempus eſt continuum in præſcritionibus.*

RESPONSVM CXXXVII.

¶ An lex ſiue ſtatutum loquens de tempore uel die ſimpli-
citer intelligatur de continuo, ubi declaratur ſtatutum
Bononienſe ſub rubr. de cauſa nullitatis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſo
ſtatuto de nullitate, eoque diligenter conſide
rato, dum concedit ei qui ſimpliciter, & per
uiam principalis petitionis uoluerit ſenten-
tiam dicere nullam, id facere poſſe & debere ſolum intra.
10. dies datos ad appellandum, ut ſupra intelligendo de
ſtatuto de appellationibus, & uult iudicem cauſæ prædi
ctæ teneri cognoſcere, & determinare dictam cauſam in
tra. 30. dies utiles cõputandos à die porrectę petitionis:
uidetur prima fronte intelligi debere de. 10. diebus utili
bus, cum dicat computandos a die porrectę petitionis:
ergo petitio interuenit, & conſequenter libellus † qui eſt
1 de proceſſu & de actis. c. quoniam contra. de prob. cum
concor. & debet pars citari, & † ei offerri corã iudice. auth.
2 offeratur. C. de lit. conteſt. ſed acta † fieri non poſſunt die
3 feriata. Bal. in rubr. C. de in ius uoc. & in l. j. ubi notant
alij. C. de fer. ergo neceſſario ſtatutum illud loquens de
10. diebus ad dicendum de nullitate debet intelligi de
10. diebus iuridicis & utilibus, non autem de continuis,
quoniam ſi intelligeretur de continuis, ſequeretur quòd
die feriata libellus † poſſet produci, & iudicium agitari
4 contra. d. l. j. C. de fer. & l. dies feſtos. eo. tit. militat quoq;
ratio in hac cauſa nullitatis, qua mediante conceſſę ſunt
ferię † ut ab operibus neceſſarijs homines non retrahan-
5 tur, de quo in l. j. cum concord. ff. de fer. ergo in ea debet
habere locum etiam diſpoſitio. l. à Titio. de uerbo. oblig.
l. illud. ff. ad leg. Aquil. ¶ Comprobatur & tertio loco,
ea ratione generali quæ habet ſtatuta † intelligi debere
6 ſecundum ius commune. l. ſi ſerui ueſtri. de noxalib. ergo
debet intelligi de diebus utilibus & non continuis. Nam
interpretantur ſtatuta ut minus derogent iuri communi
quàm ſit poſsibile : ut notatur in l. omnes populi. ff. de
iuſti. & iure. cum ſimilib. ¶ Quartò comprobatur ex
7 regula generali, quæ habet, nõ ualenti † agere nõ currere
præſcriptionem

præſcriptionem.l.j.C. de ann. exceptio. cum ſimilib. ſed de iure communi,die feriato agi non poteſt.l.dies feſtos. C.de ferijs. & etiam ex forma eiuſdem ſtatuti: ergo non debet currere tempus dicendi de nullitate die feriato,& debet intelligi ſtatutũ de diebus iuridicis & nõ cõtinuis. ¶Maturius uero conſiderans determino contrarium: &
8 primo † moueor quando in lege eſt factũ uerbum de tempore uel de die,& non apparet nec exprimitur de die utili uel continuo, intelligitur de continuo. gl. Bar. & alij in rubri.ff.de diuer.& temp.præſcrip.Bal. in l. ſi quando. in 10.q.C.de teſtib.& in omni dilatione & pręſcriptione hoc dicit Petr.de Anchar.in clemen.j.de reſtitu.in integ. ad fi.ſed hic non exprimitur dies eſſe utiles: ergo iudicãdum eſt ſtatutum intelligi debere de diebus continuis. ¶Secundò id uidetur cõprobari poſſe ex uerbis dicti ſtatuti, dum inquit quòd ſolum id facere poſsit & debeat intra decem dies datos ad appellandum,ut ſupra.Ponde
9 ra † dictionem, ut ſupra, quæ habet relationem ad ſtatutum de appellationibus: ſed in ſtatuto de appellat.dan-
10 tur decem dies ad appellandum continui:& † de iure cõmuni ponitur in auth.ſed hodie.C. de appellat. ergo ſtatutum iſtud de nullitate referendo ſe ad ſtatutum de appellat. ¶Circa iſtud tempus dicendi de nullitate, perinde eſt ac ſi de diebus cõtinuis expreſſe loquutum fuiſ-
11 ſet:cum id dicatur in ſtatuto de appella. cum † paria ſint aliquid exprimere per ſe uel per relationẽ ad aliud.l.aſſe toto.ff.de hære.inſti.l.in teſtamento.ff.de condi. & dem. l.admonendi.ubi gl.& doct.ff.de iureiur. late per omnes in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.adeo quod Bal. in cõ
12 ſi.257.in j.uol.incip.ea quę.inquit expreſſum † per relationem ad aliud, proprie expreſſum eſſe:de cuius dicti ueritate alibi dixi. ¶Comprobatur & tertio ex illis uerbis, decem dies datos ad appellandum. Nam participium, datos,præteriti temporis, reſoluitur per uerbum & relatiuum,quis,uel qui,ut apud gramaticos & omnes clariſſimum eſt,quibus credendum eſt.l.ſeptimo.de ſtatu ho.l. ſi pater.de ſolu.Bar.in l.j.col.4.ſi cer.peta.ſed relatiuum
13 † quis,uel qui,eſt relatiuum ſubſtantiæ, ſeu refert ſubſtantiuum antecedens.gl.in l. fi. in uerbo. proferuntur. C. de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.Item eſt reſtrictiuum ac reſtringit ſubiectum præcedens.Cardinal.in clemen.j.q. 11.de foro compet.& in cleme.2. de ſtatu monach. Abb. in c.decętero.de cleri.nõ reſid.Bar.& omnes in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide catho.& in l.omnes po
14 puli. de iuſti. & iure. Item † refert antecedens in unitate identitate ſubſtantiæ cum omnibus ſuis qualitatibus. Barto.in l.ſi quis ſeruum.§.fina. de leg.2.& in l. j. in fi. ſi famil. furt.feciſ. dica. ergo perinde eſt ac ſi ſtatutum dixiſſet,intra decem dies datos ad appellandum, id eſt qui dati fuerunt ad appellandum, id eſt continuos,cum decem dies continui dati fuerunt ad appellandum. Idque latius comprobarem ſi ad præſentem caſum neceſſariũ omnino fore ſperarem: ut latius ſcripſi in cauſa uertente contra Ioan.Franciſcum de Barberijs, in qua excellentię ueſtrę nemine diſcrepãte ad fauorem mei uota dederũt, ſed in præſenti caſu, ſi uetus eſt calculus dierum à notario cauſæ exhibitus,nedum excluſus eſt aduerſarius propter decem dies continuos lapſos:uerumetiã p̃p lapſum decẽ dierũ utiliũ, quo caſu ex forma dicti ſtatuti quomodocunque intellecti,non debet audiri, cum ſtatutum dicat quod debeat id facere ſolum intra decem dies datos ad appellandum: ergo non poterit poſt decem dies,
15 cum permiſſum † ad tempus cenſeatur prohibitum poſt tempus.l.ſcire oportet.§.conſequens. de excuſa. tuto. & ibi Bal.l.ſta tuliberum.§.ſtichum.de leg.2.Inno.& Bal.in c.fi.qui matri. accuſ. poſ. ¶Cõprobatur ex dictis Bal.
16 in loco præallegato, ubi inquit † terminum ſtatuti uim irreparabilis peremptorij habere:ergo poſt tempus decẽ dierum audiendus non eſt. ¶Accedit quoque uis uer-
17 bi debeat prolati à ſtatuto, † quod ſignat neceſsitatem: ut notatur in l.creditores. C. de pignorib. ergo neceſſario habet intra illud tempus. ¶Non omitto quoque
18 dictionem ſolum,prolatam à † ſtatuto,quę eſt dictio prohibitiua,& excluſiua õium aliorũ dierũ.l.3.C.de patri.q pro.fil.diſtra.l.3.§.cum Titio. ff.de adimen. legat. notat gl.in l.rationes.C.de probationib.in c.ſi duo. de probationib.lib. 6. ergo cum ſtatutum dicat ſolum intra decẽ dies,expreſſe excludit tempus poſt decem dies.facit regula. l. cum prætor. de iudic. c. nonne. de præſumptionib. cum ſimilib.Item quia illa uerba intra, non haberent iu
19 ris miniſterium † contra notata in l.j.per Alex.C. qui admitti.& gl. in l. j. quod metus cau. Nam & ſi poſt decem dies dici poſſet de nullitate, fruſtra fuiſſent apposita illa uerba, debeat ſolũ intra decem dies &c. ¶Ex quibus omnibus ſimul iunctis conſtat hunc poſt decem dies de nullitate,dicentem reijciendum eſſe,præſertim cum dixerit de nullitate poſt decem dies,non ſolum cõtinuos ſed & utiles:adeo ut ſuperuacaneum eſſe uideatur, cõtrarijs reſpondere, & demonſtrare ſtatutum intelligi debere de diebus continuis:nihilominus ut principali meo aliqua ex parte ſatisfaciam, uti articulum hunc propoſui & corroboraui ita obiectis reſpondebo. ¶Et ad primum de libello & petitione quæ die feriata porrigi nõ debet, reſpondeo,hæc ſimul ſtare poſſe,ut uolens dicere de nullitate,ut intra decẽ dies cõtinuos dicat, iudex uero cognoſcat intra tẽpus utile:prout uidemus obſeruari in appellatione, quæ per partem fit intra decem dies continuos ex forma eiuſdem ſtatuti, & per iudicem fit cognitio intra tempus utile: & ita expectat ipſe iudex donec ueniant
20 dies utiles: † & die feriata poteſt libellus dari quando præfigitur tempus ad aliquid producendũ, ne tempus præfixum labatur:cum productio non fit ad inchoãdam litem, ſed ad alium finem, ut tempus non labatur. facit tex.in l.miles.§.ſexaginta.de adulter. iunctis notatis ibi per Bar.& alios.Bal.in l.ſi quando.C.de teſt. in l. ſi ea.C. qui accuſ.non poſ.Bal.& Iaſ.in l.j.in 2.col.C. quando libell.princip.dat.& in tit.de citat. in addit. Spec. in uerſi.
21 die feriata.ubi inquit,ſi hoc caſu † pars citaretur citanda erit ſub hac forma, ut compareat receptura libelli oblationem ſibi faciendam: nõ autem citabitur ut ueniat ad opponendum uel reſpondendum:ut no.in 4.q.5.c.placita.§.j.uerſi.item excipitur.& hoc caſu dicitur producens ſatisfeciſſe termino:ut per Bal.in d.l.ſi ea.in fi.uerbis: & ſic iſta productio libelli potuit fieri, & debuit ipſi iudici tempore feriato, cum ſit ne huiuſmodi tẽpus labatur, & ut euitet periculum excluſionis. facit ad hoc quod uoluit Bal.in l.diuus.de ferijs.gl.in l.j.eo. tit. ubi Alex.dicit eam communiter teneri. Spec. in tit. de ferijs.§.ſequitur. Abb.in c.præterea.de dilatio.& in c.fi.de iudi.præſertim quando res erat tempore peritura,prout erat hæc poteſtas dicẽdi de nullitate: ut in l.2.& 3.C.de ferijs.cum ibi plene notatis. ¶Contraria igitur loquuntur quando libellus datur parti.non ut ſolum euitet periculum temporis,ſed ut litiget & iudicium exerceat tunc temporis. Et ex hoc tollitur etiam quod ſecundo loco dicebatur in hac cauſa militare rationem qua introductę ſunt feriæ: quoniam ferię non ſunt impedimento ut quis non faciat actum,ne ſibi tempus pereat: per ea quæ diximus ſupra. & cum hic actus fiat iudici, qui non eſt occupatus in ferijs ruſticis & uindemiarum, & eſt actus momentaneus, nec refert an pars compareat necne, cum non poteſt impedire productionem libelli nullitatis,ſeu actum producendi:igitur occupatio meſsium non eſt in conſideratione,ſicut nec in actu appellandi conſideratur. ¶Non obſtat ſtatuta intelligi debere ſecundum ius cõmune, quoniam procedit in dubio:ſecus in claris,ut hic, per ea quæ demonſtrauimus. Nec obſtat regula.l.j.C.de anna.exce. quia per ſupradicta non uidetur facere ad propoſitum: cum die feriato libellum iudici producere poterat, & lapſum temporis euitare:& ita non erat impeditus. Præter-
22 ea.† d.l.j.de anna.exceptio.loquitur de non ualenti agere de iure,ſecus de facto.Bar.per illum tex.in l. j. §.ſi quis autem propter inundationem. ff. de itin.actuque pri.per Paul.de Caſt.in conſi.335.& Ang.in conſi.196.& late per Alex.in apoſtil.ad Bar. in loco præalleg. aliàs ſequeretur quod tempore feriarum non curreret præſcriptio: quod
23 falſum eſt,† cum in præſcriptionibus tempus ſit cõtinuũ: ut per gl.& doct.in d.rub.ff.de diuer.& temp. præſcri. cũ uulg.

uulg.& hæc de diebus continuis quo ad præſentem cauſam ſint dicta ex abundanti, aliàs de intelligentia illius ſtatuti Bononiēſis ſub rubrica de cauſa nullitatis,latius ſcripſi,ac declaraui,ad quæ dicta me remitto.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor uerus capi non poteſt à iudice incompetenti, & cauſam amittit qui eum capi facit.*
2 *Debitor ut capi poſsit ante terminum ſolutionis,requiritur quod ſuſpicio uel aliquid noui ſuperuenerit.*
3 *Statuta ad unguem obſeruari debent.*
4 *Debitor ut capi poſsit, creditum, & ſuſpitio aliter probari debent quàm per iuramentum.*
5 *Item neceſſarium eſt debitum eſſe liquidum non ſolum reſpectu quantitatis, ſed & ueritatis.*
6 *Reſcriptum ſecundum non ualet, quando in eo non eſt facta mentio de primo.*
7 *Reſcriptum habens debitam formam, & ſolennitates à iure requiſitas exequendum eſt:& ſecundum eum pronunciādum eſt.*
8 *Reſcriptum non poteſt dici ſubreptitium, quando omnia quæ ad cauſam neceſſaria ſunt, ſunt nota principi.*
9 *Reſcriptum geminatum cenſetur habere clauſulam motus proprij.*
10 *Motus proprius tollit omnem ſubreptionem.*
11 *Secundum reſcriptum ſpeciale derogat primo generali.*
12 *Generi per ſpeciem derogatur, etiam ſi de genere non fiat mētio.*
13 *Intellectus ad l.in toto iure.ff.de reg.iur.*
14 *Indiuiduum dicitur ſpeciale habito reſpectu ad ſpeciem.*
15 *Speciei loco illud habetur,quod minus excedit inter duo quæ habent ſe ut excedentia & exceſſa.*
16 *Diſpoſitio illa dicitur ſpecialior, quæ eſt magis fauoribilis.*
17 *Reſcriptum non poteſt dici nullum ex aliquo capite omiſſo, quod quis impugnauit.*
18 *Neceſſarium non eſt in ſecundis literis facere mentionem de primis, quando primæ ſunt nullæ, uel annullari poſſunt.*
19 *Actus ſecundus non uitiatur,ſi in eo de primo fuerit factum uerbum, quando primus erat nullus.*
20 *Paria ſunt aliquid non eſſe factum, & nullum, & non legitime factum.*
21 *Reſcriptum ſecundum ualet, quamuis in eo de primo non fuerit facta mentio,quando primum poterat elidi per exceptionem.*
22 *Reſcriptum ſecundum ualet,quamuis in eo non fuerit facta mentio de primo,quando in eo adeſt clauſula non obſtantibus,& primum erat in forma communi.*
23 *Sermo generalis quando non poteſt referri niſi ad unum, perinde eſt ac ſi illud nominatim fuiſſet expreſſum.*
24 *Statutum Bonon.ſub rub. de capitu.declaratur.*
25 *Diſpoſitio generaliter loquens generaliter debet intelligi.*
26 *Statutum continens actus iam conceſsi extenſionem, non recipit reſtrictionem de habilitate.*
27 *Statutum nullo modo aliquid admittens non reſtringitur ad caſum habilem.*
28 *Statutum loquens in ſcribente,habet locum in ſubſcribente.*
29 *Litteræ remiſſoriæ non conceduntur, quando conſtat calumnioſa peti.*
30 *Probatio eius quod non releuat,non admittitur.*

RESPONSVM CXXXVIII.

¶An uerus debitor à iudice incompetenti capi poſsit:& an reſcriptum ſecundum ualeat,quando in eo non fuit facta mentio de primo, ubi declaratur ſtatutum Bonon. ſub rubri.de capi.

INuocato diuino ſuffragio. ¶Plures mihi in præſenti cauſa oblatę fuerunt difficultates, quarum principales propter temporis anguſtiam compendio explicabo. Circa primam qua quæritur an captura huius incarcerati ualeat, omiſsis argumentis dico relaxandum fore, quia fuit captus Ferrariæ à iudice incompetenti, ſed
1 uerus debitor † capi non poteſt à iudice incompetenti,
nec detineri:immò qui facit eum capere amittit cauſam.
Bal.in c.cauſam matrimonij.de offi.deleg.Bart. & Bal.in
l.ſi.C. ubi in rem acti. ubi ſufficit quòd præſtet cautionē
2 de ſtando iuri. ¶Secundò probatur, † ad hoc ut debitor capi poſsit ante terminū ſolutionis, requiritur quod
ſuſpicio,uel aliquid noui ſuperuenerit.Bar.& alij in l.creditores.de priuile.credi.& in l.ait prætor.§.ſi debitorem
de his quæ in fraud.credi.Alex.in conſi.19.Viſo proceſſu.
in 3.libro.& debet eſſe notabilis mutatio.Bal. in l. ſi pro
ea.mandati. ſed hic non conſtat de aliqua ſuſpicione, &
mutatione ſaltem notabili, prout requiritur: ergo non
potuit capi,& cum captus fuit iniuſte debet relaxari.
¶Tertiò probatur ex forma ſtatuti loci qua cauetur, ut
poſt tres dies debeat docere de credito ſuo, ſed iſti non
docuerunt,nec aliquid probarunt de credito:ergo ſecun-
3 dum ſtatutum † quod ad unguem obſeruari debet:ut notatur in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.Nec obſtat iura-
mentum: quia aliter creditum probari debet quàm per
4 iuramentum:immo & ſuſpicio † aliter debet probari quā
per iuramentum.Alex.in l.ſi fideiuſſor.§.fin. qui ſatiſda.
cogan.immò & ſi non adeſſet ſtatutum, de iure communi poſt capturam debet fieri optima probatio. Alexā. in
d.conſi.19.uol.3. ¶Vltimo comprobatur ex his quæ uo
5 luit Roma.in conſi.224.Iſta captura.ubi inquit † neceſſarium fore debitum eſſe liquidum,& hoc non ſolum reſpe
ctu quantitatis,ſed & ueritatis,ſed hic non eſt liquidum,
nec reſpectu quantitatis,nec ratione ueritatis:ergo omnino à carceribus relaxādus eſt, prout omnino dominos
iudices facturos eſſe quamprimum arbitror, cum aperte
cognouerint his rationibus,& quampluribus alijs, quas
coram ipſis allegaui, nullo modo per partem aduerſam
reſponſum fuiſſe. ¶Circa aliam difficultatem quæ
concernit breue Apoſtolicum obtentum ſuper ipſius relaxatione à carceribus,tota difficultas conſiſtit an debeat reijci tanquam ſubreptitium,& licèt prima fronte uideatur reijciendum eſſe,cum in eo non eſt facta mentio de
6 primò præſcripto,quo † caſu ſecundum non ualet.c.cæterum.de reſcr.adeo quòd requiritur ut fiat mentio nominatim,& non ſufficit dicere generaliter,non obſtantibus
quibuſcunque reſcriptis quomodocunque impetratis.
Io.And.in c.2.per illum tex.de dolo & cont. Abb. & alij
in c.ex literis.extra de offic.deleg.argumento tex.in l.litigatores.de arbi.& latius per moder.in d.ca. cæterum. in
princip.& facit quod uoluit Oldr.in conſi.324. Factum tale
dominus.& ponit Abb.in c.ex conqueſtione.col.5.de reſtitu.ſpolia.per illum textum,ubi inquit nō ſolum de primo reſcripto uerbum eſſe faciendum, ſed etiam de clauſula quæ ineſſet primo reſcripto mentionem fieri debere.
Nihilominus hoc non obſtante determino contrarium,
& cōſidero reſcriptum iſtud habere debitam formam, &
7 ſolennitates à iure requiſitas:ergo † exequendum, & ſecū
dum eum pronunciandum eſt.l.ſi poſt diuiſionem. C. de
iuris & facti ignoran.ubi gl.Bar.& alij nor.dum loquuntur de iuſtrumento publico: & plene no. in l. cum precibus.C.de proba.in l.j.in princip.de noui ope.nun. ſolum
igitur ſupereſt ut prædictę obiectioni reſpondeamus.
¶Ad quam primo dico nō poſſe dici ſubreptitium iſtud
reſcriptum ratione qualitatis perſonę, nec cauſæ, cum
omnia hæc notiſsima erant ſummo pontifici propter am
8 pliſsimam narrationem factā per partē aduerſam, † quo
caſu quando omnia quæ ad cauſam neceſſaria ſunt, ſunt
nota principi,non poteſt decipi.Rota.22.in nouis,de reſcrip.per mod.in c.ex literis.de offi.deleg.ergo in hoc ca
ſu ea ratione non poteſt dici ſubreptitium. ¶Secundò
conſiderandum eſt reſcriptum iſtud ratione illorum iudi
9 cum geminatum eſſe, † quo caſu cenſetur habere clauſulam motus proprij.c.ſi quando.§. fin. ubi per Feli.de re-
10 ſcrip. † motus autem proprius tollit omnem ſubreptionem.c. ſi motu proprio. de præben. in 6. ubi plene notatur per Butri. in ſpecie in c. ſi. de dilationi.ergo iſtud reſcriptum non poteſt dici ſubreptitium, ſed debet ualere,
licèt de primo nominatim non fecit mentionem, maxime accedentibus hís quæ infra ſubijciam.¶Tertiò conſidero

11 ſidero hoc reſcriptum eſſe † magis ſpeciale quā primum, ſed ſecundum reſcriptū ſpeciale derogat generali.c. ſicut Romana.ubi Abb.& alij.c.paſtoralis.§.j. de reſcrip.gl.& alij in c.generi.de reg.iur.in 6.allegatur tex. in c.ſtuduiſti.de offi.deleg.ergo per iſtud ſm cenſetur eſſe primo de
12 rogatum, licèt de eo non fuerit facta mentio, cum † per ſpeciem derogatur generi, etiam ſi de genere non fiat mētio & non exprimatur.d.c.generi.de reg. iur. in 6. & l.in
13 toto.de iure.ff.de reg.iur.†quæ optime facit:ex quo dicit in toto iure:ergo & in iure loquente de reſcriptis.arg. regulę.l.Iulianus.de leg. 3. & quia falſa eſſet illa regula dū dicit in toto iure ſi in reſcriptis non haberet locum:maxime cum in ſpecie non reperiatur limitata in reſcriptis: quorum unum ſit generale, & alterum ſpeciale, & ſic in terminis dictæ regulæ: ideo ab ea non eſt recedendum.l. omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& ita hæc declaratio & cōcluſio uera uidetur,ultra dicta per ſcribentes: & ſi forſan non probetur iuribus quę ſuperius allegata ſunt:ut conatur demonſtrare Dec.in d.c.ſicut Romana cuius reſponſionibus non replico, cum principaliter de hac declaratione nō agitur:& ibi ipſe atteſtetur communem eſſe pro nobis, & aliter eam comprobauerim.& ſi dicatur reg.d.c.generi.non uendicare ſibi locum in hoc caſu, cum primum reſcriptum non ſit generale,ſed potius ſpeciale,reſpondetur ſatis dici generale comparatiue ad ſecundum reſcriptum,cum illud ſit magis ſpeciale:adeo ut reg. d.c. generi.locum ſibi uendicare debet, cum illud dicitur ſpeciale, & aliud generale quòd eſt ſpecialius: & propterea
14 † indiuiduum dicitur ſpeciale habito reſpectu ad ſpeciē: ita quòd indiuiduum derogat ſpeciei. Bal. in l. hac conſultiſsima.col.2.C.qui teſta.fac.poſ. & in l. executorem. col.6.C.de exec.rei iu.uer.redeo ad materiam. & in caſu
15 quo ſe † haberent ut excedentia & exceſſa, illud loco ſpeciei habetur quòd minus excedit:ut not.Dec.in d. regu. in toto.ff.de reg.iur.alleg.Cor.in conſi.73.Quamuis ui-
16 deatur.& alia de quibus per eum. ¶ Præterea†illa diſpoſitio dicitur ſpecialior,quæ eſt magis fauorabilis: ut per Iaſ.poſt Alex.& Bar.in l.j.§.hoc autem edictum.col. fi.de no. oper. nunc.ergo licèt utrunq; reſcriptum in hoc caſu ſit ſpeciale: ueruntamen cū ſecundum ſit ſpecialius, debet præferri.Item cum fauorabilius ſit, cū in eo magis agatur de liberatione à carceribus,ac auxilio præſtando reo,qui fauorabilior eſt actore.l.fauorabiliores. de reg. iur.l.Arrianus.de actio.& obli. ¶ Quartò animaduertendum eſt ad impugnationes factas per partem aduerſam, quibus bene conſideratis facile apparebit non fuiſſe neceſſarium facere uerbum de primo reſcripto, cū reſ-
17 criptum † non poſsit dici nullum ex aliquo capite omiſſo,quod ipſi impugnarunt.Aegidius in deciſi.154.Feli.in c.ſuper literis.de reſcrip.ergo &c. ¶ Quintò comprobatur ex his quæ uoluit gl.in c.ex tenore. de reſcrip. ubi
18 doctores eam ſequuntur:ubi inquit do.Abb.nō eſſe † neceſſarium fieri mentionem in ſecundis literis de primis, quando primæ ſunt nullæ: & idem Abb. concludit in c. per ueſtras in gl.in uer.tacita ueritate.de dona.inter uir. & uxo.& de unione nulla ponit Cal.in conſi.29. in tit.de
19 præben.†ut non uitietur actus ſi de ea non ſit factum uerbum.& Oldra.in conſi.199.Quidam Vgo.in prin.& late per Fel.& Dec.in d.c.ex tenore. pro quibus uideantur cumulata per Alex.& alios in l.4.§.condemnatum.de re.iudic.in l.j.§.hæc uerba.quod quiſque iur.& per Iaſ.in l.fi.
20 qui ſatiſd.cog.ubi paria ſunt†aliquid non eſſe factū, uel eſſe factum & nullum,uel non legitime factum:quod ampliat do. Abb. in d. ex tenore. ut procedat etiam ſi primę litterę poſsint elidi per exceptionem: quod dictum communiter receptum eſt:ut dicit Card.in conſi.42.Fauendo pupillis.col.6.& Deci.ac Feli.in d.c.ex tenore. ſed primū reſcriptum in caſu noſtro habebat plures difficultates, & ſaltem exceptione elidi poterat, ut pars aduerſa fate-
21 batur : ergo † non fuit neceſſarium facere uerbum in ſecundo reſcripto de primo,& non obſtante mentione non facta ualere debet. ¶ Sextò reſpondetur ex uerbis ſecundi reſcripti in quo adeſt clauſula,non obſtantibus:&
22 primum fuit factum in forma communi, † quibus concurrentibus dico cēſeri derogatum primo reſcripto : nec neceſſarium fuiſſe ſpecialiter de eo facere mentionem. c. cauſam quæ.cl.2.de iudic.& in c.audita.de reſti.ſpol. ibi, non obſtantibus litteris ab altera parte impetratis. Rota deciſio.6.de reſcrip.in nonis,id notat:quod eo magis in caſu noſtro locum habere debet,cum non aliud in cōtrarium obſtabat, ſi id obſtare dicere poſſumus, quàm hoc primum reſcriptum:ſecundum regulam ſupra in op-
23 poſitum adductam:& † quando ſermo generalis non poteſt niſi ad unum referri, perinde eſt ac ſi illud nominatim fuiſſet expreſſum.l.2.ff.de libe.& poſthu.ubi no.omnes:& plures alleganī concordantes,ut ibi per Iaſ.& moder.& in ſpecie in ſecundo reſcripto, hoc uoluit Deci. in d.c.cęterum.de reſcrip.quod eo magis in caſu noſtro eſſe debet, concurrentibus alijs rationibus de quibus ſupra feci uerbum. Ex quibus apparet reſponſum ad obiectionem ſuperius factam de ſurreptione huius reſcripti, & de inualiditate ipſius:ea ratione quia in eo non fuit factum uerbum de primo reſcripto:nec ſigillatim amplius reſpondendo ea quæ dixi repeto : hoc unum tamen non prætermitto,omnibus ſuperius dictis ſimul conſideratis rem ipſam abſque legitimo contradictore procedere.

¶ Circa tertiam difficultatem ſuper qua latius diſputauimus,non facio uerbum:ſed pro cōcluſione eorum quæ
24 allegata ſunt,dico ex forma†ſtatutorum loci ſub rubric. de capitul.&c.non permitti remiſſorias ad examinandū, cum expreſſe uelint teſtes examinari in ipſa curia, & non exire de curia quouſque fuerint examinati:& ſępius repetit illud uerbum de curia : ex qua repetitione colligitur præciſa mens ſtatuentium.& prohibetur quod aliàs ſolet admitti:uulgata gl.in clemen.j.in uerbo, diœceſanos. de iure patronatus. cum concordantib. & ſtatuta ſunt generalia,& prolata per uerbum multum prægnantia, & continent actus iam conceſsi diſpoſitionem ſeu extenſionē: quo caſu non ſolum intelliguntur generaliter: ea ratione
25 quia † diſpoſitio generaliter loquēs generaliter debet intelligi.l.j.§.generaliter.ff. de leg.j.l.j.§.quod autem.ff.de aleator.& quia non diſtinguitur, nec nos diſtinguere de-
26 bemus.l.de pretio. ff. de publican. ſed † quia continent actus iam conceſsi extenſionem, non recipiunt reſtrictionem de habilitate, licèt aliàs omnis ſermo reſtringatur ad habilia.l.j.C.de ſacroſan.eccle.l.j.§.nunciatio.de noui operis nuncia.ſecundum Iaco.Bar.& alios in dicto.§. nunciatio.ubi de ueritate dixi : & nunc allego ſecundum eorum opiniones.Et probatur maxime in illis uerbis,per neſum modi,ut uernacula lingua ea proferam,ut in ſtatu-
27 tis expreſſa ſunt:quæ † uerba nullo modo &c.in tali caſu à ſtatuto expreſſa, non reſtringuntur ad caſum habilem de iure communi:ut per Salicetū in l.2.col. 3. de noxalib. & late per Iaſonem in dicta.l.j.§. nunciatio. de noui operis nunciatio.ergo fortius hic ita dicendum eſt, cum ſtatuta ad caſum inhabilem non porrigantur,& ſi remiſſorię non concedantur. ¶ Nec obijci poteſt ſtatuta loqui in ſcribente,nos autem ſumus in ſubſcribente, quoniam ſta-
28 tutum†loquens in ſcribente habet locum in ſubſcribēte: ut per Alber.Aret.Imol. Iaſonem & alios in l. ita ſtipulatus.§.Chriſogonus.ff.de uer.oblig.& maximè in hoc caſu in quo ſunt ſocij. ¶ Comprobatur ex his quæ notat Roma.in conſi.274.in fine. & per Felinum in c. de cætero. de ſenten.& re iudica.ubi ſecundum eos de iure commū-
29 ni † remiſſoriæ non conceduntur,quando conſtat calumnioſa peti,ut aduerſus id quod tacite uidetur refutaſſe: ſed capitulum ſuper quo petuntur remiſſoriæ, non eſt neceſſarium ad cauſam, ut late demonſtrauimus : ideo remiſſorias iſtas uti calūnioſe petitas, & ſuper re nō neceſſaria reijciēdas eſſe exiſtimo, & pręſertim cum eo tempore iam decoxerat : & conſequenter quicquid actum erat per eum erat nullum, uirtute ſtatutorum fori mercantilis dicti loci:& conſequenter deducta & capitulata nō ha-
30 bent eum releuare, † & non admittitur quis ad probandum id quod non releuat:ut per Spe.in tit.de teſte.in §.4. & in §.5.cum uulg. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus Bonon.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Venditor non tenetur de euictione, quamuis fuerit ei denunciatum litem eſſe motam emptori, niſi in denunciatione fuerit incitatus ut liti aſsiſteret, & emptorem defenderet. limita ut infra.*
2 *Venditor tenetur de euictione, quando ei fuit denunciatum litem eſſe motam emptori, quamuis in denunciatione non fuerint addita illa uerba, ut liti uenditor aſsiſtat, ac ueniat ad defendendum, ſecundum aliam opinionem.*
3 *Expreſsi & taciti idem eſt iudicium.*
4 *Sermo generalis quando non poteſt referri niſi ad unum, perinde eſt ac ſi illud ſpecialiter eſſet expreſſum.*
5 *Lex ubi aliquid ponit gratia frequentioris contingentiæ, alios caſus non excludit.*
6 *L. 1. C. de pericu. & commo. rei uendi. nouiter declaratur.*
7 *Venditor qui promiſit de euictione, & iurauit, ſi ſciuerit litem motam emptori, tenetur de euictione, quamuis ut ueniret ad defendendum non fuerit requiſitus.*
8 *Iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.*
9 *Declaratio ad regulam quæ habet quod iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.*
10 *Actus factus forma non ſeruata licet alias ſit ipſo iure nullus, hoc tamen fallit quando lex ulterius proceſſit prouidendo de remedio annullatiuo.*
11 *Iuramentum non conſtituit in mora, niſi cum primum aliquis potuit adimplere iurata.*
12 *Venditor qui uendidit rem alteri debitam & obligatam, tenetur emptori de euictione, etiam nulla facta denunciatione.*
13 *Venditor qui non tradidit emptori chirographum, cuius uirtute uincere poterat, conſtituitur in mora, adeo ut abſque interpellatione, & ſi ſibi non fuerit denunciatum, teneatur de euictione.*
14 *Venditor poteſt cogi ut exhibeat iura rei uenditæ, quando intereſt emptoris.*
15 *Ignorantia in facto proprio non eſt tolerabilis.*
16 *Venditor fauore perſonæ emptoris tenetur de euictione, & ſi non fuerit ei denunciatum.*
17 *Verbum nullum in contractu debet eſſe ſuperfluum.*
18 *Verba contractus intelligi debent ſecundum naturam contractus.*
19 *Dominus poteſt pro neceſsitate ſua recedere à contractu locationis, & habitare domum locatam.*
20 *Fallit quando promiſit non expellere conductorem.*
21 *Diſpoſitio intelligitur ultra naturam actus, ut uerba non ſint ſuperflua.*
22 *Hæredes extranei licet non ueniant in conceſsione feudi uel emphyteuſis, hoc tamen fallit ſi pro quibuſcunque hæredibus fuerit facta conceſsio.*
23 *Conditio proprie debet adimpleri.*
24 *Clauſula omni meliori modo, operatur ut cenſeatur electa uia qua mediante actus ualeat.*
25 *Venditor tenetur de euictione, quando ei fuit facta denunciatio omni meliori modo, & ad omnem alium iuris effectum, quãuis non fuerit incitatus in denunciatione, ut liti aſsiſteret, & defenderet emptorem.*
26 *Conditio neceſſaria in caſu ſimili & æquipollenti adimpleri põt.*
27 *Venditor tenetur de euictione, quamuis non fuerit incitatus ut liti aſsiſteret, & defenderet emptorem, ubi adeſt conſuetudo ut teneatur.*
28 *Iudex de conſuetudine ſe informare poteſt.*

RESPONSVM CXXXIX.

¶An uenditor teneatur emptori de euictione, ſi in denunciatione non fuerit incitatus, ut liti aſsiſteret, & defenderet emptorem.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis themate, inſtrumento uenditionis, ac denunciationibus factis à religioſis ſancti Dominici, eiſque pro uiribus conſideratis tota controuerſia reduci uidetur ad hanc difficultatem: an dominus Antonius Maria teneatur ipſis religioſis de euictione rei de qua agitur: & prima fronte uidetur determinandũ non teneri, quoniam quando denunciauerunt ipſi domino Antonio Mariæ litem motam fuiſſe, non incitarunt eũ
1 ut liti aſsiſtat, & eos defendat: nam † in denunciatione niſi apponantur hæc uerba, non operatur ut de euictione uenditor teneatur. l. j. C. de peric. & commo. rei uendi. l. ſi rem. la j. §. fi. de euict. l. parentes. C. de euic. & ubique not. per Bar. Bal. Ang. Sali. & alios. c. fi. de empti. & uendi. ubi late per canoniſtas & per legiſtas poſt Bar. in l. 2. §. uoluntatem. ſolu. matr. & in l. non ſolum. §. morte. de noui ope. nunc. Ang. in conſi. 177. Abb. conſi. 45. col. j. uolu. j. & in conſi. 49. col. 2. uol. 2. Alex. conſi. 35. col. penul. & conſil. 138. uol. 2. & conſi. 180. uerſi. 2. uol. 6. & conſi. 24. uolu. 4. & conſi. 27. uol. 7. & idem Alex. atteſtatur eſſe communẽ in d. l. 2. §. uoluntatem. ſol. mat. & eam appellat communem Corne. conſil. 255. col. 2. uol. 3. ergo cum ipſi Antonio Mariæ non fuit denunciatum ab ipſis religioſis, ut litem ſuſcipiat, ac eos defendat: ſecundum communem opinionem non tenetur de euictione, & id eſt quod principaliter pro parte ipſius Antonij Mariæ ſtringere uidetur aduerſus ipſos religioſos. ¶Maturius tamen conſiderans determino contrarium non obſtante prædicta cõmuni opinione. Et primo conſidero dictam communem opinionem habere difficultatem, cum multa ſint iura expreſſa, quæ ſolam denũciationem exigunt, nec requirunt ut addantur illa uerba, ut liti uenditor aſsiſtat, ac ueniat ad defendendum emptorem: ut eſt tex. in l. ſi dictum. §. penul. & fi. in l. minor. §. ſi ſeruus. in l. ſi res. de euictio. in l. emptor. & in l. ſi controuerſia. & in l. ſi cum quæſtio. C.
2 eodem. de euictio. & hanc † opinionem tenent Bald. Sali. in l. j. de peri. gl. & Cy. in d. l. emptor. Dy. in regula, eũ qui certus. de reg. iur. Imo. in c. cum M. Ferrarienſis. de conſti. Imol. Alex. & Iaſ. in dicto. §. morte. ubi Iaſ. nu. 29. Anto. Burgos in dicto. c. fi. col. 4. de emptio. & uendit. ubi dicit hanc opinionem eſſe ipſam ueritatem, prout loquuntur præfati doctores, quando denunciatio eſt facta ab ipſo emptore. & ratio eſt ſecundum præfatos doctores, quia denunciando emptori litem ſibi motam uenditori, ſatis dicitur eum requirere, ut aſsiſtat liti, & tacite ac uirtuali
3 ter id includitur, & taciti & † expreſsi idem eſt iudicium. l. cum quid. ſi cert. peta. & quia ſecundum Iaſ. ad alium finem non fit, ideo perinde eſt ac ſi expreſſum fuiſſet, ut ue
4 niret ad defendendum, quoniam † quando ſermo generalis non poteſt referri niſi ad unum, perinde eſt ac ſi illud ſpecialiter eſſet expreſſum. l. 2. de liberis & poſth. l. ſi domino. ubi Bar. & alij de leg. j. ¶Nec obſtant iura ſupra in contrarium pro communi allegata, quia licet dicant denunciari debere uenditori, ut emat ad defendendum, non tamen negant denunciari aliter poſſe: nec dicunt & ſi denunciatio ſit facta abſque illis uerbis, quod denunciatio non ualeat. ideo dicere debemus ponere facti contingentiam, uel ultra alios potes dicere id referre
5 uti frequentius contingens, ſed † ubi aliquid gratia frequentioris ɔtingentiæ ponit non excludunt alij caſus. gl. in auth. caſſa & irrita. in uerbo, per Italiam. C. de ſac. ſan. eccle. in l. j. de his qui ad eccle. cõfu. Item ab alijs iuribus loquentibus ſimpliciter de denunciatione declaratur illa uerba non eſſe neceſſaria, ſed continere expreſsionem eius quod tacite ineſt, cum in dubio præſumitur. Paul. de Caſtro, Iaſ. & alij in l. 3. de leg. j. tum etiam quia omnes illę leges, quæ ſunt quamplures, eſſent defectiuæ, & indigerent ſuppletione, quod eſt non dicendum, maxime quia uerba poſita in illis iuribus uidentur narratiua, nec uidẽtur ſuper illis ſe fundare: ergo nõ eſt multũ curandum de illis: ad no. in l. ex his uerbis. de donat. in l. ex hac ſcriptura. de dona. Nec obſt. tex. in d. l. j. C. de peric. & commo. rei uen. ponderatus per Soci. in d. l. 2. §. uoluntatem. dum loquitur imperator, & profert illa uerba, per modum cõditionis, ideo uidentur de forma. l. prætor ait de colla. bo
6 no. quoniam reſpondetur † quod conditio ibi eſt reſpectu denunciationis, illa uerba ut cauſæ adeſſent, ſignant effectum denunciationis, & non per modum formæ denunciationis, quod demonſtratur, quia uerbum adeſſe cauſæ, neceſſario non ſignat ut cauſam ſuſcipiat, & eam defendat, ſed ſolum præſentiã ut ex ſui proprietate probatur, ergõ

tur: ergo non probat neceſſario intentionem communis opinionis, quia ſolum probaret de forma eſſe ut eſſet præſens cauſæ, non autem ut defenderet, & litem ſuſciperet, cum neceſſario illa uerba id non ſignant, quod eſſet contra communem ſententiam. Et hæc dixiſſe uolui ultra doct. non ut affirmem opinionem primam non eſſe ueram, cum quid ſentiam de §. uoluntatem. interpretando declarauerim, ubi dixi de intellectu. d. l. j. de peric. & commo. rei, ſed ut demonſtrarem habere plures contradictores ac difficultatem, ut ſaltem de facili ab ea do. iudex recedere poſsit in limitationibus traditis ad illam opin. quarum nonnullę ad caſum noſtrum perbelle applicantur, & aliqua adſunt quibus ultra doctores limitari pót.

7 ¶ Et primo aduertendum eſt † illam opinionem non habere locum, quando uenditor promiſit de euictione, & iurauit, quoniam eo caſu etiam non requiſitus uenditor tenetur de euictione, ſi ſciuerit litem motā, ut ſentit Spe. in ti. de aduoca. col. 5. uerſi. ſed nunquid. Io. Andr. Anto. de Butr. Imol. in cap. breui. de iureiurando. Alexand. & alij in dicta. l. 2. §. uoluntatem. ſolu. matr. Iaſ. Dec. & alij in l. quod te. ſi cer. peta. ubi Dec. dicit hanc eſſe communem opinionem: per Anto. in conſi. 150. Viſis diligenter. Bauer. in tracta. de iuramento. col. 4. cum ſimilib. ergo ſi nō requiſitus tenetur de euictione propter iuramentum: quāto fortius cum ei denunciatum eſt ab emptore, cum illa denunciatio habet in ſe ſaltem tacitā requiſitionem, & ob aliud non fuerit facta, ut dixi: ſed in hoc caſu adeſt iuramentum, ergo non obſtante illa cōmuni ſententia, & ſi in denunciatione non fuerit dictum ut ueniat ad ſuſcipiendum litem, & defendendum debet teneri de euictione, ſecundum communem opinionem, propter uirtutem iuramenti. Nec credendum eſt Alex. in dicta. l. quod re. ſi cer. peta. & Soci. in dicto. §. uoluntatem. cum communis opinio ſit in contrariū, & nihil allegent quod uigeat: ma

8 xime quòd † iuramentum ſequi debet naturam actus ſuper quo interponitur. l. ſi. qui ſatiſda. cogan. quoniā poſſum dicere illud procedere quando deficit conſenſus, ſecundum Bar. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. in 13. membro.

9 ſed hic non deficit conſenſus, ergo &c. ¶ Præterea † iuramentum ſeruat naturam actus ut in plus nō obligetur iurans, ſed non ſeruat ut efficacius nō obliget, cum efficacius obligat. l. miles. §. decem. de re iud. ubi Paul. Imol. & alij not. ergo potuit efficacius obligari ut teneatur, etiā ſi non fuerit requiſitus, dummodo ſibi denunciatum fuerit, cum in plus non obligetur, ſed tantum efficacius. idq; eo magis eſſe debet cum aliquam habet difficultatem pręcedens opinio: ita quòd nō poteſt dici quòd illa ſit ſua abſoluta natura abſq; difficultate, & pendet ab accidenti. ¶ Nec obſtat c. j. §. licèt. ſi de feudo. fuer. contr. inter domi. & agna. quia textus ibi ulterius procedit & ſe declarat: ideo non poſſumus ſuper eo facere fundamentum. argumento eorum quæ ponit Bal. in l. non dubium. de le

10 gibus. licèt aliàs † actus factus, forma nō ſeruata, ſit ipſo iure nullus. l. cum hi. §. ſi prætor. de tranſaction. & dicta. l. non dubium. tamen quando lex ulterius procedit prouidendo de remedio annullatiuo, nō habet locum dicta

11 regula. ¶ Nec obſt. iuramentum non conſtituere † aliquem in mora. Bar. in l. eum qui. §. ſi iurauero. de iureiur. quia non facit ad caſum noſtrum, cum denunciatio interuenerit: pręterea cōſtituit in mora cum primum potuit, ſecundum Bar. in dicto. §. ſi iurauero. de iureiur. quod ſatis eſt in hoc caſu: & ita omnia obiecta principalia ceſſant: & id in terminis noſtris nullam difficultatem habet cum interuenit denunciatio, licèt in denunciatione non fuerit dictum ut cauſam defendat. ¶ Secundò principaliter id probari uidetur ex his quæ capitulata ſunt ac probata, ſcilicet pręfatum dominum Antonium Mariam ſciuiſſe rem de qua agitur debitam fuiſſe, ac ſpectare ad patrem eorū, qui nunc agunt uirtute hypothecæ & obligationis factæ per dictum Antonium Mariam, & ante uēditionē factam ipſis religioſis motam fuiſſe litē à patre dictorum agentium, contra domi. Antonium Mariam: & conſequenter ipſum domi. Anto. Mariam uenditorem ſcienter rem alteri debitam ac obligatā uendidiſſe: quo

12 † caſu nulla facta denunciatione tenetur uenditor ratione doli. l. ſeruus quoque. §. ſciens. de actio. empt. Bar. in l. qui natura. §. qui me abſente. in ſi. de nego. geſt. not. in dicta. l. j. C. de peri. & commo. rei uendi. & in l. Iulianus. §. Iulianus. in ſi. de actio. emp. ergo quanto fortius quando ultra hanc ſcientiā fuit ei denunciatū ut fuit in hoc caſu. ¶ Nec obſtat ſi dicatur, fuit in bona fide, quia ſciebat patrem agentium ſecum compoſuiſſe poſt litem motam, & renunciaſſe iuribus quæ habebat in re uendita, ut conſtat ex chirographo manu dicti patris agentium facto: quoniam reſpondetur omnino in mala fide eſſe, cum ipſum chirographum cuius uirtute emptor uincere poteſt. non

13 tradiderit ipſi emptori. Nam † eo caſu uenditor conſtituitur in mora, ideo ut abſque interpellatione, & ſi ſibi non fuerit proteſtatum tenetur de euictione. Bal. in l. j. col. 2. C. de peri cu. & commo. rei uendi. Card. in c. ſolicitudinē. de appellation. in ultima charta. uerſi. tertio eſt. Burgos in c. ſi. de emptio. & uenditio. col. 5. Claud. Seiſell. & alij moder. in §. morte. l. non ſolum. de noui oper. nuncia. & licèt hæc opinio apud me fuerit dubia, quia regulariter iura rei uenditæ, ſolent eſſe penes uenditorem. l. Titius

14 hæres. l. creditor. j. reſpon. de actio. emp. & † uenditor poteſt cogi ut exhibeat quando intereſt emptoris: ut dicit tex. in d. l. creditor. in j. reſpon & emptor poteſt petere ut ſibi edatur cum ſua interſit: ad no. in l. ſi quis ex argentarijs. de eden. c. j. de probat. & per alia quæ adduxi in d. §. uolūtatem. ubi Franciſc. à Ripa tenet contra hanc opinionem, & ſi nihil alleget, tamen in hoc caſu puto illam opinionem ueriſsimam, ea ratione quia eſt ſcriptura priuata, & chirographum quod omnibus non eſt cognitum, ut paret: quia filij eius qui fecit chirographum egerunt & obtinuerunt, cum chirographum ignorarunt, nec fuit aduerſus eos productum, & non potuerunt ſcire ipſi religioſi emptores, nec à notario exigere, adeo quòd omnes rationes in contrarium adductę ceſſant, & conſequenter teneri debet: nec obſtat allegatio ignorantiæ & memorię

15 non habitę: quia † non eſt tolerabilis in facto proprio. l. quanquam nollet. l. ſi. pro ſuo. & maxime quia ſaltē dare debebat, cum ſibi denunciatum fuit, & cum non dederit uidetur dici poſſe inter eum & agentem, quandam colluſionem fuiſſe initam: & quo ad colluſionem nihil firmo cum non ſit neceſſaria ad præſentem caſum, ac famam tanti uiri lædere non intelligam. ¶ Tertiò principaliter comprobatur ex his quæ tradunt in d. §. uoluntatem. ubi poſtremo Fran. à Ripa. col. 6. uerſic. ſeptimo fallit. & Roma. idem uoluit & ſequuntur moder. in d. l. non ſolū. §. morte. de no. oper. nuncia. Alex. & alij in l. quod te. ſi cer. pet. Card. in d. §. ſolicitudinem. in j. fallen. de appel. &

16 alij mod. in d. c. ſi. de emp. & uendi. ubi uolūt fauore † perſonæ emptoris uenditorem teneri de euictione, & ſi non fuerit denunciatum, quando emptor eſt minor, uel eccleſia, uel alia perſona propter quam mora irregularis, & ſine interpellatione ꝯtrahitur: ſed hic ſumus in eccleſia, ergo dictus emptor debet teneri de euictione: & hanc opinionem maxime admitto in hoc caſu ubi denunciatum eſt, & ſolum in denunciatione fuit omiſſum ut litem ſuſcipiat: & ultra denunciationem multa accedunt, de quibus ſupra dixi, & infra dicam: & hoc caſu Abb. & alij in dicto. c. ſi. de emptio. & uenditio. qui uidentur contradicere dum dicunt dictum. c. ſi. comprehendere eccleſiam non loquuntur. ¶ Quartò ex uerbis contractus hęc difficultas uidetur reſolui, cum mota lite ac ſibi nunciata quamprimum promiſit ſuſcipere litem in ſe, & emptorem defendere aduerſus omnem & quamcunque perſonam, ſuis ſumptibus immediate &c. ¶ Pondera quod dicit mota lite, ergo ſufficit quòd ſciuit motam litē, nec aliud requiritur: aliàs illa uerba & promiſsio eſſent ſuperflua: contra. l. ſi quando. de leg. j. & c. ſi Papa. de priuil. in 6. & ut inquit Bal. in rub. de in conſi. 9. nullum

17 † uerbum in contractu debet eſſe ſuperfluum. cum concor. ergo abſque eo quod dicat in denunciatione quòd defendat, cum tenetur defendere uirtute prouiſionis: nec

18 † obſtat quòd uerba contractus intelligi debent ſecundum naturam contractus. l. ſi uno. loca. l. ſi ſtipulatus. de uſur.

uſur.& ita in prouiſione de euictione reſpondit Corn. conſi.255.uol.3.ſupra allega. quia illud procedit quando uerba non eſſent ſuperflua. nam receditur à natura contractus ut uerba aliquid operentur:& ideo licèt ſit de
19 natura locationis domus† quòd dominus poſsit pro neceſsitate ſua recedere à locatione & habitare domum locatam.l.ędem.C. loca. ſecus tamē eſt † ſi promiſit eū nō
20 expellere:quia intelligitur etiam in caſu prædicto ut illa uerba non ſint ſuperflua.Ang.in d.l. ędem. C. loca. & ita dicit Bald.in c.j.§. prætereà. de lege Corrad.ubi uult di-
21 ſpoſitionem † intelligi ultra naturam actus ut uerba nō ſint ſuperflua: & probatur ex communi theorica de qua per Alex.in l.etiam.ſolu.matrim.&Alex.& Iaſ.poſt alios allegatos per eos: ubi Iaſ.atteſtatur eſſe cōmunem,dum
22 uolunt quòd in feudis uel † emphyteuſi non ueniant extranei hæredes:tamen ſi dictum fuerit, pro quibuſcunq; hæredibus ueniunt: ne illud uerbum, quibuſcunque, ſit ſuperfluum. Idque uarijs doctrinis poſſem comprobare, quas ut notiſsimas & nō neceſſarias prætermitto: & propterea dico quòd in caſu Cornei nō erat lis denunciata, ſeu ignorabat litem,ut ipſe fatetur:& dum dicit idem eſſe & ſi ſciuiſſet, quia illa promiſsio intelligitur ſecūdum naturam emptionis,dico quòd ibi forſan uerba non erāt ſuperflua: aliàs male loquitur, cum ratio quia utitur eſt falſa, per ſupradicta. uel dicas quia non intendo nunc determinare de ueritate dicti Cornei, quod loquitur in diuerſis terminis. Nam ibi non fuit dictum & promiſſum denunciata lite, & ſic requirit tantum litem denunciatā & non aliud. nam loquitur per ablatiuum abſolutū, qui
23 reſoluitur in conditionem,†quæ proprie debet adimpleri.l.à teſtatore rogatus.l.Męuius cui fundus. de conditionibus & demonſtrationibus. Item includendo litis denūciationem excludit alia ut defenſionis ſuſceptionem. l. cum prętor.de iudi.& maxime quia hic alia concurrunt, de quibus ſupra quæ non ſunt in caſu Cor. ¶Quintò comprobatur ex uerbis denunciationis: nam in denunciatione dicitur quòd ideo denunciauit litem,ut nullam poſſet de ea prætendere ignorantiam, & ad omnem aliū iuris effectū, ac omni meliori modo. Pondera illa uerba poſt denunciationem & ignorantiam ſublatam ad omnem iuris effectum:ergo ad hanc ut litem ſuſcipiat, quia qui omne dicit nihil excludit.l.textoribus.l. Iulianus.de leg.3.ubi Bar.& alij not. & quia ad alium effectum referri non poſſunt:ergo ad iſtam referuntur perinde ac,ſi ſpecialiter de eo factum fuiſſet uerbum.l. 2. de libe.& poſth. cum ibi not.& ſi ad alium effectum referri poſſent, quod tamen negatur,ad hunc effectum quoque referri debent, cum omnem effectum expreſſe complectitur, & à uerbis non eſt recedendum.l.non aliter.de leg. 3.l. j. §. ſi quis nauem. de exceptio. cum ſimilib. & ſi quis pertinaciter ad unum tantū effectum referre uelit:dico magis ad hūc effectum,ut litem ſuſcipiat, quàm ad alium referre debere tanquam magis neceſſarium:argumēto.l.j. & ſequen. de ſolu.& not.in l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. qui ſatiſda. cogan.Accedunt quoque illa uerba,omni meliori modo
24 &c.quæ operantur†ut actus ualeat,& cenſeatur electa ea uia,qua mediante actus ualeat.Bal.& Imol.in l. cum pater.§.filius matrē.de leg.2.Cardi. & Imol.in c. ex literis. de offic.deleg.Bal.in l.quoties. col.fi. C. de hæredi. inſtituen.Fulgo.conſi.19. In quęſtione Ioan. Ange. in conſi. 185.Ex themate. cum ſimili. in quibus locis præfati doctores in diuerſis caſibus propter illa uerba uolunt actū ſuſtineri, qui aliàs non ualebat, & uiam cenſeri electam, qua mediante actus ualeat & habeat effectum: & ita in caſu præmiſſo dici debet propter illa uerba,omni meliori modo &c. cenſeri denunciationem factam uenditori, ut litem in ſe ſuſcipiat, ſi ad hoc ut denunciatio ualeat id requiritur, cū ſit facta omni meliori modo &c. ergo hoc modo ut in ſe ſuſcipiat litem,& maxime cum ultra hanc clauſulam, quæ ad hoc de per ſe potens uidetur, adſunt illa uerba,ad omnem alium iuris effectum,quę ex ſui pro
25 prietate hunc caſum comprehendunt. & hoc caſu†ceſſat illa communis ſententia,& limitari poteſt, licèt noua ſit limitatio:nam non loquitur quando hæc uerba in denunciatione interueniunt & de facili ab ea recedi poteſt aliqua ratione particulari,cum habeat difficultatem, ut ſupra dixi,ubi ad textum in dicta.l.j.C.de peric.& commo. rei uendi. reſpondi, & ultra ea dico ſi uerum eſt, ut uult communis ſententia in denunciatione neceſſaria eſſe illa uerba, ut litem ſuſcipiat, licèt prolata ſint per uiam conditionis, tamen poſſunt uerificari in æquipollenti: quoniam & ſi conditio importat formam, & proprie de-
26 beat adimpleri,tamen † quando adeſt cōditio neceſſaria ad actum ſuę id quod in conditione poſitum eſt, neceſſarium ad actum eſt, & ſi prolata ſit conditio à lege, poteſt adimpleri in caſu ſimili & ęquipollēti.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſth.ubi Bar. Alex. Iaſ.Soci. & omnes no.ergo in hoc caſu ei ſatisfactum eſt per hæc uerba ad omnem iuris effectum, omni meliori modo &c.

¶Et ex his omnibus ſaltem ſimul iunctis puto hunc caſum clariſsimum eſſe, & dominum Antonium Mariam teneri de euictione, & ſi in denunciatione non fuerunt appoſita illa uerba ut litem ſuſcipiat, idq; etiam magis clarum eſſet ſi ita ſe haberet conſuetudo loci in quo eſt
27 facta proteſtatio, ut mihi dictum eſt, cum † eo caſu non procedat illa opinio:ſecundum Ang.in dicta.l. emptor.
28 &†iudex poteſt ſe informare de conſuetudine.l.3.§.fi.de teſti.ubi Bar.in §.legis Iuliæ. Cyn. in l.2.uerſi. 2. quæ ſit longa conſuet. Anto. de Butrio in c. fi. de conſuet. Alex. in.l.j.C.quæ deſunt aduoc.&c. igitur dominus iudex poterit ſe informare de ꝯſuetudine ſi ſibi uidetur, cui in hoc & in cęteris adhęreo uti iuſtiſsimo ac peritiſsimo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratores quicunque tenentur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.*
2 *Legatum non ualet niſi adita hæreditate per hæredem.*
3 *Alimenta iudicantur à pari cum pia cauſa.*
4 *Legata ad pias cauſas an ualeant ſi non ſit adita hæreditas.*
5 *Legatum uſusfructus differt à legato alimentorum.*
6 *Legatum alimentorum relictum ratione amicitiæ, uel amoris coniugalis non habetur pro pia cauſa.*
7 *Faciens ea quæ ſolent fieri per hæredes, & ad hæredes ſpectant cenſetur adire.*
8 *Quod non procedit quando alia ratione illi actus celebrari potuiſſent.quod late exemplifica ut ibi.*
9 *Aditio neceſſario non probatur, quamuis probentur actus qui ſolent fieri per hæredes.*
10 *Vſusfructus rei legatę ſtatim acquiritur legatario adita hęreditate.*
11 *Hæres tenetur hæredibus uſufructuarij, quando ſtetit per eum quominus uſufructuarius uteretur.*
12 *Argumentum à ceſſante ratione eſt fortiſſimum.*
13 *Teſtator redditionem rationis remittere poteſt.*
14 *Prohibitio particularis extenditur per rationem generalem.*
15 *Dolus non præſumitur.*
16 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem.*
17 *Adminiſtator non tenetur reddere rationem,quando teſtator prohibuit ne redderet, & uoluit ſtari dicto ſuo, quando non adeſt dolus,& reliqua apud eum non reperiuntur.*
18 *Expenſæ factæ filiabus uſufructuariæ ab adminiſtratore hæreditario ipſa ſciente & patiente cum fructibus compenſantur.*
19 *Debitori ſtandū eſt ad ſciendū ex qua cauſa fuerit facta ſolutio.*
20 *Donatio præſumitur propter modicam quātitatem, præſentiam, ac taciturnitatem.*

RESPONSVM CXL.

¶An & quando adminiſtrator teneatur reddere rationem: & ex quibus probetur aditio hæreditatis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In cauſa Gualagnini de Betinis de Cæſena, & ſi uidebatur quòd teneretur reddere rationem adminiſtrationis:iuxta notat.in l.j.§.officio. de tutel. & ratio. diſtrahen. ubi Iaco. de Aren. extendit illum

illum textum loquentem in tutore ad quemlibet alium
adminiſtratorem rerum alienarum.ſequuntur Bal. & alij
in dicto.§.officio.facit textus in l.2.de nego.geſtis.in l.ad
uerſus.in l.rationes.C.de adminiſtra.tuto. Abb. in conſi.
12.Vt clara materia.in 6.dubio.lib.j. Rapha.Cuma.in cõ
ſil.87.In caſu præmiſso. in princip.Roma.conſi.168.Cir
ca primum.in 3.dubio.& in conſi.414. Quo ad primum.
1 in princi.Soci.in conſi.2.uol.j. ubi uolunt † quemcunque
adminiſtrantem teneri ad rationem reddendam ſuæ uilli
cationis,etiam ſi ſit frater maior natu, qui adminiſtrauit
&c.ut per eos:ergo quacunque ratione,& cauſa præfatus
Gualagninus adminiſtrauerit, debet teneri ad reddendã
rationem ſuæ adminiſtrationis, & tenetur ad fructus hæ-
redi uſufructuariæ : iuxta tex.in l. qui uſumfructum.in §.
fi.in l.quæſitum.& in l.cuiuſcunq;.ff. de uſufr. cũ concor.
¶Melius tñ conſiderando determino ꝯrium. Et primo
2 quia.d.Margarita habebat uſumfructum ex legato,& † le
gatum non ualet niſi adita hæreditate per hæredem.l. ſi
nemo.ff.de teſta.tute.l.ſi nemo.ff.de regu.iuris.l.eam quã
C.fideicõmiſ.l.ſed ſi plures.§.ex aſſe.ff.de uulga.& pupil-
la.ꝙ habet locum etiam in libertate. Bar.in l. j. in penul.
charta.C.de ſacroſan.eccle. ſed non conſtat Gualagninũ
adiuiſſe:ergo nunquam habuit effectũ legatum uſusfru-
ctus,& per conſequens hæredes nihil poſſunt petere.
¶Nec poteſt dici in hoc caſu ualere iſtud legatum, cũ ſit
3 pro alimentis quę iudicantur a pari cum pia cã, immo di
cuntur pia cauſa.Bar.in l.alio.ff.de alimen.& ciba.leg.in
j.oppoſitio.& in uerſi.item opponitur, ꝙ nudus miniſter,
4 ſed legata ad † pias cauſas ualẽt etiam ſi non ſit adita hę-
reditas.Bar.in l.j.C.de ſacroſan.eccle.in repetitione.in 4.
q.quintę partis principalis.idem Bar.in l.j.C.de bon.ua-
can.lib.10.& in l.eam quam.C.de fideicommiſ.Bald.in l.
id ꝙ pauperibus.C.de epiſco.& cleri. qm̃ rñdetur opinio
nem Bar.reprobatã fuiſſe per Bal. Sali. Fulgo.Iaſ. & alios
in d.l.j.C.de ſacroſan.eccle. ubi Iaſ. dicit Bar. cõmuniter
reprobari, & ſm̃ communem opin. non deberi legata ad
pias cauſas hæreditate non adita.idem dicit Iaſ.in l.eam
quam in 2.col.C.de fideic.poſt Floria. ibi qui ita atteſtatͣ
communẽ opi.eſſe,& ita de facto ſeruari,& Bononiæ de-
terminatum fuiſſe.alleg.Roma.in conſi. 327.in terminis
propoſitæ conſultationis.& in conſi.493.In caſu conſul-
tationis,& alios de quibus per eum,& licèt multi alij ſint
pro opinione Bar.de quibus per mod. in d. l.ſi nemo. de
reg.iur.tñ eos non refero,cum de ueritate huius dicti non
intendam hic determinare,cum alia ratione Gualagnino
ſit conſultum, cum id legatum non ſit ſimpliciter pro ali
5 mentis, ſed pro uſufructu † qui differt a legato alimento
rũ:ut probatͣ ex diffinitione uſusfructus. de qua inſti. de
uſufru.& ſatis probatur ex diuerſis titul.de uſufru.legat.
& de ali. & ciba. leg. & ſic cum non ſumus in ſimplici re-
licto alimentorum,& conſequenter pię cauſæ,ceſſat argu
6 mentum de legatis relictis piæ cauſæ. ¶Præterea † lega-
tum alimentorum non ſemper habetur propria cauſa,ma
xime qñ non eſt relictum ratione piæ cauſæ, ſed amicitię,
uel amoris coniugalis:ut fuit hic.ita Bar. in d.l.alio. ff.de
alimen.& cibar.lega.colu. 3. & in tract. de alimen.& per
doct.in l.ſtichum.§.ſtipulatio.ff.de uerborum obligat. &
in auth.ſimiliter.C.ad leg.Falci.& in d.l.j.C.de ſacroſan.
eccle. ergo in hoc caſu non indicatur a pari cũ pia cauſa.
7 ¶Nec obſt.ꝙ Gualagninus maritauit filias † teſtantis,&
multa fecit quæ ſolent fieri per hæredes,& ad hæredes ſpe
ctant.l.gerit.l.ſi quis extraneus.§.j.& in l.pro hærede. ff.
de acq.hęre.ubi plene no.nam ad iſtud reſpondeo nõ pro
8 cedere,qñ † alia ratione illi actus celebrari potuiſſent:ut
puta gratia pietatis:ut in l.at ſi quis.§.plerique. de relig.
& ſumptib. fune. l.qui hæres.§.fi.famil.erciſ.& in d.l.pro
hærede.ff.de acq.hæred.per Bar.in l. gerit. in 7. colu. eo.
titu.de acquir.hæred.uel uirtute inſtrumenti emphyteuti
ci, quia res illa quam uendidit ſpectabat ad eum tanquã
emphyteutam etiam ſi non eſſet hæres:ut per Bar.& alios
in d.l.gerit.alleg.l.Iulianus.§.fi.eo.tit.de acq.hęredi.in l.
ſi patroni. ad Treb.& idem ſi ſpectabat ad eum tanquam
obligata ratione dotiũ matris, uel alia ratione:ut per gl.
Bal.& alios in l.j.C.ſi minor ſe ab hæredit.abſti.l.j. C. de
rep.hære.ubi Pau.& moder.& no.in l.nõ hoc. unde cogn.
uel alia ratione potuit ille actum celebrare eo modo quo
celebrauit, tunc non præſumitur aditio:ut per Bar. in d.l.
gerit.& in locis ſupra allegatis,ſed hic poterat & debebat
ea quæ egit facere ut cõmiſſarius, ergo cenſendus eſt hæc
omnia feciſſe ut commiſſarius, & non ut hæres:& maxi-
9 me in hoc caſu poterit id tolerari, cũ ſaltẽ illi actus † non
probant neceſſario aditionem hæreditatis, cũ potuerint
celebrari alio nomine quam nomine hæredis:ergo proba
tio illorum actuum ſibi nullo modo prodeſt. l. non hoc.
ubi Bal.C.unde cogn.l.neque natales.C.de proba.&. c.in
præſentia extra de probatio. & pars aduerſa eſt illa quæ
dicit nomine hæredis actus celebratos fuiſſe, & fuiſſe adi
tam hæreditatem, & ſic eſt fundamentum ſuæ intentionis
ergo debet illud neceſſario probare l.eum actum.C.de ne
go. geſtis.l. actor.l. ei qui.de probationib.l.qui accuſare.
C.de edend. ¶Secundo dico dato ꝙ adiverit,cum ſumus
10 in legato per † aditionẽ ſtatim acquiſitus eſt uſusfructus
ut per Bar.in l.ſi uſusfructus mihi.de uſufruc.leg.quo fa-
cto hæres tenebatur ſolum ad patientiam:ut per Bar.ibi,
11 adeo ꝙ hęres tenetur † hæredibus uſufructuarij,quando
ſtetit per eum, quominus uſufructuarius uteretur : ut in
d.l.ſi uſusfructus.& in d.l.quæſitum.& l.cuiuſcunque. ſed
per Gualagnignum non ſtetit,immo ea præſente, & tacẽ
te ac facto ipſo approbante,ut puta percipiente expenſas
& id ꝙ a.d.Gualagnino petebat ipſe adminiſtrauit, & ſic
potius ſtetit per ipſam quàm per Gualagninum, ergo nõ
12 tenetur:ut probant illa iura a ceſſante ratione: † ꝙ argu-
mentum eſt fortiſsimum l.fi.C.ad leg. Falcid.l.a Titio.de
uerb.obli.l.illud.ad leg.aquil.ubi no.& in c.cum ceſſante
de appella.& l.adigere.§. quamuis. ff. de iure patro. cum
uulga. & maxime cum diſpoſitio illorum iurium ſit con-
ditionalis.ad no.in l.qui hæredi.l.& in l. męuius. ff.de cõ
di.& demon. ¶Tertiò dico ꝙ cum ex uoluntate teſtantis
habebat adminiſtrare,& dicit quod totum uſumfructum
in utilitatem d. uſufructuariæ ac earum filiarũ expendit
13 & ex expreſſa teſtantis † uoluntate non tenetur reddere
rationem adminiſtrationis,ſed ſtandum eſt ſuæ conſcien
tiæ,iſtę agere non poſſunt, ſed ſtandũ eſt dicto ſuo:ad ple
ne tradita in §.alie.inſtitu.de actio. & in l.ſi nemo. §.j. ff.
de tutel.& in §.j.inſtitu.de ſatiſd.tuto. & in §.fin. inſtitu.
de attil.tuto.& in l.nemo poteſt. ff. de leg.j. Et ſi dicatur,
illa remiſsio redditionis rationis eſt reſpectu alterius hæ
redis,dico ꝙ tanto magis erit reſpectu uſufructuariæ,cui
imputandum eſt ſi uſumfructum propria authoritate nõ
accepit,cum poterat.c.damnum. de regu. iur.hæredi au-
tem nihil erat imputandum, cum non ueniebat niſi poſt
mortẽ uſufructuariæ.argu.l.j.C.de anna.exceptio.& hoc
maxime quia poſtea in fine dixit ꝙ relinquit ſuæ conſciẽ
tię,& illud dictum per modum rationis eſt generale,ergo
14 † licèt prohibitio ſit particularis, tñ extenditur per ratio
nem generalem.l.peto.§.prædium.ff.de leg.j.l.cum pater
§.dulciſsimis.ff.de lega.2.ubi Bar.& in l.j.ff.de legi.tuto.
& nota.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de lega.j.& qñ ad hoc
ꝙ non teneatur reddere rationem adminiſtrationis, ma-
xime qñ dolus ei non obijcitur,nec probetur, prout pro-
15 bari neceſſarium fore credo,cũ dolus † non præſumatur.
l.merito.ff.pro ſoc.l.quoties opere.§. qui dolo.ff.de pro-
ba.l.dolum.C.de dolo.& ff.de tribu.l.3.in fi.& l.cum prę
tor.§.marcellus.ff.de iudi.& l.ſi dolo. & l.dolus. C.de re-
ſcin.uendi.& l.eleganter.in fi.ubi gl.ff.de dolo. cum ſimi.
ideo debet probari per partem aduerſam, cũ eſt illa quæ
hoc dicit.l.actor.C.de probat.& l.ei qui.ff.eod.& pręſum
16 ptio transfert † onus probandi in aduerſam partẽ. l. ſiue
poſsideris.C.de probatio.l.cũ de indebito.ff.eo.l.ſicut.§.
17 ſi quæratur.ſi ſerui.uendi.& dico eſſe † cõem opi. Bar.in
l.non ſolũ.§.fi.in in l.aurelio.§.caio.de liber.leg.uerſi.qñ
fit liberatio. Bal. in l.pactũ ꝙ dotali. in 12. q.C.de colla.
Pau.de Caſt.in conſi. 369. Ad primum quęſitũ.& late po-
nit Dec.in conſi.178.poſt Pet.de Anch.in conſi. 117. Ca-
ſus talis.in 2.dubio.Io.And.in conſi.80. Viſis, & intelle-
ctis.& plures alios quos ibi allegat atteſtans hanc eſſe cõ
munem opinionem, & procedere qñ nõ adeſt dolus,& re
liqua non reperiunt apud adminiſtratorem, ſed aſſerunt

non eſſe in caſu noſtro, & ſaltem non ſunt probata per partem aduerſam, ergo non tenet̃ ſm cōem opinionem reddere rationem adminiſtrationis,& maxime in hoc caſu cum uult ſtari dicto ſuo,& conſcientiæ ſuæ,quæ uerba magis operant̃, & uideret̃ ēt poſſe diſputari de reliquis, ut ſint remiſſa per ea quæ late ponit Dec.in d.conſi.178. ſed id non examino, quia ut audio ad caſum præſentem non expedit, & ſi occurrerit reſcribat̃, & ſuper hoc quid ſentiam de iure dicam:& ex hoc apparet reſolutum fundamentum factum in ꝯrium ſuper adminiſtratione reddenda, cui etiam poteſt reſponderi ex alijs fundamentis, maxime ex illo quo dictũ fuit nō fuiſſe aditã hæreditatẽ.

18 ¶Vltimò dico † ꝙ cum præſente,& tacente ea,quo caſu inducitur conſenſus.c.2.de accu.lib.6.c.qui tacet. de regu.iur.l.qui patitur. manda. immo facto ipſo ratificante: ad not.in l.paulus.rem rat.habe.multa expendit pro filiabus.d.uſufructuariæ,quæ detractis expenſis,ſi aliquid de fructibus ſupereſſe poterat id abſorbent,ꝙ iſtud uenit cōputandum in illis expenſis,ut puta pro apparatibus, feſti
19 uitatibus, & nuptijs, & hoc quia † ſtãdum eſt debitori ex qua cauſa ſoluit,& ita ex q̃bus rebus:ad not. in l.j.& ſeq. ff.de ſol.& per Roma.in conſi.94.Viſis his.colu.j. Alex.in conſi.75.Pōderatis narratis,& maxime quia iſte habebat maximũ arbitrium, & in hoc caſu præſumit̃ remiſsio illorum fructuum, cum tendat ad utilitatem filiarum quas parentes maiori dilectione proſequuntur quàm ſemetipſos.l.iſti quidem. ff.ꝙ met.cau.& ex cauſa nuptiarũ quæ eſt fauorabilis.l.j.ff.ſolu.matri.l.j.ff. de iure dot. cum ſi-
20 mi.& quia † modica eſt quãtitas, & præſens aderat,& tacebat:ut dixi ſupra:ad no.in l. quæ dotis. ff.ſol.mat.& in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.per Bar.& doc.communiter.& in l.utrum.& l.ſi ſeruus communis. ff.de dona. inter uir. & uxo.& in l.procula.ff.de prob.& per Bar.in l. uxori. §. cũ Seius.ff.de leg.3. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hiero.Gratus.Bonoñ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio ad deciſio.Rotæ.855.ſub titu.de confeſ.in antiq. qua cauetur confeſsionem factam in uno iudicio non præiudicare in alio.*

2 *Confeſsio in facto proprio iudicatur mera ueritas, maxime quando eſt iurata,& in iudicio facta.*

3 *Opinio ultimo loco relata cenſetur approbata a referente.*

4 *Quod non habet locum,quando præcedens opinio continet naturalem æquitatem.*

5 *Item quando prima opinio,melioribus eſt fulcita rationibus.*

6 *Confeſsio facta in uno iudicio præiudicat in alio,quando fuit iurata,& pro eo cui fuit facta fuit iudicatum.*

7 *Deciſio Rotæ non attenditur, quando contra eam adeſt cōmunis opinio.*

8 *Præſumptio uehemens, & indicium,facit ſemiplenam probationem.*

9 *Adeo quod eſt potens ad operandum ut deferatur iuramentũ in ſupplementum probationis.*

RESPONSVM CXLI.

¶An confeſsio facta in uno iudicio præiudicet confitenti in alio,& quæ opinio in dubio cenſeatur approbata.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In cauſa Frãciſci de Bambo quæ,& ſi ex proceſſu, & ex deductis in iure liquidiſsima ſit, adeo ꝙ nullus dubitandi locus relinquat̃: nihilominus cum magnum pro parte dicti Bambi factum fuiſſe fundamentũ uidebat in confeſsione Ioannis Iacobi aduerſarij deponentis cũ iuro,in alia tñ cauſa ſe ſoluiſſe affictus cuiuſdam fornacis de qua agit Piramo de Bambo,& eius filio,ſc3,Franciſci.qui nunc agit,prout probatum eſt in proceſſu: audio per magnificos dñs meos uerbo dictũ fuiſſe illã confeſsionẽ non præiudicare Ioanni Iacobo,per deciſio.Rotæ.855.ſub tit.de confeſſ.in antiq.ubi ad literã per dominos auditores dicitur ita fuiſſe determinatum, qñ
1 reſpondetur multipliciter. ¶Et primo ꝙ † iſta deciſio habet duo capita:primum qñ ille executor deponebat de facto alterius.ſcilicet P. & in hoc capite fuit determinatum pro maiori parte per dominos de Rota,ut ibi dr̃.Secundũ caput eſt in uer. ſed quid ſi conueniretur. in quo ille auditor dubitat,quid ſi teſtis depoſuerit de facto proprio, & ratione illius depoſitionis fuit conuentus, & allegat pro, & ꝯ,& ſi bene aduertatur nihil determinat: niſi ꝙ dicit ꝙ in ꝯrium vr̃,& non reſpondet adductis pro alia parte.

¶Modo conſidero ꝙ primum caput in quo eſt determinatio Rotæ non facit ad propoſitum caſus noſtri, ſiue in caſu noſtro Ioannes Iacobus depoſuit de facto proprio, ſcilicet, de ſolutione affictus fornacis conductæ facta Pi-
2 ramo,& Franciſco de Bambo, & confeſsio † in facto proprio iudicatur mera ueritas,maxime cum eſt iurata, & in iudicio facta,& ideo indiſtincte ſibi præiudicat:ut uoluit do.Abb.poſt Inno.& ſequuntur alij in c.per inquiſitionẽ de elec. in 4. intellectu. & ratio diuerſitatis poteſt eſſe in facto proprio maior ſubdit ſcientia quàm in alieno,ideo cum ſeparati ſint cãſus,& ſeparatim habeãt rationem, de uno aliud non poteſt inferri.¶Secundum caput nihil fa-
3 cit,cum non determinat,nec poteſt dici ꝙ † ſatis determinet cum ultimo loco refert illam opinio.arg.glo.in l.qui
4 filium.in §.ſabinus.ad Trebel.quia non † habet locũ, qñ præcedens opinio continet naturalem æquitatem:ut per Aret.in conſi.163.Diligenter.ſed quis diceret ſm æquitatem naturalem ꝯrium eius,quàm dixit in iureiurando in iudicio.licèt dixerit ut teſtis,niſi alleget errorem, uel aliquã probabilem cauſam:profecto nemo erit iudicio ma-
5 gnificorum dominorum meorum. ¶Secundò † non procedit illa gl. qñ prima opinio eſt fulcita melioribus rationibus:ut per mod.in l.3.§.Neratius.ff.de acqu.poſſeſ.ſed hic prima opinio eſt fulcita melioribus rationibus, cum pro ea allegatur tex.in d.c.per inquiſitionem.de elec. qui de neceſsitate probat ſm quartum intellectum cōiter approbatum: uideatur omnino, & apparebit ꝙ communis opinio eſt ꝯ dictum huius auditoris in caſu quo tenuerit iſtam opinionẽ:& multa alia allegantur quæ non recito.

¶Pro ultima uero opinione nihil allegatur quod concludat ſi recte animaduertatur:nam gl.in dicto.c.per inquiſitionem.alleg.in fi. loquitur qñ alij teſtes erant examinati
6 & ita ſentit ibi Abb.regula,ꝙ † confeſsio facta in uno iudicio &c.ut ibi, nō loquitur quando fuit iurata,& pro eo fuerit iudicatum,ſed iſta fuit iurata,& pro eo fuit iudicatum.¶Tertiò reſpondeo dato ꝙ ultima opinio fuerit approbata ab auditore,quod tamen negatur,dico ꝙ eſt tantum opinio unius auditoris,& non deciſio Rotæ,& ſi de-
7 ciſio Rotæ † eſſet, cum communis opinio eſt in ꝯrium: ut in dicto c.per inquiſitionem in 4.intellectu: parum de ea eſt curandum:ad no.in l.j.ſi cert.pet.per moder.circa authoritatem deciſionis Rotæ.

¶Secundò pro nunc principaliter reſpondeo,dato quod illa deciſio faceret ad caſum, nihilominus ſolum probaret quod ex ſola conceſsione illa non poſſet condemnare,ſed quod ex illa confeſsione iunctis alijs,& adminiculis quæ concurrunt in caſu noſtro, quod non poſſet condemnari: hoc non dicit.patet quia ſummatur hoc modo ꝙ ex ſola confeſsione non poteſt condemnari, uideatur ibi.Item in tex.dicitur ex illa confeſsione, & nihil aliud ponitur quod urgeat,& merito quia non poteſt negari ꝙ illa confeſsio ſaltem non faciat ſemiplenam probationẽ quo ad ipſum,cũ quo ad alios extraneos faciat uehemen
8 tem præſumptionem, & indicium; quod eſt † ſemiplena probatio:ſm Bar.in l. admonendi. in 14.col. de iureiur. quod dictum ſequũtur Ant.& Abb. in c.fin.de iureiuran. & in c.penulti.de re iudica.Anto.Felin.& alij in c.cauſam
9 quæ.de teſtib. ubi dicunt iſtud eſſe ueriſsimum, adeo † ꝙ eſt habile ad deferendum iuramentum in defectum ſemiplenę probationis, & maxime in hoc caſu qui habet connexitatem,cum illo in quo deponebat cum agebatur, ergo quanto fortius debet operari iſtam ſemiplenam probationem, & maximum indicium contra eum qui deponit,ſi contra extraneos id operatur, ſed in hoc caſu cōcur

runt

runt alia adminicula,& plura, & ſatis urgẽtiſsima de quibus late in proceſſu,& alijs allegationibus quæ ſola optime probat ꝫ iſtum mendacem,& ut ita dicam periurum, ut apud me notiſsimum eſt,cum mihi ut arbitratori palã omnia confeſſus eſt,& affictus ſoluit uti uerus dicti Bambi emphyteuta ut conſtat in libro quem noluit producere,& allegauit amiſiſſe,& non docuit caſum, ergo abſque dubio concurrentibus omnibus illis non obſtante illa deciſione quæ nõ facit ad caſum habent pronunciare ad fauorem domini Bambi quem eis pro iuſtitia, ac me ipſum plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hierony: Gratus Bon.

SVMMARIVM.

1 *Solennitas extrinſeca non præſumitur,amplia ut ibi.*
2 *Donatio ultra quingentos aureos, non præſumitur inſinuata ex diuturnitate temporis.*
3 *Per locationem ad longum tempus transfertur utile dominium.*
4 *Alienatio rei eccleſiæ non ualet,niſi ob euidentem neceſsitatẽ,& utilitatem eccleſiæ fuerit facta.*
5 *Cauſa ſtudij multas habet ſpecialitates,& doti æquiparatur.*
6 *Conceſsio in emphyteuſim rei eccleſiæ non ualet,niſi interuenerit authoritas ſuperioris.*
7 *Mandatum non præſumitur etiam per mille annos.*
8 *Iuramentum enormiſſimæ læſionis abſolutionem non includit.*
9 *Cauſa ſtudij non dicitur pia,niſi ſit pro ſtudio ſacræ theologiæ.*
10 *Bona hoſpitalis erecti ſine authoritate epiſcopi poſſunt concedi in emphyteuſim etiam non adhibitis ſolennitatibus requiſitis in conceſsione rerum eccleſiæ.*
11 *Hoſpitalia ſine epiſcopi authoritate per quemlibet erigi poſſunt.*
12 *Hoſpitalia conſtructa ſine authoritate epiſcopi non ſunt religioſa, nec gaudent priuilegijs eccleſiarum.*
13 *Collegia ſine authoritate epiſcopi erigi poſſunt.*
14 *Solennitas extrinſeca non præſumitur,quando ſine ea actus ualere potuit.*
15 *Solennitates requiſitæ in conceſsionem in emphyteuſim rerum eccleſiaſticarum,& pij loci,propter lapſum diuturni temporis præſumuntur interueniſſe.*
16 *Authoritas ſuperioris requiſita in diſpoſitione propter diuturnitatem temporis præſumitur interueniſſe.*
17 *Licentia ſummi pontificis in teſtamentis cardinalium requiſita, ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe.*
18 *Emphyteuta qui ſoluit debitum canonem,& tenuit rem tanquam uaſallus præſumitur habere inueſtituram, licèt inſtrumentum non probetur.*
19 *Solennitates,tractatus,& conſenſus capituli,qui requiruntur in alienatione rerum immobiliũ,præſumuntur interueniſſe ex diuturnitate temporis,licèt inueſtitura non dicat.*
20 *Temporis longiſsimi decurſus tollit omne uitium,& omnem defectum qui in contractu eccleſia allegari poſſet.*
21 *Contractus quando eſt antiquus de ſolennitate requiſita non adhibita,opponi non poteſt.*
22 *Solennitates requiſitæ in alienatione rei eccleſiæ non requiruntur in conceſsione in emphyteuſim facta de re ſolita concedi.*
23 *Solennitas aliqua non requiritur in renouatione inueſtituræ facta de re ſolita locari.*
24 *Pro poſſeſſore in dubio iudicandum eſt.*
25 *Conſtitutio Paulina extrauagans,præterquam in rebus eccleſiæ non uendicat ſibi locum.*
26 *Conſtitutio ad præteritos caſus non refertur.*
27 *Verba enunciatiua,mandatum probant in antiquis.*
28 *Mandatum ex curſu longi temporis præſumitur in actu ad quem quis ueriſimiliter ſine mandato non accederet.*
29 *Læſionem non ſufficit probari conſiderato præſenti ſtatu,& reditu rei ad hoc ut actus reſcindatur,ſed debet probari ſecundum tempus primi contractus.*
30 *Læſio ex diuturnitate temporis tollitur, ſeu præſumitur non interueniſſe,ſeu remiſſa fuiſſe,ſecundum authorem.*

RESPONSVM CXLII.

¶ An & quando ſolennitas extrinſeca præſumatur interueniſſe in alienatione,uel conceſsione in emphyteuſim,rerũ eccleſiæ, uel pij loci, & an bona collegij poſsint concedi in emphyteuſim,& quid operetur lapſus longi temporis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Decreueram in præſenti cauſa nihil ſcribere,cum pro ea parte quę tradidit punctum ſcribere de iure non poſſe mihi uidebatur:uerum cum adhuc me ſolicitet ut ſcribam quid ſentiam: & ſi ꝫ eam me reſoluam, cum omnino uotum meum habere deſiderat, dico & ſi prima fronte uidebaſ partes me conſulentis de iure meliores eſſe,quia in conceſsione emphyteuſis non cõſtat debitas ſolennitates interueniſſe, & non præſumunt,
1 cum † ſolennitas extrinſeca non præſumatur.l.quęcunq;.
§.fi.ff.de public.gl.Bar. Ange.Alex. Iaſ.& cõiter oẽs in l.
ſciendũ.ff.de uerb. obli. ꝙ procedit ẽt ſi tpis diuturnitas
interuenerit.Abb.in c.Albericus.in penult. col.de teſtib.
& in c.ſignificauit. de cenſib. ubi uoluit in cenſu ẽt antiquo
non præſumi authoritatẽ epiſcopi.ad idẽ facit ꝙ uoluit
Bald.in l.2.C.de legiti. hære.ubi inquit non præſumi
interueniſſe præſentiam duorũ propinquorũ requiſitã ex
2 forma ſtatuti ẽt ex diuturnitate tpis, nec † donationem
ultra quingentos aureos inſinuatã fuiſſe ex diuturnitatẽ
tpis:ſeqnit Alex.in l.qui in aliena.in prin.ff.de acq. hære.
& in conſi.17.Viſo inſtrumento locationis.in 3.col.lib.4.
¶ Comprobatur etiam iſtud, quia vr̃ ſapere alienationẽ,
3 cum † transferatur utile dñium per locationem ad longũ
tempus.l.j.2.& 3.ſi ager.uectig.uel emphy.pet.& ideo cõ-
prehenditur in prohibitione alienationis rerum eccleſia-
ſticarum.c.nulli.§.alienationis. de reb. eccle. non alie. &
4 ideo prohibetur ut ibi,ſed † alienatio rei eccleſiæ non ua
let niſi ob euidentem neceſsitatem,& utilitatem eccleſię.
c.j.de reb.eccle.non alie.lib.6.cum concord.
¶ Nec obſt.ſi dicatur ꝙ iſta non ſit res eccleſiæ,qm̃ perin
de eſt ac ſi eccleſiæ eſſet,cum pro ſtudio ſit, ꝙ habet mul-
5 tas † ſpecialitates, & æquiparatur doti eccleſiæ: & iuxta
ea quæ ponunt late mod.in l.j.ff.ſol.matr.in fi.& in nota-
bi. ¶ Comprobatur per extrauagantem Pauli de qua in
tit.de reb.eccle.non alie.ubi Paulus omnem conceſsionẽ,
hypothecam,locationem,& conductionem, infeudatio-
nem,uel ꝯtractum emphyteuticum, ultra triennium factam
annullat, irritat, & nullius omnino momenti fore decer-
nit,niſi conſtet de euidenti utilitate, ſed hic non conſtat
de euidenti utilitate,ergo conceſsio nulla fuit.
¶ Accedit quoque in hac conceſsione authoritatem ſu-
6 perioris adfuiſſe non probari, ſed conceſsio † huiuſmodi
rei nõ ualet,niſi authoritas ſuperioris interuenerit:ut no.
in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſan.eccle.gl.& cõiter
doc.in d.c.j.de reb.eccl.non alie.facit c.abbatibus.12.q.
2.& 17.q.4.in c.in uenditionibus. ¶ Præterea non cõſtat
ꝙ ille qui locauerit habuerit mandatum ad locandum,&
7 non † præſumitur mãdatum etiam per mille annos. Bal.
in l.2.C.ſi ex falſo inſtr.Alex.in l. ſciendum.ff.de uerb.ob
lig.& in l.qui in aliena.in prin.ff.de acq.hæred.cum con-
cord.ibi traditis.allega.tex.in l.ſi filius. C.de peti. hæred.
Item ex alio vr̃ non ualuiſſe,cum tractatus,& deliberatio
nes interueniſſe non probantur. de quibus in dicta auth.
hoc ius porrectum.Item vr̃ probari, ſeu dr̃ pro hac parte
maximam interueniſſe lęſionem:adeo ut dolus rei ipſa in
cidiſſe uideatur, quo caſu actus reſcindi debet: ad plene
8 tradita in l.aut qui aliter.de uerb.oblig.& abſolutio † ta-
lis enormis læſionis vr̃ a iuramẽto excepta.Raph.Cuma.
conſi.18.Abb.in c.cum contingat. in penul. char. uerſic.
nouus caſus.de iureiuran. & in conſi. 8. Laurentia. colu.
penulti.libro.1.& in conſi.107.Quatuor ſunt.in 2. dubio
Areti.in conſi.92.Viſo legato.colum. 2. Corne.in conſil.
11.In præſenti conſultatione.& in conſi.124.Multum dif
fuſe. lib. 3. & in conſil.124. Viſo puncto. eod.lib. & alibi
ſæpe per docto. ex quibus uidebatur prædictam conceſ-
ſionem de iure nullam eſſe,uel ſaltem retractandam fore.
¶ Maturius uero conſiderans determino ꝯtrium: & pri-

mo conſidero hic non agi de rebus eccleſiæ,uel eccleſiaſti
carum perſonarum,nec de cauſa pia proprie, & abſolute
qm̃ licèt gratia ſtudij multa concedantur priuilegia, tñ
9 cauſa † non dr̃ pia,niſi ſit pro ſtudio ſacræ theologiæ. Bal.
in l.j.in 11.col.ff.de leg.2.Cuma. conſi.28.col.fi.quos re-
fert,& ſequitur Iaſ.in l.j.C. de ſacroſanc. eccle.col.fi.in le
ctura.uideatur Alex.in l.ita ſtipulatus. col.9. de uerb.ob
liga.& Feli.in c,de quarta.de præſcrip.Bolo.cõſi. 37.col.
7.ꝙ eo magis in hoc caſu eſſe debet,cum non interueniſſe
authoritatem epiſcopi probatur in exequenda uolunta-
te teſtatoris qui reliquit hæc bona ea lege:ad no.per Lud.
Bolog.in d.conſi.37.& faciunt nota. per Corne.in conſi.
206.Licèt in hac conſultatione.uol.j.ubi uoluit ꝙ quan-
10 do † ſine authoritate epiſcopi conſtructa fuerunt hoſpi-
11 talia,prout † conſtrui poſſunt per quemlibet. c.inter di-
lectos.de dona.18.qõ.2.c.quidam.Ange.conſi.117.In ca
nonica portione. nõ requirantur ſolennitates de quibus
ſupra,in conceſsione in emphyteuſim rerum. d. hoſpita-
lis,quia tunc non comparantur eccleſijs,nec habent pri-
12 uilegia eccleſiarum, cũ non † ſint religioſa:ut uoluit Bal.
in auth.quas actiones,& in auth.hoc ius porrectum.C.de
ſacroſan.eccle.ergo multo magis dicere debemus in cõ-
ceſsione emphyteutica rerum huius loci, nõ fuiſſe neceſ-
ſarias ſolennitates de quibus ſupra factum eſt uerbum,&
abſque ipſis conceſsionem ualuiſſe,& ualere,cum non cõ
ſtet de authoritate epiſcopi in erectione,nec præſumi de-
bet,cum potuit erigi ſine ea, cum non ſit † prohibitũ de
13 iure cõi.ad no per Bar.in l.fi.C.de colleg.illi. & per Bolo.
in d. conſi. & licèt ex diuturnitate temporis præſumatur
ſolennitas etiam extrinſeca:ut infra dicam.non † tñ præ
14 ſumitur qñ ſine ea actus ualere potuit: nam hoc caſu non
loquuntur doct.& merito quia non eſt neceſſaria præſum
ptio: ex quibus manifeſte conſtat ſi in bonis hoſpitalis,
ualeat conceſsio abſque dictis ſolennitatibus multo ma-
gis in his bonis,cum hoſpitale negari non poſsit,quin ſit
magis res religioſa,& pia. ¶Secundò principaliter conſi
dero longiſsimum tempus tranſactum fuiſſe ultra centũ
annos:ut conſtat ex inſtrumentis locationum,& renoua-
15 tionum: quo caſu propter tam longam † temporis diu-
turnitatem dato ꝙ in earum conceſsione requirerent̃ ſo-
lennitates de quibus ſupra,& prius locus iudicaretur om
nes ſolennitates requiſitæ præſumuntur interueniſſe. An
gel.Imo.Raph.Alex.Iaſ.& alij in l. ſciendum.ff.de uerbo.
obli.Ange.Imo.Bal.& alij in l.qui in aliena in prin. ff. de
acq.hæred.Hoſt.Ioan.And.& communiter canoniſt.in c.
Albericus.de teſt.& in c.illud.de præſumpt.& eſt cõis opi
nio ut atteſtantur Alex.Iaſ.& alij in d.l.ſciendum. ubi in-
ferunt,& determinant plura per iſtam regulam, & in ſpe-
16 cie † quantum ad authoritatem ſuperioris requiſitam in
diſpoſitione, ꝙ propter diuturnitatem temporis præſu-
matur interceſsiſſe,poſuit Cardi.Floria.in c.requiſiſti.de
teſt.& dixit Areti.in conſi.36.Caſus talis.præſupponitur
17 ex † diuturnitate temporis præſumi licentiam ſummi põ
tificis interceſsiſſe, quæ requiritur in teſtamentis conden
dis per Cardinales,& in terminis in emphyteuta:ꝙ præſu
18 matur † ſi ſoluit debitum canonem, uel tenuit rem tan-
quam uaſallus habere inueſtituram, licèt non conſtet de
inſtrumento:& non probetur. no. gl.in l.2. C.de iure em-
phy.& ſequuntur doc.ibi,ubi Iaſ.allegat plures concordã
19 tes.Item ſolennitas,† tractatus,& conſenſus capituli qui
requiruntur in alienatione rerum immobilium præſumũ
tur interueniſſe,licèt inueſtitura non dicat.ad no.in c.per
uenit.poſt gl.ibi, de empt. & uendi.& ita conſuluit Alex.
in cõnſi.79.Circa primum de quo quæritur.lib.j.col.3.re
ferunt,& Iaſ.& mod.in d.l.ſciendũ. ultra quos addo Pet.
de Ancha.in conſi. 135. Ex conſilijs. ubi determinauit ex
20 curſu triginta † annorum tolli omne uitium,& omnẽ de-
fectum qui allegari poſsit in ꝯctu eccleſiæ;& idem uoluit
Alex.ultra conſi.79.ſupra allegatum.in conſi.45.Viſa fa-
cti narratione.in fi.lib.3.& Marianus in conſi.15. ſequitur
Dec.in conſi.129.Pro defenſione conſilij. ubi in ſpecie di
21 cit,ꝙ qñ † ꝯctus eſt antiquus,non põt opponi de ſolenni-
tate requiſita de iure cõi in bonis eccleſiæ non addita, &
conſtitutionẽ Paulinam non fuiſſe ſeruatam, & ꝙ eccleſia
ſit enormiter læſa, & alibi ẽt idem uoluit, de cuius dicti
ueritate ita generaliter prolati alibi diſſerui, ſed in præ-
ſenti caſu ꝙ ea de quibus agimus accedentibus his quæ
dicta ſunt, & infra dicent̃ admitto, & dico caſum de quo
agitur determinari,& ultra adduco Alex.conſi.227.Pon-
deratis.col.3.uol.6.ubi per eum, & in facto antiquiſsimo
admitti vr̃ per omnes, quos uti notiſsimos prætermitto,
maxime cum ſumus hic in facto excedente centeſimum
annũ,& agit de emphyteuſi rei, quæ non eſt ita priuilegia
ta, ſicut ſunt res eccleſiæ:ergo fortius abſque difficultate
in hoc caſu admitti debet, cum & in rebus eccleſiæ id lo-
cum habeat,ẽt ſi non exceſſerit tempus centum annorũ,
ſm̃ cões ſententias ut atteſtantur doc.præallegati.¶Ter-
tiò principaliter animaduertendum eſt ad facti ſpeciem
in qua apparet,hanc rem ſolitam fuiſſe locari,ſed in re ſo-
22 lita † locari, & concedi in emphyteuſim non requirunt̃,
nec ſeruari debẽt ſolennitates,quæ requiruntur in aliena-
tionibus,Inno.& Ioã. And.in c. ſuper rebus.de reb.eccle.
non alie.Fede.in conſi.124. Calde.in conſi. 11.in titu. de
feud.immo Dec.in d.cõſi.329.in ulti.col. uoluit in his re-
23 bus † ſolitis concedi aliam ſolennitatem in renouatione
non requiri.alleg.tex.in c.2.de feud. Roma. in conſi. 70.
Viſis.in prin.Alex.in conſi.9.Viſo themate.lib.3.& in cõſ.
5.Si uera ſunt.col.3.lib.5.& Corne.in conſi.181. lib.2.ad-
do Bar.& doc.in auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccle. & per
Alex.in conſi.14. uol.2. ergo cum ſolita ſint concedi hæc
bona, vr̃ abſque difficultate concludendum eſſe, conceſ-
ſionem præſentis emphyteuſis ualere, nõ obſtantibus ob
iectionibus de ſolẽnitatibus requiſitis in alienatione nõ
adhibitis. ¶Poſtremo conſidero in hoc longiſsimo tem-
poris ſpatio fuiſſe factas plures renouationes dictorum
bonorum,& præſertim a uicario gubernatoris dicti loci,
& fuerunt ratificatæ a gubernatorib.cum cauſæ cognitio
ne,& cum abſolutionibus,& affictuum continua ſolutio-
ne ex parte conductoris,& pacifica perceptione & libera-
tione ex parte locantium, quibus omnibus concurrenti-
bus præſens caſus nullam vr̃ habere difficultatem,& pro-
cedere abſque ꝯdictore, & ſaltẽ rem præſentem nullus du-
ræ ceruicis poterit negare dubiã ac ambiguã eſſe, ut pro
poſſeſſore tam longiſsimi temporis iudicandum ſit, cum
24 regula ſit † in dubio pro poſſeſſore iudicandum eſſe. l. in
pari.ff.de reg.iur.c.ex literis.de proba.§. cõmodũ.inſtit.
de interdic.ꝙ ita iudicandũ ſit,tradit gl. in c. nulli dubiũ
12.qõ.5.Bar.in l.j.§.non autem. ff.de ſecun.tab. in l.ſi in-
ter.ff.de reb.dub.& multa congerit Iaſ. in l.j.ſol. mat.ubi
latius per mod.Peruſinos,& Mediolanenſes. ¶Non obſt.
adducta in contrarium: quoniam ex allegatis pro hac
parte, & ſi uideantur reſoluta ſi recte inſpiciantur ni-
hilominus ut magis conſtet de ueritate præſentis ar-
ticuli ſigillatim reſpondeo: & ad primum quòd ſolenni-
tas extrinſeca non præſumitur, rñdetur hic non requiri ſo
lennitates quæ a petente reſponſum deſiderantur,cũ non
fuerit,nec ſit res eccleſiæ, nec loci habentis eadem priuile
gia,quæ competunt eccleſiæ: ut late demonſtrauimus in
primo fundamento,non refero,& caſu quo eſſent eccleſiæ
uel loci qui iiſdẽ priuilegijs gauderet colligitur reſpon-
ſio ex tertio fundamento in quo fuit dictum hæc bona ſo
lita fuiſſe locari, & conſequenter non continere alienatio
nem,nec in eorum conceſsione aliquam aliam ſolennita-
tem requiri, & ita rñdetur ad ſecundã obiectionẽ in qua
dicebat̃ hic agi de alienatione rei eccleſiæ;& ad quartã,&
penultimã obiectionẽ in quibus dicebat̃ authoritatẽ ſu-
perioris non interueniſſe, nec tractatus adhibitos fuiſſe,
qm̃ hæc non deſiderant̃ in rebus huiuſmodi loci, immo &
in rebus eccleſiæ qñ ſolita ſunt concedi prout hæc ſolita
eſſe præſupponit̃. ¶Præterea omnes prædictæ obiectiones
ceſſant,qñ longiſsimũ tẽpus interuenit per ea quæ late de
duximus in ſecundo fundamento:quæ non repeto:quib.
nõ refragant̃ authoritates citatæ in prima obiectione, ad
probandã ſolennitatẽ extrinſecam non præſumi etiam
ex diuturnitate temporis: qm̃ illæ reprobant̃ cõmuniter:
ut atteſtatur Iaſ.in d.l.ſciendum.ff. de uerbo.obliga. ubi
illas authoritates citat,& eis aduerſantes, & ita dicit cõ-
muniter teneri, ꝙ maxime admitto in caſu quo interuenit
tempus

tempus centum annorũ: ut hic,& ſi bene aduertant doc. in ꝯrium allegati non loquuntur in hoc caſu, & propter ea recepta etiam eorum opinione caſui noſtro non refragantur,nec huic fundamento,& reſponſioni aduerſari uideantur ea quæ diximus in primo fundamento, authoritatem epiſcopi in erectione loci de quo agitur ex diuturnitate tẽporis non præſumi interueniſſe, quia procedit qñ. actus poteſt ualere ſine illa ſolennitate uti erectio illius loci quę potuit eſſe abſque authoritate epiſcopi,ſecus qñ. actus ualere non põt ſine illa ſolennitate,quia tunc præſumitur. ¶Ad tertiam difficultatem fundatam in extraua-
25 ganti Pauli reſpondetur † non habere locum in alijs rebus præterquam eccleſiaſticis: ut per Feli. c. de quarta. col.2. de præſcrip. & ſatis probatur ibi bonorum eccleſiaſticorum &c.nam genitiuus reſtringit materiam:ad not. in rub.ff.de noui oper.nuncia.uel ſaltem declarat ex proprietate uerbi a qua non eſt recedendum. l.non aliter.ff. de leg.3.maxime in his exorbitantibus,& extrauagantib. c.quæ exorbitant.de reg.iur. ¶Vel ſecundo dico, & ſi bona ſint eccleſiæ,non habere locum dictam conſtitutionẽ, cum ſolita ſint concedi:ut per Dec.in d.conſi.329. qui in indiuiduo ita reſpondebat.¶Tertiò dicere poſſumus illã conſtitutionem huic caſui non obſtare,cum locatio horũ bonorum fuit ante dictam conſtitutionem, cum illa conſtitutio fuit edita de anno.1467.locationes autẽ fuerunt
26 factæ anno. 1409. & 1454. ſed conſtitutio † non refertur ad præterita expreſſe,nec referri debet:ut in auth.ut factę nouę cõſtitu.l.iubemus.C.de teſt:ubi per omnes per Bar. & omnes in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.in illa.q.an lex referatur ad præterita. ¶Non obſtat aliud de mandato ꝙ non præſumitur per mille annos, quia reſpondetur ꝙ conſtat de ratificatione. ¶Secundo reſpondetur ꝙ in in-
27 ſtrumento fit mentio de mandato, & licèt † aliàs uerba enunciatiua non probent maxime mandatum: ut tradit Soci.in conſi.266. In cauſa quæ uertitur. col.j. & doct. in auth.ſi quis in aliquo. C.de eden: tñ probant in antiquis, & inter eaſdẽ perſonas:ut per Bar.Dec.& alios in d.auth. ſi quis in aliquo.& in ſpecie in conſi.36.col.3.
28 ¶Tertiò non procedit qñ † ultra antiquitatem ſumus in actu ad quem uetiſimiliter quis ſine mandato non accederet:ut tradit Rota in deci.3.in tit. de cauſa poſſ.& proprie.in antiq.& ſequitur Dec.in conſi. 36. præalleg. & ita eſt hic ubi iſtud ſine difficultate procedit concurrentibus omnibus ſupra deductis. Contraria procedunt quando nulla eſt facta mentio de mandato,& prædicta non interuenerunt:habent etiam difficultatem, & contradictores ut aliàs examinaui, quod hic non recito cum non expediar. ¶Vltimò non obſt. maximam interueniſſe læſionẽ, quia iſtud non eſt probatũ, & ei qui dicit incumbit onus
29 probandi.l.actor.de proba.nec ſufficit † probare læſionẽ conſiderato præſenti ſtatu,& redditu ipſius rei,ſed debet probari ſecundum tempus primi contractus, qui fuit anno.1409. & ſecundũ illud tempus conſiderari debet enormiſsima læſio.l.ſi uoluntatem.in fi.ff.de rei uendi.Bar. & doc.in l.pretia rerum.ff.ad legem Falci. & in l.2.C.de re-
30 ſcinden.uendi.& ſecundum Dec.in d.conſi.329.ex † diuturnitate temporis iſta enormiſsima læſio tollitur, quod non ita ſimpliciter admitto, ſed quantum ad præſentem caſum expedit ut præſumatur læſionem non interueniſſe uel remiſſam fuiſſe, in cæteris alibi declaraui quomodo intelligam. ¶Accedit etiam generalis præſumptio. l.minoribus.ff.de minoribus.de qua per Bal.in l.per diuerſas. C.mandati.4. quæſtio. neminem præſumi male facere:ergo omnino habent probare hanc læſionem.

Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ,& abſentiæ,aduerſus præſcriptionem.40.annorum datur non ſolum eccleſiæ,ſed etiam laicis.*
2 *Immo etiam datur aduerſus pręſcriptionem tanti temporis cuius memoria non extat.*
3 *Lex quantuncunque generalis uniuerſalis,& præciſa, reſtringitur ne quis indebite damnum patiatur.*
4 *Præſcriptio quadraginta annorum currit aduerſus ignorantem.*
5 *Quadriennium quod datur ad petẽdum reſtitutionem, non currit niſi ſcienti etiam ſi ſtaret per centum annos.*
6 *Verba enunciatiua iurata probant.*
7 *Iuramentũ habet uim clauſulæ ut actus ualeat omni meliori modo quo ualere poteſt.*
8 *Geminatio arguit præciſam mentem proferentis.*
9 *Verba enunciatiua geminata probant.*
10 *Verba enunciatiua probant in antiquis.*
11 *Inſtrumenta de antiquo facientia mentionem de confinibus probant confinia.*
12 *Verba enunciatiua expreſſa per modum cauſæ probant.*
13 *Item quando ſumus in his quæ dependent a nudo,& mero animo proferentis.*
14 *Inſtitutus hæres ſi in inſtrumento incidenter dicat, ego hæres talis &c.per hæc uerba probatur adiuiſſe.*
15 *Verba enunciatiua, & incidenter prolata regulariter non probant.*
16 *Regulam pro ſe habens dicitur habere intentionem fundatam.*
17 *Res dicitur certa eſſe pro eo qui habet regulam pro ſe.*
18 *Iudicandum eſt ſecundum regulam, niſi contrarium probetur.*
19 *Confeſsio facta abſente parte,regulariter non probat.*
20 *Specialium concurſus non admittitur.*
21 *Interpretatio in odioſis ſtricta fieri debet.*
22 *Verba enunciatiua in odioſis nullo modo probant.*

RESPONSVM CXLIII.

¶An aduerſus præſcriptionem longiſsimi temporis, detur reſtitutio ex capite ignorantiæ, & abſentiæ, non tantum eccleſię ſed etiam laico:& an uerba narratiua imperfecta probent in antiquis,quando etiam ſunt iurata,& prolata per modum cauſæ.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Tranſeo cum domino conſultore quantũ ad iſtud
1 caput, quod † aduerſus præſcriptionem. 40. annorum, detur reſtitutio ex capite ignorantiæ,& abſentiæ non ſolum eccleſiæ,ſed etiam laicis,quoniam cõmunis eſt:ut per Feli.in c. uigilanti. de præſcrip. & per Alex.in conſi.71.nume.5. & in conſi. 84. in 2. colu. uol.j.Soci.in conſi.299.in fi.uol.2. & Feli.atteſtatur communem in c.uigilanti.in fi. 2.colum.de præſcrip. & Balb. in trac.præſcrip.in 4.parte.4.partis principalis. num.95. Iaſ.in conſi.209.in fin.penul.colum.uol. 2.Caſa. in conſi.
2 66.nume.64.iuncto.nume. 15. ubi uult quod † detur etiã aduerſus præſcriptionem tanti temporis cuius memoria non extat,& atteſtatur communem Alexan. in conſi.169. in ultim.colum.uolumi.2.Deci.in conſil. 36.in ulti. colũ. & Soci.in l.cum filius.§.in hac.de uerbo. obliga.circa fin. deciſ. Neapo. 329. ubi dicitur ꝙ iſta opinio eſt uerior, & magis communis.& Alex.in conſi.168.in 2.parte.& idem in eccleſia uoluit Alex.in conſi.130.uol.7. nume. 2.& ita tenendum puto abſque difficultate, licèt Dec. in conſilio 29. uoluerit tm̃ concedi eccleſiæ, & ita reſtrinxerit cõem opinionem. Quoniam iſta ſua reſtrictio eſt ꝯ mentem,& rationem tenentium communem opinionem, ſi eius dicta rectæ ſpectentur,& uix habet authoritatem pro ſe. rationes quoque eius,& ponderationes quę tendunt ad unũ ſunt fragiles,& tolluntur ex dictis per Soc.in l.cum filius §.in hac.col.5.uerſi.ſed ad hanc rationem reſpondet Roma.& in uerſi.nec uẽ eſſe.& col. 6. uerſi. ſed ad hoc poſſet reſponderi,ſcilicet quod per generalitates,& uerba præciſa.l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcri.30.uel 40. anno.non referuntur ad remedium extraordinarium, & alijs modis, de quibus per eum ibi. Et etiã ego unico uerbo tollo: nã
3 lex † quantuncunque generalis, uniuerſalis, & præciſa ſit reſtringitur ne quis indebite damnũ patiatur:ut no. in l. fi.§.in cõputatione. C.de iure delibe. & per mod.in l.j.§. nuncia-

nunciatio.ff.de oper.noui. nunc. ſed ſi non daretur reſti-
tutio in integrum probabiliter ignoranti, & iuſte abſen-
ti ad ius ſuum recuperandum utique indebite damnum
ſentiret, cum nihil ei imputandum ſit, & ꝙ iſta opinio ut
detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem.40.annorũ ha-
beat locum in laico,& priuato ultra ea quę ſupra allegaui
adduco Soc.in conſi.66.col.2.uerſi.quinimmo.uol.4.qui
in indiuiduo dixit ꝙ laico cõpetit. idẽ conſuluit pro qua
dam.d.Iacoba ꝯ communitatem Alex.in conſi. 84.uol. j.
col.2.uerſi.nec obſt.tex.in l.omnes.& Corn.in conſi.192.
4 uol.3.in litera G. loquens in laico, dixit † ꝙ cõis opinio
eſt ꝙ ꝯ ignorantem,currat præſcriptio.40.annorum,& ẽt
eſt cõis opinio,ꝙ detur reſtitutio, & hoc ſaltem nõ habet
difficultatem,ratione, & ex capite quadriennij, ꝙ poteſt
durare per centum annos durante ignorantia, cum non
5 currit † niſi ſcienti, etiam ſi ſtaret per centũ annos:ut per
Alex.in ſupradictis conſilijs,& Iaſ.in §. ruſus.nu. 74.in-
ſti.de actio.Bal.in conſi.301.uol.3.Decius in conſi.36.in
fi.& in cõſi.303.nu.7.Marſil.in conſi.87.nu. 13.& in l.qui
ignorans. ff. ad leg. Corne. de fal.nu. 12.& in ſingu.372.
¶Circa ſecundum, an uerba incidenter,& demonſtrati-
ue poſita,probent dominium, & communionem. prima
fronte uidebatur dicendum ꝙ ſic, quia ſunt iurata: quo
6 caſu uerba † enunciatiua probant, & diſponunt:ut tradit
Bar.& alij in l.ex hac ſcriptura.in 3.& 4.colu.ff.de donat.
Bal.Ange.Iaſ.& docto.in l.ex his uerbis. C. de teſta.mili.
Pet.de Anch.in cle.j. de probat.& ad hoc bene facit, quia
7 †iuramẽtũ habet uim clauſulæ ut actus ualeat omni me-
liori modo quo ualere poteſt.l.cum pater. §.filius matrẽ
ff.de legat.2.ubi Bar. gl.in c. ubi non eſt. 30. q.2. Abb.in
c.ex reſcripto.de iureiur.& in c.ex literis.el.2.col.j.de ſpõ
ſa.cum uulga.alleg.per Ange.& doc.in d. l.ex his uerbis.
¶Corroboratur hoc ſecundo loco, quia hæc uerba ſunt
8 geminata,& reiterata, quæ geminatio † arguit præciſam
mentem proferentis.l. Baliſta. ad Trebel. ubi Bar. & in l.
cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.Bal.in l.eam te.de reſcri.&
9 & operatur † ut uerba enunciatiua probent. ſm Barto.&
Ange.in d.l.cum ſcimus.C.de agric.& cenſi.lib.11.ſequi-
tur Pau.de Caſt.in d.l.ex hac ſcriptura.Lud.Roma.in l.ge
rit.ff.de acq. hære. & in conſi. 65. incipien. Viſo themate
propoſito Panor.in c.ſi cautio.ad fi.de fide inſtru. & in te
pe.c.per tuas.in 9. col. de arbitr. ubi ad hoc alleg. bonum
tex.in l.j.C. de plus pet.in uerſi. ſecundis confeſsionibus,
ſiue inſinuatæ ſint ſiue non.refert, & ſequitur Iaſ.& mod.
in d.l.ex his uerbis.in j.col.uerſi.j.ergo limita.C.de teſta.
mili. ¶Tertiò aduertendũ eſt nos hic eſſe in antiquis,
10 in † quibus uerba enunciatiua, & demonſtratiue poſita
probant atque diſponunt, ut notabiliter tenet Anto. de
But.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſt. & in dicta cle. j. de proba.
& in cle.ſummus pontifex. de ſenten. excom.idem Anto.
de But.& Lanfran.in c.quoniam ꝯ.ubi mod. de proba. &
ita tenet Alex.in conſi.75.in 4.uol.ꝙ incipit,Viſis, & pon
deratis narratis in themate.col.2. ſequuntur Iaſ.& alij in
11 d.l.ex his.& iſtud optime comprobatur:quia † inſtrumẽ-
ta de antiquo facientia mentionẽ de confinibus probant
confinia: ut uolunt Bal. Sali.Iaſ.& alij in l. cum aliquis.
C.de iure delib.& idem Iaſ.in d. l.ex his. C. de teſta. mili.
¶Poſtremo cõſidero uerba hæc quantuncunque enuncia
tiue,& incidenter ſint prolata, nihilominus probare debe
re,cum ſint expreſſa per modum cauſæ, & ſuper eo ꝙ pen
12 debat a nudo, & mero animo proferentis: † quo caſu ne-
mini dubium eſt uerba enunciatiua probare.Et de primo
eſt tex.l.emptor.§.ancillam.& ibi Bar.& Bal. ad hoc nor.
illum tex.ff.de rei uendi.idem Bar. in l.cum tabernam. §.
idem quæſijt.per illum tex.ff.de pigno.& in l.qui uolebat
ff.de hæred.inſtituen.& in l.ſi ſocer.§.Lucius.ubi alij om-
nes.ff.ſolut.matr.& in l.demonſtratio falſa. §.j.ff. de con-
di.& demonſtra.& in l.ex hac ſcriptura.ff.de donatio.po-
nit Iaſ.& moder.in d.l.ex his uerbis. C.de teſtamen. mili.
13 Et de ſecundo ponit Bar.† in l.gerit.in 4.col.in uerſi. cir-
ca ſm.ſed qualiter probetur,& in uerſi.ſeq.ff.de acqui.hæ
14 re.ubi infert ad multa, & præcipue ad hoc ut † ſi aliquis
ſit inſtitutus hæres,& in inſtrumẽto incidenter dicat,ego
heres talis &c. ꝙ per hæc uerba probetur eũ adfuiſſe:po-
nit Mathe.in notabi.35. & Iaſ. & alij in d. l.ex his uerbis.
C.de milit.teſtamen.& ex his intrepide cum domino con
ſultore uidebatur ſentiendum eſſe.
¶Quibus tamen non obſtantibus uerba ipſa de quibus
agitur accuratius conſiderando determino contrarium,
15 & primo quia habemus † regulam,ꝙ uerba enunciatiua,
& incidenter prolata non probant,nec aliquid operãtur.
caſus eſt in d.l.ex his. C. de teſta.mili. ubi ponunt Barto.
Angel. Paul.Ludo. Roma.Alexan.Iaſo.& moder. Bartol.
& alij in d.l.ex hac ſcriptura.ubi Ioan.de Imo.Bar.in l.de
monſtratio falſa.§.ꝙ autem.ff.de condi. & demon.gl.ma
gna & doc.in l.j.C.de falſa cau.adiec.lega.Cyn.in l.uerba
C.de teſt.Ant.de But.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.cum con-
cor.allegatis late per mod.in ſupradictis locis,ergo cum
nõ reperiatur ſpecialiter in hoc caſu ab ea receſſum: ut ex
his quæ infra dicentur liquido apparebit, ei ſtandum eſt,
16 & pro illa iudicandum,quia † ille qui habet regulam pro
ſe dicitur habere intentionem fundatam. glo. in l.omnis
diffinitio.ff.de reg.iur. & in rub.cod.tit. in 6. & ideo dicit
17 Bar.in l.quoties.ff.ſi quis caut.ꝙ res † dr̃ eſſe certa pro eo
qui habet regulam pro ſe,& idẽ Bar.in l. 2.col.j. ff.ſi quis
in ius uoca.non ierit.ubi alleg.Inno. in c.præterea.de di-
lat.& hoc dictum pro notabili reaſſumit Matheſi. in nota
bil.19.nota ꝙ ſentiat.facit dictũ Bal. in c. j.col.2.de alie.
18 iud.mutan. cauſa facta. ubi † uult ſm regulam pronun-
ciandum eſſe,niſi ꝯrium probetur.& idẽ Bal. in l. ſi tutor.
in fi.C.de ſer.commu.manu.Alber. in 2.parte ſtatutorum
q.158.ſi ex forma ſtatuti circa fin.cum ſimi.quæ late con
geruntur per Dec.in l.j.ff.de reg.iur.& in conſi. 8.in prin.
ſed non apparet hanc regulam in caſu noſtro eſſe limita-
tam,nec hoc fuit probatũ, ergo ab ea non eſt recedendũ.
¶Comprobatur hoc ſecundo loco, quia non ſolum hæc
uerba ſunt enunciatiua, & incidenter poſita,ſed ſunt im-
perfecta, & in eis neceſſaria eſt ſubauditio, & ſunt dicta
abſente parte, quo caſu ſi daremus ea probare multipli-
carentur ſpecialia:primũ ꝙ recederemus a regula, quod
ſtrictius fieri debet quam ſit poſsibile,immo fieri non de-
bet,niſi in caſibus a iure ſpecialiter expreſsis: ut not. per
gl.in d.l.omnis diffinitio. & per mod. in d. l.j.ff.de regu.
iur.& in locis ſupra allegatis. ſm ꝙ hoc fieret per ſubau-
ditionem quæ hoc caſu non admittitur iuribus uulgari-
19 bus. Item † ꝙ confeſsio facta abſente parte,quæ regula-
riter non probat.l.certum.§.ſi quis abſente.ubi Bar.ff.de
confeſ.ponunt docto.in l.j.C.de confeſ. Bald.in l.genera-
liter.C.de non nume.pecu.cum ſimi.per uerba enunciati
20 ua indigentia ſubauditione probaret,ſed † concurſus, &
multiplicatio ſpecialium non admittitur. l.j.ubi gl. Bar.
Bald.& docto.C.de dot.promiſsio.& in l.cum poſt. §. ge-
ner.ff.de iure dot.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.in ulti. q.
ff.de uſucapionib.cum uulgarib.allegatis per mod. in d.
l.j.C.de dotis promiſſ.& in l.j.ſolu. matr. qui fere ſemper
loquuntur in concurſu duorum ſpecialium duntaxat, er-
go longe magis dicendum eſt in hoc caſu non admitti,&
per conſequens hæc uerba enunciatiua non probare, cũ
non ſolum concurrent duo ſpecialia, & exorbitantia,ſed
plura ut ſupra dixi,ergo &c.
¶Accedat ultimo loco quod hic ſumus in odioſis, in qui
21 bus ſtricta † debet fieri interpretatio. l.cum quidam. cũ
concord.late ibi traditis.ff.de libe. & poſthu. c. odia.ubi
per Dyn.& mod.late de reg.iur. in 6. ergo nullo modo di
cendum eſt hæc uerba probare: ut in terminis in uerbis
22 enunciatiuis † quæ etiam non patiantur defectus:de qui
bus ſupra uoluit Bal.in l.2. C.de neceſſ.ſeru. hæred.inſti-
ſtituen.refert,& ſequitur Iaſ.& moder. in dicta. l. ex his.
C.de teſta. mili. & hoc abſque difficultate admitti debet,
cũ ita inducatur liberatio,& reo fauorabilius eſt:ad not.
in l.arrianus.ff.de actionib.& obligatio. & in l. fauorabi-
liores.ff.de reg.iur.& ex his ſaltem ſimul iunctis diligen-
ter intuenti manifeſte conſtat, uerba hæc incidenter, &
enunciatiue poſita,nullo modo probare.
¶Nec obſtant adducta in contrarium, quia ſi recte con-
ſiderentur non faciunt ad caſum noſtrum, cum non lo-
quantur, quando uerba enunciatiua ſunt imperfecta, &
indigent ſubauditione, & fuerunt prolata abſente parte
nemine

nemine acceptante, nec ratificata per centum annos, ut hic, & per conſequens quando reſultarenr tot ſpecialia & exorbitantia, & ſic in hoc caſu miſto, in quo concurrentibus prędictis non reperitur diſpoſitum, nec receſsũ a regula, ergo &c. & in hoc non admitto opinionem domini conſulentis, & ſi multæ limitationes traditæ a doctoribus ad illam regulam uerba enunciatiua non probare pro ſua opinione facere uideantur per ea quę ſupra dixi in hac temporis anguſtia, cum autem maius ocium ſupererit in hoc articulo, & in alijs dubijs, de quibus nũc uerbum facere non potui, maturius deliberabo.

¶Ita reſpondebat Hiero. Gratus. Bonoñ.

SVMMARIVM.

1 *Ratio eſt mens, & anima cuiuſcunque diſpoſitionis.*
2 *Vis non conſiſtit in uerbis, ſed in ratione.*
3 *Ratio præfertur uerbis, ſicut anima corpori.*
4 *Rationem ubi habemus, de uerbis non eſt curandum.*
5 *Ratio ampliat dictum, & de proprietate comprehendit caſus nõ expreſſos.*
6 *Vbi habemus certam diſpoſitionem non curamus de ratione.*
7 *Quod procedit quando ratio non eſt expreſſa, ſed habemus illam inueſtigare.*
8 *Verba gratiæ quæ non poſſunt referri ſi ad unum, perinde habentur ac ſi in ſpecie illud expreſsiſſent.*
9 *Verbum irrogare, in dubio refertur ad legem.*
10 *Lex eſt certa de omni eo, quod eſt in rerum natura.*
11 *Incerta ueniunt ſub diſpoſitione, quando aliqualiter apparet de intentione diſponentis.*
12 *Gratiæ conceſſæ ob publicam utilitatem latiſsime interpretantur & ad terminos habiles non reſtringuntur.*

RESPONSVM CXLIIII.

¶An & quando gratia comprehendat delictum non detectum, & quomodo interpretetur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Ad reſpõdẽdũ obiectionibus iuſtiſsimi, ac doctiſsimi iudicis domini mei bon. &c. præſuppono il-
1 lud tritũ, ꝙ † ratio cuiuſcunque diſpoſitionis
eſt mens, & anima ipſius: ut in l. ut mulier. ſol. matr. in l.
2 cum pater. §. dulciſsimis. de leg. 2. & uis † non conſiſtit in
3 uerbis, ſed in ratione. c. marchio. j. qõ. j. & ſicut † anima
præfert̃ corpori, ita ratio præfertur uerbis. c. ſedulo. 38.
q. 3. & ideo dicit Soci. in conſi. 35. col. 3. uolu. j. quod ubi
4 † habemus rationem de uerbis nõ eſt curandum, & ideo
ſolet dici quod ratio ampliat dictũ. l. regula. §. fi. de iur.
& facti igno. & merito, quia ideo eſt ſicut genus quod de
proprietate ſpecies comprehendit ſemper in generalibus
5 de reg. iur. ita ratio † de proprietare comprehendit alios
caſus nõ expreſſos. ita Bal. in l. de quibus. in 5. col. de leg.
& in authen. poſt fratres. C. de legiti. hæred. cum ſimi. hoc
præmiſſo, dico quod cum ratio harum gratiarum poſita
in proœmio ipſarum fuit, ſcilicet ut facinorum commiſſorum impunitatem, & ueniam pollicendo ab ira ad lenitatem inducerent, & agrum Bononienſem pacatum facerent, quæ ratio complectitur omne delictum etiam in accuſationem non deductum, ut ex ſe patet: & cum ex tali delicto pęnam ſunt paſſuri, ut aliàs diximus, ꝙ maleficiũ non detectum comprehenditur in dictis gratijs perinde, ac ſi eſſet expreſſum, non conſideratis alijs uerbis ſub quibus forſan comprehendi non poſſet, adeo ꝙ recte intuen
6 ti hic caſus apparet clariſsimus, ¶Nec obſt. ꝙ † ubi habe
mus certam diſpoſitionẽ non curamus de ratione: ut per
Bal. & alios in l. Gal. §. ſi eius. de liber. & poſthu. in 2. not.
cũ ſimi. quia illud nõ dr̃ in tex. ut dicit ibi Iaſ. in 3. notab.
7 ¶Præterea illud procedit, qñ † ratio non eſt expreſſa in
lege, ſed habemus illam inueſtigare: ita proprie loquitur
Bal. & alij ut Dec. ſequens eum, ſed hic ratio eſt expreſſa,
ergo non facit ad caſum noſtrũ: immo, ut dixi, iſte caſus
eſt expreſſus non ſolum in ratione, ſed in diſpoſitione, &
ſub uerbis complectit̃, cũ iſte incarceratus ſit deſcriptus
in illis liſtis, & non reperit̃ ꝙ aliud delictum unq̃ perpetra
uerit, præter iſtud, & ſi iſtud perpetrauit cũ negetur, nec
8 appareat commiſiſſe, ergo † cum non poſsit ad aliud re-
ferri gratia ratione perſonæ iſtius, perinde eſt ac ſi nomi
natim de eo fuiſſet facta gratia. l. 2. de liber. & poſthu.
¶Probatur quoque ex uerbo, irrogare, quod refertur ad
legem: per nor. in l. poſt contractum. de dona. & in locis.
aliàs in hac cauſa allegatis.
¶Nec obſt. l. quid ergo. §. fi. & l. ictus fuſtium. cum ſimi-
lib. de his qui notan. infa. quia ibi eſt ratione adiuncti, &
quoniam referuntur ad hominem, & ſic ſumus in claris,
9 ſed quando ſumus in † dubio, & imperſonaliter proferun
tur, ut eſt hic, uerbum irrogare, refertur ad legem, per ea
quæ diximus, ex quibus ſequitur reſolutio obiectionum.
¶Et primo quod non capitur intellectus ut comprehen-
datur ignotum, quia hic delictum eſt certum, cum non ſo
lum loquitur de pœna impoſita ab homine, ſed a lege,
10 penes quam omnia † in rerum natura facta ſunt certa. l.
cum quidam. §. quod dicitur. de acqui. hæred.
¶Secundò dico quod cũ ratio ſe habet ad delictum oc-
cultũ uenit in diſpoſitione ac ſi eſſet expreſſum, per ea quę
diximus. ¶Tertio quia cum nõ poteſt referri niſi ad unũ
perinde eſt ac ſi eſſet expreſſum: ex quibus apparet quod
complectit̃ delicta etiam non manifeſta, & in ſpecie iſtud,
11 cum ad aliud referri non poteſt: nam & † incerta ueniunt
quando aliqualiter apparet de intentione agentis ſaltem
in genere de occultis cogitãtis: ut per omnes in l. ſub præ
textu. C. de tranſactio. & in ſpecie per Iaſ. allegatum in ꝫrium in l. nec is. §. hæres cõſtitutus. de acq. hæredi. ex quo tollitur quod licèt dictio quas, ſtet limitatiue, tamen limitatio includit caſum propter uerbum irrogare, & alia ſupra adducta. ¶Non obſt. quod delictum iſtud non ſit de comprehenſis in tabulis &c. quia delictum in indiuiduo non comprehenditur, ſed delictum in genere comprehenditur: iuxta gl. in l. fi. de magi. conuen. Item comprehẽdirur propter perſonam expreſſam ne eius expreſsio ſit ſuperflua, prout eſſet ſi non comprehenderet̃: arg. l. ſi qñ. de leg. j. & nor. per Bal. in rub. de contrah. emptio. cum
12 ſimi. & facit illud quod dicebatur ꝙ introducte † ſunt il-
le gratiæ ob publicam utilitatem, ideo largiſsime interpretantur, & non reſtringuntur ad terminos habiles: iuxta tex. in l. ſi quis in graui. §. utrum. ff. ad ſilla. ¶Nec obſt. ꝙ fauor publicus non facit ꝙ ueniant illa quæ a uerbis non exprimunt̃, quia hic uerbis, & ratione ſunt expreſſa, & ille fauor ſaltem facit ꝙ uerba largiſsime interpretant̃ iuribus uulg. & maxime cum hic concurrant alia uniuerſalia uerba, repetitio, geminatio, & multa alia quæ omnia ſunt apta comprehendere hunc caſum, & licèt alia reſtringatur, tñ propter ea quæ ſupra diximus, ſcilicet rationẽ, proprietatem uerbi, & fauorem publicum, nõ deberet reſtringi: quæ omnia doctiſsimo ac iuſtiſsimo iudici dño meo colendiſsimo notiſsima ſunt, & tanto magis in caſu iſto hæc prodeſſe debent, cũ nec ẽt hoc delictum probatũ eſt ac probari põt, cũ in ueritate non ſit ab eo cõmiſſum.

¶Ita reſpondebat Hierony. Gratus Bon.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa appellationis habet annum.*
2 *Et ſi interuenit impedimentum, et ã in ultima parte anni & die, datur ſecundus annus.*
3 *Aſſertioni iudicis ſtatur ſuper impedimẽto, cauſæ proſecutionis.*
4 *Paria ſunt uerbis uel facto aliquid approbare.*
5 *Appellanti non currit tempus, ſi appellatus opponat exceptiones friuolas, donec ſuper illis fuerit diſputatum.*
6 *Reſtitutione non eſt opus, quando fuit petitum, ut expediretur cauſa appellationis, & ſtetit per iudicem quominus expediretur.*
7 *Opinio illa per quam fit concordia, alijs præfertur.*
8 *Interpretatio illa debet capi quæ magis tendit ad fauorem appellationis.*

 Statu-

9 *Statutum diſponens circa compromiſſum, an in naturalibus uen dicet ſibi locum.*

10 *Statuta non comprehendunt naturales,ſecundum aliquos.*

11 *Naturales,regulariter in diſpoſitione ciuili non ueniunt appellatione filiorum,fratrum,uel ſororum:ſecundum communem.*

12 *Statutum diſponens circa compromiſſum,non comprehendit naturales,quando reſultarent plures impropriationes.*

13 *Fictiones duæ,uel duo ſpecialia ſicut non dantur:ita nec duæ impropriationes.*

14 *Ius ciuile non æqualiter tractă naturales,cum legitimis, ſed abhorret naturales.*

RESPONSVM CXLV.

¶Quantum tempus indulgeatur appellanti ad proſequendum cauſam appellationis, maxime quando interuenit impedimentum:& an ſtatutum diſponens circa compromiſſum comprehendat naturales.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Duo diuerſa dubia ab eadem Rota, eodem tempore fuerunt oblata:circa quæ breuibus me abſoluo.Et primo circa deſertionem cauſæ, cũ cer
1 tiſsimi iuris eſt † cauſas appellationis ad ſedem apoſtolicam,habere annum:ut in c.cum ſit Romana. de appel. &
2 in authen.ei qui. C. de tempo. app. cum ſimil. Et † ſi fuit impedimentum ſaltem in ultima parte anni, & ꝙ plus eſt in ultima die debet dari ſecundus annus.c. ex ratione. de appel.plene notatur in d.authen.ei qui.ubi Salic.in ſpecie poſt alios in 2.col.uerſi.iuxta hoc quæro. & per Ange. in conſi.314.ubi pro impedimento unius diei uel horæ, debet indulgeri annus ſecundus,ſi dies illa concludebat totius temporis effectum,ſed hic ita fuit:qm̃ per appellantẽ inſtanter,& inſtantiſsime fuit petitum ut res expediretur cum proteſtatione quod per ipſum non ſtabat:ut late in
3 proceſſu, adeo quod non potuit ſtare niſi per † iudicem cuius aſſertioni ſtatur de impedimento : ut atteſtatur Signorol.in conſi.254.in quæſt.uertente. col. fi.& ut etiam nota.in d.c.cum ſit Romana. & faciunt plene no. per Iaſ. & omnes in l.j.col.4.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi. & tanto magis hoc procedit in caſu iſto ubi iudex aſſeruit impedimentum,& iurauit,& dedit ſecũdum annum: a qua datione pars non appellauit, ſed proceſsit ad ulteriora,& hucuſque peruenit:quo caſu tacite facto ipſo ap-
4 probauit, ꝙ idem eſt † ac ſi uerbis approbaſſet. l. Paulus reſpondet.rem ratam habe.l.de quibus.ff.de legib.

¶Prætereà, nonne plura impedimenta interuenerunt, & mortis pontificis, & motus proprij facti fuerunt per reuerendiſsimum gubernatorem,tunc temporis?quibus declaratur in cauſis certa tempora non cucurriſſe,& appellans impeditus proſequi per unum diem habet ſecundũ annum,ut ſupra dixi,& hoc qñ fuit impeditus facto iudicis.Item qñ eſt impeditus facto notarij,uel appellati,& ꝙ
5 appellanti non † currat tempus ſi appellatus opponat exceptiones friuolas, donec ſuper illis diſputetur, & ꝙ iudex debet ſe informare de impedimento proueniente a notario,& de ſtylo curię.ponit Pau.de Caſt.in conſ.21.In
6 cauſa deſertionis appellationis, & qñ fuit petitum † ut procedatur & expediatur cauſa appellationis:& ſtetit per iudicem non eſt opus reſtitutione.Pau. de Caſt. in conſi. 326.in ulti.col.¶Nec obſt.ꝙ cauſa fuit commiſſa in Rota,ſm conſtitutiones Rotæ,qm̃ non fuit ſimpliciter commiſſa, ſed tanquam cauſa deuoluta ad ſedem apoſtolicã & ſic duæ ſunt in hac ſupplicatione qualitates quodammodo repugnantes, prima eſt ꝙ iſta cauſa ut cauſa deuoluta ad ſedem apoſtolicam committatur decidenda,& audienda,& ſic ꝙ habeat annum,& alia quæ ſunt de natura cauſæ deuolutæ ad ſedem apoſtolicam, alia eſt ſm conſtitutiones Rotæ quæ concedunt breuiores dilationes:modo dico a ſufficiẽti partium enumeratione,aut uolumus concordando admittere utranq;, aut unam eligere:ſi utrãque uolumus concordando admittere, prout in dubio
7 † debet fieri,cum opinio illa pręferatur alijs per quam ſit concordia.Sali.in l.filiæ licet. C. famil. erciſ.& tunc dico ꝙ illa uerba ſm conſtitutiones uerificantur, ꝙ unus ſolus extrahatur, & ipſe ſolus uideat, & decidat:in alijs autem ſeruetur natura cauſæ deuolutæ ad ſedem apoſtolicam,&
8 † iſta interpretatio debet fieri, cum ſit magis ad fauorem appellationis, & ut difficilius fiat deſertio pro qua ſit interpretatio ut non fiat iuribus uulgar. & in hoc non inſiſto, cum late in uoce allegando circa hanc concordiam loquutus ſim,& in alia allegatione in ſcriptis deducta,ad quam me refero,nec repeto,ubi dixi quid agendum ſit, ſi una eligenda ſit,& quæ eligenda ſit. ¶Circa dubiũ, ſuper ſtatuto diſponente circa compromiſſum breuibus me ex-
9 pedio:nam quatenus uult ꝙ cõis † opinio ſit,ꝙ habeat locum in naturalibus ex eo quia Fulgo. in conſi.152. tenet iſtam opinin.cui ſe ſubſcripſit Raph. Cuma.& idem tenet Petr.de Ancha.in conſi. 187.& Roma. in l. parentes.de in ius uocan.& Ripa in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff. ad ſenatuſ. Trebel. ¶Dico aduertendum eſſe ꝙ immo magis celebrata opi.eſt in ꝯrium ꝙ non habeat locum in naturalibus,quæ non ſolum ex numero probatur,ſed ex pondere,& authoritate doctorum:nam iſtam opinionem tenuit conſulendo Dyn.& refert Imo.& Alex.in d.§.ſi quis rogatus.& in conſi.9.Viſa legitimatione facta.col. 2.& 3. uol. 2.Bal.in l.id qđ pauperibus. in 10.colu. C.de epiſ. & cler. Imo.in l.l.Lucius.§.fi.ff.de leg.2.Roma. in l. ſi filio.la. 2.ff. ſol.matr.& Pau. de Caſt. in pluribus cõſilijs allegatis per Alex.& doct.in dicto.§.ſi quis rogatus.& cum concluſionibus Alex. qñ in ſtatuto cõprehenditur filius naturalis & per conſequens ꝙ non comprehendatur in ſtatuto loquente de compromiſſo.tranſit Clau.Seiſe. in d. §. ſi quis
10 rogatus.& omnes doc.qui uoluerunt indiſtincte in † ſtatutis non comprehendi naturales,ut fuit Odoffr.in d.l.parentes.de in ius uocan.Iacob.Butri.& Sali. in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & multi alij quos breuitatis cauſa prætermitto,qui licèt reprehendant in aliquibus caſibus tamen in ſtatuto de quo agitur deſeruiunt optime pro parte eorum qui tenent naturales non uenire:adeo ut hęc opinio illorum ſententia optime corroboretur, quia ex quo indiſtincte tenent naturales in ſtatutis non uenire, utique tenent eos non comprehendi ſub ſtatuto loquente de compromiſso, cum ſtatutum eſt,& ex iſtis facile cõſtat dñis meis,ꝙ plures numero ſunt doctores pro parte, ꝙ non ueniant naturales in ſtatuto de cõpromiſſo loquẽte:de authoritate non dico,cũ authoritas Dyn.Imo.Alex. Pau.de Caſt.& aliorum de quibus ſupra ſit maior authoritate Rapha.Petr.de Ancha.Roma. & Ripę,cum authoritas Dyn.& Alex.ſi ſoli eſſent,ita fulgeat & celebretur à doctoribus,maxime cum Alex.conſuluit in hoc caſu ut facile omnibus alijs ſupradictis anteferat:ad no.per Neuiſa. in ſua ſilua,& alios tractantes de authoritate doctorũ, & hanc opinionem omnino ſequi debẽt domini mei, dato
11 ꝙ eſſet dubiũ,an eſſet cõis,cum cõis † opinio eſt ꝙ regulariter in diſpoſitione ciuili appellatione filiorum, fratrũ, uel ſororum non ueniunt naturales:ut atteſtatur Alex.in d.§.ſi quis rogatus.col.15.uerſi.ſed licèt.& per mod. in l. generaliter.C.de inſti.& ſubſtitutio.& ſtatutum eſt diſpoſitio ciuilis in loco:ad no.in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur.ergo debet pronunciare pro regula ꝙ non ueniant naturales:ad no.in l.j.& in l.omnis diffinitio. ff. de reg. iur. ¶Prætereà conſiderandum eſt, ꝙ cum aliàs hic caſus acciderit Bononiæ, feci aliquas concluſiones, & inter alias
12 poſui iſtam,ſm quam fuit iudicatum,ꝙ † ſi ultra impropriationem uerbi filij, uel ſororis ꝙ impropriaꝰ ſi uenit naturalis:propter quã impropriationem ſolã,eſt altercatio inter doct.in locis ſupra allegatis,an ueniant naturales,adſint aliæ impropriationes, tunc nullo modo ueniãt naturales,quia ſicut in materia quantumcunq; fauorabili
13 nõ danꝰ duę † fictiones,uel duo ſpecialia, ita nec duæ impropriationes:ad abundanter tradita per Bar.in l.ſi is qui pro emptore.in ulti.q. princi.ff.de uſucapionib. & in l.j. ubi late per docto.C.de dotis promiſsio. ita ſtatutũ licèt propter eius fauorem extendatur ad caſum impropriũ,tamen non debet extendi, qñ duæ concurrerent impropriationes,ſed ſi hoc ſtatutũ haberet locũ in naturalibus non ſolũ duæ cõcurrerent improprietate, ſed tres,& ultra:nã uerbum

uerbum filij,uel ſororis exponeretur pro naturali. Item
uerbum gradus daretur in naturalib. qui nõ dat,uel ſaltẽ
improprie,ſm Alex.in d.conſi.60.uol. 2.Item uerbum de
iure ciuili male ſe haberet, cum ſtatutũ uideat uelle ſequi
14 ius ciuile:& ius ciuile † nõ æqualiter tractat naturales,cũ
legitimis,immò abhorret:toto tit.C.de nat.lib.& tamẽ ſi
naturales uenirent in ſtatuto,ita naturalibus ſicut legiti-
mis cõſuleretur,ergo &c. ꝙ eo magis in caſu iſto eſſe dẽt,
cum iſta ſit naturalis nata ex coniugato, in qua ſecundũ
omnes ſtatutum non habet locum, & hoc cõſtat ex cõfeſ-
ſione partis aduerſæ in reſpondendo poſitionibus. ¶Nec
obſt.quod principaliter uidetur poſitum reſpectu ſ Phi-
lippi,quia principalis intentio regulatur ab intentione di
ſponẽtis:ad no.in l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pet.immo
non ſolũ eſt nata ex coniugato,ſed ẽt ex moniali,& puni-
bili ac nephando coitu: ut publica uox,& fama eſt, quæ
multum operatur:ad plene tradita per Iaſ.& alios in l.ad
monendi.ff.de iureiur.& probatur ex ſupplicatione qua-
dam in qua petebat ſe legitimari, & hæc omnia narrabat
quæ apud notarium comitis adhuc reperiũtur, & ita pro
batur:ad no.in l.cum precum.C.de libera.cauſa.& in hoc
damnato coitu,& a iure reprobato non poteſt habere lo-
cum ſtatutum,maxime ad fauorem illius filiæ,quando ip
ſa petit compromiſſum. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur, ſi probetur eum de quo quæritur eſſe natum in domo ex uxore.*
2 *Probatio filiationis,quæ inſurgit ex eo quod quis probatur natus in domo ex uxore,eſt præſumptiua.*
3 *Probatio filiationis,de qua ſupra eſt tantæ potentiæ, quod aſſertio patris uel matris in contrarium non nocet.*
4 *Filius natus in domo præſumitur mariti filius, etiam ſi mulier cõmiſerit adulterium.*
5 *Fama publica alijs adminiculis adiuta probat filiationem.*
6 *Filius præſumitur eſſe in poteſtate.*
7 *Teſtamentum non præſumitur,& qui dicit fuiſſe factum illud probare debet.*
8 *Filius exiſtens in poteſtate,habet triginta annos per unde liberi, & alios triginta per unde legitimi, ad adeundam hæreditatem.*
9 *Aditio non præſumitur,niſi probetur.*
10 *Filius qui ſtetit per 10.annos in domo paterna præſumitur adiuiſſe.limita ut infra.*
11 *Fallit quando illa domus,pro dote materna,uel aliter,erat illi obligata.*
12 *Item quando in ea ſtetit,ratione dotis ſibi debitæ uigore ſtatuti.*
13 *Item quando aderat alius hæres qui adiuerit hæreditatem.*
14 *Aditio inducitur,ſi quis ea faciat, quæ non poſſunt fieri citra ius & nomen hæredis.*
15 *Hæres præſumitur ignoraſſe bona quæ pater habebat.*
16 *Præſcriptio,non nocet ignoranti etiam per centum annos quominus in integrum non reſtituatur.*

RESPONSVM CXLVI.

¶Quomodo probetur filiatio,& ex quib. inducatur & probetur aditio.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In cauſa
tranſmiſſa ex ciuitate Pontremoli me reſol-
uo pro d.Angelleta, quia probato quod ſit fi-
lia Antonij, prout uidetur probari,cum pro-
1 batur natam fuiſſe in domo ex uxore: nam † hoc mo-
do probatur filiatio.l.filiũ definimus. de his qui ſunt ſui
uel alie.iur.l.ſi uicinis ſcientibus.C.de nup.l.quia ſemper
2 de in ius uoc.† & hæc probatio licèt ſit pręſumptiua.l.Lu
cius.de cond.& demonſt. ubi Bar.Pau.Imo.& alij,tamen
3 † eſt tantæ potentiæ quod aſſertio patris uel matris in cõ
trarium non nocet.l.j.§.ſi quis.ubi Bar. de carbo.edic.gl.
& doc.communiter ubi Alex. & mod. plures concordan-
tes cumulant in l.ſi poſthumus.in §.fi.in uer.probetur.ff.
de lib.& poſth.per Alex.Iaſ. & omnes in l. neque profeſ-
ſio.C.de teſta.per Abb.& cõmuniter canoniſtas in c. per
tuas.de probatio. habet quoque locum hæc probatio ſi
probaretur matrem fuiſſe per alios ultra maritum cogni
4 tam.l.miles.§.defuncto.de adulte.ubi † natus in domo fi
lius mariti præſumitur etiam ſi mulier commiſerit adul-
terium,& hunc tex.pro ſingulari ad hoc allegat Bal.in d.
l.filium.col.fi.uer.item no.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.
& in d.l.ſi uicinis ſcientibus.C.de nup. Ang. in l.ſeptimo
menſe.de ſtat.homi. Abb. in c.intelleximus. de adul.com
muniter Canoniſt.in d.c.per tuas.de proba. poſt Bal.ibi:
ex quibus declarationibus tolli poſſunt quædam de qui-
bus dubitatur,ne per partem aduerſam obijciantur: quæ
maxime in hoc caſu locum habere debẽt cum interuenit
tractatus continuus pro filia:& etiam publica uox,& fa-
ma quæ adminiculata per ſupradicta optime probat, cũ
5 fama † publica probat filiationem alijs adminiculis adiu
ta.Sali.in l.j.col.3.de teſt. Abb. in c.tranſmiſſa. in fin.qui
fil.ſint legi.Alex.in conſi.25.In cauſa uertente inter Ant.
col.pen.lib. 4. & licèt in hoc nonnulli uideantur uoluiſſe
contrarium:ut Ant. de But. in d. c. tranſmiſſæ.& ipſemet
Alex.ſequendo Ant.de But.in conſi.51. Viſo.lib.1.col.2.
& etiam ponitur per Fulg.in conſi.138.Viſis.col.2.de cu-
ius dicti ueritate alibi dixi.tamen in hoc caſu nullam ha-
bet difficultatem cum natiuitas & matrimoniũ uere pro
batur,prout filiatio probari poteſt,ſcilicet, ꝙ natus eſt in
domo ex uxore,cum igitur conſtat illam eſſe filiam.cõſtat
6 quoque eſſe hęredem,cũ eſt in poteſtate,† cum filius præ-
ſumatur in poteſtate.gl.& Bar.in l.2.§. ſi dubitetur.quẽ-
madmo.teſta.aper.Ang. in l. ſed ſi de ſua. in prin.de acq.
hære.Alex.Iaſ.& alij in l.ſi emancipati. C.de collationib.
in no.adeo quod ualet hæc conſequentia, filius eſt, ergo
hæres. 17.q.ultima.c.fi.& plene no.in l. in ſuis. de liber.&
poſth.& in l.qui patris.per mod. C. unde lib.& ſi dicatur
non habere locum quando eſt factum teſtm̃,quia põt eſſe
inſtitutus extraneus:ad hoc reſpondetur cum iſta filia ha
bet intentionem fundatam de iure communi & præſum-
ptionem pro ſe,quod non ſit factum teſtamentum, cum
7 ſit facti,† & facta non præſumantur niſi probẽtur.l.in bel
lo.§.factæ.de cap.& poſtl.reuer. & qui dicit teſtamentum
factum fuiſſe illud debet probare. l.eum qui. de proba.&
in teſtõ hoc dicunt Alex.& Iaſ.in l.ſi emancipati.C.de col
lationib.in no.ubi quomodo intelligatur declaraui:& in
caſu noſtro non habet difficultatem, cum ſit publica uox
& fama ꝙ non fecit teſtamentum,ut mihi præſuppoſitum
eſt.& pro hoc facit dictum Bar.in l.is poteſt.col.penul.de
acq.hære.cum concor.ibi traditis per mod.Ex quibus ap
paret certum eſſe q̀ eſt hæres ab inteſtato & ꝙ omnia bo-
na Antonij patris debet habere,non obſtante quod ſit fœ
mina:& extat ſtatutum ꝙ ſtantibus maſculis &c.quia ſta
tutum non loquitur in iſto caſu &c.
¶Nõ obſtat ꝙ lapſi ſunt quadraginta anni:quo caſu tol-
8 litur omnis actio,quia iſta adhuc nõ adiuit,† quo caſu ha
bet triginta annos per unde liberi, & triginta annos per
unde legitimi:ſecũdum Raph.Ang. Pau. de Caſt.& mod.
in l. licet.de iur.delib.Bar.in conſi.128. Quidã habent.&
Alex.in conſ.89.uol.2.ubi atteſtatur iſtam eſſe communẽ
opi.ergo adhuc poterit adire ex capite unde legitimi: &
poſtea agere petitione hæreditatis,uel utrunque ſimul fa
cere:iuxta no.in l.fi.C.qui admit.
9 ¶Præterea † ſi dicatur ꝙ adiuit,non præſumitur niſi pro
betur,cum ſit facti.l.pro hærede.de acq. hære.& facta nõ
præſumũtur.l.in bello.de cap.& poſtl.& ei qui dicit incũ
10 bit onus probãdi.l.eum qui.de probatio.& ſi dicatur,† ꝙ
ex quo ſtetit in domo paterna per decem annos præſumi
tur adiuiſſe:iuxta no.in l.ſi filius. C. de peti. hæred.& per
11 Bar.in l.gerit.de acq.hære. col. 5. dico, † ꝙ ſi illa domus
erat obligata pro dote materna, uel aliter non præſumi-
tur adiuiſſe:ut per Alexand.Bald. & alios in l.j.C.de repu
12 dian.hæredi.¶Item poteſt dici, ꝙ † ſtetit in domo ratio
ne dotis ſibi debitæ uigore ſtatuti: quæ debetur ut quo-
ta bonorum & non iure hæreditario:quo caſu euitamus
difficultates tactas per Bar.& doc.in l.gerit.col.5.de acq.
hæredi.

hæred.dum loquitur de legitima: licet in hoc ſit difficultas, tamen ſtante ſtatuto hoc teneo: nec hoc caſu locutus eſt Bald.qui uidetur tenere contrarium:ergo quidam
13 &c. ¶Præterea dico,† ꝙ illa coniectura de habitatione domus non debet procedere quando alius adeſt hęres: quia tunc bene poteſt dici habitaſſe ratione ſuę dotis,uel legitimę dato ꝙ non ſit hæres: ut no. in d.l. gerit.ſed hic apparet ꝙ alij patrui & conſobrini diuiſerunt inter ſe bona ſpectantia ad patrem.d.domi.Angelletæ, & poſtea fe-
14 cerunt donationem:† ergo ipſi uidentur adiuiſſe cum nō poſsint illa fieri citra ius & nomen hæredes:arg.no.in l. pro hærede.de acquir.hære. & ꝙ fecerunt ut hæredes patet in inſtrumentis ſuis, ubi ſe obligant ad dandum ſupplementum dotis dictæ Angelletæ, quod ſupplementum non datur niſi ab hærede,ut no.

¶Præterea eſto ꝙ fuerit hæres & ſit præſcriptum contra eam:tamen cum ignorabat alia bona quæ nunc uult pete
15 re ſpectare ad ſuum patrem † quod prę́ſumitur:iuxta no. in l.qui in alterius.de reg.iur. competit reſtitutio in inte
16 grum ex generali clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa &c.† cū contra eum eo tempore non currit præſcriptio in hoc etiam per centum annos:ut late deducit Alex. in hærede & fere in proprijs terminis in d.conſi.89. uol.2.cum ſimilibus quę aliàs deduxi in materia præſcriptionis contra ignorantem. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem,non poteſt priuare uaſallum inueſtitum,uel infeudatum,ad libitum ſuum.*
2 *Deus etiam ipſe pacto ligatur.*
3 *Bona ſolita infeudari,poſſunt concedi in feudum, abſque ſolennitatibus, aliàs ad hoc requiſitis.*
4 *Domino non creditur de culpa commiſſa per uaſallum.*
5 *Dominus non poteſt uaſallos inuitos in alium alienare.*
6 *Alienatio feudi facta a domino inuitis uaſallis,pro non facta habetur,& eſt ipſo iure nulla.*
7 *Vaſallus non poteſt cogi a domino ut conſentiat ſuiipſius alienationi.*
8 *Conſenſus præſtitus a uaſallo in alienatione facta a domino,quando præſumatur meticuloſus.*
9 *Conſenſus præſtitus a uaſallo domino alienanti,ei non præiudicat quando prius fuerat proteſtatus coram honeſtis perſonis ſe non ſponte,ſed metu conſenſurum.*
10 *Feudatarius,qui nimis grauat ſubditos, & eis aufert eorum immunitates,feudo priuari poteſt.*
11 *Princeps non poteſt quempiam priuare iure ſuo.*
12 *Si Papa uult alicui infeudare unum magnum fortilicium, quod non poſſet poſtea auferri ab eo ſine difficultate, licitum erit cuicunque priuato domino, uel reipublicæ facere reſiſtentiam.*
13 *Spoliato non poteſt opponi exceptio dominij,ſed ante omnia uenit reſtituendus.*
14 *Quod tamen fallit, quando ageretur de reſtitutione munitiſſimi loci,qui de facili recuperari non poſſet.*
15 *Feudatarius uel emphyteuta poteſt alienare feudum uel emphyteuſim,cum clauſula,accedente conſenſu domini,& non aliter, nec alio modo.*
16 *Fallit quando uenderet locum munitiſſimum infeudatum,qui abſque difficultate recuperari non poſſet.*
17 *Locus poſitus in confinibus,difficilius alijs concedi poteſt.*
18 *Reges & alij principes, non poſſunt alienare de bonis regni & dominij abſque conſilio maioris partis Baronum,& conſiliariorum.*
19 *Vaſallus interficiens ſacerdotem, eſt priuatus feudo , uel priuari debet.*
20 *Contractus celebratus a principe non tenet etiam ſi fuerit iuratus,quando continet immodicam ſui ſtatus diminutionem.*
21 *Res ex qualitate loci in quo eſt ſita iudicatur.*
22 *Princeps magis ſeipſum ligare poteſt,quàm eius ſucceſſorem.*
23 *Principis aſſertioni de benemeritis alicuius factæ in conceſsione feudi, non ſtatur, quando illud feudum ad libitum non poterat alienare.*
24 *Benemerita non ſunt potentia ad conceſsionem magni & munitiſsimi feudi,quando princeps habet facultatem alio modo remunerandi.*

RESPONSVM CXLVII.

¶An & quando dominus feudi poſsit feudatarium priuare locis & caſtris ſibi a prædeceſſoribus ſuis in feudum conceſsis.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶Viſis inueſtituris ac diligenter conſideratis, prout tenues uires noſtræ ſuppetunt,punctus difficultatis in hoc conſiſtere uidetur, an dominus feudi,de quo in puncto,poſsit feudatarium priuare de iure, caſtris & locis ſibi a prædeceſſoribus ſuis in feudum conceſsis.Et prima fronte uidebatur non poſſe illum priuare, quoniam licet Deus,ſubiecerit Papæ,& Imperatori, uel principi non recognoſcenti ſuperiorem,ut præſupponitur eſſe hic dominus,leges & tributa, non tamen ſubie-
1 cit conuentiones,& contractus:† & ideo non poſſunt prire uaſallum inueſtitum uel infeudatum ad libitum eorum.c.1.ubi ita dicit Bal. de natu.feud.Bal.in c.1.de proba.& in l.princeps.de legi.& inquit Bald. in rub.de conſtitu.conſtitutio pacta ſeruabo, proceſsit ab ore Dei.Et
2 † Deus etiam pacto ipſo ligatur, ut inquit Bald.in l.j.ubi alij ſequuntur.ff.de pactis. Alexan.in conſil.54.Viſo puncto. libro.4. Adeo quod princeps ligatur contractu:ut etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire non poſſit.Paulus de Caſt.in l.digna uox.C.de legibus.Dec.in dicto cap.1.de probationibus.colum.1.& in cap.1.de conſtitutionibus,col.8.& in conſi.48.col.4.& in conſi.151.in ſecundo dubio.& in terminis Iacob.in ſua inueſtitu.feud. in uerbo,princeps.col.1.& col.7.& Curt.in tractatu feudorum in ſecunda parte. uerſic.duodecimo principaliter quæro.licet hæc non allegat.

¶Nec obſtat ſi dicatur conceſsionem non fuiſſe factam cum debitis ſolennitatibus:de quibus in c.fine exceptione.12.q.2.quoniam cum prę́ſupponatur hæc caſtra prius
3 fuiſſe infeudata,& ſolita infeudari, ſequitur † abſque illis ſolennitatibus non ſolum a ſummo principe potuiſſe infeudari,ſed & a prælatis eccleſiarum.c.2.in uerbo,libere. de feud.Cal.conſi.1.de his quæ fiunt a præla.& conſi.9.de feud.Roma.conſi.70. Viſis. ¶Nec dici poteſt propter culpam commiſſam feudo priuari potuiſſe,cum narratur in inueſtitura,caſtra ei conceſſa fuiſſe propter benemerita & ſeruitia præſtita ad conſeruationem ſtatus principis. argumen.eorum quæ habentur per omnes.in l.ſi donatione.C.de collationibus.& in l.ſi unquam. C.de reuo.donatio.& in l.j.C.de pac.& per Cur.in trac. feu.in cauſis quibus priuatur feudatarius, ubi propter benemerita ualet donatio in caſibus,in quibus aliàs non ualeret,nec ita de facili reuocatur,prout aliàs ſolet & debet de iure reuoca-
4 ri:& maxime quia † non creditur domino de culpa commiſſa per feudatarium,niſi probata fuerit:& ideo non poteſt feudatarium priuare ſine legitimo proceſſu.c.2.de mili.uaſal.qui contu.eſt.per Soci.in conſi. 4.Super q.uolu.3. colu.6.cum ſimi. ¶Maturius uero facti ſpeciem conſiderans, ex pluribus determino contrarium. Et primo, quia præſupponitur inuitis ſubditis huiuſcemodi caſtra fuiſſe infeudata, quo caſu infeudatio fieri non potuit,
5 † cum dominus non poſsit uaſallos inuitos in alium alienare.c.1.§.eadem.de lege Corrad.gloſſ.& doctores in l.in uitus.ff.de fideicommiſ.liber.Canoniſt.communiter in c. dilecti.de maiori.& obed.ubi dicit Hoſt. qđ quando Conſtantinus donauit urbem Papæ Syluestro, illud fecit cum conſenſu populi,ut patet in Palea.conſtit. 96.diſtin.Adeo
6 quod inquit Bal.in c.2.quo tempo,mil.† huiuſmodi alienationem pro non facta haberi,& ipſo iure nullam eſſe.& idem conſuluit Azo in diſputatione quam fecit pro duce Britāniæ,quem rex Galliæ ſubiecerat regi Angliæ,pro componenda pace de bello diu inter eos agitato:ut refertur in additionibus.Petr. Iac. in titu.de cauſis ex quibus dominus

dominus debet amittere proprietatem. & hanc opinionē tenet Io.And.poſt Cy.in additione ad Specul. in titul. de feudo.§.quoniam.Hoſtien.Ioan.Andr.Imol.Abb.& Feli. in cap.dilecti.de maiori.& obedien.Iacob. de Aren.Dyn. Bart.Aret.Alexand.& alij in l.2.in princip.circa finem.ff.
7 ſolu.matrimonio.ubi tenent quod † non poteſt cogi uaſallus conſentire. idem uolunt Iacob. de Belui. Andr. de Iſer. Marti. de Laud. Aluaro. Præpo. Ioan. Reinal.in cap.1. §. ducatus. de prohib. feud.alien.per Federi.Pau. de Caſtro conſilio.20.libro.1. & conſilio.335.Corne.con ſilio.221.In hac quæſtione.col.3. libro. 4. Bald. conſilio. 274.Quæritur utrum Papa.& in ultimo conſilio.Rex Ro manorum.uolumi.primo.Soci.conſilio. 31.In quæſtione. colum.3.libro.1.Curt.in tractatu feud. in ſecunda parte. quæſtio.10.& in ſeptima parte.q.2.& Fabianus de Mon te in tracta.de empt.& uenditio.in 11.quæſt.3.quæſt.prin cipalis.Corſet.in tracta.de poteſtate regia.q.4.

¶Ex quibus apparet hanc eſſe communem opinionem, maxime ſi nulla urgente neceſsitate, nec pro pace habenda,cum maximo uiro fuerit facta infeudatio. Rationes omitto quę allegantur pro iſta parte, & ſi quiſpiam eas ui dere uelit,uideat Igneum in repetitione. l. quas diuus.C. de dona.inter uir. & uxo. ubi tenet hanc partem per 13. fundamenta,& affirmat etiam non ualere ex cauſa pacis, quod ultimum non examino,nec nunc recipio,cū ad pręſentem caſum non ſit neceſſarium,dicā quid ſentiam cum oportuerit:poterit ēt uidere fundamenta Lucæ de penna in l.j.C.de capit.ciui.li.11.ubi per illum tex.& multa fundamenta tenet hanc partem. ¶Nec prædictis obſtare uidetur,conſenſus pręſtitus a ſubditis cum fuit præſtitus propter literas ſuperioris,qui eis ita mandabat,quo caſu
8 † conſenſus pręſumitur meticuloſus, & non habet præiudicare.ita Pau.de Caſt.in conſ.70.lib.1.ubi in 3.col.dixit conſenſum ſpontaneum non præiudicare poſteris, quod ultimum apud me habet difficultatem:ſed in caſu noſtro conſenſum uti meticuloſum,præiudicare nō potuiſſe nul
9 lam uidetur habere difficultatem, † cum antequam præſtiterint conſenſum, coram honeſtis perſonis proteſtati fuerunt,non conſentire ſponte, ſed hunc conſenſum quē præſtabunt,metu præſtare,quo caſu optime cōſtat de metu:ad no.in c.ſi iuſtus metus.de appel. in l.in omnibus.ff. de reg.iur.in c.1.quod met.cau.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de ope.no.nun.ergo cum ex hoc capite infeudatio fuit nulla pɔtuit a ſucceſſore reuocari. ¶Secundo principaliter probatur:ēt conceſſo ꝙ huiuſmodi inueſtitura ualuiſſet ac conſenſum habuiſſet a ſubditis.liberū & ſpontaneum,nihilominus priuari potuit accedentibus
10 his quæ in facto præſupponūtur, † & primo quod nimis grauauerit ſubditos,adeo quod conqueſti ſunt coram ſuperiore,& abſtulit eorum libertates,quod fieri nō debuit
11 nec potuit,cum † princeps non poſsit quempiam priuare iure ſuo.l.item ſi uerberatum. de rei uend.late per Feli. & alios poſt Abb.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.ubi Deci.uult etiam locū habere in Iudæo:& licēt ſit quęſtio, an poſsit de plenitudine poteſtatis:per no. per Ang. in d. l.item ſi uerberatum.§.1.de rei uendi.nihilominus a quāpluribus reprobatur:ut per Iaſ. in l.Barbarius Philippus. col.7.de offi.præto.Feli.Dec.ac alios in d.c.quæ in eccleſiarum.& quando ſubditi male tractantur a feudatario, feudatarius poteſt priuari feudo, quia nō bene utitur feudo:ut in deciſ.Neapol.265.uerſi. 11.& faciunt notata per Guid.Papæ.42. & 62. deciſio. ¶Accedit quoque quod hoc caſtrum eſt fortiſsimum & muniriſsimum:& habet arcem fere inexpugnabilem,& eſt poſitum in confinibus,& arces,& loca munitiſsima non debent alienari a domino:
12 ut late per Claud.in Specu.feud.ubi inquit.ſi † Papa uult alicui infeudare unum magnum fortilicium quod non poſſet poſtea auferri ab eo ſine difficultate, licitum erit cuicunque priuato domino uel reipublicæ facere reſiſtētiam:allegat ut ibi per eum:& facit in ſimili,quod licēt ſit
13 regula † ſpoliato non poſſe opponi exceptionem de dominio,ſed ante omnia debeat reſtitui. l. ſi quis ad ſe fun-
14 dum.C.ad leg.Iul.de ui publi. tamen † non habet locum quando ageretur de reſtitutione munitiſsimi loci qui de facili recuperari non poſſet.Pau. de Caſt. Iaſ.& alij in l.3. C.de edic.diui Had.tol.Alexand. & poſteriores in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſ.col.10.uerſi.
15 5.limita. ¶Itē licēt † emphyteuta uel feudatarius poſſit alienare feudum:cum hac clauſula accedente conſenſu domini,& non aliter nec alio modo:ut ponunt doc.in l.fi. C.de iur.emphyteu. de cuius dicti ueritate aliàs diſſerui,
16 nihilominus etiam ſeruata ea forma † non poterit quando uenderet locum munitiſsimum infeudatum,qui abſq; difficultate recuperari nō poſſet.Bal.in c.1.uerſi hoc quoque.de ſucceſ.feud.Iaſ.in l.fi.C.de iur. emphy.q.24.& 26. Feli.in c.quæ in eccleſiarum.colu.ni. 2.de conſtitu.Cur.in tracta.feud.in 4.parte.q.21.quod eo magis in hoc caſu locum habere debet cum ſit locus poſitus in confinibus , ut
17 dixi,† qui difficilius alijs concedi poteſt.l.2.C.de fund.limit.l.omnes.C.de fund.patrimo.lib.11.& per Igneum in repetitio.dictæ.l.donationes quas diuus. col. penul.C.de donatio.inter uir.& uxo. ¶Ex quibus conſtat , ſaltem tractatum fuiſſe,de arduo negotio,cum non poſsit negari non continere cauſam arduam, huiuſmodi loca munitiſsima in confinibus poſita alienari , & in arduis ſaltem negotijs,certiſsimi iuris eſt rem ipſam expediendam eſſe cum conſilio:iuxta tradita per Iaſ.in l.placet.in 1.notab. C.de ſacroſan.eccle.& in prælud.feud. col. 26.Feli.in c.ad audientiam.col.2.de reſcri.poſt Aegid. Bellame.quem allegat Barbat.in trac.de præſt.Card.in 2.parte.q.2.Corſe. in trac.de poteſtate regia.col.2.Bolog.in auth.habita.C. ne ſi.pro patre.ubi præfati doctores poſt plures quos alle
18 gant tenent regem † & alios principes non poſſe alienare de bonis regni abſque conſilio maioris partis Baronum & conſiliariorum, quod eo magis in caſu noſtro eſſe debet,cum agitur de re munitiſsima & in confinibus poſita non pauci momenti .

¶Non omitto quoq; multas culpas impoſitas fuiſſe huic iniuſto feudatario,& præſertim homicidia quamplura,tā laicorū quàm clericorum, & nouiſsime nonnullorum clericorum. Quibus probatis , præſens caſus uidetur extra
19 omnem difficultatem,cum † uaſallus interficiens ſacerdotem, ſit priuatus,uel priuandus feudo.Bald.in conſi.141. in 2.parte.quod eo magis in hoc locum habere debet,cū plura aſſeratur homicidio perpetraſſe. Et ex cauſis ſuperius deductis conſtat iniuſte feudum detinere,ac infeudationem non ualuiſſe:ergo ea non obſtante tanquam debiliori,ſi non inualida,ex prædictis cauſis priuari potuit & debuit,cum ſint potentes prædictæ cauſę ad priuandum feudo,de iure abſque aliqua exceptione ualido .
20 ¶Et quando † contractus factus a principe continet diminutionem non modicam ſui ſtatus contractus celebratus per eum,non tenet etiam ſi adhibeatur iuramentùm. c.dilecto.ubi Bal.per illum tex.no.de iureiur.Bar.in l.pro hibere.§.plane.ff.quod ui aut clam.Bal.in l.penulti.C.de bon.quæ lib.& in procemio feud.col.9.uerſi.ex prædicta, Dec.& alij in c.1.de probatio. quod in hoc caſu per maxime uigere uidetur non ſolum ratione ualoris & reditus caſtri,ſed ratione fortitudinis,& quia qu odammodo inexpugnabile eſt,& poſitum in confinibus,ad tuitionem & defenſionem totius ſtatus. ¶Nam † ex qualitate loci
21 res iudicatur:ad notata per Pau. de Caſt.in conſi.34.in argumento.ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis,cōſtat adducta in contrarium non obſtare,ſcilicet,principem teneri ad obſeruandum contractum:quia non habet locum quando princeps facere non potuit inuitis ſubditis,& ad damnum & pręiudicium ſtatus,per ea quæ dixi,non repeto:& in iſtis non habet locum quod ſupra dicebatur, non eſſe credendum de culpa ipſi principi, quia hic agitur de nullitate contractus quę ex euidentia rei apparet, contra quam ipſe princeps uenire poteſt:ergo fortius eius ſucceſ
22 ſor,cum † princeps magis ſeipſum ligare poſsit quā eius ſucceſſorem:ut colligitur ex traditis per Soci.in d.conſ.4. uol.3.& per mod.late in d.c.1.de probat.

¶Pręterea pręſupponit hic , cauſas probatas fuiſſe,quia male tractabat ſubditos & feudo abutebatur, & clericos interfecerat,ut ſupra dictum eſt:ex quibus etiam tollitur fundamentum de benemeritis:nam & ſi ea interuenerint

per

per prædicta,eis non obſtantibus,feudo priuari potuit.
23 ¶Præterea † debet conſtare de benemeritis aliter quàm
per aſſertionem principis,cum non ſit res quæ per prædi-
cta ad libitum alienari poſsit:iuxta theoricam gl.& om-
nium in l.ſi donatione.C.de collat. Bar. in l.& ſi forte.de
Caſt.pecu.Cur.conſi.35. Statuto. col. 5.& Dec. conſi.86.
col.4.ubi uolunt non ſolum non eſſe credendum de meri
tis,ſed caſu quo merita probarentur, debere eſſe æqualia
donationi,quod hic non probatur nec dicitur.
¶Præterea non omitto dictum And. de Iſer. in prælud.
24 feud.& Claud.in Spec.feud.col.24. uolentium † iſtud de
benemeritis non eſſe potens ad conceſsionem feudi quã-
do princeps habet facultatem alio modo remunerandi,
quod in caſu noſtro erat,ergo benemerita nihil potuerũt
operari quin iſtud feudum reuocari poſsit : Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca prior præfertur poſteriori.*
2 *Argumentum de dote ad alimenta, affirmatiue ualet.*
3 *Cauſa alimentorum eſt magis fauorabilis quàm cauſa dotis.*
4 *Hypotheca ratione dotis,præfertur hypothecæ ratione uenditio-nis,& prius facta præſumitur.*
5 *Hypotheca tacita competit pro legatis.*
6 *Cauſa alimentorum eſt pia & fauorabilis.*
7 *Iudex in dubio,hypothecam ratione alimentorum,prius fuiſſe factam habet reſpondere.*
8 *Ratio principalis illa iudicatur,quæ erat neceſſaria ad actum,& per quam fuerunt moti diſponentes.*
9 *Interpretatio in contractibus fit , ut id ueniat quod minimum eſt.*
10 *Hypotheca facta pro annua præſtatione,eſt ſub conditione ſi contra fiat,& non trahitur retro.*
11 *Creditor qui habebat bona debitoris hypothecata, poſtquam fuit ſibi ſatisfactum per aſsignationem certe rei factam a iudice amplius agere non poteſt.*
12 *Creditor qui una cum debitore uendidit fundum ſibi hypothecatum uel ipſi debitori uendenti præſtitit conſenſum, dicitur hypothecæ renunciaſſe.*

RESPONSVM CXLVIII.

¶An & quando prior hypotheca præferatur, & in dubio,
quæ prior iudicetur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Matu-
re conſiderando præſens cauſa modicam ha
bet dubitationem:nam licèt uideatur quod
domina Bruna habeat potiora iura quã Ber-
traudus in bonis uenditis cuidam Baldino:de quib.agĩ
ex uarijs rationibus.Et primo, quia iſta bona fuerunt hy
pothecata dominæ Brunæ & dicto Bernardo Amorgam
bæ filiæ dictæ dominæ Brunæ:ſed prius per multum tem-
pus fuerunt expreſſe hypothecata . d. Brunæ quam dicto
1 Bernardo:quo caſu † qui prior eſt tempore potior eſt iu-
re.l.ſi fundum.C.qui potio.in pig. habe.c.qui prior.de re
gu.iur.in 6.cum concor.de quibus in gl.
¶Secundo dico, ꝙ ex quo prætendit iſtam hypothecam
2 ratione alimentorum ſibi promiſſorum : † & ualidum eſt
argumentum de dote ad alimenta affirmatiue : ut ſi ali-
quid eſt conceſſum fauore dotis multo magis cõceditur
fauore alimentorum,licèt non econtra . Et ſic † magis eſt
3 fauorabilis cauſa alimentorũ quàm dotis ut probatur in
authentic.licet.C.de natu.lib. iuncta.l. uxorem. §. pater
naturalis.de lega.3.& not.in l.a filia. ad Trebellia. per A-
lexan.& docto.in l.j.in 4.col.in fi.& 5.ſolu. matrimo.Sed
† ſi una hypotheca eſſet facta ratione dotis & alia ex cau
4 ſa uenditionis nulli dubium quod hypotheca ratione do
tis præferretur:etiam ſi eadem die eſſet facta : quia pro-
pter ſuum fauorem præſumitur anterior:ſecundum Bald.
Alexand.Iaſ.& communiter docto.in l.j.ſolu.matrimon.
in primo notabili:ergo & fortius illa quæ eſt ex cauſa ali
mentorum debet præferri , cum ſit per multum tempus
ante facta,cùm & ſi eadem die fuiſſet facta præferretur.
¶Tertio facit quia domina Bruna bis dicta bona habet
hypothecata,primo ratione alimentorum ſibi relictorũ
in teſtamento mariti patris dicti Morgantis uenditoris:
5 nam pro † legatis competit tacita hypotheca. l.2.C.com-
munia delegati.§.ſed noſtra.inſtitu.de leg. Item habet et
illa bona hypothecata ratione promiſsionis factæ per di-
ctum Morgantem:quo caſu & ſi aliàs non debuiſſet præ-
ferri,tamen propter huiuſmodi geminationem omnino
pferenda eſt,cum ꝙ ſimplex diſpõ non agit geminata ope
ratur:ut per Bar.in l.cum ſcimus. de agric. & cenſi.arg.l.
baliſta.ad Treb.cum ſimilibus.
6 ¶Quarto facit ꝙ † cauſa alimentorum eſt cauſa pia & fa
uorabilis.glo.& ibi Barto. in l.alio.ff. de alimen.& ciba.
lega.& in dubio pro caſu pio reſpondendum eſt. l. inter
pares.de re iud.& ibi doc.maxime Iaſ. c.fi.de re iud.& be
7 ne facit tex.in l.benignius.de legi.& ita in terminis,ꝙ † in
dubio pro cauſa alimentorum iudex habeat reſpondere
uoluit Ant.in conſi.94.inci.Conſideratis. col.3.ergo om
nino iudex debet pronunciare pro dicta domina Bruna.
¶His non obſtantibus determino contra dictam d.Bru
nam ex multiplici capite.Et primo dico ꝙ ſibi non com-
petit præciſe ius petendi alimenta uigore promiſsionis ſi
bi factæ per filios ſuos,& per conſequens per dictum Mor
gantem,& conſidero ꝙ poſt promiſsionem dixerunt ꝙ ſi
dicti fratres noluiſſent dare in aliquo tempore futuro pro
miſſa dictæ matri,uoluerint ꝙ ipſa poſsit petere & exige-
re in bonis ipſorum pro ſuis dotibus,ex quibus uerbis ap
paret ꝙ alternatiue promiſerunt,uel alimenta,uel dotes:
& hoc quia ratione dotis ſibi conceſſæ a matre promiſe-
8 runt dicta alimenta,& iſta eſt principalis ratio,quia † ne-
ceſſaria,& propter eam dicuntur moti ad illud.arg.not.p
Bal.in l.nouiſsime.ꝙ falſ. tuto. Io. And. in c. præterea.de
iure patro.Dec.in auth.præterea.C. unde uir & uxor.col.
7.& iſta interpretatio debet capi ne duplici onere afficiã
tur:arg.tex.in l.Titia.§.q innita.de lega.2.& facit quia in
9 † contractibus ſequimur quod minimum eſt.l.inter ſtipu
lantem.§.ſi ſtipulante.& in l.ſi ſtipulatus fuero decem.de
uerb.obl.& no.in l.fi.de iur.dot.ergo dicendum eſt quod
ſint tantum obligati alternatiue : ita quod hypothecatio
alternatiue competat:& ideo tãquam libellans inepte de-
bet reijci. ¶Item dico & ſecundo loco quod præſuppo
nitur quod certo tempore noluerunt dicti filij ſupradicta
promiſſa:& præſertim uſque ad tempus quo uenditum eſt
Bernardo:quo caſu non dicitur habere hypothecam , niſi
a tempore quo non obſeruauerunt promiſſa:non autem a
tempore quo ſe obligauerunt:ſed tempore quo non obſer
uauerunt erat uenditum Bernardo & hypothecatum:er-
go habebat priorem hypothecã dictus Bernardus : & per
conſequens debet pręferri,quia licèt primo ſit promiſſum
matri cum hypotheca , tamen eſt conditionalis ſi contra
fiat,quæ eſt adimpleta poſtquam eſt uenditum Bernardo,
10 ita quod Bernardus eſt prior,& ꝙ † hypotheca pro annua
præſtatione ſit ſub conditione,ſi contra fiat & non retro-
trahatur:per Bar.Sali.Ang.in l.j.C.qui potio. in pig.hab.
l.Lucius.& ibi Bar.& omnes.C.quę res pig.obli.poſ.Soci.
in conſi.41.inci.In præſenti conſultatione.uol.4.
¶Item conſidero.ꝙ dato quod dicta mater haberet hypo
thecariam:tamen non poteſt competere in caſu noſtro,
quia ſibi ſatisfactum eſt per quandam aſsignationem fa-
ctam per iudicem de certo fundo:qui fundus cenſetur eſſe
aſsignatus pro toto debito ex quo ſimpliciter eſt aſsigna
tus,ita quod eſt pręſumptio iuris & de iure,contra quam
11 non admittitur probatio,& ſic † amplius non poteſt age
re.l.a diuo Pio.§.ſi pignora.de re iud.& ibi Barto. Pau.de
Caſt.Alex.Iaſ.& communiter docto.Iaſ. Dec.& doc.in l.ſi
creditor.ff.ſi cer.pet.mod. Hiſpa. & alij in §. item Seruia-
na.inſti.de actioni.in no.ita ꝙ eſt indubitata opinio:ergo
cum ſibi ſatiſfactum eſt nullum uerbum amplius dicere
poteſt impedire Bernardum agentem contra Baldinum
emptorem. ¶Tertio conſidero , ꝙ dicta do.Bruna una
cum Morgante & alijs fratribus uendiderunt dicto Baldi
no:quo caſu & ſi millies habuiſſet illum fundum hypothe
catum:

12 catum:† ex quo uendidit & uendentibus præſtitit conſen
ſum dicitur hypothecæ renunciaſſe & eam remiſiſſe.l.3.§.
ſi in reuenditione.l.ſicut.§.ſi uoluntate.ff.quib.mod.pig.
uel hypothe.ſolu.l.fi.C.de remiſ.pig.per doc.in l.quæ do
tis.ſol.mat.& in l.uenditor.de reg.iur.per mod.in l.ſi fun
dum per fideic.col.9.de leg.1.& hoc non habet difficul-
tatem:ergo iſta mulier licet ſibi competat hypothecaria:
& adhuc non ſit ſibi integraliter ſatisfactum:& poſsit nõ
obſtante aſsignatione ſimpliciter facta petere reſiduum,
quod tamen de iure fieri non poteſt ut demonſtrauimus,
tamen dato & non conceſſo quantùm ad bona Baldino
uendita nullum regreſſum habet: nec agere poteſt hypo-
thécaria cum hypothecæ renunciauerit:& iſtud ultimum
fundamentum eſt ſufficiens ad reportandam ſententiam
quam omnino pro dicto Bernardo proferre debet ex ſu-
pradictis,quæ & ſi ſingula probant, tamen cuncta magis
operantur ac caſum indubitatum reddunt. ¶ Nec obſt.
adducta in contrarium:& primo quod dicta d.Bruna eſt
prior in hypotheca,quia eſt falſum, licet enim primus eſt
contractus hypotheca,tamen eſt poſterior cum ſit condi-
tionalis,ut dixi:& ſi prior eſſet eſt ſibi ſatisfactum per aſsi
gnationem:& ſi non eſſet ſatisfactum renunciauit ei uen-
dẽdo:adeo quod nullo modo obſtat:& ita reſpõdetur ad
2m fundamentum & ad tertium,& geminatio non poteſt
operari aliquid cum ſit ſibi ſatisfactum & ei renunciauit.
Ad ultimũ reſpondetur ꝙ ſumus in claris in quibus non
eſt opus coniecturis.l.continuus.§.cum ita.de uer.obli.

Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui oſtendit teſtamentum non cancellatum nec abolitum, nec in aliqua ſui parte uitiatum habet executionem paratam.*
2 *Res empta ex pecunia dotali efficitur dotalis.*
3 *Vxor eſt domina dotis de iure gentium, licet ſecus de iure ciuili.*
4 *Res ad quam habemus actionem, in bonis noſtris eſſe intelligitur.*
5 *Fideicommiſſarius,& legatarius,non ſunt legitimi contradictores quando hæres uult detrahere quartam.*
6 *Remedium l. finalis C. de edicto diui Hadria. tollend. non competit niſi in bonis, tempore mortis poſſeſſis uel tentis a teſtatore.*
7 *Relatiuum ſtat reſtrictiue.*
8 *Fundus emptus a marito nomine proprio,& ſibi traditus a uendente nulla habita mẽtione de uxore acquiritur marito,licet pecunia eſſet uxoris.*
9 *Maritus non poteſt acquirere uxori,niſi pactum expreſſum interueniat,inter uxorem & maritum.*
10 *Verba narratiua non probant, niſi inter contrahentes principales.*
11 *Actus ubi amplius fieri non poteſt,uel res non eſt integra, ratificari non poteſt.*
12 *Interdictum quorum bonorum,an competat pro actionibus.*
13 *Remedium.l.fi.C.de edic.diui Had.toll.ad hoc ut competat requiritur quod bona deſcribantur in libello hæredis, & probentur per defunctum poſſeſſa fuiſſe.*
14 *Remedium dictæ l.final. ceſſat quando adſunt legitimi contradictores.*
15 *Viuentis non datur hæres.*
16 *Actus non poteſt incipere ab eo tempore, a quo debet finiri.*
17 *Dominium pecuniæ amittitur per immiſtionem.*
18 *Conſtitutio feudi dotalis qua ſolet dominium transferre in maritum, ſi fiat tempore quo eſt dominus,non debet eum priuare dominio.*
19 *Dominium nuda conuentione abſque traditione transferri non poteſt.*
20 *Conſtitutio dotis ſine traditione non transfert dominium.*
21 *Pignus ſola conuentione conſtitui poteſt.*

RESPONSVM CXLIX.

¶ An remedium.l.fi.C.de edic.diui Had.tol.competat hære
di uxoris, in bonis emptis nomine mariti, de pecunia u-
xoris.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Domina
Genebra de Formagliaris,dedit quatuor mil
le librarum Bononienſiũ in dotem,ex quib.&
ex pluribus etiam alijs pecunijs ſuis,maritus
emit fundum maioris pretij, nomine ſuo, & ſibi traditus
eſt,& illum obligauit uxori,ac dedit ei poteſtatem ſibi ſa
tisfaciendi ſuper eo,etiam propria authoritate:deinde ip
ſa mulier factis quibuſdam legatis marito,in omnibus a-
lijs ſuis bonis inſtituit fratres ſuos hæredes,quorum unus
petit ſe mitti in poſſeſsionem dicti fundi ex beneficio edi
cti diui Had.Quæritur an mitti debeat? Et uidetur dicen-
dum mitti debere,quia eſt ſcriptus hæres & oſtendit teſtá
mentum,neque cancellatum,nec abolitum, nec in aliqua
ſui parte uitiatum:iuxta.l.fi.C.de edic.diui Had.toll.quo
1 caſu † habet executionem paratam: ut ibi per Bart.in 5.
col.ibi extra gl.& communiter doc.ſequuntur:quod idẽ
eſt dicere,non eſſe neceſſarium partem petere, pronuncia
ri per diffinitiuam ſententiam ſe mitti in poſſeſsionem,
ſed ſufficere ſine libello petere: ut declarat Bar.in l.inter.
ff.de re iud.Ang.in ſimili in legato, in §.illud. in auth.de
hære.& falci. ¶ Item iſte fundus eſt in bonis ipſius uxoris
2 cum ex pecunia dotali ſit emptus,cum † res empta ex pe
cunia dotali efficiatur dotalis.l.res quæ ex dotali.l.ita cõ
ſtante.cum ſeq.ff.de iur.dot.Si dotalis ſatis dicitur eſſe in
3 bonis mulieris,quo ad hoc ut poſsit teſtari. Nam † eſt do
mina de iure gentium, & licet non de iure ciuili: ut per
Pau.de Caſt.& doc.in l.doce ancillam.C.de rei uen.& fa-
cit.l.Pomponius Philadel.ff.fami.ercis. ubi dicitur quod
eſt patrimonium uxoris:& hoc ſuadetur uigore noſtri ſta
tuti quod permittit eam teſtari,de dote,& inſtituere hære
des:& per conſequẽns uidetur permittere hæredibus re-
media hæreditaria.& ſic beneficium legis fi. C.de edic.di
ui Had.tol. Et quod in bonis uxoris dicatur eſſe iſte fun-
dus,facit quia habet actionem ad ipſum, immo propria
authoritate ipſum conſequi poteſt.ut late in inſtrumento
4 uenditionis maritus ei conceſsit,cum † res ad quam habe
mus actionem in bonis noſtris eſſe intelligatur. l.rem in
bonis.ff.de acq.rerum dominio.l. qui actionẽ.ff.de reg.iu.
iur.l.bonorum.§.in bonis.ff.de uer.ſig.& mea dicitur.gl.
ſi tibi pecuniam.in uerbo,meum.ff.ſi cer.pet.& in l.ſi pecu
niam.in uerbo,ſuam.ff.de neg.geſt. cum ſimilib. Et facit,
quia in inſtrumento emptionis obligarunt eum pro dota
libus pecunijs,& ſic ſubrogauerunt loco pecuniæ, unde ſi
cut pecunia erat in dominio uxoris:ut per doc.in d.l.do-
ce ancillam.C.de rei uend.per doc.in §.1.inſtit.quib.alie.
licet uel non:& in trac.de dote.circa intellectum dictæ.l.
doce ancillam.ergo & dos,cum ſubrogatum ſapit naturã
illius in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuria-
rum.ff.ſi quis cautio.l.j.§.hæc actio.ſi quis in teſt.lib.eſſe
iuſſus fuerit.cũ ſimi. ¶ Itẽ hæredes mariti non ſunt legi-
timi contradictores cum ſunt legatarij,& hæredes præte
dunt detrahere de bonis quæ non continentur in legatis,
& hoc uidetur probari ex his quæ uolunt Pau. de Caſt.&
5 Alex.in l.fi.C.de edic.diui Had. tol.dum dicunt † fideicõ
miſſarium & legatarium non eſſe legitimum contradicto
rem quando hæres uult detrahære quartam:ergo fortius
quando uult retinere quod non eſt legatum. Ex his igitur
patet quod cum fratres ſunt inſtituti in bonis.d.mulieris
& iſte fundus erat in bonis ipſius:nec adeſt legitimus cõ-
tradictor,quod ſine ulla exceptione debent mitti in poſ-
ſeſsionem. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, puto frá
tres inſtitutos in poſſeſsionem dicti fundi mitti non debe
re uirtute remedij ipſius.l.fina.C. de edicto diui Had.tol
len.per eos intentati. Et primo, quia fuerunt inſtituti in
bonis ipſius mulieris, ſed iſte fundus non erat in bonis i-
ſtius mulieris:ergo nõ poſſunt mitti in poſſeſsionem. Nã
6 † illud remedium non competit niſi in bonis teſtatoris
& tem-

& tempore mortis per eum poſſeſsis uel tentis, ut eorum uerbis utar, ſecundum Pau. Alex. Iaſ. Dec. & alios in d.l.fi. poſt gl. Bar. Bal. Io. Fab. pro quibus pondero tex. in d.l. fi. ibi mittatur quidem in poſſeſsionem earum rerum quę teſtatoris, mortis tempore fuerunt: pondero quod dicit earum rerum, & ſic non omnium.

¶ Item dicit quæ fuerunt &c. & ſic declarat quę ſunt illæ
7 res: nam † relatiuum, ſtat declaratiue ibi & reſtrictiue, ſeu tantum declaratiue ad res quæ iam erant reſtrictæ per pronomen earum: ad no. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide catho. quem ſequuntur alij: ergo non habebit locum in alijs rebus, non detentis per eum tempore mortis, ſed hic fundus temporis mortis uxoris detinebatur per maritum tanquam ſuus, & pro ſuo: ut deponunt coloni. d. fundi: ergo &c. immo etiam nō erat in bonis quo ad proprietatem: & quod non eſſet, patet, quia fuit emptus a marito nomine proprio, & ſibi traditus a uendente, nulla ha
8 bita mentione de uxore: † quo caſu, licèt pecunia fuiſſet uxoris, tamen dominium rei emptæ acquiritur marito. l. j. & l. ſi mācipia. in l. multum. C. ſi quis alter. uel ſibi. & pro hoc eſt tex. expreſſus, & ibi gl. & omnes in l. ex pecunia dotali. C. de iur. dot. ubi fundus emptus a marito ex pecunia dotali eſt in bonis mariti, adeo quod uxor non habet actionem niſi ad pecuniam. immò notat ibi Salice. quod
9 † maritus non poteſt acquirere uxori, niſi pactum expreſſum interueniat inter uxorem & maritum. & ita etiam dicit Bal. Nouel. in trac. de dote. in 2. parte principali. Sed hic non apparet de pacto expreſſo, nec dicitur in illo inſtrumento, immo nullum uerbum fit de conſenſu uxoris, nec de præſentia: ergo ſi uoluiſſet non potuiſſet maritus rem emptam acquirere uxori, & dato ſine præiudicio ueritatis, quod fuerit narratū eſſe de pecunijs dotalibus, tñ per hoc conceſsio non fuit facta pacto uxoris: nec per notarium nomine ipſius uxoris, nec et ſtipulatus eſt: immo
10 ſunt uerba narratiua, † quæ non probant niſi inter ꝑhētes principales. l. ex hac ſcriptura. de dona. l. his uerbis. C. de teſta. mili. no. in l. optimam. C. de cōtrah. & commit. ſtip. ſed principales contrahentes erant maritus & uenditor, nec de uxore ullum uerbum: ergo &c. ¶ Pręterea nunquā ratificauit dato quod nomine ipſius fuiſſet promiſſum: & maritus eſt mortuus poſt eam, & res non eſt integra, ita quòd
11 non poteſt amplius ratificari: † & ubi actus amplius fieri non poteſt, uel res non eſt integra, ratificari non poteſt. l. bonorum. ff. rem rat. habe. l. j. de appel. reci. gl. in c. ratihabitionem. de reg. iur. Alex. in l. quod meo. ff. de acq. poſſeſ. Corn. in conſ. 110. in iudicio. colum. pen. lib. 2. ubi uolunt ſi quis uti meorum negotiorum geſtor adeptus fuerit poſſeſsionem, & fuerit ſpoliatus non potero ratum habere: ergo &c. ¶ Secūdo principaliter dico, cum hæc mulier, caſu quo illa actio eſſet ſibi quæſita, nihilominus ſolū habet actionem, & non habebat poſſeſsionem: & ideo
12 † pro actionibus nō competit interdictum quorum bonorum. l. interdicto. ff. quorum bonorū Bar. & mod. Mediolanenſes, Iac. Pet. Cyn. & alij in l. ſi certis annis. C. de pac. & licèt canoniſtæ communiter in c. querelam. de elec. teneāt contrarium per illum tex. & in c. licet. de re iud. per illum tex. gl. & Gemi. in c. nullus. 12. q. 2. Bal. conſi. 416. Viſis actis. lib. 3. Roma. conſ. 311. In caſu propoſito. in 3. dubio. Dec. conſi. 296. In cauſa reuerendi. Rota in deci. 4. in nouis, tamen id non intelligitur niſi quo ad quendam ſtatū illorum iurium: ut per Feli. in d. c. ſicut. & alios ſupra allegatos: non autem poteſt intelligi quo ad fundum, in quo nunquam aliquem ſtatum, uel poſſeſsionem habuit.

¶ Tertio conſidero, eſto quod aliquam poſſeſsionem habuerit: quod tamen negatur, nihilominus obtinere nō poteſt, quoniam hunc ſtatum, uel quaſi poſſeſsionē non pro
13 bauit prout requiritur. † Nam ad hoc ut competat remedium. d. l. fi. requiritur quod bona deſcribantur in libello hæredis, & probetur poſſeſſa fuiſſe per defunctum. Papieñ. in practica in forma libelli in quo petitur hæreditas ex teſtamēto. Cur. in d. l. fi. in 12. q. uel committat nuncio: ut requirat bona. Sali. Pau. & alij in d. l. fi. Alex. conſ. 101. Viſis. col. 5. ſed ita hic non eſt factum: ergo &c. ¶ Quarto dico non poſſe habere effectum, quia hic adſunt legitimi contradictores, cum allegant titulum & poſſeſsionem, ac do
14 miniū authoris, † quo caſu ceſſat d. l. fi. Pet. Cy. Pau. Deci. & omnes in d. l. fi. ergo &c. ¶ Et ex his patet reſpōſum ad id quod ſupra dicebam quod mulier eſt domina dotis & quod fundus eſt dotalis, cum ſit ex pecunia dotali. d. l. res quæ ex dotali. & quod ſubrogatus loco pecuniæ: quia procedit quando ex pacto expreſſo uxoris, hoc factū eſt, & tendit ad utilitatem euidentem uxoris: ut dicit Bal. &c. quod pactum non interuenit, & quæ utilitas non adeſt in ueritate, nec eſt probata, nec iſto caſu eſt domina fundi, nec habet actionem ad ipſum: ut per doc. in d. l. ex pecunia dotali. & in rub. ff. ſol. mat. Et ſi dicatur quod hæredes uolunt ratum habere, dico non poſſe, quia non fuit pro hęredibus, & dato quod eſſet pro hæredibus, hæredes tunc
15 ratum non habuerunt ea uiuente, cum † uiuentis non datur hæres. l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hære. l. j. ff. de hæred. uel actio. uendi. nec nunc poſt mortem poſſunt ratum habere, quia nō ſunt intra tempus, quo actus fieri poſſet de nouo. Nam fundus dotalis ſoluto matrimonio conſtitui
16 non poteſt, quia † actus non poteſt incipere ab eo tempore a quo debet finiri. l. Titio cum morietur. ff. de uſufruc. l. Iulianus. de iu. dot. ſed actus ratificari non poteſt intra tempus illud intra quod de nouo fieri non poſſet d. l. bonorum. rem rat. hab. l. j. in prin. de appel. reci. Ant. de But. in c. cum ueniſſent. col. 2. de reſt. ſpol. per Alex. in conſ. 78. Viſo. col. penūl. lib. 5. & in l. quod meo. ff. de acq. poſ. ſicut dixi ſupra de muliere. ¶ Item hæc pecunia mulieris fuit miſta cum pecunijs uiri ut apparet ex lectione inſtrumenti: ubi conſtat hanc quantitatem & maiorem ſoluiſſe
17 ſimul, ſed † per immiſtionē amittitur dominium. l. ſi alieni. ff. de ſol. ergo licèt alio modo non tranſtuliſſet in maritum dominium illius pecuniæ, quod tamen negatur per hanc immiſtionem amiſit, ita quod &c. ¶ Præterea per iſtam conſtitutionem fundi dotalis, caſu quo eſſet, quod tamen nego, non debuit transferri dominium in uxorem cum conſtitutio fundi dotalis ſoleat transferre dominiū in maritum, & aliter non eſt fundus dotalis. l. dotale prædium. ad leg. Iuliam. de fund. dota. ergo in caſu quo dominus erat maritus, non debet eum priuare dominio: cū
18 inducta † ad augmentum non operantur diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. cum ſimi. & in hoc non me firmo, immo ſi maritus uoluiſſet transferre dominium non potuiſſet, cum ſola conſtitutio interueniſſet, & non traditio, ut patet in
19 inſtrumento, ſed nuda † conuentione ſine traditione, non poteſt transferri dominium. l. traditionib. C. de pact. l. pen. C. de rei uendi.
20 ¶ Et quod ſolà † conſtitutio dotis ſine traditione non transferat dominium, eſt text. in §. per traditionem. inſti. tu. de rerum diuiſio. gloſ. in l. 1. in uerbo uniuerſæ. ff. pro dotè. Bald. Imol. & Alexand. in l. de diuiſione. ſoluto matrimonio, unde dico quod quando maritus rem propriā, uel rem emptam nomine proprio, cuius dominium fuit tranſlatum in eum, conſtituit dotalem ſimpliciter, & non tradit mulieri, nec unquam fuit mulieris, quod tunc mulier non habet actionem ad illam tanquam ſuam, nec de ea poteſt diſponere tanquam de re ſua, ſed eſt loco pigno
21 ris & hypothecæ ſpecialis, cum † pignus ſola conuentione conſtitui poteſt. l. 1. de pign. act.

¶ Et quod ſola conſtitutione & promiſsione res non efficiatur dotalis, eſt text. ut ſupra dixi in l. de diuiſione. ff. ſoluto matrimonio. & ibi notat Iaſ. in 6. notabili. ubi dicit notabiliter quod licèt per ſolam conſtitutionem & promiſsionem dos conſtituatur, res tamen dotalis non efficitur niſi interueniente traditione, ſed hic nulla interuenit traditio ex cauſa dotis, ergo ex ſola cōſtitutione fundus non eſt effectus dotalis.

¶ Præterea cum non probauit poſſeſsionem, & adeſt legitimus contradictor qui poſsidet, ceſſat remedium. d. l. fi. & in hoc facio ſtim. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecundum acta & probata iudicare debet, etiam ſi ſua ſinderesis aliud ſentiret.*
2 *Iudex quamuis uiderit Titium interficientem Sempronium tamen eum punire non poterit niſi aliter homicidium probetur.*
3 *Qualitas adiecta facto a teſtatore eſt indiuidua a facto.*
4 *Factum non ſufficit probare ſine qualitatibus ei cohærentibus.*
5 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur.*
6 *Probatio intentionis non poteſt fieri per præſumptionem.*
7 *Teſti deponenti de maiori peritia artis quam ignorabat non creditur.*
8 *Verbum ſæpius in duabus uicibus uerificari poteſt.*
9 *Teſtes ſingulares non probant.*
10 *Iudices ſuper eo quod in actis non reperitur non poſſunt facere fundamentum.*
11 *Argumenta quæ neceſſario non concludunt reijci debent.*
12 *Confeſſio nulla ualidatur propter geminationem.*
13 *Teſtes plures numero, paucioribus ſunt præferendi.*
14 *Teſtes qui ſunt pro reo, contrarijs præferri debent.*
15 *Teſtis qui non faceret indicium, ſi a parte approbetur, facit plenã probationem.*
16 *Teſtes deponentes in ſpecie & in indiuiduo, deponentibus in genere ſunt præferendi.*
17 *Teſtes melius informati ueniunt præferendi.*
18 *Teſtes ſingulariter deponentes ſuper actu ſucceſſiuo ad longum tẽpus conteſtes dici poſſunt.*
19 *Teſtis domeſticus admittitur, & magis ei creditur, in his quæ per domeſticos facilius ſciri poſſunt.*
20 *Teſtes ſalariati admittuntur, quando a partibus fuerunt approbati.*
21 *Qualitas adiuncta uerbo, ſecundum tempus uerbi intelligi debet.*
22 *Teſtibus, & non teſtimonijs, eſt probandum.*
23 *Inſtrumenta confeſſionis partium tantum operantur quantum teſtes examinati cum iuramento.*
24 *Inſtrumenta illa non dicuntur publica de quibus notarius non potuit rogari.*
25 *Inſtrumentum, in quo notarius fuit rogatus de eo quod in ſui præſentia fuit geſtum publicum dicitur & authenticum.*
26 *Teſtis affinis non repellitur, quando non eſt in gradu affinitatis, nec agitur de ſuo intereſſe.*
27 *Teſtis ex eo quod eſſe debitor aſſeratur, non repellitur quando de debito non conſtat, nec etiam magnum eſſe debitum.*
28 *Inſtrumenta notarij dicta teſtium adiuuantia, omnem purgant ipſorum in probando debilitatem.*
29 *Fundamentum ſuper teſtium defectibus fieri non poteſt quando non fuit oppoſitum dum examinabantur, uel antequam examinarentur.*
30 *Calore iracundiæ ea quis non præſumitur dixiſſe, quæ poſtea factus ſui iuris non reuocauit, immo geminauit & triplicauit.*
31 *Iudex appellationis, non poteſt cognoſcere niſi de his quæ in primo iudicio cognita fuere, & petita ante litem conteſtatam.*
32 *Exceptio quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis.*
33 *Verbum præteriti temporis eſt abnegatiuum futuri.*
34 *Iudex connexis cauſæ ſe intromittere poteſt.*
35 *Iudex ſuper connexis quæ petita non fuere iudicare non poteſt.*
36 *Appellatione intereſſe, uenit ualor rei principalis.*
37 *Sententia libello conformis eſſe debet.*
38 *Res nobis principaliter debitæ, ſub nomine intereſſe nõ comprehẽduntur.*
39 *Producens libellum, & uolẽs eum interpretari, a proprietate uerbi recedere non poteſt.*
40 *Sententia in qua non fuit condemnatus curator minorum qui factus fuerit dominus litis, ſed ipſi minores & pupilli, qui non poterunt eſſe in iudicio, eſt nulla.*
41 *Summarie proceditur in foro mercatorum.*
42 *Lex.1.de ſent.& interlo.om.iud.in ſummarijs non habet locum.*
43 *Declaratio ad limitationem Bar.traditam ad l.1.C.de ſent.& interlo.om.iud.*
44 *Concurſus trium ſpecialium admitti non debet.*
45 *Statutum Bononienſium naturam ſummariæ cauſæ non recipit in totum.*
46 *Res excedens ſuos terminos exceditur non ſuis terminis.*
47 *Reſpondentes de iure pro ea parte pro qua ſi iudices eſſent iudicarent, reſpondere debent.*
48 *Moræ occaſione ad intereſſe quis condemnari poteſt.*
49 *Mora eſt delictum.*
50 *Cauſa quæuis a mora excuſare debet.*
51 *Oblatio in debito in quo adeſt aliqua difficultas, excuſat a mora, damnis, pœnis & intereſſe, maxime quando a parte non fuit acceptata.*
52 *Depoſitio tunc requiritur ad purgandum moram quando debitũ nullam habet difficultatem.*
53 *Legatum habens præfinitum tempus dicitur unicum, & indiuiduum eſſe, licèt ſit factum ſingulis annis quibus ſeruierit.*
54 *Limitatio ad.l.ſicut in annos.quib.mod.uſufru.amit.*
55 *Præceptum teſtatoris ad unguem uenit obſeruandum.*
56 *Apothecæ appellatione merces quę in ea ſunt comprehẽduntur.*
57 *Legatum partis lucri apothecæ, debet intelligi de lucro quod fiet in apotheca ſecundum quantitatem capitalis, tempore legati in ea exiſtentis.*

RESPONSVM CL.

¶Quomodo probetur fidelitas:& quãdo teſtes ſingulares & domeſtici admittantur:& de quibus poſsit cognoſcere iudex appellationis:& an.l.j.C.de ſent.in ſummarijs habeat locum:& quando oblatio excuſet a mora.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis elegantiſsimis dubijs magnificorum dominorũ meorum, cognoui ea data fuiſſe ut potius de me periculũ facerẽt an uiderim proceſſum, ac petenti dubia ſatisfacerent, quàm de euidenti ac bono iure illorum de Recordatis in aliquo dubitent, cum multa præſupponantur quæ in proceſſu aliquo modo non reperiuntur, nonnulla quoque uno modo recitantur, quæ alio modo & quidem contrario, in actis apparent. Plura quoq; repetuntur quæ ex allegationibus iam deductis reſoluta ſunt: quapropter breuiſsime agã. Et ad primũ, dum ad probandam fidelitatem Baldaſaris, adducũt ipſum per ſeptẽnium cum teſtatore habitaſſe, reſpõdeo id falſum eſſe, nec in actis de hoc uerbũ aliquod reperiẽ, & propterea a iudicib. non poteſt adduci, & conſiderari, cum ſm acta
1 † & probata debẽt iudicare, etiam ſi ſua ſinderesis aliud ſentiret: ut abundanter traditur in l.illicitas.§.ueritas.de offi.præſi. Hinc eſt quod dicũt doctores ibi & alibi ſępe, ꝙ
2 ſi † iudex uiderit Titiũ interficientẽ Sẽproniũ, & captus fuerit Titius, ſi aliter nõ probeẽ homicidiũ, quãuis ipſe iudex interficiẽtẽ ꝓprijs oculis uiderit nõ poterit eũ punire. ¶Minus quoq; probatur ſua fidelitas ex electione patris ut præſupponitur, cũ pater non ſimpliciter elegit, ſed impoſuit & grauauit, ut fideliter & ſolicite ſeruire debeat hæredib. dicti teſtatoris. Nam ſi pro tam fideli habuiſſet non appoſuiſſet illa uerba, & arctaſſet eum ad ſeruiẽdum cũ illis qualitatibus, quæ omnino ab eo non ſolum adimplendæ ſunt, ſed ſi legatũ uult ſunt quoq; ab ipſo proban
3 dę, † cum qualitas adiecta facto eſt indiuidua a facto ex uoluntate teſtantis: ut per Bar. in l. Aurelius. de lib. leg. &
4 † non ſufficit probare factum ſine qualitatibus cohærentibus, cum ſine illis diſpoſitio nõ habet effectum: ut no. per Bar. in l.j.§.quod autem.ne quid in flumi. Dec. in l.fi.col. 13.de edic.diui Had.tol. ſed cum ſeruire fideliter, & ſolicite eſt ex parte ſua adimplendum, & eſt cauſa conſeruandi
5 legatum: ideo cum ſit fundamentum ſuæ intentionis † ab eo probãdum eſt. l.eum actum.de neg. geſt. l. ab ea parte.
6 de proba. & ubi quis habet probare intentionem † non ſufficit per præſumptionem, cum non ſit probatio: ut no. in rub. de proba. & ita apparet falſum eſſe in iure quod dicebatur, per illos de Recordatis debere probari illũ fuiſſe infidelem, ex quo negant, quia procederet niſi fuiſſet fundamentum intentionis partis aduerſæ ſine quo id qđ petebat obtinere non poterat. ¶Item dum dicunt quod uere probat per teſtes, & teſtes ſui ſunt fide digni, ad hoc reſpon-

reſpondetur, eos artem ignorare,& de maiori peritia de
7 ponere, quo † caſu eis non creditur:ut per Bart.in tracta.
de teſtibus : in uerbo. cerdone . ¶Alij quoque nihil con
cludunt. cum non deponant niſi de duabus horis, & non
de qualibet die, & idem poteſt dici de Marco Antonio,
8 qui dicit ſępius practicaſſe, quod uerbum † poteſt uerifi
cari in duabus uicibus : ut notatur in . l . ſępe.de re iudi
ca . & ita concludenter non probat de toto tempore,pro
ut debet eſſe:ut notatur in.c. in præſentia. de probationi.
9 Item † ſunt ſingulares.& ita non probant:ut notatur in.l.
iuriſiurandi. de teſt. ſi ualet fundamentum ſingularita-
tis,ut uolunt dubitantes. ¶Minus quoque uerum eſt
conſtare de ſolicitudine ſua, per immenſam ſcripturam
librorum, quoniam de hoc nihil in actis, nec etiam con
10 ſtat de oculata † fide iudicum : iuxta l. ſi eruptione.§.fi.
finium regundo.& ideo ſuper hoc domini mei non poſ-
ſunt facere fundamentum, cum in actis non reperiatur.
Nihil etiam concludunt magna lucra,& augmenta,cum
hæc prouenerunt, uel ſaltem prouenire potuerũt propter
aduentum Imperatoris, propter capitale auctum:ita ꝙ
11 nihil de neceſsitate concludunt,ergo ſunt† reijciendæ:ut
notatur in l.neque natales.de probationibus.l.non hoc.
unde cognati. ¶Præterea pro parte hæredum optime
probatum eſt Baldaſarem fuiſſe infidelem, & non ſolici-
tum,& teſtes ſatis bene probant, ſi eorum dicta non ca-
uillantur:maxime cum adiuuantur a confeſsione.d.Bal-
daſaris geminata:quo caſu quando confeſsio eſt nulla
12 † ualidatur propter geminationem : ut per Felin.in cap.
ſi cautio. de fide inſtrum. col.3.& maxime,quia iſta con-
feſsio ultra inſtrumenta probatur per duos teſtes optime
deponentes,& conteſtes,qui per ſe abſque adminiculis di
ctarum confeſsionum,& etiam abſque alijs approbatio-
nibus optime concludunt & probant : ergo ſimul iuncti
quanto fortius de neceſsitate probant,iurib.uulg. ¶Præ
terea iam demonſtratum eſt teſtes de Recordatis , teſtib.
13 baldaſaris præferendos eſſe, quia † plures numero ſunt
14 ut no.in l.3.§.eiuſdem.de teſtibus & quia † ſunt pro reis:
ut notatur in cap.cum P.de accuſa. & quia parte citata &
non contradicente ſunt examinati,immo ſunt approba-
15 ti a parte in poſitionibus : quo caſu † teſtis qui non face-
ceret indicium,facit plenam probationem:ut per Bald.in
l.ſi quis teſtimonium.C.de teſtibus.
16 ¶Item quia† in ſpecie & in indiuiduo circa particulares
defectus ſollicitudinis & fidelitatis deponunt:alij teſtes.
d.Balpaſaris deponunt in genere, ergo debent præferri:
17 iuxta no.in l.in toto. de reg. iur. ¶Item † debent præ-
ferri uti melius informati cum in dicta apotheca mane-
bant,in qua contra factum eſt uoluntati teſtantis:ad no.
in c.quoties.de teſtib.& in c.in noſtra.eod.tit.quibus om
nibus ſimul conſideratis liquidiſsime conſtat Baldaſarẽ
contrafeciſſe diſpoſitioni teſtatoris,& teſtes de Recorda-
tis præferendos eſſe,& ad hæc quæ de neceſsitate conclu
dunt & faciũt probationes inualidas,ualidas,nihil eſt re-
ſponſum ergo &c. ¶Ad oppoſitionem de ſingularita
te teſtium,dici poteſt,quod ſint conteſtes cum ſint ſuper
18 actu ſucceſsiuo ad longum tempus, ſicut dicitur de † te-
ſtibus ſuper poſſeſsione deponentibus : iuxta not.in l.
admonendi.de iureiur.per Cur.& mod. in materia teſtiũ
ſingularium,& hoc quando in genere deponunt.Alex.in
conſi.3.& in conſi.93.in 4.parte. ¶Minus quoque ob-
ſtat quod ſunt ſalariati &c. quia omnes non ſunt,& caſu
quo eſſent,cum ſumus in his quæ melius domeſtici ſciũt,
19 dico† eos admitti,& magis eis credi.l.quoties. C.de nau
fra.lib.10.immo alijs præferuntur:ut per Bar. & doc.in l.
20 ſi quando.C.unde ui.Item non habet locũ † quando ſunt
approbati a partib.ut fuerunt iſti ut in poſitione fol.106.
ut per Ang.in conſi.192.porrecta.& ita reſpondetur ad il
lud,qđ ſunt uiles,qui ſunt approbati pro bonis. Nec iſta
poteſt euitare,aſſerendo ſe ſocium:quia licet quantum ad
lucrum habeat certam partem, tamen quo ad ſeruitium,
fidelitatem,& ſolicitudinem,de quibus agitur,conſidera
tur,& eſt famulus,probatur per uerba teſtamenti ibi, qđ
Baldaſar famulus ſtare debeat in d.apotheca,& ibidem fi
deliter & ſolicite ſeruire hæredibus, nam illa qualitas fa-
21 mulus † adiuncta uerbo debeat ſeruire,debet intelligi ſe-
cundũ tempus uerbi.l.Titius.de mili.teſta.l.in delictis.§.
detrac.de noxa.ergo uſque ad finem legati debet ſeruire
ut famulus,& ut famulus iudicari : probatur quoque per
inſtrumenta proprię confeſsionis. ¶Nec obſt.teſtib.&
22 non † teſtimonijs probandum eſſe.l.teſtium.de teſtib.qa
iſta non ſunt inſtrumenta depoſitionis teſtium:ut proce-
dunt no.in d.l.teſtium.ſed ſunt inſtrumenta confeſsionis
23 partis,quæ † tantum operantur quantum teſtes cum iu-
ramento examinati:ut no.in l.exercendis.C.de fid.inſtru.
& in c.cum Io.de fid.inſtru.nec eſt uerum quod non poſ-
24 ſint dici publica,cum de illis notarius † non potuit roga
ri:iuxta no. per Bar. in auth. ſi quis in aliquo. C.de eden.
quia iſtud procederet quando rogaretur de facto Balda-
ſaris,utputa de machinatione.quæ nõ fuit facta in ſui prę
25 ſentia,ſed † quando rogatur de eo quod eſt factum in prę
ſentia notarij ualet,& eſt publicum, & authẽticum inſtru
mentum:ut per Bar.& omnes.in d.auth.ſi quis in aliquo.
ſed notarius in hoc caſu fuit rogatus de confeſsione ma
chinationis quæ interuenit in ſui præſentia:ergo ualet &
eſt authenticum,& hoc eo magis cum teſtibus & publica
fama corroboratum eſt. ¶Nec obſtat quod illi duo te-
ſtes non uideantur habiles,cum primus eſt affinis, & ali-
26 quando comedat cum minoribus, quoniam † non eſt in
gradu affinitatis,nec agitur de ſuo intereſſe ut repellatur:
iuxta no.in l.parentes.C.de teſtib.& aliquando ſimul co-
medere non repellit a teſtimonio . ſecundum no.per Alex.
in conſi.78. dum loquitur de habitante in domo, uolu.1.
27 Nec facit aliquid quod ſit debitor, cum non conſtet † eũ
eſſe debitorem,& magnum debitum,ad no.per Ange.& a-
lios in l.non ſolum.§.quæritur. de procu.& maxime quia
dicitur debitor utriuſque. ¶Præterea cum per inſtru-
28 menta notarij adiuuantur,& apparet† eos uerum dixiſſe,
omnis eorum in probando debilitas purgatur,iuxta no.
per Iac.But.Ang.& mod.in l.ſi quis ex argẽtarijs.in prin.
de eden.immo dico ſuper his inhabilitatibus & defecti-
bus non poſſe fieri fundamentum, cum † antequam exa-
29 minarentur & dum examinabantur non fuit oppoſitum:
ut no.per Feli.in c.in literis. col. fi. de teſta.per Ang.in d.
conſi.192. ¶Nec dici poteſt fuiſſe dicta illa uerba ex ca-
lore iracundiæ cum iſtud non eſt probatum, & caſu quo
eſſet probatum,quod tamen non eſt uerum,cum † nõ re-
30 uocauit illa factus ſui iuris,immo geminauit,& triplica-
uit non noceret:ad no.per gl.in c.ex literis. in uerbo,ad-
monita.de iudic.& per Abb. in c.cum uenerabilis de ex-
cep.& per mod.in c.ſicut ex literis.de iureiuran.& ex iſta
reiteratione confeſsionis per inſtrumenta probatæ iuſtifi
catur. ¶Circa illud uero quod. d.Nicolaus non potue
rit iudicare ultra tempus ſententiæ latæ per iudicem a
quo,cum iſtud ſit notiſsimum, paucis rem perſtringo.nã
firma eſt opinio iudicem † appellationis non poſſe co-
31 gnoſcere, niſi de his quæ in primo iudicio cognita fuere,
& petita ante litem conteſtatam, quia appellatio reducit
nos ad terminos cauſæ principalis : & ideo † exceptio
32 quæ non fuit oppoſita in cauſa principali,non poteſt op-
poni in cauſa appellationis.l. ea demum de procuratori-
bus.ubi eſt caſus & ibi notant omnes : plene not. in l.per
hanc.C.de temp.app.ſed lucrum factum poſt primam ſen
tentiam non uenit in prima,nec fuit petitum,nec ſuper eo
cognitum,nec pronunciatum, ergo iudex appellationis
non potuit ſuper eo iudicare & maxime quia in ſecunda
inſtantia in proceſſu fol.15.petit per hæc uerba in omni-
bus & per omnia prout in petitione facta in prima inſtan
tia,ſed in petitione facta in prima inſtantia, nihil dicitur
de ſexta parte lucrorum futurorum, immo ſemper dicit
lucra uſque ad præſens tempus facta,& ſic aperte ſe decla
rat,& in pluribus locis ſemper ſe refert ad præterita lucra
ut licitum eſt uidere in dicta petitione, & uerbum præte-
33 riti temporis eſt abnegatiuũ futuri:ut no. in l.j.de raptu
uirgi.& in l.4.§.lex Iulia.de teſta. & ſic non ſolũ lucra ob
uentura poſt petitionem,non petit ſed uirtute uerborum
abnegat & remouet,ergo cum non fuerint in prima peti-
tione lucra futura deducta,nec ſuper eis cognitũ nec pro-
batum,iudex appellationis non potuit ſe intromittere,&
intromit-

intromittendo,ac ſuper eis pronunciando,tulit ſententiã nullam, cum exceſsit iuriſdictionem ſuam,iuxta no.in l.
34 ¶Nec obſt.quia ſunt connexa,† iudicem potuiſſe ſe intromittere:ad not.in l.prima. de uſur. quia negatur,cum poſsit habere lucra pręterita,&.non poſsit habere futura, ut quia non ſeruiuit:& ſic nõ poſſunt dici connexa:ad no. per mod.in c.ſi duob.de app.col.pen.immo & ſi lucra futura eſſent connexa & coniuncta præteritis , nihilominus
35 cum non fuerint petita † iudex non potuit ſuper illis iudicare:ut no.per Bal.Cy.Ang.& communiter doc.in l.properandum.§.ſinautem alterutra.C.de iud.dum loquũtur de expenſarum condẽnatione non petita,& maxime quia non probabit adimpleuiſſe ex parte ſua.arg.l.Iulianus.§.
36 offerri.de actione empti. ¶Non obſt.fuiſſe petitum cõdemnari aduerſarios in dãnis & intereſſe futuris,& † appellatione intereſſe ueniat principalis ualor rei : ut no.in l.j.C.de ſen.quæ pro eo quod int. & producens interpretatur ſuum libellum.l.ſi quis intentione.de iud.quoniam reſpondetur in petitione nullum uerbum fieri de damnis futuris,ſed tãtum in proteſtatione ante iudicium cęptũ, quæ proteſtatio non ſucceſsit loco libelli.cum poſtea li-
37 bellus fuit factus,ſed remanſit in uim ſimplicis proteſtationis,cui ſententia † non debet correſpõdere,ſed potius libello:ut not.in c.licèt hely.de ſimo. & in l.ut fundus.cõmu.diui.& dato quod in libello eſſet facta mentio de intereſſe futuro,nihilominus appellatione intereſſe non ue
38 ñiunt lucra futura,cũ ſint res principaliter debitæ uirtute legati,& regula eſt ſub † nomine intereſſe res nobis principaliter debitas nõ cõprehendi, ſed ea quæ ſunt circa rẽ debitam uel extra,ut colligitur ex diffinitione intereſſe:& ita reſpondit Alex.in conſi.168.uol.2.& in conſi.20.uol.
39 5.in 2.col.& Dec.in rub.de ſen.quæ ꝑ eo &c.in ſi.& iſtud eſt ſecundum ipſos,ſecundum proprietatem uerbi,a qua producens † libellum,& uolens eum interpretari recedere non poteſt:ſm Alex.in l.diuortio. in prin. in 4.col. ſol. mat.quod magis in hoc caſu admitti debet,cum ex præcedentibus & ſequentibus uerbis apparet quod non loquitur de re principali,ſed de pęnis & æſtimatione utilitatis non habitæ propter rem non traditam.¶Præterea nõ
40 poteſt inficiari quod ſententia iſta.d. Nicolai nõ ſit nulla etiam ex alijs rationibus,& primo quia eſt contra caſum l.j.C.de ſen.& interlo.om.iud.cum in ea non fuit † condẽnatus curator minorum,qui factus fuerat dominus litis, ſed minores & pupilli,qui non poterant eſſe in iudicio,& effici domini litis:toto tit.qui leg.perſo.& in hoc non la-
41 boro cum ſit apertus caſus legis,de hoc in d.l.j. de ſen.
42 ¶Nec obſt.quod ſimus in foro mercatorum in quo ſummarie † proceditur : ut not.per Iaſ. in l. iuriſgentium.§. quinimmo.de pac.& in ſummarijs † lex prima de ſen.nõ habet locum:ſm Bar.in titu.ad reprimendum , in uerbo, ſummarie. quoniam reſpondetur quod Alex.& multi alij
43 tenent contrarium in l.furioſo.ff.de re iud.ita ut uideatur habere difficultatem,& ſaltem in caſu noſtro non procedit:quia debet † intelligi, omni alio reſpectu habilitatẽ concurrere,ſicut intelligitur quælibet alia diſpõ. l.in teſtõ.C.de teſta.mili.iuncta gl.& maxime quia eſt limitatoria & exorbitans illa deciſio Bar.in l. j. de ſen.& cũ habet aliquos contradictores non parui ponderis,igitur ſtricte debet interpretari,& propter ea non debet habere locum quando perſona principalis nõ eſt habilis,nec poterat ſtare in iudicio,& iſtud uerum eſſe probo:nã non põt dici ꝙ iudex habeat in iſtis ſummarijs poteſtatẽ condemnandi minorem,& non habilem ad intereſſendum in iudicio,cũ iſtud eſſet contra æquitatẽ,& duo concurrerẽt ſpecialia. ¶Primum contra regulam.l.j.de ſen. ſecundũ contra no. in l.de unoquoque.de re iud. hic autem concurſus nõ admittitur.l.j.C.de dot.promiſ.ergo &c. immo ſi uerum eſt quod diſpoſitio.l.per hanc.de temp.app.non habet locũ in ſummarijs,ſequitur quod non ſolum duo ſpecialia,ſed etiam tria concurrunt:unde non debemus dicere hãc ſententiam poſſe ſuſtineri,cũ ſit nulla,& nõ ſolũ uno morbo
44 laborat ſed pluribus,& tria ſpecialia † nõ debẽt admit-
45 ti:maxime cũ † natura ſummariæ cauſę nõ fuit recepta a ſtatuto mercatorũ,ſed in plurib.fuit alterata,ut in eo pa-
46 tet:unde ſuccedit regula † cũ res excedit ſuos terminos, exceditur a non ſuis terminis : ut per gl. Bar.& omnes in l.ſi.C.de edic.diui Had.tol.igitur ſuper natura ſummariæ cauſæ non poteſt fieri fundamentum,cum non ſit ſimpliciter ſummaria,nec ſeruet naturam ſummariæ.¶De nullitate autem proueniente ex modo citandi requiſito a ſtatuto fori mercatorum non facio uerbum , cum pendet a conſuetudine:arg.l.ſi de interpretatione.de legi.& circunſcripta propter uariam interpretationem quæ accommodari poteſt,ſaltem quo ad annullandam ſententiam ſolũ prætextu illius modi nõ ſeruati, domini mei in hoc nõ uidentur dubitaſſe,ſed uerũ ſequuti fuiſſe,& ideo in hoc eorum opinioni adhęreo,cũ mei propoſiti ſemper fuit,& eſt iuxta uires meas ueritatẽ amplecti ſequi,& ſouere:& nõ
47 ſcribo niſi pro ea parte,ꝓ qua ſi iudex eſſem iudicarẽ.†& ita reſpondentes de iure tacere debent. ¶Circa illud uero quo dubitatur hæredes poſſe condemnari ad intereſſe,
48 cum fuerũt in mora,ad no.in l.in minorum.in quib. cau. reſti.in integ.non eſt neceſ.unico uerbo me abſoluo, & dico,iſtos nõ eſſe in mora cum obtulerint ſe ſoluturos quãtum fuerit declaratum , & facere compromiſſum , & alia neceſſaria ad quę de iure tenentur:& id ſæpius in iudicio reiterauerint,cum ſciebant eum contrafeciſſe,quod ſatis probarunt,ex ſuis cõfeſsionibus ac frequenti teſtium numero,ut conſtat ex proceſſu,habebat quoque cõſilia plu-
49 rium doctorum,& cum † mora ſit delictũ:ut no.in l.mo-
50 ra.ſol.mat.ideo per † cauſam quamuis excuſantur a mòra & ab intereſſe:ut eſt gl.in l.3. de tritic.& plene not.in l. quod te.ſi cer.pet. ergo &c. ¶Præterea ultra iuſtam cau-
51 ſam interuenit oblatio † quæ in debito in quo adeſt aliqua difficultas,excuſat a mora,& damnis,pœnis,& intereſſe , maxime quando a parte non fuit acceptata : ut per Are.in l.ſi ſeruus.de uulg. per Soci. in conſi.199.In cauſa
52 trac.uol.2.col.2.& in hoc caſu non requiritur † quando debitum nullam habet difficultatem : iuxta no.in l.acceptam.C.de uſur.in eo uero quo dubitatur,an legatum ſit
53 unum,& indiuiduum,dico † unum & indiuiduum eſſe,licèt ſit factum ſingulis annis quibus ſeruierit, cum habet præfinitum tempus, ſcilicet quouſq; minor hæredũ peruenerit ad vigeſimumquintum annum.l.ſi cũ præfinitione. quando dies legati cedat . ubi Bar.& omnes. & hoc caſu quando adeſt huiuſcemodi tẽporis præfinitio,non proce
54 dit † obiectio facta de.l.ſicut in annos.quib.modis uſuſfruc.amit.& l.ſi ſeruus communis. §. cum ſeruus.de ſtip. ſeruo.cum nõ loquantur quando adeſt prẹfinitio termini & ita no.in d.l.ſi cum præfinitione . dum reſpondetur ad l.ſi in ſingulos.de annuis leg. Item non loquuntur quando interuenit onus limitatũ ad tempus quod ratione uoluntatis dicitur indiuiduum:ad no. in l.græcæ.§.illud.de
55 fideiu.†cum præceptum teſtatoris ad unguem obſeruandũ eſt:ut no.in l.j.de his quæ pœnæ nomi.& ſaltẽ,& ſi plura eſſent legata,iudicatur unicũ,cum legatarius non poſſit partem oneris ſubire.& partẽ legati , uel legatũ unius anni,& onus & non alterius anni:ut eſt caſus in l.ẽt ſi partis.de leg.1.ubi Imo.& in terminis id no. & ad hoc domini mei deberent multũ animaduertere , quia propter hoc Baldaſar amittit legatum totius temporis &c.& latius di
56 xi in allegatione.¶Ad ultimum dico † appellatione apothecæ comprehendi merces:ut no.in l. cum pater. §. imperfecta.de leg.2.& in l.librorum.de leg.3.& per Bal.in l. legatis.C.de leg.Item refertur de neceſsitate ad capitale, ut utar uerbo mercatorum,cum apotheca ſine eo nihil lu
57 cratur,& debet intelligi de capitali † quod tunc temporis aderat:ut per Alex.in conſi.47.colum.4.& ſic de lucro quod fiet in apotheca ſecundum illam quantitatem capitalis ſex mille librarum,prout teſtator taxauit, cum uerba teſtamenti intelligantur ſecundum tempus teſtamenti.l.ſi ita.de auro & arg.lega. Laus Deo.

¶Hieronymus Gratus.I.V.D.Minimus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio,optime probat contra confitentem.*
2 *Statutum,in ſua ciuitate pro lege habetur,& cuicũque legi communi*

muni præfertur.

3 *Hæreticus iudicandus eſt, & de hæreſi condemnari debet, is apud quem libri hæreſis reperiuntur.*

4 *Falſarius ille præſumitur, apud quem falſa reſcripta reperiunt.*

5 *Fur iudicatur ille penes quem res furtiua reperitur.*

6 *Carceratus ſi mortuus reperiatur in carcere, præſumitur contra cuſtodem, adeo quod tenetur probare, non dolo, nec lata culpa ipſius mortuum fuiſſe.*

7 *Falſarius reputatur is apud quem reperiuntur formæ conficiendi monetam.*

8 *Reus ex ſola ſuſpicione in crimine falſi puniri poteſt: limita. ut infra nu. 26. 27. & 28.*

9 *Falſum eſt mutatio ueritatis ex certa ſcientia facta, quæ non cõmuniter ſine dolo.*

10 *Falſarius is non dicitur qui errans credit ſe dicere ueritatem, & iurat.*

11 *Bannitum ignoranter recipiens, non punitur pœna qua receptatores.*

12 *Pœna contrahentis inceſtas nuptias non habet locum in ignorante.*

13 *Pœna ſtatuti punientis ſyndicos non denunciantes maleficia cõmiſſa, non comprehendit maleficia quæ ignorantur.*

14 *Iuramento hæredis de ignorantia ſua ſtatur, quando canonem non ſoluit.*

15 *Aduena ſi tranſiuerit per aliquem locum, & non ſoluerit uectigal, non incidit in commiſſum, ſi dicat ſe ignoraſſe teneri ad ſoluendum, & de ignorantia ſtatur iuramento ſuo.*

16 *Delictum non præſumitur.*

17 *Veriſimile non eſt quenquam falſam monetam pro rebus ſuis bonis accipere uelle.*

18 *Qualitas requiſita a ſtatuto debet probari, & illa nõ probata ſtatutum non habet locum.*

19 *Confitens delictum ſine qualitate requiſita a ſtatuto, niſi qualitas probetur, non poterit puniri pœna ſtatuti.*

20 *Expendens & retinens falſam monetam non punitur, quando dicit, & oſtendit a quo habuit.*

21 *Confeſſio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*

22 *Qualitas non poteſt ſeparari a facto, quando eſt in eadem oratione, uel eſt copulatiue poſita.*

23 *Conſuetudo etiam iniqua excuſat a pœna.*

24 *Fabricans monetam reprobatam, & non expendibilem, non poteſt puniri pœna ſtatuti punientis fabricantem falſam monetam.*

25 *Tenens falſam monetam, non debet puniri pœna falſi, quando eſt ſolitus ludere, & ſi quas pecunias habebat, non iuſti ponderis, uel non bonæ liga, in ludo inſumere, pro eo quod ualebant.*

26 *Probatio falſi debet de neceſſitate concludere.*

27 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

28 *Præſumptiones & indicia, ut operentur effectus ſibi a lege conceſſos, opus eſt ut probentur per duos teſtes.*

RESPONSVM CLI.

¶An & quando recipiens & retinens falſam, & reprobatam monetam, poſsit puniri pœna falſi, & an ſuſpicio falſi ſufficiat ut quis de falſo condemnari poſsit.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶In cauſa huius incarcerati, uidebatur prima frõte partes. d. indicãtis eſſe, in condemnando eum cũ cõſtat eum recepiſſe falſam monetam ex eius
1 confeſsione, † quæ optime probat contra ipſum. l. j. C. de confeſsis. l. generaliter. C. de non nu. pec. cum concor. Sed recipiens falſam monetam punitur pęna falſæ monetæ iure municipali ciuitatis ſub rub. de pęna com. fal. in mo
2 ne. & cum † ſtatutum in ciuitate pro lege habetur, & cuicunque legi communi præfertur: ad plene tradita in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. igitur cũ iure municipali cautum eſt, de iure communi non faciam uerbum. ¶Secũdo id comprobari uidetur, quia moneta huiuſcemodi reperta eſt apud eum, quo caſu debet puniri ex forma eiuſdẽ ſtatuti: & facit quod uoluit Ro. in ſing. 323. inci. Eo ipſo.
3 per tex. in c. ſi forte. 22. q. 4. ubi inquit eum † hæreticũ iudicandũ eſſe, & de hæreſi cõdemnari debere, apud quem libri hæreſis reperiuntur: comprobatur ex. l. maiorem. C.
4 de fal. cũ ibi no. Vbi † præſumitur falſarius ille apud quẽ falſa reſcripta reperiuntur: ad idem in ciuilem. C. de furt.
5 c. ad falſariorum. in prin. de crim. fal. ubi fur † iudicatur ille penes quem res furtiua reperitur: & plura allegantur per Io. de Ana. in d. c. ad falſariorũ. ad hũc caſum conferẽtia quæ uideri nõn poſſunt. Nõ omittã tñ dictum gl. in l.
6 cũ ita. §. ſpecies. ff. de leg. 2. quæ uoluit ſi carceratus† mortuus reperitur in carcere præſumitur ꝯ cuſtodem, adeo quod tenetur probare, nõ dolo, nec lata culpa ipſius mortuum: de quo dicto late per Hip. de Marſi. in ſua practica
7 cau. cri. & in l. qui falſam. de fal. ubi ẽt dixit † eum falſarium reputari apud quem reperiuntur formæ conficiendi monetã: per hęc, & multa alia ſimilia, de cuius dicti ueritate ſuperiori anno, in cã cuiuſdã aurificis uidimus & diſſeruimus. ¶Tertio vr̃ comprobari poſſe, ex eo quod uoluit Abb. in 3. no. in c. porrecta. de confir. uti. uel inu. ubi in-
8 quit notari ex illo tex. † reum ex ſola ſuſpicione, in crimine falſi puniri poſſe: idem uoluerũt Arch. & Dom. in c. in memoriam. 19. diſt. ſequitur Alex. in conſi. 77. In cauſa accuſationis. lib. 1. & prius Io. de Ana. in rub. de cri. fal. col. pen. ex quibus uidetur hunc carceratum falſarium fuiſſe perfecte probari, & ſi plene non probetur, ſaltem optime præſumi, quæ præſumptiones in hoc enormiſsimo crimine ſufficiunt, ad puniendum ſecundum præallegatos.
¶Maturius tamen conſiderans determino contrarium, & dico hunc incarceratũ, pęna falſi nullo pacto puniẽdũ fore ex infraſcriptis. Et primo, quoniã nõ eſt probatum, nec cõſtat, falſam monetã ſcienter recepiſſe, uel retinuiſſe, uel expendiſſe: quo caſu cũ non conſtet de ſcientia, nõ poteſt dici falſum cõmiſiſſe, cum † falſum eſt mutatio ueritas
9 tis ex certa ſcientia facta, quæ non cõmittitur ſine dolo. l. quid ſit falsũ. l. diuus. ff. de fal. l. nec exẽplũ. C. eo. in auth. de inſtr. cau. & fid. in prin. & ita diffinit Hoſt. in ſum. de: cri. fal. & propterea Pet. de Anch. in c. 2. de iura. cal. lib. 6. & poſt eum Feli. qui alios allegat in c. 1. circa fi. ut lite nõ
10 cõteſt. uoluerũt † eũ qui credit ueritatẽ dicere & iurat, nõ eſſe falſarium: de quo tamen dicto aliàs diſceptatum fuit qũo intelligatur, ſat eſt in caſu de quo agitur falſum dici non poſſe, cum non conſtet de ſcientia, & dolo ſine quib. falſum eſſe non poteſt. Nam cui non competit diffinitio nec & diffinitum. l. j. §. dolum. ff. de dolo. cum ſimi. & ita licet non per hanc rationẽ, ſed per ſimilia, tenet Hip. in d. l. qui falſam. de falſis. ubi plura ſimilia adducit ut uidere licet, inter cætera d. Bal. in c. nobis. de exce. & gl. in l. j. de recepta. ubi Bar. eam commẽdat & pro ea allegat caſum, in l. 2. §. ſed & enim. de incen. rui. nau. in l. metrodorum. de
11 pęnis. ubi † recipiens bannitum licet puniatur pęna de qua ibi, tamen non habebit locum quando ignoranter receperit: ſequitur Ang. de Aret. in trac. malefi. in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. uer. quæro quia. Nam pęna
12 ignorantem tenere non debet, & ideo † pęna contrahẽtis inceſtas nuptias non habet locum in ignorãte. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & no. in cle. eos. de conſang. & affi. &
13 † pęna ſtatuti punientis ſyndicos non denunciantes maleficia commiſſa, non comprehendit maleficia quæ ignorantur. Bar. in l. diuus. de cuſto. reor. in l. ſemper. §. interdum. quod ui aut clam. Ro. in l. ſi uero. §. de uiro. in 5 1. fal ſen. ſol. mat. & de ignorantia ſtatur iuramento aſſerentis ſe ignoraſſe: ut in ſimili uoluit Spe. in ti. de locato. §. nunc aliqua in uerſi. 18. Bar. in l. cum filius. §. in hac. de uer. obl. docto. in l. 2. C. de iur. emphy. Roma. in conſi. 166. Viſo &
14 diligenter. in fin. ubi uolunt † ſtari iuro hæredis de ignorantia ſua quando non ſoluit canonem. & facit quod uo-
15 luit Abb. in cõſi. 305. Videtur primo. ubi inquit, † ſi aduena tranſiuerit per aliquem locum & non ſoluerit uectigal non incidit in commiſſum, ſi dicat ſe ignoraſſe, teneri ad ſoluendum, & de ignorantia ſtatur iuramento ſuo, & ſi dicatur, in his caſibus præſumptio ignorantiæ erat pro illis, reſpõdetur, & in caſu noſtro præſumptionem eſſe pro
16 recipiente, non ſolum illa quæ habet, quod † non præſumitur delictum. l. merito. pro ſocio. cum cõcordantibus, ſed
17 etiam † quia non eſt ueriſimile quod acceperit falſam monetam

netam pro rebus ſuis bonis, cum iſtud ſit iactare ſuum.l.
cum de indeb.de proba.l.ſi cum aurum. de ſolu.¶Præte-
rea ſi pœna legis locum non habet in ignorante, ille qui
dicit pœnam locum habere, debet probare ſcientiam, cũ
eſt fundamentum ſuę intẽtionis.l.actor.l.ei qui de prob.
l.eum actum.de neg.geſt.& licèt ſuper his aliquantulum
hæſitari poſſet,& lõgiori diſcuſsione opus eſſe uideretur,
nihilominus ſuper hoc non inſiſto,cum ex ſtatuto parti-
culari uideatur conſultum,& ideo. ¶Secundo princi-
paliter,pondero ſtatutum,ibi ſciens falſam expenderit,
& ſic ſtatutum requirit ſcientiam, & eſt qualitas requiſi-
18 ta a ſtatuto:† ergo illa debet probari:& illa non proba-
ta ſtatutum locum non habet.Bar.in l.j.§. quod ait prę-
tor.ne quid in flumi.pub. Io.And.in c. 1. de homici. in 6.
Pet.de Anch.in conſi.271.de titu. criminum.Dec.in l.fin.
col.13.C.de edic. diui Had.tol.& in c.2. de reſcrip. col.6.
ubi inquit poſt Bal.in l.& ſi ſeuerior.col.fi.ex quib.cau.in
19 fa.irrog.& Io.And.in rub.de accuſa.† iſtud procedere e-
tiam ſi de maleficio ex confeſsione partis conſtaret,& nõ
empt.de leg.& ita prius reſpondit Alex.in d.l. 2. de dam.
infe.de quo Dec.in d.l.ſi familia.non facit uerbum: nam
ad hoc replicatur per tex. in d. l. 2. §. ſi quis homines.ui
bo.rap.ubi ſine differentia præponitur damnum, & mo-
do pręponitur furtum, pręterea non eſt ueriſimile quòd
ſi appellatione damni cõprehẽderetur furtum leges tres
3 † ſupradictas & plures conſimiles ſemper illa tanquam
4 diuerſa ponere, & quòd † uno uerbo explicare poterat
duobus uerbis, cum copula & diuerſe cum regulariter
ita à iure conſultis fit.Item fit interpretatio ut uerba ma
5 gis operanẽ † q̃ ſit poſsibile:in l.j. ꝙ met.cau. & licèt ali-
6 quando copula & ponatur † inter genus & ſpeciem, ut in
titu.de ſerui.& aqua.tamen id regulariter nõ fit, & qñ fit,
non ſine particulari rõne fit:ut alſs tradidi declarando.d.
7 rub. ¶Prætereà id in claris procedit, † ſed in dubio,
qñ non ꝯſtat liquido unum ex copulatis eſſe ſpeciem alte
8 rius, non debet capi hæc interpretatio, cum † natura copulę eſt poni inter diuerſa, & quorũ unum non ꝯtinetur
ſub altero: ut in rub.de iur.& fac.igno.& not. in l. ſeiæ.§.
9 caio.de fun.inſtr. & inſtr.leg. ergo arguendo † à ueriſimi
10 li, prout fit de iure.l.ſi nuptura.de iur.doc. & ab eo † ꝙ re
gulariter fit.l.certe.de precar.l.neque natales.de probat.
cum eſt quæſtio & difficultas inter doc.an furtum contineatur ſub damno, &, paſsim in iuribus ponantur tanq̃
diuerſa, & ambo in eadem diſpõne ſpecificanẽ, habemus
interpretari eſſe diuerſa: & unum appellatione alterius
11 non ꝯtineri. Et ita † ſaluari poteſt fundamentum cõe à
morſibus mod.& propterea do.Alex.in d.l.2. de dã infe.
l3 ad.l.nauta §.j.nau.caup.ſtabularij.dederit hoc rũſum,
tamen non obſtante tali reſponſione tenuit opinionem
cõem, & allegauit aliqua ex ſupra dictis iuribus, ubi idẽ
dicebatur ꝙ in dicta.l.nauta. §. j. & ita apparet eũ receſſiſſe ab illa reſponſione, forſan rationibus ſupra ꝯſideratis, licèt de eis nõ faciat uerbum. ¶Comprobaẽ hæc
opi.ex dictis gl.in l.prætor ait.§.hoc edictum.in uerſi.&
12 alijs.de noui oper.nunc.quæ uult † furtũ improprie dã-
num eſſe: pro qua facit dict.Bal.in l.prætor.ait. in prin.
13 de iureiu.ubi inquit damnum ꝯſiſtere † in rei deteriora-
tione, furtũ in rei amotione: ſi igitur ſurtum non eſt proprie damnum, ergo nõ cõprehendiẽ ſub ſtatuto loquen-
14 te de damno, cũ ſtatuta proprie † debent interpretari.l.
3.§.hæc uerba.de neg. geſt. cum ſi. & hanc partem tenet
Hoſti.in ſum.de dam.dato.§.qñ locũ habeat.in prin. Albe.in l.j.§.occiſorum.ad Syllan.& in 2.parte ſtatut.q.43.
item quæro.Alex.poſt.Bal.& alios.s̃.alleg. & quos ipſe ci
tat in d.55.de dam.infec.& in cõſi.169.Requiſitus.uol.2.
& conſi.20.uol.5.& Dec.cõſi.83.col.2.Hippoly.de Marſi.
in l.de minore.§. tormenta. de quæſtio.col.2.& in l.maritus.col.3.eo.tit.de quęſtio.& in ſua prædicta cauſa.criminal.§.poſtq̃.in prin.Cur.in d.l.ſi familia. & plures alibi ſæpe: adeo ꝙ moder.Mediolan. Franciſ. à Ripa cuius
opera hoc anno in lucem edita ſunt, in d.l. 2. de dam.inf.
dicit hanc opin.cõiter teneri, licèt ipſe prædictos non allegat, & ꝯ hanc cõem teneat per aliqua fundamenta, quæ
nobis in his dubijs data fuerunt, quibus.ĩ.reſpondebo,
ut ſatisfaciam domino dubitanti: non quia neceſſarium
uideatur, cum hæc ſit cõis: licèt Iaſ. uideatur tenere ꝯriũ
in d.l.ſi familia.& Dec.aperta fronte teneat ꝯrium in d. l.
ſi familia.dicti mod.à Ripa in dicta.l.2. & Barth. Cæpola.conſi.18.Statutum Vicentiæ.in 2.col.cũ eorũ authoritates nullius momenti ſint comparatiuæ ad authorita-
tem & numerum eorũ † quos pro cõi allegauimus, & à
15 cõi in iudicando non ſit recedendũ, ut per doctores poſt
Ioannem Andr.in c.j.de cõſtitutioni.præſertim cũ rationes cõis opinionis ſint urgentes, nec ab his qui ei aduerſantur ſublatę, ut ſupra ab eorum morſibus defenſauimus, & ut magis ſit ſatisfactũ cõſcientię domini iudican
tis hanc cõem ſententiã alijs nouis rationibus cõprobo:
ex quibus poterit reſponderi rationibus datis in dubijs.
¶Et primo cõſidero ẽt dato quod ſub nomine dãni cõprehendaẽ furtũ, nihilominus cũ id nomẽ dãni ſignificat
16 damnum quod † non habet aliud ſpeciale nomen: & ſic
eſt nomẽ generis & ſpeciei, ſi ꝓferaẽ a ſtatuto debet capi
17 † in ſpecie, cũ uerba quæ ſe habẽt ut genus, & ut ſpecies,
capiunẽ in ſpecie.l.hoc legatum.de leg.3.& not.in l.certi
condictio.in prin.ſi cer.peta.ergo in dubio debent intel
18 ligi de dãno in † ſpecie ꝙ habet aliud nomen ſpecificum.
¶Secundò conſidero quod eſt id ſtatutum correctoriũ
iuris cõmunis, nõ ſolum ciuilis, ſed naturalis. Nam iure
communi

20 cõi ciuili cautũ eſt ut nullus † ſit idoneus teſtis in cauſa
ꝓpria.l.nullus.de teſtibus.& iurans eſt teſtis in cauſa ꝓ-
pria: rurſus † cautũ eſt ẽt iure naturæ & diuino, ut in ore
duorũ uel triũ ſtet omne uerbũ.l.ubi numerus.de teſti.c.
in noſtra.eo.tit. & cũ uox unius dr̃ uox nullius:is aũt eſt
unicus & in cauſa propria. Item hæc materia eſt odioſa,
cũ ſit in odiũ, & pœna damnum dantis: ergo ſtrictiſsime
21 † debet interpretari ut minus oſtendat ius cõe q̃ ſit poſ-
ſibile, ẽt impropriãdo uerba. Abb.& alij in c. cũ dilectus.
de ꝯſue.& in l.omnes populi.per Dec.poſt Bar.de iuſti.&
iure.ergo fortius in hoc caſu debet interpretari ut appel-
latione dãni furtum nõ ꝯtineatur, cũ id eſſet ꝯ proprieta-
tẽ,& ſic ita intelligẽdo nõ recedit à proprietate:& minus
offendit ius cõe. ¶ Tertiò ꝯſidero in furto adeſſe parti-
cularẽ rõnem, ut ei cui furto aliquid ſubtractũ fuit non
22 præſtetur iuramentũ, cũ furtũ † præſumat culpa ipſius
ꝓpetratũ.Sal.in l. quæ fortuitis. de pig. ait & notat in §.
23 præterea.inſti.quib.mod.re ꝯ.obli.†cum ſimi. & propte-
rea nõ debet id beneficiũ iurandi ꝯcedi ei tanq̃ culpoſo:
ad not.in reg.dãnũ.de reg.iur. in 6. in arg. & in dãno nõ
eſt ita iuris cẽſura, & qñ in caſu acciderit culpa, adeſſet
in alio dãno idẽ iudicarẽ. Et ex his reſpõderi põt ad ea
quæ in ꝯrium allegantur. Et primo appellatione damni
furtũ cõprehendi.l.cũ duobus.§.dãna fatalia.ff.pro ſoc.
l.in hoc iudiciũ.de ſer.corru.dico id eſſe improprie, ſm
gl.in d.§.hoc edictũ. ¶ Secundò dato ꝙ proprie cõpre-
hendat, cũ eſt nomen generis & ſpeciei in dubio, in ſpe-
cie debet capi, niſi aliter à diſponẽte declaretur,& hic ali-
ter non fuit declaratũ:ibi autẽ à diſponẽte fuit declara-
tũ quid ꝯtineret:ergo &c. ¶ Tertiò reſpondeo ꝙ hic ſu-
mus in materia ꝯ regulas iuris & ciuilis & naturalis, ibi
ſecus:ergo de his ad caſum noſtrũ nõ põt inferri.l.Papi-
nianus exuli.de minorib. ¶ Secundò nõ obſtat dictum
Bar.in l.quod nerua.col.4.depoſi.dũ uult, ſi aliquis pro-
24 miſit † ſcolari reſarcire omne damnum datũ à famulo,
tenetur de furto, quia loquit in promiſsione in qua & ſi
cõprehendat furtũ, non offendunt regulæ iuris cõis, de
quibus.ſ̃.Item ibi dixit omne damnũ: & qui omne dicit
nihil excludit.l.Iulianus.de leg. 3. & multa propter uni-
uerſalem cõprehendunt quæ aliàs non cõprehenderent.
d.l.Iulianus.cũ uulg.& ſic non facit ad propoſitũ. Item
non obſtant not.in l.ſciendum.§.cum fundũ.qui ſatiſda.
cog.ubi Bar.& mod.dicũt, licèt poſsidens immobilia nõ
25 teneatur dare ſatiſdationem, tñ † qui habet actionẽ tene-
tur ſatiſdare: ergo licèt dominus rei ſubtractę habeat
actionẽ eſt in hoc dãno,& eſt damnũ: quia id nihil facit:
ẽt ſi ſit damnũ, cũ non loquunt in hac materia, ubi offen-
dunt dictæ regulæ:iuris præterea ibi eſt, quia non eſt ita
facilis exactionis, cum habeat ab alio petere, & ab homi-
26 ne non facilis exactionis † licèt poſsideat immobilia de-
bet præſtari cautio, ut ibi not.& in l.ab arbitro. eo.tit.&
in l.2.ſolu.mat. Item nõ obſtat ꝙ militat eadẽ ratio pro-
bandi,& odij ſubtrahentis in furto ſicut in dãno:ergo de-
bet habere locum diſpoſitio.l.illud.ad leg.Aqui. & maxi-
me quia fit extenſio in exorbitantibus ad id quod lato
ſumpto uocabulo cõprehendit.l. filiũ habeo. ad maced.
27 quia cõis opinio eſt ꝙ † in correctorijs pęnalibus & odio-
ſis nõ admittit extẽſio, ẽt ex identitate rationis. latè Iaſ.
in auth.quas actiones.C.de ſac. ſan. eccle. & in l. cũ qui-
dam.de lib.& poſth.ſed ita eſt hic:ergo. præterea hic non
eſt eadem ratio propter culpam quæ iuris præſumptio-
ne eſt in furto, nec.l.filium habeo. facit ad propoſitũ, cũ
loquat ſolũ in mutuo filiofamilias facto: ſed nos loqui-
mur in dãno à quocunq; dato,& cuicũq;, & ſic illa eſt li-
mitatoria, hęc correctoria, nec tot regulę iuris offendũt,
nec agit de pęna duplicãda, ſed tãtũ de amiſsione rei, quę
licèt pęna dici poſsit, nõ eſt ita ꝓprie & tã magna. Et ex
his ꝯſiderationibus ꝯſtat omnia in dubijs data licèt nõ
retulerim, in totũ ſublata eſſe, & noſtrã opinionẽ eſſe ma-
gis cõem ac ueriorẽ in pũcto iuris, q̃ maxime admitto
in hoc caſu, cũ hic magiſter Petrus Ferrarius q petit ſibi
deferri iuramẽtũ nõ uideat omni exceptiõe maior, ex his
quæ ei in hoc iudicio obiecta ſunt & ꝓbata, ſed iuramẽ-
28 tum † quod defertur beneficio huius ſtatuti non datur,
niſi ille ſit omni exceptione maior. Iaſ. in l. admonendi. col.101.de iureiur.& in §.ſed iſte. col. 19. de actio.inſti. & ſequunt omnes etiam illi qui tenẽt contra cõmunem, ut mod.Mediol.in d.l.2.de dam. infec. poſt Feli. in c. fi. col.j.de teſt.& ex his puto ſatisfactum dño dubitãti, qui eundem ſpiritum uidetur habuiſſe quem & ipſi moder. Mediolan.habuerunt, licèt illi aſſertiue locuti ſint, hic autem dubitatiue.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononienſe cogens agnatos & cognatos ad compromiſſum declaratur.*

2 *Maſculinum an concipiat fœmininum in ſtatutis maxime exorbitantibus, remiſſiue.*

3 *Statutum loquens de habitatore non habet locum in muliere habitatrice.*

4 *Statutum contra ius commune loquens de filiofamilias, non habet locum in filiafamilias.*

5 *Statuta an comprehendant caſum miſtum remiſſiue.*

6 *Exceptio ſtatuti firmat regulam illius in caſibus non exceptuatis.*

7 *Mulieres nuptæ ſequuntur forum uiri, nec in loco originis propriæ, & minus paternæ conueniri poſſunt.*

8 *Mutatio domicilij non tollit forum originis.*

9 *Forenſes litigantes in loco poſſunt cogi ad compromiſſum tute ſtatuti loci.*

10 *Statutum cogens ad compromittendum eſt contra ius commune, ſeu exorbitat à iure communi.*

11 *Statutum contra ius commune ut habeat locum, omnia uerba in eo poſita uerificari debent.*

12 *Et debet declarari, ut minus recedatur à iure communi quàm ſit poſſibile, etiam cum impropriatione uerborum.*

13 *Statutum Bononienſe, de quo ſupra principaliter, eſt fauorabile.*

14 *Statutum cogens agnatos & cognatos ad compromittendum, non habet locum quando tractatur de re liquida.*

15 *Inſtrumentum facit rem liquidam, & eſt probatio probata, & ueritas apparens.*

16 *Statutum cogens agnatos & cognatos ad compromittendum, non habet locum poſt publicatas atteſtationes.*

17 *Argumentum de teſtibus ad inſtrumenta ualidum eſt.*

18 *Compromiſſum an poſſit habere locum necne, attenduntur narrata in petitione, & in reſponſis traditis petitioni.*

19 *Teſtamentum habet executionem paratam de iure communi, quo ad remedium.l.fi.C.de edic.diui Hadri. tolleu.*

20 *Compromiſſum fieri non poteſt in bonis prohibitis alienari.*

21 *Statutum arctans coniunctos ad compromiſſum, non habet locum quando agitur de rebus, quæ obſolute alienari non poſſunt.*

22 *Compromiſſum factum ſuper bonis pertinentibus ad pupillum non ualet.*

23 *Et ſi fuerit laudatum ſuper eo, laudum erit nullum.*

24 *Compromiſſum fieri non debere in dubio iudicandum eſt.*

25 *Exceptio ſtatuti non excludit alios caſus incluſos à iure communi.*

26 *Item non ampliat regulam, ut extendatur ad ea quæ aliàs ſub regula ſtatuti non includuntur.*

RESPONSVM CLV.

¶ Quando habeat locum ſtatutum Bononienſe compellens conſanguineos ad cõpromittendum: & qñ ſit locus compromiſſo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Dubitatur an ſit locus compromiſſo, altera partium inuita, inter illuſtres do. Hannibalem, & hæredes domini Hermetis ex una, & illuſtres filias illuſtris domini Alexandri fratres prædictorum quondam illuſtris domini Ioannis de Bentiuolis: quarum una eſt nupta Marchioni Carauagij, altera Marchioni Finalis ex altera. Et prima fronte uidebatur locũ fore compromiſſo uirtute ſtatuti, quod inter agnatos uel cognatos uſq; ad ſextũ gradũ incluſiue dominus poteſtas

teſtas ciuitatis Bononiæ poſsit compellere partes quibuſcunque remedijs ad compromittendū,ut latius in eo cōtinet, ſed ſupra enumerati ſunt intra ſextum gradum:ergo uident uirtute ſtatuti poſſe ad cōpromittendum cogi, & a uerbis ſtatuti non eſt recedendum. l. ꝙ cōſtitutum. ubi Bar.de teſtamento mili.& plene traditur in l. omnes po-
1 puli.de iuſtit.& iure cum ſimilibus.ꝙ † ſtatutum pondero in uerſiculo,quæ omnia in maſculis,& fœminis obſeruentur,ſaluo ꝙ ex prædictis. Nam ſtatutū in iſtis uerbis tollit difficultatem,& obiectionē,quæ poſſet forſan fieri,
2 ꝙ maſculinum non concipit † fœmininum in ſtatutis maxime exorbitantibus, prout opiniones ſunt hincinde: ut per Dominicum in cap.generali.col.2.de electionibus.in 6.& per Bartolum in conſi.26.& Alexandrum conſi.135. libro.j.& in conſilio.24.Animaduerſis his.columna ante penultima.libro.2. ubi concludit ꝙ ſtatutum de habita-
3 tore non habet locum † in muliere habitratrice:& ſtatu-
4 tum ꝯ ius † commune loquens in filiofamilias non habet locum in filiafamilias.Alexander in conſilio 28. Præclare.col.3.libro.3.ſed ſtatutum ſuperius loquebat̄ de agnatis,& cognatis: ergo & iſtud ſtatutum habebit locum in caſu iſto,licèt in una parte ſint fœminæ.

¶ Nec aggredior illam difficultatem,ꝙ hic caſus uideatur miſtus, cum non eſt compromiſſum inter fœminas tantum,ſeu inter maſculos tantum:ſed inter fœminas, &
5 maſculos,& diſputatur † an ſtatutum comprehendat caſum miſtum.l.2.de uerborū obligationib. & in §. omniū inſtit.de actionibus.quia ex uerbis ſtatuti, & ex ratione, & mente uidetur ſatisfactum. ¶ Conſidero quoque illū uerſiculum ibi,ſaluo ꝙ ex prædictis,& ſubſequens capitulum,ubi ſtatutum excipit aliquos caſus in quibus partes compelli non poſſunt, & non excipit hunc caſum, ideo remanet ſub diſpoſitione ſtatuti compellentis ad cōpro-
6 miſſum,cum † exceptio firmet regulam in caſibus non exceptuatis.Bartolus in l.quæſitum.§.denique.de fundo inſtructo.gl.& Bartolus in §.ut autē in authen. de non alienationis.col.2.Angelus conſi.190.ubi per iſtud determinat:ut per eum,& idem Roma.conſi.137.Quo ad primū. & alibi ſæpe. ¶ Nec obſtat ꝙ iſte mulieres ſint nuptę ex-
7 tra locum quo caſu † ſequuntur forum uiri, nec in loco originis propriæ,& minus paternę, poſſunt conueniri: ut notat Bartolus in l.finali.§.idem reſcripſerunt. per illum textum.ad municipal. Imola, & communiter canoniſtæ in cap.finali.in fine de foro competenti.per Alexandrum & alios qui atteſtantur ita communiter teneri in l. cum quædam puella.de iuriſditione omnium iudicum. & ra-
8 tio eſt quia licèt † mutatio domicilij non tollat forū originis.Bartolus in l.aſſumptio.§. filius.uerſiculo, quarto caſu.ad municipales.quia fallit in muliere, ſecundū prædictos doctores,cum mutatio ſit neceſſaria.Quoniam reſpondetur quod cum ſunt hę mulieres,& eorū mariti qui intentarunt iudicium in loco ſtatuti,uidentur ſe ſubiecisſe legibus,& ſtatutis loci,cum ideo mulier non poſsit cōueniri in loco originis, ne remoueatur a ſeruitio mariti: ut in dictis locis dicunt docto.ergo ubi mulier de conſenſu mariti agit in loco, ceſſat illa doctrina: quia uolenti
9 non fit iniuria.l.j.§.adeo.de iniurijs.immo † forenſes litigantes in loco poſſunt cogi ad cōpromiſſum uirtute ſtatuti loci,& ita fuit conſultum per Richardum de Saliceto in ſuo conſilio incipiente, In quæſtione uertente inter dominum regem Cypri.& conſuluit Paulus de Caſtro in conſilio.73.Quod in cauſa Ioannis de monte Sper.ut refert Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino,ut in l.omni nouatione.C. de ſacroſanctis eccleſijs. & meminit Socinus in conſilio.71.Circa uol.4.licèt ipſe teneat ꝯrium in clerico:& iſtud de forenſe non examino,ſed ſit dictū ex abūdanti, alibi dixi, cum in caſu noſtro non ſit neceſſarium per ſuperius adducta. ¶ Maturius tamen ad facti ſpeciem
10 animaduertens determino contrarium, † & præmitto iſtud ſtatutum eſſe ꝯ ius commune, ſeu ab eo exorbitare cum nemo de iure communi cogatur compromittere. l.
11 3. §.j. de arbitris. cum ibi plene notatis.& ideo † debent uerificari ſingula uerba poſita in ſtatuto.Bald.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſcopis,& clericis. colum.4.ubi allegat Ioannem Andre.in ca.j.de homicid. libro 6. & de-
12 bet † declarari, ut minus recedatur a iure communi quā ſit poſsibile,etiam cum impropriętate uerborum:argumento cap.cum dilectus.cum ibi plene notatis per doctores extra de conſuetudinibus.& ita in terminis huius ſtatuti dixit Corneus in conſi.65. Quoniam præſens conſultatio.col.j.uol.4. & licèt hæc uideantur habere aliquam difficultatem:per ea quæ not.Bal.in l.affinitatis.uerſi.pone ſtatutum.commu.de ſucceſſ. Petr. de Anchara. conſil. 187.Apud me quęſtio iſta.Alex.& nouiſsime Dec.in l.qui
13 ſe patris.C.unde liberi. qui † uolunt hoc ſtatutū eſſe principaliter fauorabile,& extendendum eſſe, cum diſtinctione tamen de qua ibi per Alexand. in l. j. in §. lex Falcidia.in j.col.ad leg.Falc.& late per Iaſ.in d. l.qui ſe patris qui plures allegat.Nihilominus nullus negat, quin recipiat interpretationem a iure communi,& in pluribus caſibus locum non habeat,quorum nonnulli in caſu noſtro locum ſibi uendicant,& propterea omiſſa illa diſputatione quæ recipit plures declarationes:ut tradidi in d. l. qui ſe patris procedendo per claros, & communes legum tramites,& conſiderationes traditas,ad huiuſcemodi ſtatuta,dico iſtud ſtatutum in caſu noſtro locum ſibi uendica-
14 re non poſſe. ¶ Et primo,† quia reſtringitur a iure communi qn̄ tractat̄ de re liquida. Bar.in l.poſt rem.de tranſactionib.Iaſ.in l.j.in notabilibus.ff.de tranſactionib.& per doctores in l.eleganter.uerſi.ſi poſt rem. ff. de condictio. indeb. & in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſactionib. & per Corne.in conſi.prææallegato.65.uol.4. Soci. in conſi. 4. & in conſi.300.uol.2.Barba.conſi.42.col.9.in j. uol.& in cōſil.85.in 3.uol.& in conſi.53.uol.4.Areti.in conſi. 101.In cauſa Gregorij. cum ſimilib. ſed in caſu noſtro agitur de
15 re liquida: ut conſtat ex inſpectione teſtamenti.Nā † inſtrumentum facit rem liquidam, & eſt probatio probata & ueritas apparens.Bal.in l.2.C.qn̄ fiſcus uel priua.Iaſon & alij poſt Bar.in l.j.in princip.col.6. de operis noui nunciatio.plura accumulat Curtius in repetitio.l.admonendi.col.43.ff.de iureiurando.& licèt a prædictis doctorib. maxime a Socino in conſi.4.& Barba.in conſi.42. colu.9. præallegatis,declaretur iſtud habere locum in inſtrumentis guarentigiatis,ſecus in alijs: nihilominus idem uidet̄ poſſe dici,quando ex inſpectione inſtrumenti de re liquida conſtat, per id quod communiter traditur per Alexā. & alios in l.ſi cauſa cognita.in ultima col.C.de tranſactionib.& in conſi.72.In cauſa uertente.penul.col.uol.j.& in conſi.62.in 2.uol.Viſa facti.circa fin.& in conſi.76.in tertio uol.Videtur prima conſideratione.in 4. col. & Raph. Cuma.85.quæſtionis.& Franciſ.de Aret. in d. conſi. 101. In cauſa Gregorij. ubi prædicti doctores in effectu uidentur concludere non eſſe locum compromiſſo,quando res
16 eſt clara,uel debet iudicari pro clara:& ideo dicunt † nō habere locum illud ſtatutum poſt publicatas atteſtationes:quia de ueritate rei tunc conſtare poteſt, & tamen poteſt eſſe ꝙ atteſtationes habeant aliquas difficultates:itē quod admittantur nouę probationes propter inſtrumenta de nouo reperta:uel iudex ad ſui informationem uelit ſumere probationes: & in multis alijs caſibus in quibus de iure poſt concluſum in cauſa admittuntur probationes. Et tamen attenta regula, quæ habet poſt publicatas atteſtationes conſtare debere de ueritate non admittitur compromiſſum, tanquam de re liquida:ut late etiam atteſtatur Barba.in d.conſi.53. in 4.uol.ergo quando conſtat de inſtrumento & teſtamento claro, & aperto, ita ꝙ ex eius uerbis res decidatur, non debet poſſe fieri compromiſſum tanquam de re clara, ſecundum regulā:licèt aliqua ſemper poſsint opponi ſicut diximus in teſtibus,
17 & ualidum † eſt argumentum de teſtibus ad inſtrumentū l.in exercendis.C.de fide inſtrumen.c.cum Ioannes.de fide inſtrumen.immo fortior eſt probatio per inſtrumentū quàm per teſtes,ut inquit Accurſius in rubri. ff.de fide inſtrumen.& id in hoc caſu pręcipue admitto,cum nihil opponatur in reſponſionibus, & oppoſitionibus, ꝙ reddat dubium teſtamentum, & ſic per oppoſitionem partium non eſt offuſcatum: ꝙ ſolum conſideratur a doctoribus, qui uidentur uelle,ubi adſit offuſcatio inſtrumenti,etiam guarentigiati

guarentigiati,habet locum cõpromiſſum, ubi non adſit ſecus:ut ꝑ Socinũ in d.ↄſi.4.Et ꝓpea dicebat Io. Petrucij
18 in l.elegãter.§.ſi quis poſt.de ↄdictione indebiti. † quod an cã ſit compromiſsibilis necne,attenduntur narrata in petitione : quod dictum a communi conſuetudine approbatum eſt,& ſequendum:ut inquit Corn.in conſi.46. col. j.& 2.in litera I,uol.2. quod maxime admitto ſi idem colligi poſsit,ex reſponſis traditis petitioni, ſed in caſu noſtro ex narratis,& reſponſis conſtat, de liquido inſtrumẽto,ergo locus non eſt cõpromiſſo:& maxime quia ſumus
19 in teſtamento,† quod habet executionem paratam de iure cõi:& hoc quo ad remedium.l.fi.de edicto diui Hadr. tollen.ut per omnes in d.l.fi. adeo ꝙ doctores ſupra citati,qui reſtringebãt declarationem traditam ad huiuſmodi ſtatutum,ad inſtrumentum guarentigiatum, ea ratione quia habet executionem paratam : erunt quoque ipſi pro caſu noſtro,cum in hoc caſu inſtrumentũ habet executionem paratam a iure, & ſic militat ratio ipſorum , & per conſequens concluſio. ¶ Secundò conſidero quod in hoc teſtamento fuerunt bona de quibus agitur prohibita alienari a teſtatore per uerba multum prægnantia . Item ſunt ſui natura,prohibita alienari pro magna parte,cum ſint emphyteutica eccleſiæ,ut in facto mihi ꝑſuppoſitum
20 eſt:†ſed in bonis prohibitis alienari non poteſt fieri compromiſſum.cap.cũ tempore.ubi Abbas.Anto. de Butrio poſt Ioan.Andr.& alios in ſecunda col.uerſi.ultimo colligi poteſt.de arbit. ſibi inferunt ad multa . & præſertim ꝙ ſicuti prælati ſunt prohibiti alienare, ita compromittere non poſſunt . Item ꝙ exempti qui iurarunt non alienare etiam compromittere non poſſunt.ponit Lap.alleg. 107. Non poteſt clericus.Cardinal.conſi.95.Ad primum.col. penult.& Roma.conſi.175.col.j.& 369.colu. 4.& prædictos ſequitur Decius in cõſi. 44. ubi principaliter hoc uni
21 co fundamento conſuluit,† huiuſmodi ſtatutum arctans coniunctos ad compromiſſum non habere locum, quando agitur de rebus quæ non poſſunt alienari abſolute a prædictis coniunctis : quia ſtatutum intelligitur ſm ius commune.l.2. de noxalib. & in alijs rebus in quibus partes poſſunt compromittere:ut per Lanfran.in tractatu arbitrorum.in quæſtio.48. & idem noluit Socinus in conſi. 300.uol.2.licèt de eo Decius non ſit recordatus : ergo in hoc caſu hac ſola ratione poſſumus determinare locum non fore compromiſſo. ¶ Tertiò principaliter conſide
22 ro ex una parte adeſſe pupillos, ſed † ſuper bonis pertinẽtibus ad pupillum non poteſt fieri compromiſſum : ut in terminis ponit Ange.in conſi.66.Viſis dictis compromiſſis.in primo dubio.ubi concludit non ualere compromiſſum factum per tutorem ſuper bonis immobilibus pupilli,niſi quando prouocatur ad diuiſionem,& non ſtatur dicto tutoris aſſerentis ſe prouocatum fuiſſe. immo quando compromiſſum debet fieri de iure,& de facto,ut hic,tale compromiſſum per tutorem:ut dicit Angelus in l. imperatores.ff.de pact.& ſequitur Decius in conſi.39.ubi in
23 fortioribus terminis uult quod † ſi factum fuerit compromiſſum a tutore,& ſecutum fuerit laudum erit nullũ: ergo facilius impediendum erit compromiſſum, cũ multa facta tenent quæ impediuntur fieri. l. patre furioſo . de his qui ſunt ſui uel alie.iur.ꝙ in caſu noſtro pro indubitato habeo,cum non adſit tutor.& pupilli ſint abſentes:nec procurator habet ſpeciale mandatum factũ iuridice nomine pupillorum,nec decretum interuenit.arg.eorũ quæ ponit Bal.in l.præſes.in 6.quæſtio.C.de tranſac.ergo nullo pacto uidetur eſſe locum compromiſſo . ¶ Poſtremo negari non poteſt,quin prædicta reddant dubium,& diffi
24 cultatem an locus ſit ſtatuto,& compromiſſo,† & in dubio iudicandum eſt compromiſſum fieri non debere. Bal. in l.j.C.qui accuſare non poſſ.Socin.in d.conſi.3. col.4.ergo &c.Et ex his apparet reſponſum ad ſtatutum ſuperius ponderatum:quoniam licèt eius uerba ſint clara,& uideãtur comprehendere iſtos,tñ ratione qualitatis rerum inſtrumenti & perſonarum, ſtatutum locum non habet,per ea quę diximus,non repeto.& ita reſpondetur ad illud de
25 exceptione . Vel ſecũdo ꝙ † exceptio non excludit alios caſus incluſos a iure communi:ut declarant doctores in
26 l.j.ff.de regul.iur.& ratio,quia non ampliat † regulam ut extendatur ad ea quæ aliàs ſub regula ſtatuti non includuntur.l.generali.de uſufruct. leg. ubi notat Bar. Abbas in cap. in noſtra . de ſepul. & ita ſimili ſtatuto reſpondet Deci.in d.conſi.39. ubi uidere licèt : ideo aliter non inſiſtam tempori indulgendo:& hæc dixiſſe uolui ut mandatis domini obtemperem , imperantis comminatoriè, ut inter hos nobiles ſcriberem quid ſentirem, cum ex aliquibus rationibus huic rei uacare non poteram.

Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus. Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Cura decreta minori eſt ipſo iure nulla , quando curator iurauit tantummodo utilia facere, & inutilia prætermittere,nec iurauit eum indefenſum non derelinquere:ſecundum communem.*

2 *Proceſſus nomine curatoris ab eo agitatus qui non erat curator non ualet.*

3 *Communis opinio de qua ſupra non procedit in curatore dato ad unum actum,uel duos particulares.*

4 *Iudicia generalia ſi dentur ad unum actum,excedunt eorum naturam,& efficiuntur particularia.*

5 *Res excedens ſuos terminos exceditur a non ſuis terminis,nec regulatur ſecundum ſuos terminos.*

6 *Communis opinio quæ habet curam datam non iurante curatore pupillum indefenſum non derelinquere fore ipſo iure nullam, non procedit in curatore dato ad actus qui momento expediuntur,& in quibus nulla requiritur defenſio.*

7 *Diſpoſitio loquens in uno caſu , non habet locum in alio cui uerba in totum non conueniunt , & ſi pro magna parte conuenirent.*

8 *Res qualibet ſecundum communiter accidentia eſt conſideranda.*

9 *Decretum iudicis omnem defectum purgare uidetur, ſi ſtatutum loci aliter non repugnet.*

10 *Exceptio dilatoria non poteſt opponi niſi ante litem conteſtatam.*

11 *Oppoſitio procuratori generaliter facta tollitur per actus contrarios factos ab aduerſario abſque proteſtatione.*

12 *Exceptio de procuratore non legitimo, propter defectus ſolennitatum,quæ requiruntur ad fauorem minoris non habet nocere, nec impedire proceſſum, niſi ſententia eſſet lata contra minorem.*

13 *Libelli uerbis ſtandum eſt.*

14 *Hæreditatem adiens ab inteſtato,& uti ab inteſtato ſibi debitam petens,uidetur ex teſtamento eam repudiaſſe.*

15 *Libellus ut ſaluetur,non impropriatur ad remedium incompatibile,& contrarium.*

16 *Pupillus teſtamentum facere non poteſt.*

17 *Pupillus teſtamentum ficte feciſſe uidetur, quando pater ei fecit pupillarem ſubſtitutionem.*

18 *Verba habito reſpectu ad ueritatem in dubio capi debent.*

19 *L.filium emancipatum . de acquirenda hæredita . non procedit in petente hæreditatem pupilli uirtute ſubſtitutionis ſibi debitam.*

20 *Gradus,& proximioritates in teſtamento dantur.*

21 *Hæreditas ex teſtamento ex lege, & forma ſtatutorum mediate & large dicitur.*

22 *Libellus petentis hæreditatem non exprimens an ex teſtamento uel ab inteſtato debet intelligi ſecundum proſecutionem.*

23 *Petitio obſcura uſque ad ſententiam uel concluſionem in cauſa declarari poteſt.*

24 *Libelli uerba debent intelligi,ut conueniant proſecutioni , & mẽti libellantis,& ſi maxime improprientur.*

25 *Clauſula petens iuſtitiam &c.operatur, ut licèt actor contraria petierit , tamen habeat obtinere ſuper eo in quo habet iuſtitiam.*

26 *Concordia Alexandri , & Socini,qui in conſilijs uidebantur diſſentire.*

27 *Teſtator faciens mentionem de infante, & poſtea ſubiungens , ſi & caſu quo deceſſerit in ea ætate,de ætate infantili ſentiſſe uſ.*

28 *Gemi-*

28 *Geminatio multum operatur.*
29 *Declaratio potius debet fieri ab eadem diſpoſitione quàm a iure communi.*
30 *Statutum ambiguum potius ab alia parte ſtatuti declaratur quã a iure communi.*
31 *Verba ſi & caſu quo, faciũt ſub diſpoſitiõe non comprehendi id quod aliàs comprehendebatur.*
32 *Subſtitutio pupillaris eſt directa.*
33 *Subſtitutio directa late debet interpretari.*
34 *Interpretatio nunquam, & in eo caſu, quo diſpoſitio irrationabilis redderetur.*
35 *Relatio quæ ad uerbum fieri non poteſt, minus ad id quod ſub uerbo comprehenditur fieri poterit.*
36 *Relatio de iure non fit ad demonſtratiue poſitum.*
37 *Relatio non fit ad id quo mediante materia fauorabilis reſtringitur.*
38 *Relatio non fit ad illud quod eſt contra præſumptam mentem defuncti.*
39 *Declaratio ex ſuperioribus ſcripturis non colligitur, quando reſultaret abſurdum, & diſpoſitio redderetur indiſcreta, & irrationabilis.*
40 *Declaratio.l.ſi ſeruus plurium.de lega.j.*
41 *Diſpoſitio potius debet declarari ab alia eius parte quàm a iure communi, quando ſalua ratione recti ſermonis poteſt fieri, nec aliquod abſurdum reſultat, ſecus ſi iſta interuenirent.*
42 *Declaratio dicti Oldra.in conſi.21.Thema. & Abba.in conſil.140.in j.libro.*
43 *Diſpoſitio teſtatoris, quando ratio, & teſtatoris mens dictat, non ſolum habet locum in caſu quem uerba non comprehendunt, ſed in caſu cui uerba repugnant.*
44 *Relatio ſpecialis in dubio fieri debet, quando poteſt, & non reſultant aliqua inconuenientia.*
45 *Teſtamentum inter liberos duobus teſtibus interuenientibus factum, ualet & tenet.*
46 *Teſtes deponentes contra uoluntatem teſtatoris debẽt eſſe, & probari omni exceptione maiores.*
47 *Teſtes non requiruntur probari omni exceptione maiores, quando intendunt uoluntatem teſtatoris ex uerbis prolatis per eum extendere.*
48 *Filia ne dicatur præterita quod ei relinquitur, debet habere titulo inſtitutionis.*
49 *Filio præterito diſpoſitio.§.ex imperfecto.l.hac conſultiſsima.C.de teſtamen.ceſſat.*
50 *Priuilegium.§.ex imperfecto.l.hac conſultiſsima.C.de teſtamẽtis.ceſſans ad fauorem filij non inſtituti in debita ſibi portione, tunc non debet ceſſare quando filius contentatur, & ne priuilegium ceſſet, tendit ad eius utilitatem.*
51 *Doctores limitantes.§.ex imperfecto.fundant ſe in hoc quia filij non ſunt inſtituti eo modo, quo ab inteſtato uenirent.*
52 *Filia, quando per ſtatutum deſinit eſſe ſua, poteſt impune præteriri.*
53 *Teſtes ad declarandam uoluntatem, & præſumptam mentem teſtatoris admittuntur, quamuis non fuerit probatum illos fore omni exceptione maiores.*
54 *Fundare nemo ex eo ſe poteſt, quod niſus fuerit impugnare.*
55 *Diſpoſitione aliqua uti uolens, probare debet ſe adimpleuiſſe ea quæ a ſe erant de neceſsitate adimplenda.*
56 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem.*
57 *Tempus petendi tutores ignoranti non currit.*
58 *Patruus ætatem neptis ſimul habitantis non præſumitur ignoraſſe.*
59 *Ignorantia iuris non excuſat, quando quis cum poſſet, non conſuluit peritiores.*
60 *Homines ſicut ruſtici uadunt ad nemus pro lignis, & fœminæ ad eccleſiam pro indulgentijs: ita debent ire ad peritos pro conſilijs.*
61 *Minor ſubſtitutus quamuis intra annum hæreditatem non petierit, ea tamen non priuatur.*

RESPONSVM CLVI.

INVOCATO diuino ſuffragio.¶Quoniam cum peritiſsimo uerba facio, & ultra eius celebratum nomẽ eum in fractione panis apertiſsime cognoui: conſideratis elegantiſsimis
dubijs, uiſoque proceſſu breuibus me abſoluam. ¶Et ad
primum quo dr̃ curam decretam minori ipſo iure fore
nullam, cum curator iurauerit tantummodo utilia face-
1 re, & inutilia prætermittere, nec † iurauit eum indefen-
ſum non derelinquere: ad notata per Bartolum in l.legi-
timos.in fine.C.de legitimis tutorib.Bartolum, Angelũ
& alios per illum tex.in l.fi.§.omnẽ.de adminiſtra.tuto.
& per Iaſonem atteſtantem ita communiter teneri in l.
prætor ait.de operis noui nunciatio.nu.9.& in l.2.nu.21.
de liber.& poſthu.& per conſequens proceſſum non uale
2 re, uti agitatum ab eo qui non erat † curator.arg.l.licèt.
C.de procuratorib. ¶Reſpondetur communem opinio-
nem de qua ſupra, non facere ad caſum de quo agitur, cũ
loquatur in tutore uel curatore, decretis ad uniuerſalem
ſeu generalem curam, & tutelam, ipſorum minorum: non
3 † autem quantum ad unum actum tantum, uel duos par
ticulares: ut ex uerbis ſcribentium, ſi recte inſpiciantur, fa
cile colligitur: & etiam ſuadetur ex natura rei, cum ſint
actus, & iudicia generalia.l.licèt.C. de iudicijs. & plene
traditur per gloſſam, & omnes in l.prima.ff.de edendo. &
uerba ſimpliciter prolata intelliguntur ſm̃ eius naturam
Itaque ſi aliter dentur ad unum actum excedunt eorum
4 naturam, cum de † iudicijs generalibus efficiuntur parti-
cularia, & ut particularia iudicantur: ut notatur per do-
ctores in d.l.licèt.& ponit Bar.in l.edita.col.2.uerſic. & ſi
poneremus eſſe actũ.C.de edendo. ubi ſuperioribus die-
5 bus late diximus: ſed † quãdo res excedit ſuos terminos
exceditur a non ſuis terminis: nec regulatur ſecundum
ſuos terminos.gl.Bartolus, Alexander, & cõiter ſcriben-
tes in l.fi.C.de edicto diui Hadria.tollendo.ergo non po-
teſt dici in hoc caſu curam decretam quæ ſui natura eſt
generalis, cum ſit decreta tantummodo in caſu particula
ri, & ſic præter eius ordinariam, & cõſuetam naturam, de
bere conſtringi ſuis ſolitis compedibus: & præſertim pro
miſsione de non derelinquendo indefenſum: q & aliàs
ſimpliciter non admittitur abſque ↄ̄dictione.ut per Iaſo-
nem poſt Baldum, & alios citatos per eum in d.l.prætor.
6 ſuadetur iſtud ratione. Nam in caſibus † in quibus fuit in
terminis noſtris decreta cura ut ad adeundam hæredita-
tem, conſtituendumque procuratorem nulla cadit defen
ſio, cum momento expediantur, & ut ex ſe patet: ergo im
poſsibile eſt illam communem opinionem loqui in caſu
noſtro cum uerba non conueniant: ad notata in l.4.§.to-
7 ties.de damno infecto.in l.ſi † mancipia.C.de ſeruis fugi
tiuis.ubi per Iacob.Butrigar.Sali.& omnes, id procedit:
ſi in totum uerba non conueniant, & ſi pro magna parte
conuenirent.¶Item cum defenſio non ſolum non conue-
niat in his caſibus, uel ſaltem non ſit neceſſaria, ceſſat ra-
tio promiſsionis de defendendo: & per conſequens diſpo
ſitio.l.adigere.§.quamuis.de iure patrona.& ita cum illa
communis opinio loquatur in diuerſo caſu diuerſamq; ra-
tionem habente, non obſtat nec facit ad hunc caſum.l.pa
pinianus exuli.de minorib.l.fi.de calumniatorib.
¶Præterea ſaltem illis duobus caſibus promiſsio de non
relinquendo &c. non conuenit a communiter accidenti-
8 bus, quod attendi debet, cum ita quælibet res eſt † conſi-
deranda.l.neque natales.de probationib.plene in l. certi
condictio.§.ſi nummos.ſi cer.pet. ¶Et ad hæc animad-
uertens magnificus ac doctiſsimus poteſtas loci, in decre
to non fecit apponi promiſsionem de non relinquendo
indefenſum, ut ad illos caſus in decreto poſitos nõ neceſ-
ſariam, minus quoque conuenientem.
¶Præterea, & ſi ſupradicta non procedant, ut res magis
eluceſcat, aduertendum eſt, non eſſe uerum, propter hæc
proceſſum reddi nullum: uti agitatum ab eo qui nõ erat
curator quia non fuit agitatus a curatore, ſed a procura-
tore habente mandatum factum cum decreto iudicis:
9 † quod uidetur purgare omnem defectum, ſi ſtatutum lo
ci aliter non repugnat: ad plene notata in l.iuſte poſsidet.
de acquiren.poſſeſ. ¶Item aduertendum eſt cum procu
rator ſit perſona, quæ pro ſe poteſt eſſe in iudicio, & ei op
ponatur non quod non ſit procurator, ſed q non eſt legi-
timus procurator, & creatur eo modo quo debuit, & tũc
10 cum eſt exceptio dilatoria † non poteſt opponi niſi ante
litem

litem conteſtatam. l. ita demum . de procuratorib. & ibi
notatur per Bar.Paul.& alios communiter in d. l.licèt de
procuratorib. Et licèt primo fuerit oppoſitum generali-
ter, tamen cum poſtea ſemper comparuit procurator ad
uerſarius,& eum citari fecit abſque proteſtatione, & re-
11 ſeruatione oppoſitionem uidet remiſiſſe, cum † per actũ
contrarium recedatur a prima oppoſitione : ut notatur
in l.alimenta.de negotijs geſtis.& in l. non ſolum. §.mor
te.de noui operis nunciatio.Et ita in terminis notat Pau-
lus de Caſtro & alij poſt gloſſam ibi in d.l. licèt.in tertia
columna.in princip.ergo non poteſt amplius opponi, &
non habet uitiare proceſſum.

¶Conſiderandum quoque puto oppoſitionem de pro-
curatore non legitimo,eſſe factam propter defectus ſolen
nitatum, quæ requiruntur ad fauorem minoris:quo caſu
12 talis exceptio † non habet nocere nec impedire proceſ-
ſum, niſi ſententia eſſet lata contra minorem. l. non ideo
minus.de procuratorib.& ibi notant omnes,& ratio eſt,
quia inducta ad fauorem minorum non debent redunda
re in odium.l.quod fauore. de legib.cum uulgarib.& hic
eſt unus caſus in quo iudicium claudicat,ſecundum om-
nes in d.l. non ideo minus . & ita apparet partem aduer-
ſam non poſſe iſtud opponere de iure : & ſic ex omnibus
ſupra deductis ſingulariter, & ſaltem ſimul conſideratis
oppoſitionem,& primum dubium datum contra dictum
minorem minime in aliquo ei nocere poſſe.

¶Secundò principaliter dum obijcitur per narrationem
13 factam in libello † cui ſtandum eſt.l.cum precum.de libe
rali cauſa.apparere minorem adiuiſſe hæreditatem ab in
teſtato,& petijſſe eam uti ab inteſtato ſibi debitam:& per
14 conſequens repudiaſſe ex teſtamento.l.filium † emanci-
patum.ubi Paulus, & Aretinus, de acquirenda hæredita-
te, & non poſſe obtinere ex teſtamento per pupillarem
ſubſtitutionem, cum illam repudiauerit:nec abinteſtato.
cũ ex forma ſtatuti loci a patruis excludatur : nec poteſt
dici libellum impropriandum eſſe ut contineat hæredi-
tatem ex teſtamento, ad hoc ut ſaluetur propter clauſu-
las, ius & iuſtitiá miniſtrari &c. omni melióri modo &c.
ut notatur in cap.2.de ordine cognitio.in §. omnium.in
15 ſtitu.de actionib. cum id † non procedat quando reme-
dium eſſet incompatibile,& contrarium : ut per Alex. in
conſi.121.Viſo proceſſu.in primo uol.per Deciũ in l. ubi
repugnantia.de reg.iur.& in l.edita.C.de edendo.ſed ſuc
ceſsio ex teſtamento,& ab inteſtato ſunt contraria,& in-
comparabilia,ergo &c.reſpondetur pupillum uere deceſ
ſiſſe ab inteſtato,licèt habeat ſubſtitutũ pupillarẽ, cũ nõ
16 uere ipſe fecit teſtamentum,†nec facere potuit.l.qua æta
te.de teſtamentis . & ille qui non fecit teſtamentum dicit.
ab inteſtato decedere,ut inquit tex.in l.prima,de iniuſto
& rupto teſtamen.& inſtitu. de hæreditatib. quæ ab inte-
ſtato deferun. in prin. ſed ficte dicitur feciſſe teſtamentũ,
17 † cum pater ei fecit pupillarẽ ſubſtitutionem:& illa pars
teſtamenti patris dicitur filij,& dr̃ facta ab ipſo filio : ut
plene notatur in l.patris & filij.de uulg.& pupilla. ſubſti.
& plene per modernos in §.liberis.inſtitu. de uulga.& pu
pilla.ſubſtitu.& ita ficte teſtatoris eſt, cum per alium te-
ſtamentũ fecit.l.3.§.deieciſſe.de ui & ui arma. & late per
Bartolum,& alios in l.ſi is qui pro emptore.de uſucapio-
nib.in materia fictionis, tranſlatiue de perſona ad perſo-
nam.Itaque cum in libello narretur deceſsiſſe ab inteſta-
to,ob id non excluditur pupillaris ſubſtitutio, cum illa
18 uerba † fuerunt prolata habito reſpectu ad ueritatem,
prout in dubio uerba capi debent.l.tertia. §. hæc uerba.
de negotijs geſtis.cum uulgarib. & ſtant ſimul deceſsiſſe
ab inteſtato, uere,& ficte feciſſe teſtamentum : & ita adſit
pupillaris ſubſtitutio:ergo per illa uerba defuncti ab inte
ſtato,prolata in libello,nõ uidetur excluſa pupillaris ſub
ſtitutio,cum iſta ſint compatibilia:ex quo apparent reſo
lutę obiectiones,ut narrando in libello ab inteſtato uidet̃
repudiare ex teſtamento,cum ſint incompatibilia.l.filiũ.
de acquiren. hæredita. quia illud procedit in maiore in
quo non datur teſtamentũ,ſi ipſemet non fecerit:nec po-
teſt dici uere deceſsiſſe ab inteſtato, & ficte eſſe teſtatum
& ſic in maiore teſtatum eſſe, & non eſſe,ſunt incompati
bilia:nec per modum ueritatis,& fictionis poſſunt ſaluari
19 ut notatur in d.l.filium.per omnes,& † cum ſecus ſit in pu
pillo, ergo nec ille textus, nec conſideratio facta per illũ
textum facit ad caſum noſtrum.

¶Minus quoque facit fallentia quæ habet libellum per
impropriationem non ſaluari, quando continet remedia
contraria,& incompatibilia : quia iſta in pupillo ſunt cõ
patibilia,ut demonſtraui,nõ repeto . Et hæc tantomagis
debent procedere,quia ſi animaduertantur uerba libelli,
licèt narretur ab inteſtato deceſsiſſe, non tamen dicit ex-
preſſe peto hæreditatem ab inteſtato, ſed dicit pertinere
hæreditatem ad ipſum tanquam proximiorẽ,tam ex for-
ma iuris communis quam ſtatutorum,& non dicit ex te-
ſtamento,nec ab inteſtato : & poteſt intelligi etiam ex te-
ſtamento,quia uerba conueniunt ſaltem mediate, & im-
proprie, cum in teſtamento gradus & proximioritates
20 † dentur:ut eſt textus,& ibi notatur in l.j.de uulga.& pu
pil.ibi ſecundum, & tertium gradum. inſtitu. de uulgari.
in prin.& hæreditas ex teſtamẽto dicitur ex lege,& ex for
21 ma ſtatutorum mediate † & large:ad notata in l. j.quan-
do non peten. partes . in illo articulo an hæreditas ex te-
ſtamento dicatur legitima,& econtra &c.& proſequendo
22 iſtam hæreditatem uti debitam † ex pupillari ſubſtitutio
ne dicendum eſt uerba libelli, quæ non exprimunt ex te-
ſtamento & ab inteſtato,& utrique caſui cõueniunt,intel
ligi debere ex pupillari ſubſtitutiõe.prout poſtea eſt pro-
ſecutus,cum proſequendo declarat ſuam intentionẽ pri-
23 mo propoſitam:quod quidem † ſibi licitum eſt uſque ad
ſententiam,uel uſque ad concluſionem in cauſa. l. ſi quis
intentione ambigua.de iudicijs.traditur in l.diuortio.ſo
luto mat.per Bar.Alex.Iaſonem, Decium, & communiter
omnes in d.l.edita.col.4. de edẽdo. quod intellige ut ibi
notatur : & uerba libelli debent intelligi ut conueniant
24 † proſecutioni,& menti, & ſi maxime improprientur : ut
notatur in l.j.C.de uſufructu.per Bar.late per Iaſonem in
l.ſed ſi poſſeſſori.§.ſed ſi iurauero. de iureiuran.cum ſimi
libus.& maxime propter clauſulas libelli,de quibus ſupra
& uerbum deceſsit ab inteſtato,non repugnat:per ea quę
dixi:non repeto. ¶ Pręterea dico,& ſi ſine ueri præiudicio
hæc non eſſent uera:nihilominus eum ex capitulis,& toto
proceſſu conſtet minorem petijſſe hanc hæreditatem ex
pupillari ſubſtitutione:id attendi debet,non conſiderato
eo quod in libello continetur propter clauſulam petens
iuſtitiam &c.quæ operatur quod licèt actor contraria pe
tierit,tamen habet obtinere ſuper eo in quo habet † iuſti-
25 tiam.ita conſuluit Socinus in conſi.128.In caſu. uol.j.al-
legat Innocen.Ioan.Andr.Abb.in cap.2.de ordine cogn.
& ita apparet quod licèt petierit ab inteſtato : nihilomi-
nus debet obtinere ex teſtamento ſi ius habeat,& ſi Alexã
der dixerit contrarium in d.conſi.121. uel ſaluando utrũ
que diſtinguas, aut expreſſa petitio, & uerba diſpoſitiua
libelli continent contrarium, & tunc procedat dictum
26 † Alexandri:aut uerba narratiua continent contraria. &
concluſio non eſt in indiuiduo expreſſa, licèt referendo
ad narrata uideatur certa,ut fuit hic, & tunc procedat di
ctum Socini &c.rationes omitto, cũ aliter ſit reſponſum
ad obiectum.

¶Circa tertiam difficultatem in qua dicitur teſtatorem
reſtrinxiſſe ſubſtitutionem pupillarem ad ætatem infanti
lem,ex eo quia his ſupra appellauit infantẽ,& poſtea ſub
iunxit ſi & caſu quo deceſſerit in ea ætate:& ita illa uerba
debent intelligi de ætate infantili ex quo ſupra eſt facta
27 mentio de infante, & bis, † & præcedentia declarant ſe-
quentia.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de lega.j. & maxime cũ
28 ſit geminatum uerbum infans, & † geminatio multum
operetur.l.baliſta.ad Trebellianum.l.cũ ſcimus. per Bar-
29 tolum de agricolis, & cenſi. & declaratio † potius debet
fieri ab eadem diſpoſitione quam a iure communi, cum
30 ſtatutum ambiguum † potius ab alia parte ſtatuti quam
a iure communi debeat declarari : ut per Petrum de An-
charano in conſi.93.Iſta domina.in uerſiculo,non obſtat
quod iſtud.& in conſi.424. Viſo puncto.col.fina.Deci.in
65.in 2.col.in j.uol.& teſtatorem ad eam ętatem ſe uoluiſ
ſe reſtringere colligitur ex illis uerbis, ſi & caſu quo, quæ
uerba

31 uerba ſtant reſtrictiue, & faciunt † ſub diſpoſitione non
comprehendi id quod aliàs cõprehendebatur, ut notat
Alexander, & alij in l. iam hoc iure. de uulgari, & pupill.
poſt Petrum de Ancharano in conſi. 267. ponit Socinus
conſil. 259. Viſis. in penultima col. in 2. uol. & Deci. in
conſi. 89. in tertia col. uol. j. & ita non debemus extende-
re ad aliud tempus. l. ſi ita. de uulgari. & pupilla. &c. Ad
iſta reſpondeo & præſuppono non poſſe inficari illa uer
ba in ea ætate &c. non eſſe dubia, & ambigua, ac indige-
re declaratione, & interpretatione: ut etiam fatetur do-
minus dubitans, quo ſtante dico, ut aliàs dicebam, debe
re interpretari de illa ætate in qua ſolitum, & conſuetum
eſt ſubſtitui pupillis. l. neque natales. de probationib. &
32 quia † pupillaris ſubſtitutio eſt directa, ideo late debet
33 † interpretari: ut per Iaſonem in l. j. in 2. quæſtione prin-
cipali. de uulgari & pupilla. Item quia uſque ad puberta
tem militat eadem ratio neceſſariæ, & piæ prouiſionis cõ
ceſſę a lege ipſi parenti: iuxta notata in l. 2. de uulgari, &
pupilla. nec poteſt reddi ratio cur teſtator reſtrinxerit
prouiſionem neceſſariam ad minus tempus: itaque reſtri
34 ctio uidetur indiſcreta, & ſine ratione, & nunquam † fit
interpretatio in eo caſu quo diſpoſitio redderetur irra-
tionabilis. Item iſtam fuiſſe mentem teſtantis declarãt
per teſtes, quorum aliqui ſunt inſtrumentarij, alij diſpoſi
tioni erant præſentes: qui teſtes ſaltem inducunt præſum
ptionem mentis teſtantis, & uerba dubia a præſumpta
mente debent declarari, & ex multis quæ deduxi in alia
allegatione ſup hoc articulo facta liquidiſsime conſtat
fuiſſe intentionem teſtantis intelligere ea uerba de ætate
pupillari, maxime cum uerba patiantur: & ita pro com-
perto habeo quemlibet ſane intelligentem interpretari
& præſertim doctiſsimum ac excellentiſsimum dominũ
dubitantem qui iuris tramites iudicio meo optime intel
ligit, & uerum a falſo eleganter diſcernit.
¶Nec adducta in contrarium obſtant. Et primo illum
infantem bis uocaſſe: quia fateor cum infans eſſet, pro-
pterea illa uerba demonſtratiue protuliſſe ad perſonam
non autem ad tempus ſubſtitutionis: & uerba in ea ætate
non poſſunt a præcedentibus declarari, cum ſtent per
modum relationis, & nullum uerbum ſit ſupra prolatum
ad quod referri poſsit ratione recti ſermonis, ſi recte con
ſiderentur uerba: ideo a præcedentibus uerbis iſta decla
ratio fieri non poteſt: ſi igitur ad uerbum non poteſt re-
35 ferri, minus ad id quod ſub uerbo † comprehenditur, cũ
remota relatione ad uerbum non eſt in conſideratione
ſignificatus uerbi ad rem relatiue poſitam, & caſu quo
poſſet referri, non debet, cum uerbum infans, ſupra poſi-
36 tum ſtet demonſtratiue, & † relatio non fit de iure ad de-
monſtratiue poſitum: ut per Bar. in l. ſi. §. Titia. de libera
tione legata. & Alexandrum in l. ſi idem cum eodem. de
iuriſdictione omnium iudic.
¶Item cum per talem relationem diſpoſitio fauorabilis
reſtringeretur, non debet fieri talis relatio, cum relatio nõ
37 fit † ad id quo mediante materia fauorabilis reſtringit:
ut per Alexandrum in conſ. 48. in 4. col. libro. j. & in conſi.
38 215. libro. 2. ¶Item non † fit ad illud quod eſt contra
præſumptam mentem defuncti: ut notatur in l. talis ſcrip
tura. de legat. j. quod hic eſſet, ut colligitur ex dictis te-
39 ſtium: ergo &c. Item non fit relatio, nec declaratio † col-
ligitur ex ſuperioribus ſcripturis quando reſultaret ab-
ſurdum, & diſpoſitio redderetur indiſcreta, & irrationabi
lis: ut notatur in d. l. talis ſcriptura. & in cap. ſecundo re-
quiris. de appellationib. ſed ita hic eſſet, ut ſupra demon-
ſtraui: ergo hoc caſu impoſsibile eſt & ſaltem non debẽt
illa uerba ea ætate, declarari a uerbo infans, etiam gemi-
nato ſupra poſito: & hoc caſu propter alias coniecturas,
& neceſsitatem non procedit tex. in d. l. ſi ſeruus pluriũ.
de legatis. j. & merito quia textus ibi ponit plures conie-
cturas, & præſumptiones ad declarandum uerbum ambi
40 guum, & † poſt omnes alias ponit illam de uicinis ſcrip
turis demonſtrans cæteras omnes præferri ei. Et ita re-
ſpondetur ad illa conſilia Petri de Ancharano diſpoſitio
nem potius debere declarari ab alia parte eiuſdem ſcrip-
41 turę quàm a iure cõi, quia † illud procedit qñ ſalua ratio
ne recti ſermonis poteſt fieri, nec aliquod abſurdum, & in
conueniens reſultaret, ſecus ſi iſta interuenirent: & his in-
teruenientibus non loquitur Petrus, nec loqui poteſt: &
ſtante iſta declaratione ad illa uerba ea ætate, ex rationi-
bus ſupra deductis illa obiectio de dictione tunc, & eo ca
ſu quæ ſtant reſtrictiue retorquentur: nam fateor per illã
dictionem reſtringi diſpoſitionẽ, ſed diſpoſitio intelligit
de ætate pupillari: ergo reſtringitur ad ætatem pupillarẽ.
¶Nec etiam obſtat dictum Oldradi in conſi. 21. Thema.
42 & Abb. in conſi. 140. in j. libro. dum dicunt, † de inſtituto
non dicit nec nos dicere debemus, quia in hoc caſu inſti-
tutio recte intellecta id dicit. ¶Præterea non ita ſupine
intelligitur illud dictum, ſed debet limitari, qñ ratio, &
mens teſtatoris aliud dictaret, quia tunc non ſolum diſ-
poſitio habet locum in caſu, quem uerba non cõprehen-
43 dunt, † ſed in caſu cui uerba repugnant, & ideo ſubſtitu-
tio uulgaris comprehendit pupillarem, ſeu extenditur ad
eam, licèt uerba penitus repugnent, cum una uerbis nega
tiuis, alia affirmatiuis fiat: ut plene notatur in l. j. & in l.
iam hoc iure, de uulga. & pupilla. ſed hic adeſt ratio eadẽ
& præſumptio mentis, ut dixi, ergo &c. ¶Nec obſtat in
44 dubio debere fieri ſpecialem relationem, quia uerum † eſt
qñ poteſt, & non reſultant inconuenientia, de quibus ſu-
pra. ¶Secũdò dico, & ſi intelligatur de ætate pupillari ſit
ſpecialis relatio ad pupillarem. Item ne poſsit dici magis
ſpecialis relatio ad tempus ſeptennij quàm ad tempus de
cimi quarti anni, ſed uerum eſt tempus decimiquarti an
ni magis conſuetum eſſe, & ideo magis debere capi.
¶Et ex ſupra deductis apparet. l. ſi quis ita. non facere ad
caſum noſtrum, cum in caſu noſtro intelligitur de pupil-
lari ætate. & licèt aliqua adducantur in ꝯrium ſuper hoc
textu, tñ cum ſint illamet de quibus ſupra, & quibus ſigil
latim eſt reſponſum non repetam: & iſtud eo magis eſſe
debet cum hanc intelligentiam ad illa uerba in ea ætate
fuiſſe de mente teſtantis, & non fuiſſe declarata per nota
rium probatur per teſtes examinatos, qui ſatis probant
errorem, uel mentis teſtantis declarationem ſeu præſum
ptionem, maxime cum ſumus in teſtamento condito in-
45 ter liberos in † quo ſufficiunt duo teſtes: ut in terminis
uoluit Baldus, Riminaldus, & moderni in l. ſi. C. de bono-
rum poſſeſſ. ſecundum tabulas. & per Alex. in conſi. 140.
col. j. uol. j. & maxime quando agitur de probanda tacita
uoluntate: ut per Riminal. in dicto loco: & omnibus iſtis
concurrentibus caſus redditur clariſsimus.
¶Nec obſtat cum deponant teſtatorem uoluiſſe ſi dece-
deret ſine filijs minor ſuccederet: & iſta uerba uidentur ſi
gnare compendioſam cum non conueniant pupillari: ut
notatur in l. centurio. de uulga. & pupil. ſubſtitu. & ita re
46 pugnant uoluntati teſtatoris: & tunc † requiritur fuiſſe
probatum teſtes eſſe omni exceptione maiores: quod nõ
fuit hic, quia aduertendum eſt.
¶Nam illud dictum non eſt ſimpliciter uerum, & ſi eſſet
uerum cum non intendo nunc de eo diſputare, dico non
facere ad caſum noſtrum: quia in caſu noſtro non eſt ex-
preſſa in indiuiduo ætas infantilis, & non ſunt uerba con
cepta, ita ut excludant ſenſum ſupra traditum: uel ſaltem
excludant præſumptam mentem teſtantis: & extenſionẽ
ex ueriſimili mente, quæ non ſolum per teſtes deponẽtes,
ſed per infinitas coniecturas extenditur ad alium caſum,
ac declaratur. adducta in ꝯrium, ſi recte ſpectentur, proce
dunt quando teſtes uolunt redarguere inſtrumentum de
falſo, uel impugnare intendunt, non autem declarare, uel
47 uoluntatem teſtantis † ex uerbis prolatis per eum exten
dere: & in hoc non me extendo, cum res non habeat con-
tradictores, ſi recte intelligatur: quę probationes, & decla
rationes in hoc caſu facilius debent admitti, cum ſumus
in teſtõ cõdito inter liberos: iuxta ea quæ diximus in pri-
ma allegatione. ¶Nec obſtat cum ſint inæqualiter inſti-
tuti, & filia eſt pręterita, cum non habuit titulo inſtitutio
nis ut eſt neceſſarium de iure. §. aliud quoque capitulum
48 † in anthen. ut cum de appellatio. cognoſca. quibus † ca-
49 ſibus diſpoſitio, §. ex imperfecto. l. hac conſultiſsima. C.
de teſtamen. ceſſat, ſecundum Baldum, Ange. & Paul. de
Caſtro ibi: & Roma. in conſilio 385. per Decium in conſi.
105. in fine.

105.in fi. quia reſpondetur ex quo ſubſtituta eſt illa quæ
eſt in minori portione inſtituta: & contentat̃ de teſtamen
to,& de æqualitate ſeruata:ideo priuilegia dicti. §.ex im
perfecto. quæ ceſſabant ad eius fauorem, cum non erat
50 æqualiter inſtituta non debent † ceſſare,cum ipſa conten
tetur:& ut priuilegia non ceſſent tendit ad ſui utilitatem
aliàs inducta ad fauorem redundarent in odium:contra,
l.quod fauore.de legib.cum uulgarib.& ita in cauſa ma-
ximi ponderis in hac ciuitate ſcripſi,& multa quæ non re
fero: & omnes fere doctores huius ſtudij ſe ſubſcripſerũt
& ita fuit iudicatum,cum in hoc caſu ceſſent rationes do
ctorum limitãtium dictĩ.§.ex imperfecto. ꝙ in hoc caſu
tãto magis eſſe debet,cũ dicta filia ſit inſtituta in illa par
te quam abinteſtato habitura eſſet:cum ex forma ſtatuto
rum loci ſtante fratre ſolum debebat congruenta dotari
ꝙ fuit factũ in teſtamento. Quibus ſtantibus militat diſ-
poſitio.§.ex imperfecto.ſcilicet quia ſunt inſtituti ueniẽ
tes ab inteſtato,& eo modo quo uenirent, & doctores li-
mitantes.§.ex imperfecto, quando eſſent inæqualiter in-
51 ſtituti fundant ſe in hoc, † quia non ſunt inſtituti eo mo-
do quo uenirent ab inteſtato : ergo in ſui ratione uolunt
ubicunque eſſent inſtituti in ea parte quam ab inteſtato
haberent,dictum.§.habere locum,ſed ita eſt hic : ergo ex
mẽte omnium etiam limitantium dictus. §.uendicat ſibi
locum in caſu noſtro propter illud ſtatutũ,propter quod
etiam reſpondetur ad illud de præteritione. Nam per ſta
52 tutum deſijt † eſſe ſua,ideo potuit impune præteriri,cum
præteritio habeatur pro exhæredatione:ut per Bart.in l.j.
§.ſciendum.de ſuis,& legiti.& per Alex. Socin. & alios in
l.ſi filius qui patri.de uulgar.& pupilla.per Deciũ,& om-
nes moder.in l.qui ſe patris.nu.7.C.unde libe.ubi ad hoc
plura conſilia,& doctrinę allegantur, non tranſcribo:ſed
dato ꝙ non eſſemus inter liberos , & ubi ↄcurrerent pri-
uilegia.§.ex imperfecto.quantum ad declarandam uolũ-
tatem,& præſumptam mentem,& extendendũ uoluntatẽ
53 † ſufficiunt teſtes ſupra conſiderati:ad abundanter tradi
ta in l.ſi.de bonorum poſſeſsione ſm tabulas. ¶Vltimò
non põt negari quin hi patrui ſint excludendi per. l.ſciãt.
C.de legiti. hæredib. per quam legem pro cõperto habeo
& ſi nihil aliud allegaretur dominum meum pronuncia-
re debere ꝯ dictos patruos. ¶Nec obſtat id eſſe fundamẽ
54 tum dictæ filiæ,& non probaſſe:& ſuper eo non poſſe † ſe
fundare cum inpugnauit.cap.ex eo. de reg.iur. in 6.quo-
niam reſpondet immò eſſe fundamentum partis aduerſæ
& per eam ut hæreditatem conſequatur debere probari
55 † ſe adimpleuiſſe ea quę erant a ſe de neceſsitate adimple
da:ut notatur in l.Iulianus.§.offerri.de actio. empti.l.ab
ea.de probationib.cum uulgarib. immo & ſi eſſet funda-
mentum intentionis dictæ Anaſtaſiæ cum ſit præſumptio
pro ea quia petere tutorem eſt facti , & facta non præſu-
muntur.l.in bello.§. factæ. de captiuis & poſtlimi. reuer.
56 ſequitur † transferendũ eſſe onus probandi in aduerſam
partem gl.Sali.& omnes in l.actor. C.de probationib.fa-
cit.l.quintus,de donationib.inter uirum & uxo.ubi nota
tur præſumptionem transferre onus probandi in aduer-
ſarium : ergo &c.& in hoc ſe fundat dicta filia,ſcilicet nõ
probaſſe patruos ſe adimpleuiſſe,quæ erant neceſſaria ad
ſuam intẽtionem: & id non fuiſſe adimpletum nunquam
impugnauit:ſed ſuper hoc non inſiſto, cum dominus iu-
dex habet cognoſcere puram ueritatem , & uidere an in
effectu petierint tutorem necne:& ſi non petierint eos re
pellere. ¶Non obſtat patruos non eſſe in culpa, cum pri-
mo uſque ad ſeptennium non tenebant,poſt ſeptennium
dubitabant an ſubſtitutio duraret. Item ignorabant illũ
57 exceſsiſſe ſeptennium , & ita non ſunt in culpa,† & tẽpus
58 eis non currit:ſm Paul.de Caſt.in d.l.ſciant. quia † rñdẽt
patruos ignoraſſe nepotem ſimul habitantẽ exceſsiſſe ſe-
ptennium non admitti a iure:ad notata in l. octaui. ff.un
de cognati & tradit in l.j.ſi cer.pet.& in l.j.qui admitti.p
modernos:& maxime in tãto exceſſu, ſcilicet a ſeptennio
uſque ad undecim annos:ad notata in l. de ætate . de mi-
norib. Nec poteſt dici eos dubitaſſe an ſubſtitutio dura-
ret:quia ex ſequentibus actibus apparet eos habuiſſe pro
firmo non durare,cũ bona uti propria tenuerunt, nec ui-
deri fecerũt an ad neptem minorẽ gubernatam per ipſos
pertinerent:& ut dicũt doctores in l.iuris.C.qui admitti.
59 ¶Nam non excuſatur † quis in caſu iuris, maxime ſi nõ
conſuluerit peritiores ubi eorum aderat copia,cum ſicut
60 ruſtici † eunt ad nemus pro lignis, & fœminæ ad eccleſiã
pro indulgentijs,ita debent ire ad peritos pro conſilijs,ut
ibi late,cum uulgaribus. ¶Ad ultimum in quo dr̃ ex quo
ſubſtituta non petijt intra annum ipſa priuatur, & ad fiſ-
cum pertinet : & ipſa commiſit in legem nõ poteſt alium
de eodem delicto improperare:quia unico uerbo reſpon
61 detur,cum iſta Anaſtaſia erat minor,ut patet ex † cura:&
ſi non petijt non priuatur,nec ad fiſcum pertinet.ita Bar.
in quæſtione ſua incip. pupillus, & Salic. & omnes in d.l.
ſciant.per tex.in l.2.§.mater.ad ſenatuſcon. Tertullia. cũ
ſimilib.ex quibus apparet remanere firmum fundamen-
tum.l.ſciant. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus . Bononienſis.

SVMMARIVM.

1 *Modicitas pretij, & pactum de retrouendendo arguunt contractum uſurarium,ſecundum unam opinionem.*

2 *Contractus ad hoc ut ſit uſurarius tria requiruntur , ſcilicet pactum de retrouendendo,modicitas pretij , & quod contrahens fuerit ſolitus fœnerari, uel quod adſit alia urgens præſumptio; ſecundum magis communem.*

3 *Iuramentum in ſupplementum probationis ad probandum contrahentem ſolitum eſſe fœnerari non defertur,quamuis modicitatem pretij , & pactum de retrouendendo , agens plene probaſſet.*

4 *Modicitas pretij qualiter conſideretur ad probandum contractũ eſſe uſurarium.*

5 *Pactum ſeu onus retrouendendi pars pretij eſſe reputatur.*

6 *Modicitas pretij parua non ſufficit ad conuincendum contractũ eſſe uſurarium.*

7 *Pactum de retrouendendo,& modicitas pretij non arguunt contractum uſurarium, quando uẽditor publice proponi fecerat rẽ eſſe uenalem,& alium non reperit emptorem.*

8 *Remedium.l.ſi.C.de reſcin.uendi.an excludatur propter rei uenditæ ſubhaſtationem.*

9 *Res tantum ualet quantum uendi poteſt.*

10 *Res non præſumitur plus ualere quàm fuerit uendita, quando uẽditor propoſuerat eam eſſe uenalem,nec maius pretium reperire potuit.*

11 *Præſumptio una tollit aliam.*

12 *Contractus in dubio non præſumitur uſurarius.*

13 *Simulatio non præſumitur.*

14 *Coniectura inſurgens ex uicinitate emptoris multum operatur ad excluſionem fraudis,& uſurarium.*

15 *Venditor an poſsit facultatem redimendi fundum uenditum a ſe cum pacto retrouendendi,alteri concedere.*

RESPONSVM CLVII.

¶An modicitas pretij cum pacto de retrouendendo reddant contractum uſurarium : & an uenditor poſsit alteri cedere ius redimendi fundum uenditum a ſe cum pactore trouendendi.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Cum ea
quæ mihi propoſita ſunt licet a doctoribus
uario modo tractent̃, nihilominus trita ſint
& quotidiana,& tempus inſtat, abſque ratio
num,& legum diſcuſsione per authoritates procedendo,
ut deſiderat dominus iudex,breuibus me explicabo.¶Et
circa primum , & ſi determinandum eſſe uideatur ꝯctum
1 uſurarium eſſe, quoniam † modicitas pretij adeſt, & pa-
ctum de retrouendendo, quæ duo arguunt contractũ uſu
rarium:ut per Abb.in c.ad noſtram.col.ſi.de empt.& uen
ditio.ubi Imola,& Antonius de Butrio, & Abb. in conſi.
66.In præſenti conſultatione.libro.j. columna. 2. ubi ait
ita communiter teneri:& Alexander in conſilio.46.Circa
præſentis

præſentis conſilij materiam colum.1.libro.3. ubi ait hāc eſſe magis communem opinionem.& Dec. in conſil.167. allegat plures alios ſententes hanc opinionem, ubi uidere licet,& ultra allegatos per eum addo Ioannē de Ana. in c.conqueſtus.in 3.colum. de uſuris. Barbat. conſil.8. uolumine.4.Guid.Pape quæſtione. 416. ubi ait ſe pluries ita uidiſſe iudicari, & ſeruari.idem tenuit Ferratius cautella.17.& latè per modernos Hiſpanos repetentes in dicto cap. ad noſtram. & pluries conſultum uidi per ſolennes doctores,licèt noluerim in illis cauſis conſulere, nec me ſubſcribere : ex quibus & pluribus alijs authoritatib. quas ex induſtria prætermitto, uidetur hanc eſſe communem opinionem,& ab ea recedendum non eſſe.

¶Quibus non obſtantibus dico contrariam partē uerio
2 rem eſſe,ac magis communem, & ad hoc ut † contractus ſit uſurarius tria requiri,pactum de retrouendendo, modicitatem pretij. & contrahentem ſolitum fœnerari, uel aliam urgentem præſumptionem. Nam eam tenent Iacobus de Aretio, Cynus, Salic.in l. emptione.C. plus ualere quod agi.Hoſtien.in ſumma de emptione & uenditio. §. qualiter reſcindat.uerſi.ult. Lauren. in c.conſuluit. quæſtione.60.de uſuris.& plures alios : allegat Barth. ueron. in tractatu ſimul.in char.antepen. ubi latè examinat hūc articulum, & omnibus adductis pro contraria parte reſpondet.ponit Alex.in conſi.120. Sine diſputatione. col. fi.& in conſil.119.Viſo proceſſu.lib.4.ubi atteſtatur hanc ſecundam partem eſſe communē. & Soci.conſil. 248. ubi dicit hanc opinionem ueram eſſe, & magis communem. & Dec.qui prædictos ſequitur in d.conſil.197. dicit hanc ſecundam partem eſſe ueram, & non primam, licèt eam diſputare non uelit,& ultra eum uideatur Socinus in cōſil.155.colu. fi.& Seueri. in repetitione. l. admonendi.de iureiuran.qui tenent iſtam partem,& plures alios refert,
3 & plus uoluit quod † plene probatis his duobus, ſcilicet modicitate pretij,& pacto de retrouendendo : quantum ad tertiū quod ſolitus ſit fœnerari nō deferatur iurm in ſupplementum probationis : & Iaſon uidetur approbare hanc opinionē, ſm aliquos conſulentes, quos aliàs uidi in l.quoties.C.de iudic.col.1.& idem uoluit Deci. in cōſil.308.& Corn.in conſil.224.uol.1. & conſil.241. & 347. eodem uolumi. in quibus atteſtatur hanc eſſe communē opinionem, & melius in duobus primis conſilijs quam in ultimo,& in quadam ſubſcriptione ultimi,quæ eſt cōſilium Baldi, quod incipit, Hunc paſſum tangit & determinat Archidiaconus.ubi Bald. refert Archid. Innocen. Rayne.tenere hanc partem, & dicit eſſe communem:& illud conſilium allegat etiam idē Cor.in d.conſil.224.& allegat Pau.de Caſtro in conſi.326.incipiente, In cauſa mota per dominam.quod conſilium eſt in nume.330. in libro meo.& Petrus de Peruſ.Cardina.Florenti.in dicto c. ad noſtram.& Petrus.de Anch.in conſi.254. incipien. Ex ordine cōtractuum.& plures alios refert. eandem opinionem tenuerunt nonnulli in l.ij. C. de pactis inter emp.& uendito. præſertim moderni Bononienſes, dominus Ludoui.Gozad.& probatur iſta opinio neceſſario, cum dependeat tantum a duobus iurib.a cap. ad noſtram.& a dicto c.illo uos.& in illis conſtat quod alia concurrebant: quia erat actum quod fructus cōputentur in ſortem, qđ ultra ſummam receptam ſexaginta ſolidi ſolui debeant, & latius illam cōprobaui aliàs diſputādo de ueritate, qđ in præſenti non eſt neceſſarium, nec a me id exigit maxime cū in hoc caſu iſti qui conſiderant modicitatē pretij, conſiderant illā ſm uerum rei ualorem, & eo mō eſt mo-
4 dicitas cōſiderabilis,ſed errant, quia non†debet hoc mō conſiderari, ſed debet æſtimari habita rōne ad onus re-
5 trouendendi:& conſidero illo † quod eſt pars pretij.l.fundi partem.de ꝯhenda emptio.tractari de ualore.ita Abb. in c.in aliquib.in 2.notabi.de deci.& Soc.in d.conſi.248. & Deci.in d.ꝯſ.167. colum. 2.& nonnulli alij ſupra allegati, ſed conſiderato hoc onere modicitas pretij eſt parua,& fere nō ꝯſiderabilis, quo caſu opinio pcedens abſq; difficultate vr̃ procedere,cum Barba. & moderni Hiſpani,& Abbas,& multi alij tenentes contrariam partem dicunt non ſufficere quamlibet modicitatem pretij, ſed re-
6 quiri pretium † eſſe ualde tenue, cum licitum ſit inter cō trahentes ſe decipere:ſequitur Deci.in d.conſi. 167. col. 2.& Roma.in conſi.304.Plura ſunt.in principio, & alios allegat, ut per eum:& ita non ſumus proprie in terminis conſilij doctorum,cum modicitas pretij non ſit conſiderabilis habita ratione ad onus retrouendendi in æſtimatione ualoris, prout haberi debet. ¶Nec etiam optime probatum fuit hunc fuiſſe uſurarium,uideantur acta, ſuper his inſiſtere non intendo : addo etiam in hoc caſu capitulatum fuiſſe, ac probatum hunc uenditorem plures ac plures requiſiuiſſe ut illā reemerent , & proxenetis commiſiſſe ut inuenirent emptores, qui habētes ſchedulam in qua erat deſcriptus fundus cū cōfinib. & ꝑtio, ac onere reemendi in plateis exiſtentes,paſsim omnibus oſtendebant, ac illos inuitabant ut emerent : & fere per duos menſes hanc rem tractauerunt, & neminē inuenerunt ꝑter hunc emptorē, qui emit potius rōne uicinita-
7 tis,& amicitiæ,quàm alia rōne:† quib.concurrentib. dico nos eſſe extra terminos doctorū,cū ex qualitate uenditionis, & tractatus ꝯſtat nullam fraudē adfuiſſe : argō eorū quæ ponit Bar.per illum textum.in l.j.C.de pd.cur. lib.10.& per Paul.in l.ꝑtia rerū.ff.ad legē Falc. in limitationib.Bald.Ang.& Ioannes de Plat.in d.l.j. C. de pd. curia.Angel. in l. ſi quos. C. de reſcindenda uenditio. dum
8 uolunt † quod propter ſubhaſtationem rei excludatur uenditor a remedio.l.ij.C.de reſcinden. uenditio.qm̃ ex quo palam propoſuit ſe uenditurum,& rē uenal ē expoſuit non præſumitur qđ pluris ualuerit, nec potuerit uē
9 di q̃ ſit uendita,& facit quia † res tm̃ ualet quantū uendi poteſt.l.mortis cā capimus.§.fi.ff.de donationibus.cau. mort.Abb.in c.cū dilecti. de emptio. & uendi. ubi ēt tenet opinionem prædictam.& licèt idē Abb.in c.cum cauſam.eodem.tit.& ipſemet Bar.ſibi contrarius in l.j.C. de ꝓſcrip.30.annorum.Imo.Paul.in concluſione.& Alexan. in l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.teneant cōtrarium, & uelint quod non obſtante ſubhaſtatione, & quod plus eſt decreto iudicis,remedium dictæ. l.ij. locum habere : de quorū controuerſiæ ueritate non diſcutio, nihilominus oēs fatenē propter ſubhaſtationē,ita iudicandū,& pſumendū eſſe,niſi contrarium euidentiſsimè probet, ita in propoſito noſtro,cū res fuit uenalis eo mō quo dixi,
10 eſt præſumendum,& † iudicandum quod plus non ualebat,ſaltem ꝑp onus pacti de retrouendendo. Item pſumendum eſt, qđ iſte emptor in fraudem uſurarum hunc ꝯtractum non fecerit,nec pactum iſtud appoſitum fuerit,cū publice,& palam omnibus fuit expoſitum, & iſte emerit pro illo maiori pretio,quod nullus præbere uoluit,adeo quod ſi quæ præſumptiones uſurariæ prauitatis in huiuſcemodi conuentionib. a lege inducantur, per iſtas præ
11 ſumptiones ꝯrias debent tolli, cū una † præſumptio tollat aliā.l.cū de indebito.de probationib.l.diuus. de in integrum reſtitut. & maxime ſpecialis tollit generalē, & iſta uideat ſpecialior,cū plures ſint uenditiones, cū pactis pdictis quæ eo mō non tractantur,uel ſaltem illis pſumptionibus multum detrahitur ꝑp iſtas, adeo qđ cū hincinde ſint pſumptiones, ſaltē res reddit dubia, & in
12 † dubio contractus uſurarius non præſumitur, ſed celebrari bona fide ac ſine fraude præſertim uſurarum. Bal. in rub.de offic.iudic.colum.8.Alex.conſil.120.colum.2. lib.2.& latè per mod.poſt Bal.& alios in l.rogaſti.§. ſi ti
13 bi.ſi cert.pet.& † quia ſimulatio non præſumitur. l.quis. C.ſi quis alteri uel ſibi.ubi Bald.& alij no.& in l.cum pcibus.C.de probatio. adeſt etiam illa ꝯiectura uicinitatis,
14 quæ multum † operatur ad excluſionē fraudis,& uſurarum:& ea rōne potius præſumatur emptum, cum uicini facilius inducuntur ad emendū q̃ alij, & regulariter, & a communiter accidentib.emunt ut habeant, & ſuis pdijs uicinis coniungant, q̃ qđ fictum contractum celebrent, & ualidum eſt argumentum a communiter accidentib. l.certe.de pca.l.certi cōdictio.§.ſi nummos. ff. ſi cer.pet. & hac ratione uicinitatis a lege, & ſtatutis multa inducunē,& præſertim a ſtatuto noſtro Bononienſi,qui in certo caſu cogit uicinū uendere uicino:ut p eū,& per Rom. in conſilio.484. ex quibus omnibus ſimul coniunctis

res ſatis clara eſſe uidetur. ¶Circa ſecundum quo quæ-
15 ritur, an iſte † uenditor, cum non poſsit uel non uelit reemere potuerit illam facultatem reemendi alteri concedere, prout conceſsit. d. Hannibali de Gozadinis ſuo quoque uicino, & licèt uidebatur non potuiſſe per dictū Ang. in terminis poſt Cynum, Bal. & Salic. ibi, in l. ad officium. C. cōmuni diuidund. ubi inquit hanc facultatem reemendi alteri cedi non poſſe. Quibus non obſtantibus dico magis communem opinionem eſſe in contrarium, & omiſsis rationibus, ac diſputationibus, ut pollicitus ſum allego aliquas authoritates pro iſta parte, quod cedi poſsit. Roma. in l. j. in fi. de noui operis nuncia. Paul. de Caſtr. conſil. 45. Videtur dicendum. quod dictus Chriſtophorus, quem ſimpliciter ſequitur Iaſ. in dicta. l. j. §. fina. de noui oper. nuncia. & latè ſcribit Barba. qui plura allegat in conſil. 52. chart. 6. lib. 1. & Decius in conſil. 164. in fin. & ſequūtur moderni prędicti in dicta. l. ij. C. de pactis inter emptorem & uendito. licèt de nonnullis authoritatibus ſupra allegatis non fecerint mentionem, & id maxime in caſu noſtro locum habere debet propter uerba multum prægnantia ipſius contractus circa hanc facultatem reemendi, quæ ſpecialiter non pondero propter eorum claritatem. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Error in filiatione uitiat diſpoſitionem.*
2 *Filius natus ex coniugata, cum qua alius præter maritum rem habuit præſumitur filius mariti, & non adulteri.*
3 *Fallit ſi maritus fuerit abſens per annum.*
4 *Probatio abſentiæ mariti ad eum ſpectat, qui ſe fundat in ea.*
5 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſam partem.*
6 *Filiatio per eum probari debet, qui ſe filium eius aſſerit cuius petit bona.*
7 *Nominatio, educatio, ac tractatus, non probant filiationem in præiudicium tertij uolentis ſuccedere.*
8 *Item non probant, quando nominatus petit aliquid tanquam filius, & eius fundamentum eſt filiatio.*
9 *Item non probant, quando illa filiatio eſt reprobata a lege.*
10 *Verba hæc priuilegij, cum ratione moderantia, & diſcretione, ſignant cognitionem cauſæ.*
11 *Illud dicitur cum moderantia & honeſtate, quod ſi non fiat maius malum eueniet.*
12 *Cauſæ cognitio proprie dicitur citata parte.*
13 *Comites qui morantur ad latus pontificis, ſunt illuſtres.*
14 *Diſpoſitio loquens in caſu uero habet locum in caſu ficto ad conſeruationem iuris communis.*
15 *Verba impropriantur ut minus derogetur iuri communi.*
16 *Priuilegia ſunt ſuſpecta, quando ſunt contra illud quod per principem concedi ſolet.*
17 *Habens poteſtatem legitimandi, perinde ac ſi eſſet ex uero & legitimo matrimonio natus, non poteſt legitimare aliquem natum ex muliere, cum qua tempore conceptionis non poterat eſſe matrimonium.*
18 *Fictio non poteſt magis operari in caſu ficto, quàm poſsit ueritas in caſu uero.*
19 *Fictio inductiua qualiter ſuſtineatur.*
20 *Priuilegium debet interpretari ut minus deroget iuri communi quàm ſit poſsibile.*
21 *Etiam ſi ex hoc redderetur ſuperfluum in aliquo capitulo, dummodo in alijs operetur.*
22 *Statutum contra ius commune debet reſtringi etiam ſi ſit ſuperfluum in pluribus capitulis, dummodo in uno aliquid operetur.*
23 *Priuilegium debet reduci ad terminos iuris communis etiam ſi uerba eius nihil operentur, quando agitur de præiudicio tertij.*
24 *Legitimatio facta non citata parte non ualet, ſeu non præiudicat non citatis.*
25 *Verba hæc, citata parte, & non citata, debent intelligi quando comes habuerit perfectam cognitionem iurium partis.*
26 *Princeps an poſsit remittere citationem partis requiſitam in legitimatione.*
27 *Legitimatus non præiudicat ſubſtitutis, quando ſunt uocati in caſu quo non adſint nati de legitimo toro.*
28 *Legitimans non intendit præiudicare perſonæ quæ ſibi narrata non fuit.*
29 *Legitimans licet de plenitudine poteſtatis, excludat ſubſtitutum, intelligitur de ſubſtituto de quo fuit facta mentio.*
30 *Clauſulæ de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia motu proprio &c. nihil operantur in præiudicium tertij, quo legitimatus non fuit certificatus.*
31 *Legitimans in dubio non uidetur uelle præiudicare ſubſtitutis.*
32 *Clauſulæ de quibus ſupra non operantur contra præſumptam mentem concedentis.*
33 *Cauſa legitimationis debet eſſe rationabilis, & ſpecialis.*
34 *Cauſa conſeruationis, agnationis, & quia filius nihil peccauit &c. non ſufficit ad ualiditatem legitimationis.*

RESPONSVM CLVIII.

¶An & quando ualeat legitimatio, ita ut præiudicet ſubſtitutis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Difficultas præſentis cauſæ magnificorum nobiliū fratrum. D. D. Lactātij ſenatoris, Iulij, & Herculis, equitum de Felicinis conſiſtit, an ualeat legitimatio ita ut præiudicet ſubſtitutis, & omiſsis allegationib. ad partes propter breuitatem temporis, dico de iure non ualere pluribus medijs concurrentibus. ¶Et primo ex defectu uoluntatis ipſius aſſerti patris domini Ludouici, qui petijt eum legitimari tanquam ſuum filium, & ſic filiatio fuit cauſa finalis petitionis legitimationis, ac inſtitutionis de eo factæ, ſed iuris præſumptione errauit in hac filiatione, ergo tanquam erronea reddi-
1 tur nulla, cum error in † filiatione diſpoſitionem uitiat. l. ſi pater. l. nec apud. de hæredib. inſtituen. per Pau. de Ca. & docto. in l. eam quam. C. de fideicomiſ. & quod uitiet legitimationem ponit Dec. in conſi. 288. & 657. ergo &c. quod autem iuris præſumptione errauerit probatur dum
2 ipſe fatetur natum fuiſſe ex coniugata: nam iuris † præſumptio eſt, ut ſi filius naſcitur ex coniugata, cum qua alius ſæpe, ac ſæpius rem habuit, ſit filius ipſius mariti, & non adulteri. l. miles. §. defuncto. de adulte. per Alexan. in conſi. 157. Circa primum. uolumi. 5. in 2. dubio. & Barba. in conſi. 17. & Deci. in conſil. 657. & per Iaſ. in conſil. 102. uol. 4. ergo cum dominus Ludouicus habuit conſuetudinem cum muliere coniugata, & credit natum ex ea filium ſuum, & ut filium uoluit legitimari iuris præſumptione, errauit in iſta filiatione, & per ꝯńs tanq̃ erronea in cā finali eſt nulla, & nō habet impedire ſubſtitutū; & ſi dicat aliquo caſu pōt eſſe filius adulteri, ut ſi maritus
3 † fuit abſens per anniū: ut per Caprā in cōſi. 2. dico aduerſe parti incumbere onus probandi, cū ſit fundamentum
4 ſuæ † intentionis. l. eū actū. de nego. geſt. l. ei qui. de probationib. plene tradit in rub. qui admi. per Barb. & mod.
5 præſertim cū p̄ſumptio transfert onus probandi † in aduerſam partē: ut no. in l. ſiue poſsidetis. de probationib. & in regula, in pari. de reg. iur. cum uulgarib. & maxime cum ſit iuris p̄ſumptio & firmiſsima, & facit ꝙ dicit Iaſ. poſt Ang. in l. neq; profeſsio. C. de hæredib. inſtituend. &
6 Dec. in conſi. 54. in princ. ubi † uolunt uerā filiationē eſſe probandā p eū qui ſe aſſerit filium, cū uult bona alicuius tanq̃ filius, ergo iſte debet omnino probare, cū defectus incumbentiæ partis aduerſę debet impedire ſubſtitutū. ¶Nec obſtat illud de quaſi poſſeſsionis filiationis p̄batæ per nominationē, educationē, & tractatum, qm̄ hmōi
7 actus † non probant filiationē quantū ad p̄iudiciū tertij uolentis ſuccedere: ſm Iaſ. in conſi. 106. Spectabilis. col. 1. uol. 1. ubi iſtud probat dicit eſſe notabile, ergo nihil ad p̄-
8 iudiciū ſubſtitutorū. ¶Secundo non † probant quando nominatus petit aliquid tanq̃ filius, & fundamentum eſt filiatio ut hic fuit, prout dicit Feli. in c. p tuas. de probationib. in 4. col. uerſi. 2. reſtringitur. poſt Hoſtien. in c. illud. de præſump. ſequitur Iaſ. in conſi. 102. col. 2.

¶Tertio

9 ¶Tertio reſpondeo, & notabiliter † non probare quan-
do filiatio eſt reprobata a lege, ut quia ſit natus ex illis in
ter quos non poterat conſiſtere matrimonium, cum erāt
uxorati, ita Ang. in conſi. 191. Super puncto: quod dictū
dicit eſſe uerum, & ſequitur Iaſ. in d. conſil. 102. uolu. 4.
ſed & dominus Ludouicus, & mater legitimati erant
coniugati, ergo iſta filiatio tanquam reprobata a lege nō
probatur ex nominatione, & tractatu, licet aliàs huiuſ-
modi actus ſufficiant ad probationem filiationis.

¶Secundo non ualet iſta legitimatio ex defectu poteſta
tis legitimantis, cum in ſuo priuilegio dicatur ut non de
beat legitimari, niſi cum ratione, moderantia, & diſcre-
10 tione: q̄ uerba † ſignāt cognitionē cauſæ. l. ſi quis emptio
nis. §. quis. C. de pr̨ſcrip. 30. uel 40. anno. & illud dicitur
11 cum moderantia, & † honeſtate quod ſi non fiat, maius
malum eueniet. 15. diſt. in ſumma. c. 1. Felin. in c. quæ in
eccleſiarū colū. de conſtitutioni. ſed hic iſta non interue-
12 nerunt, cū proprie cognitio † cauſæ dicatur citata par-
te. l. quod ſi minor. §. fin. de minorib. quæ hic non inter-
uenit, nec maius malum eueniſſet ſi legitimatus nō fuiſ-
ſet, immo fuit cauſa mali maximi hæc legitimatio, ut la-
te in petitione deductum, ac probatum fuiſſe dicitur.

¶Item quia non habet poteſtatem legitimandi filios co
mitum, aut illuſtrium perſonarum, ſed dominus Ludoui
cus erat comes, ut dicitur in eius teſtamēto, ſiue illuſtris,
13 cum † erat aggregatus conſortio comitum morantium
lateri pontificis: iuxta tex. l. j. C. de præpo. lab. cum ſimil.
traditis in l. j. de officio eius cui manda. eſt iuriſd. nec po
14 teſt dici quod non erat uerus comes, q̄m † diſpō loquēs
in caſu uero habet locum in caſu ficto ad conſeruationē
iuris communis, & ut minus derogetur iuri communi
15 uerba † impropriantur: ut no. in c. Rodulphus. de reſcri-
16 ptis. maxime cū dicta priuilegia ſint ſuſpecta, cū ſint † cō
tra illud quod ſolet per principem concedi: ut per Curt.
in conſil. 17. & in conſi. 18. Itē late ſumpto uocabulo ue
nit: argumen. l. filium habeo. ad Macedo.

17 ¶Præterea † quando quis habet poteſtatem legitiman
di, perinde ac ſi eſſet uere ex legitimo matrimonio natus
non poteſt legitimare aliquem natum ex muliere, cum
qua tempore conceptionis non poterat eſſe matrimo-
18 nium, cum fictio non † poſſit operari in caſu ficto ma-
gis quàm poſſit ueritas in caſu uero. l. filio quem pater.
de liberis & poſthu. cum ibi plene cumulatis per doc. pr̨
cipue Iaſ. ſed non potuiſſet inter illos eſſe uerum matri-
19 monium, ergo non pot fingi, & licèt fictio inductiua ſu-
ſtineatur, mutatis quibuſdam terminis: ut licèt mortuus
fingatur uiuere. l. qui in bello. de excuſa. tuto. additis ta-
men aliquibus terminis, quod poſſibile eſſet, ut alius ho
mo eius ætatis poſſet uiuere, aliàs non: ut late per Bar. Ia
ſo. & omnes, ubi dixi in l. ſi is qui pro emptore, in mate-
ria fictionis inductiuæ, de uſucapioni. quia illud proce-
dit in diſpoſitione legis, quæ fingere poteſt, quod ſecus
eſt in homine: iuxta ea quæ tradit Bar. in d. l. ſi is qui pro
emptore. in ulti. qųſtio. quod quidem maxima indige-
ret diſceptatione, & diſcuſsione quam non intendo hic
recitare: ueruntamen dico huiuſmodi priuilegium in ea
parte in qua uult legitimatum comprehendi in di-
ſpoſitione loquente de natis ex uero matrimonio inuito
teſtatore debere intelligi & reſtringi, uti p̄ maxime exor-
bitans ad caſum in quo ſit natus ex ea, cū qua matrimo-
niū ꝯhi poterat, & ſingula ſingulis debent referri, & di-
ſtingui eo mō quominus derogetur iuri cōi, cū priuile-
20 gium ſemper interpretur † ut minus deroget iuri com-
muni quàm ſit poſsibile: ut per Abb. poſt Hoſtien. in c. 1.
de reſcrip. ubi nolunt priuilegium ad milites iuris debe-
re intelligi, ſi modo aliquid operetur: & nota. in c. ſi pa-
pa. de priuileg. in 6. & in c. in his. eod. titu. Calde. in conſi.
12. de priuileg. & in conſil. 1. de offi. Archi. Bald. in rubri.
de reſcrip. col. 2. & in authen. habita in 4. notab. C. ne fi-
lius. pro parte ubi latiſsime per repetentes Petr. de Anc.
in conſil. 186. Pro parte eccleſiæ. & per omnes moder. in
d. c. 1. de reſcrip. ſed hic licèt intelligatur, & reſtringatur
hoc modo iſtud priuilegium, quantum ad illam partem,
ut comprehendatur hic legitimatus in diſpoſitione lo-
quente, de uero nato inuito teſtatore ſatis operatur, cum
comprehendat caſum in quo naſcatur ex eo, qui potuiſ-
ſet ducere illam in uxorem, ergo ita debet intelligi, cum
etiam uerba priuilegij poſſint adaptari. ¶Præterea &
21 fortius dico, quod & † ſi uerba non poſſent adaptari, &
quantum ad iſtud eſſent ſuperflua nihilominus cum in
alijs partibus priuilegium operetur debet tolerari: argu.
eorum quæ uoluit Alex. in ſtatuto. in l. 4. §. prætor ait. de
damn. infec. poſt Bar. in l. de uſucapionib. & alia allega-
22 ta per eum, ubi inquit † ſtatutum contra ius commune
reſtringi debere etiam ſi ſit ſuperfluum in plurib. capitu-
lis, dummodo in uno aliquid operetur, & idem in contra
ctibus uoluit Barto. in rub. de contrahend. emptio. in 9.
quæſtio. immo in hoc caſu, cum agitur de præiudicio
alterius, ſcilicet ſubſtitutorum habemus ita omnino in-
23 terpretari, cum † quando agitur de præiudicio tertij pri
uilegium ad terminos iuris communis reduci debet, etiā
ſi uerba eius nihil operātur, cum potius toleretur ut uer-
ba penitus nihil operentur, quando inferatur præiudiciū
tertio: ut no. Are. & ſequunt̄ poſteriores in d. c. 1. de reſcr.
& faciunt ea quæ no. Bal. poſt Cyn. in l. ſi q̄n. C. de inoffi.
teſtamen. gloſſ. Bartol. & latius Alexā. in l. ſi. §. in compu-
tatione. C. de iure deliberan. quod hic maxime conſide-
randum eſt, quia non ſolum agitur de præiudicio ſubſti
tutorum, ut dixi, ſed d̄ pr̨iudicādo iuſt̨ & rationabili, &
ſ̄m leges emanat̨, uoluntati defuncti, quam legem appel
lat ipſe imperator. §. diſponat. in auth. de nup. & præſer-
tim cum in hoc caſu ſi ita intelligatur priuilegium, non
ſolum non redditur ſuperfluum in totum, uel quo ad
iſtud capitulū operando aliquid in alijs prout poſſet, ſed
nec ēt quo ad iſtud capitulū, cū in eo multum operatur
per ea quæ diximus, ergo abſq; difficultate hæc interpre
tatio admittenda eſt. ¶Accedit quoq; quod non citata
24 parte fuit facta iſta legitimatio, quo † caſu non ualet, ſeu
non pr̨iudicat non citatis: ut per doc. communiter in l.
Gallus. §. & quid ſi tm̄. de liber. & poſth. per Soci. in cōſ.
246. uerſi. 1. conſiderando. & in conſi. 251. col. 10. uol. 2.
& conſi. 63. uol. 3. Brun. in conſi. 15. Decius qui plures al
legat in conſi. 55. nu. 20. & conſi. 284. numer. 10. & conſil.
425. col. 3. & 4. & alibi ſæpe per doc. ſed hic non fuit cita
ta pars, ergo &c. & licèt in priuilegio comitis dicat̄ cita-
25 ta, & non citata parte, tū † illud debet intelligi, q̄n co-
mes habebat perfectam cognitionē iurium partis, quo-
niam eo caſu princeps remittit citationem partis arbi-
trio ipſius comitis, & ſe confidit de eo, & de eius pruden
tia, quod eam non omittet ſi uiderit neceſſarium eſſe, &
iſta interpretatio debet capi ut priuilegium minus rece-
dat a iure cōi, per ea quæ allegauimus in ſuperiori funda
26 mento, tum etiam quia dubium eſt, an princeps † poſſit
remittere citationem partis quæ eſt de iure communi: ad
nota. in l. diuus. de in integrum reſtitu. & plene per om-
nes in l. de unoquoque. de re iudic. & rubr. de appellatio-
nib. per mod. & in terminis legitimationis in l. Gallus.
§. & quid ſi tantum. de liber. & poſthu. quod non exami-
no, cum non expediat, & ſat eſt in hoc caſu dubio poteſta
tis concedentis tutiorem partem eſſe ita interpretari, &
præſertim cum in priuilegio dicat̄ cū rōne, moderantia,
& diſcretione, quæ in hoc caſu eſſe non pōt ſi ignorat iu-
ra ſubſtitutorum, nec ut intelligat citentur, ſed hic præ-
ſupponitur ignorare ut cōſtat ex ſupplicatione ergo &c.

¶Non omitto etiam quod uoluit Curt. in conſil. 13. nu-
mer. 23. & in conſilio. 35. numer. 36. ubi inquit legitima-
27 tum non præiudicare † ſubſtitutis, quando ſunt uocati
in caſu quo non adſint nati de legitimo thoro, etiam ſi
in diſpoſitione & conceſsione dicatur, quod legitimatus
comprehendatur in diſpoſitione loquente de legitimo
thoro: quoniam intelligitur niſi præiudicet alteri: quæ
authoritas poteſt comprobari ex his qų diximus in fun
damentis præcedentibus, dum probauimus priuilegiū
reſtringendum eſſe ad terminos iuris communis, & ut
minus iuri communi deroget: & ita uidetur eſſe de men
te Alex and. in conſil. 2. uolumi. 1. numero. 4. & 85. uideca-
tur dum dicit, ſecus ſi diceret de legitime natis.

¶Vltimo non debet admitti etiā ex uoluntate ipſius le-

28 gitimantis:nam † non intendit præiudicare perſonæ quę ſibi narrata non fuit, & ideo debet narrari comiti perſona cui præiudicandum uenit. Alex.conſil.25.nu. 10.& cõſil.67.numero.18.uolumi.1.& licèt de plenitudine pote-
29 ſtatis † excludat ſubſtitutum, intelligitur de ſubſtituto de quo fuit facta mentio. Socin.in conſi.251.colum.3. uo
30 lumi.2. & omnes † clauſulæ, de plenitudine poteſtatis &c.ex certa ſcientia motu proprio &c. nihil operantur in præiudicium tertij de quo legitimans non fuit certificatus. Socin.in conſi.64.in 4.colum.uolumi.2. quod qui-
31 dem æquitate plenum eſt, cum † legitimans non uidetur in dubio ſubſtitutis præiudicare. Alexand.conſi.2.nume. 42.uolumi.1.Socin.in d.conſi.251.Decius in conſi. 269.
32 nume.10.ſed clauſulę ex certa † ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis &c.non operantur contra præſumptam mentem concedentis. Cur.in dicto conſi.13.nu me.13.& 23.& præſertim in hoc caſu, in quo adeſt difficultas, an hic comes inferior principe poſsit uti his clauſulis, & credat ei abſq; cauſæ expreſsione: ad abundanter tradita in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib. ubi uidentur concludere requiri cauſæ expreſsionẽ, & de-
33 bet eſſe † rationabilis & ſpecialis: ut per Dec.in cõſ.393. poſt Bal.in l.reſcripta.C.de precib.impera.offer. & alios allegatos per eum, ſed hic nulla cauſa ſpecialis eſt expreſ-
34 ſa, ergo &c.nec † ſufficit cã pro conſeruatione agnationis, & quia filius nihil peccauit, & primæuo iure omnes liberi naſcebant: ut per Cur.conſi.16. col.9. & 10. & Deci.in d. cõſi.393.col. fi.& illa cſa ex alijs cauſis animum noſtrum mouentibus cum ſit generalis, & non ſufficiat ꝑ ea quæ diximus, & refertur ad ſimiles enumeratis.l. ſi fugitiui.C.de furtis.quæ nõ erant ſufficientes ut diximus. Item ſi iſta clauſula ſufficeret redderetur eluſoria illa opinio, quæ habet quod requiritur quod exprimatur cauſa, & ſine ea actus non ualet: ad notata in l.ſi forte. de caſtren.peculio.& in l. ſi donatione.C. de collationib. & in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib.cum concordantibus ibi plene traditis: nam ille qui non poſſet actum expedire abſque cauſa facilime, & ſi nullam cauſam haberet rem explicare poſſet, hac uerborum cautela adhibita, ſcilicet ex plurimis cauſis animum noſtrum mouentibus. quod quam ridiculum ſit neminem fugit. Et ex his omnibus ſaltem ſimul iunctis puto hanc legitimationem, minime præiudicare debere his nobilibus qui familiam ac nomen teſtantis, quam præclariſsime conſeruant, atque augent. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hiero.Gratus.Bonoñ.

SVMMARIVM.

1 *Verba mandati diligenter ſunt cuſtodienda.*
2 *Procurator non poteſt facere cadere dominum in pœnam.*
3 *Venditio eſt proprie contractus.*
4 *Vniuerſalis dictio regulam conſtituit.*
5 *Iudex pro regula debet pronunciare, niſi pars aduerſa probauerit contrarium.*
6 *Mandatum factum ad compromittendum, uel tranſigendum, licèt in eo non ſit expreſſum ſuper qua cauſa in indiuiduo, nihilominus dicitur ſpeciale.*
7 *Mandatum generale cum libera, æquipollet mandato ſpeciali, & operatur in requirentibus ſpeciale mandatum.*
8 *Verba hæc, quod poſſit omnia & ſingula facere quæ poſſet ipſe conſtituens inſerta mandato, ſignant liberam poteſtatem.*
9 *Verba contractus ut non ſint ſuperflua, ultra ſui naturam multa operantur.*
10 *Mandatum & ſi diligenter obſeruandum ſit, extenditur tamen ad ſimilem caſum.*
11 *Caſus illi dicuntur ſimiles, qui licèt non ſint idem formaliter, eundem tamen effectum continent.*
12 *Verba intelliguntur, ſecundum conditionem perſonæ loquentis.*
13 *Pontifex ſi concedat clerico ut poſit teſtari, intelligitur ſecundum ius canonicum.*
14 *Conceſſio feudi facta a fœmina alicui & ſuis poſteris, comprehendit deſcendentes ex linea fœminina.*
15 *Poſterorum appellatione non ueniunt deſcendentes ex fœmina.*
16 *Verba relata ad perſonam, debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, cum qua prolata ſunt.*
17 *Item debent interpretari ſecundum qualitatem loci in quo prolata fuerunt.*
18 *Argumentum de perſona ad locum ualidum eſt.*
19 *Verba contractus a temporis qualitate declarantur.*
20 *Temporis & loci idem eſt iudicium, & quod ſtatuitur in loco, ſtatuitur & in tempore.*
21 *Dominus qui promiſit cum iuramento ſe ratum habiturum, quicquid geſtum fuerit per ſuum procuratorem eſt obligatus, rata habere geſta per illum, & ſi in mandato non fuerint ſpecialiter expreſſa.*
22 *Dominus tenetur ex contractu procuratoris etiam ſi exceſſerit fines mandati, quando ſciuit illum contrahere eo modo, & non contradixit.*
23 *Procurator poteſt facere cadere dominum in pœnam, quando dũtaxat appoſuit in inſtrumento eam pœnam, quæ ſolita eſt apponi in ſimilibus inſtrumentis.*
24 *Mandato in generali ea quæ conſueta ſunt apponi, cenſentur eſſe conceſſa.*

RESPONSVM CLIX.

¶ Quando dominus ex facto procuratoris habentis generale mandatum cum libera obligetur, & an uenditio ueniat in mandato generali ad omnes contractus.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Illuſtriſsime uexillifer iuſtitiæ, ut mandatis tuis obtemperem, ac officio meo aduocati perpetui cameræ ciuitatis Bononiæ, quo fungor aliqua ex parte ſatisfaciam, ea quæ nudiuſtertius coram te, & alijs magnificis ac illuſtribus uiris dominis de regimine in cauſa frumentaria contra hunc Ianuẽſem, cuius procurator recepta pecunia a præpoſitis cameræ ciuitatis noſtræ promiſit ſe quantitatem frumenti, de qua in conuentione præſtaturam, idq; minime egit cum maximo populi Bononienſis detrimento, in hoc tempore penurię, latè allegauimus ſub cõpendio in ſcriptis deduco, & in effectu pro hoc Ianuenſi hæc facere uidebantur.

¶ Et primo, quia ſi cõſideramus uerba mandati quæ & ſi ampliſsima ſunt non tamen faciunt uerbũ de contractu celebrando, cum aliquibus ad dandum & conducendũ frumentum ad ciuitatem eorum, ergo non comprehen-
1 dunt hunc caſum, cũ † uerba mandati diligenter ſint cuſtodienda.l. diligenter. mandat.c. cum dilecta.de reſcriptis.adeo quod quicquid eſt omiſſum in eo habetur pro omiſſo.l. quicquid aſtringendæ.ff.de uerb.oblig.& in mãdato eſt caſus in c.ei cui.de præbend.in 6.& in c.fi.de uerbor.ſignifi.ubi non ſolum in ſubſtantia, ſed & in qualitate mandatũ diligenter obſeruari debet: ut ibi plene notatur.& latius per mod.in c.dilecta.de reſcriptis.

¶ Item ſecundo conſiderandum eſt, quod hic agitur de pœna in quam dicitur incurriſſe dominus ꝑꝑ promiſſa procuratoris per eum non obſeruata, ſed procurator nõ
2 poteſt † facere cadere dominum in pœnam.l.3.§. ſi procurator.ubi Bar. Alex. & mod. latiſsime.ff. quod quiſq; iuris.l.ſi procurator.de condictione indebi.ubi Bar. Bal. & alij, ꝓſertim Iaſ.qui plura accumulat: per Rom. in cõſ. 241.Spectabiles domini.in ult.col. & in conſi. 120. Circa prim.in 4.col.Petr.de Anch.in conſi. 360. Quod nunq̃. Alex.conſil.81.In cauſa.lib.1.ergo &c. ¶ Maturius tamẽ conſiderans determino contrarium: & primo conſidero illa uerba, quod facit cum procuratorem, ut poſsit omnes & ſingulos contractus celebrare, uendere, & diſtrahere ac ipſum conſtituentem in perſona, & rebus obligare, ac omnia & ſingula facere, quæ ipſe dominus cõſtituens facere poſſet, cum libera &c. nam illa uerba omnes contractus, de proprietate comprehendunt uenditionem frumenti factam ab iſto procuratore, quã promiſit portare ad ciuitatem Bononiæ: nam uenditio eſt proprie
3 contractus, † cũ ſit ultro citroq; obligatorius. l.labeo. §. contra

contractum. de uerborum ſignificationib. l. ex hoc iure.
ff.de iuſtitia & iure.& ubi uerba mandati de proprietate
aliquem caſum comprehẽdunt,non eſt amplius ambigẽ-
dum,quin procurator potuerit obligare dominum uirtu
te illius mandati quia finibus mandati diligenter conſi-
deratis ꝯtinet:ad no.in d.l.diligenter.mand. & in d. c. cũ
dilecta. de reſcrip. cũ a proprietate uerbi non recedatur
in materia quantuncunq; odioſa.l.cum lege. de teſta. uel
correctoria & ſtricta.ca. cõtra Chriſtianos. de hære. in 6.
¶Secundo conſidero, dum in eo dicitur omnes contra-
ctus,ergo & contractum uenditionis, cum qui omne di-
cit nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.3.cum ſimilib. nam
4 uniuerſalis † conſtituit regulã.glo.Bart. Decius & alij in
l.j.ff.de reg.iuris.gloſſ.Dyn. Ancha. Philip. Franc. in ru-
bri. eodem titu. ſed qui habet regulam pro ſe habet fun-
datam intentionem:ut per glo.& doc.in dictis locis,& in
5 l.omnis diffinitio. de regul. iuris.adeo ut iudex † pro ea
pronunciare debeat, niſi pars contraria probauerit non
comprehendi ſub regula,per Mat.in notabi. 19.nota, &
Decius in conſi. 8.& in dicta. l.j.ff.de regulis iuris. ſed hic
non aſsignatur cauſa urgens particularis, quare ſub il-
la uniuerſali, non comprehendatur præſens contractus
uenditionis frumenti, ergo ſub ea comprehendi, fateri
debemus. ¶Tertio pondero illud uerbum uendere,
quod proprie, & ſpecialiter ſignificat uenditionem, ita
quod dicere poſſumus hunc habuiſſe ſpeciale mandatũ
ad uendendum hanc quantitatem frumenti:non obſtan-
te quod non ſit factum uerbum de frumento: iſtud uide
tur probari ex notatis per Bartol. in l.filiusfamilias. ff.de
donationibus.Pau. de Caſt. in conſilio. 80. Super dubio
primi quæſiti.colum.2.quos ſequitur Decius in conſilio
6 20.columm.fina. ubi uolunt mandatum † factum ad com
promittendum, uel tranſigendum,licèt in eo non ſit ex-
preſſum ſuper qua cauſa in indiuiduo,nihilominus man-
datum ſpeciale dicitur,de cuius dicti ueritate dixi in l. ꝓ-
ſes.C.de tranſact.ergo ſecundum opinionem iſtorum ha
buit ſpeciale mandatum,& tanquam habens ſpeciale mã
datum potuit dominum obligare.
¶Quarto conſidero illa uerba cum libera &c. ſed man-
7 tum † cum libera generale,æquipollet mandato ſpeciali,
& operatur in requirentibus ſpeciale mandatum. Bartol.
in l.mandato generali,de procurato.ubi alij.Bald.in l.il-
lud.de minorib.Alexand.conſil.22.Viſo inſtrumento.co
lum.penulti.lib.1.& conſil.44.Viſo & diſcuſſo. colum.1.
lib.2.& conſil. 28. & 133. Circa executionem. lib.6. De-
cius conſil.404.437.& 672.& alibi ſępe,ſed nulli dubium
eſt quod ſi ſpeciale mandatum habuiſſet ad uendendum
hanc quantitatem frumenti Bononienſibus potuiſſet do
minum obligare:ad nota.per gloſſ.in l.proinde.§.ſi pro-
curator.quæ eſt ſecunda. ad legem Aquil. ergo in eodem
modo in hoc caſu potuit obligare.
¶Quinto comprobo ex illis uerbis quod poſsit omnia,
& ſingula facere quæ poſſet ipſe dominus conſtituens:
8 nam iſta † uerba ſignant liberam poteſtatem. l. creditor.
§. Lucius. ff. mandati. cum concordantib. nota. Bartol.
in l. procurator cui generaliter. ff. de procuratorib. ſe-
quitur Alexand.ubi plura allegat in dicto conſilio. 28.Vi
ſo.lib. 6.ſi igitur iſta uerba ſignant liberam poteſtatem,
& fuit expreſſe mandatum conceſſum cum libera ut ſu-
pra põderauimus, & mandatum cum libera æquipol-
let ſpeciali mandato, ergo ut prædicta uerba omnia,&
ſingula aliquid operentur, prout debent operari.l.ſi quã
do.de legatis.1.cap.ſi papa.de priuileg.in 6. habemus in
terpretari abſque difficultate in hoc caſu ęquipollere ſpe
ciali mandato, & id operari ac ſi ſpecialiter mandaſſet:
9 nam † ut uerba contractus non ſint ſuperflua ultra ſui na
turam multa operantur. per Angel. in notabili caſu in l.
edem.C.loca.per Bartol. & alios in l. ſed ſi quis.§.quæſi-
tum.ſi quis cautionib.
¶Sexto comprobatur:nam eſto quod ſub uerbis non cõ
prehenderetur,nec eſſet ſpeciale,nec cũ libera, & cõſequẽ
ter ſpeciali æquipollens, quod tamen negatur per ſupradi-
cta,nihilominus dico, cum eſt facta mentio de poteſtate
obligandi bona, & perſonam ac uendendi in dicto mãda
to, habemus dicere ſaltem ad hanc uenditionẽ frumenti
10 mandatum extendendum eſſe,cum † mandatum, & ſi di-
ligenter obſeruandum ſit.dicta.l.diligenter.manda. extẽ
ditur tamen ad ſimilem caſum.l.ſi.§.ſi.ff.manda.l. ſi quis
mihi bona.§.ſed ſi quis mandauit.ff.de acquir.hære. ubi
Bal.& alij,no.per Alex.conſi.34.Viſo inſtrumento.col. ſi.
11 lib.2.& † illi dicuntur ſimiles caſus,qui licèt non ſint idẽ
formaliter eundem tamen effectum continent. Bal.& alij
ubi Alex.accumulat in l. qui liberis. per illum tex.de uul.
& pupilla.ſed eiuſdem effectus poteſtatis eſt uendere fru
mentum,ſicut alias merces, & bona ipſius conſtituentis,
ergo &c. ¶Septimo comprobatur ex qualitate perſo-
12 næ conſtituentis: nam † uerba intelliguntur ſecundum
conditionem perſonæ loquentis. l.ſi miles unum.de teſta
mẽ.militis.l.ſtipulatio iſta hr̃e licere.§.ei quoq;.ff.de uer
borum obligationib.& propterea inquit Bald. in c. cum
ueniſſent.de eo qui mitti. in poſſeſsio. cauſa rei ſeruan.ſi
13 † pontifex concedat clerico ut poſsit teſtari, intelligitur
ſecundum ius canonicum ut uerba intelligantur ſecun-
dum conditionem loquentis,id eſt pontificis,idem ſi rex
Angliæ faciat mentionem de iure, intelligitur Anglico,
ut ibi per eum:dixit quoque Pet.de Ancha. in conſi. 341.
14 Pro maiori.colum.10.in feudo † conceſſo a fœmina ali-
cui, & ſuis poſteris comprehendi deſcendentes ex linea
15 fœminina, conſiderata perſona infeudantis, licèt † ap-
pellatione poſterorum non ueniant deſcendentes ex fœ-
mina.l.j. per Bartol. de iure immuni. ſed præſupponitur
hunc conſtituentem eſſe mercatorem, & ſolitum merca-
ri,& exercere mercaturam frumentorum, ergo conſtituẽ
do procuratorem ad negotiandum, & ad omnes contra-
ctus celebrandum uidetur conſtituiſſe eum ad celebran-
dum ꝯtus frumentarios: ſm̃ conditionem & conſuetu-
dinem ipſius conſtituentis. ¶Octauo confirmo iſtud
16 ex qualitate perſonæ mãdatarij:nam uerba † relata ad ꝑ
ſonam debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ,
cum qua prolata ſunt.l.plenum.§.equitij. de uſu & habi-
tatione.cap.cum de beneficio.de præbend.in 6. Curt.cõ-
ſilio.67.colum.penulti.& plene per Felin. in cap. cauſam
quæ.in 11.colum.de reſcrip.ſed hic mandatarius erat, &
eſt mercator,& maxime frumentarius, ſeu ſolitus nego-
tiari,& mercari frumenta,ideo conſtituens mandando ſi
bi ut omnes contractus faciat, cenſetur etiam mã-
daſſe ut contractus frumentarios celebraret, attenta
qualitate perſonæ ipſius mandatarij ſecundum quam
uerba mandati interpretanda ſunt.
¶Nono comprobatur ex qualitate loci,ſecundum cuius
17 qualitatem † uerba debent interpretari:nam ſicut inter-
pretantur ſecundum qualitatem perſonæ,d.l.plenum. §.
18 equitij.ita ſecundum qualitatem loci, cũ de perſona † ad
locum ualidum ſit argumentum.l.j.filius.cum.l.ij. ne qs
eum.& ita in terminis reſpondit Paul. de Caſtr. in conſil.
130.colum.1.Dubitatur.& Decius in conſil.65.colum.2.
ubi uolunt uerba intelligi debere, ſecundum conditio-
nem loci:pro quibus bene faciunt notata per Bart.colũ.
4.de ſuppellecti.legata.per Pet.de Anch.in conſi.404.ſed
iſtud mandatum fuit factum Ianuæ, ubi plurimum cele-
brantur contractus frumenrarij: ut in facto præſuppoſi-
tum eſt:& id fit propter qualitatem loci, ergo iſtud man-
datum cõtinens omnes contractus debet intelligi de cõ-
tractibus frumentarijs ex qualitate loci.
¶Decimo accedit quoq; qualitas tpis quo celebratum
fuit iſtud mandatũ:nã maxima erat penuria frumenti, &
fames, prout adhuc uiget, adeo quod ſi unquam utiles
fuerunt contractus frumentarij, hoc tempore permaxi-
me utiliſsimi ac neceſſarij,& frequentiſsimi ſunt: ut qui
nunq̃ fuerunt mercatores,ꝓp neceſsitatẽ præſentẽ, & cui
dens lucrum,mercatores frumentarij facti ſunt, ſed uer-
19 ba † contrahentium,& contractus declarantur a qualita
te tpis,ſicut declarantur a qualitate loci:per ea quæ dixi
20 mus in præcedenti fundamento, cũ qđ † ſtatuitur de lo-
co,ſtatuitur & in tempore, & idẽ ſit iudiciũ.l.ſi.ubi Bart.
no.de triticar.Bar.in l.qui plures.in princip. de uulga.&
pupil.plene per Bartol.& omnes in l.uinum. ff. ſi certum
petat. & ideo dicit gloſſ. in clement. 2.in fin. in uerbo.

regularem.de cenſib. uti ex cauſa neceſsitatis comedere carnes tempore prohibito licitum eſt, utputa tempore quadrageſimæ, ita & in loco ꝓhibito ut in clauſtro Cartuſienſium.& plura accumulant Iaſon.& moder.in d.l.uinum.quæ uidere licèt,ubi dixi,ergo iſtud mandatum debet intelligi de contractibus,ſecundum qualitatem temporis utiliſsimis,ac frequentiſsimis.

¶ Vndecimo iſtud clariſsimum reddi uidetur, cum hic uerba conueniant,& de proprietate comprehendant pręſentem caſum:qualitas parſonę mandantis,ac etiam mãdatarij,natura loci,conditio temporis ſimul id ſuadeãt; nam ſi unum ex iſtis ſufficit per ea quæ diximus, quanto fortius ſimul coniuncta:& coadunata rem manifeſtã reddunt? ad notata in cap. 1. de treuga & pace. in l.ſpadonem.§.qui iura.de excuſatio.tutorum.

¶ Duodecimo accedit:nam hic mandans,& conſtituens promiſit ratum habere,quicquid geſtum fuerit a procu-
21 ratore, & † iurauit:quo caſu dominus eſt obligatus ratum habere,ſecundũ Pau.de Caſt.in conſi.221. Conſiderãda ſunt uerba inſtrumenti.col.2.& iſtud maxime propter iuramẽtum,de quo dicto licèt alibi multa dixerim, tamen in hoc caſu puto ueriſsimum,cũ hic mandatarius exercuit contractum neceſſarium frequentiſsimum, tempori,loco,& perſonis conuenientem, adeo quod non poteſt negari in eo non adfuiſſe conſenſum.

¶ Vltimo uidetur probari ex his quæ uoluit gloſſ. in ca. cum olim.in uerbo,protinus.de officio deleg. ubi Abb. & cæteri eam ſequuntur Ioan. Andr. & Domin. de ſancto Geminia. in cap. cum quis.de ſententia excommunicatio.in 6.& plura ad id cumulant Felin. & modern.in dicto ca.cum olim.quæ uideantur, non tranſſcribo, qui
22 uolunt † mandantem teneri ex contractu procuratoris, etiam ſi exceſſerit fines mandati, quando mandans ſciuerit mandatarium contrahentẽ eo modo, & non contradixerit,quia uidetur conſentire,ſed hic mandas ſciuit hunc contractum celebratum cum Bononienſibus, & non contradixit, ſed approbauit, ut patet ex literis ſuis, quibus reſpondit literis procuratoris, & dixit ſe intellexiſſe omnia quæ geſsit cum Bononiẽſibus, & orat eum ut ſit diligens,ſicut ſolitus eſt in ſuis actionibus: ex quibus uerbis conſtat de ſcientia,ac ſaltem de tacita approbatione,& non contradictione, quæ cum ſufficiat ꝑ ſupradicta, & ſatis manifeſta ſit, ſuper his amplius uerbum non facio.

¶ Nec obſtãt adducta in contrarium: & primo quod nõ erat expreſſum de uenditione frumenti, & fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi, quia ex prædictis colligitur reſponſio,cum uerba ſint generalia,& uniuerſalia, ipſius mandati,& ſpecialiter contineat uenditionem, & ſit cum libera, & iurõ de rato habendo, & ex qualitate perſonarum,temporis,& loci,ſatis declaretur,& tacita conſtituentis ratificatione,non repeto.

¶ Nec obſt. ꝙ procurator non poteſt facere cadere dñm
23 in pęnã,quia † non procedit qñ procurator appoſuit in ꝯtu pœnã quę in ſimilib.inſtrũs conſueta eſt apponi. Angel.in l.bene a Zenone.ꝑ illũ textũ.C.de quadrien. ꝑſcriptio.in l.mutus.§.is qui curatorem.de procuratorib. in l.ij.de iuriſdictione omnium iudic.Abb. in c.2. in princi.
24 per illum tex.de precario.& ratio eſt, quia in † mendato generali, ea quæ conſueta ſunt apponi cenſentur eſſe conceſſa. Bar. in l. procurator. de iure fiſci, & per plura alia idem tenet Iaſ.in d.l.ſi procurator.de condic.indeb.in 3. colum.in uerſi.tertio limita. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio facta alieni pupillo uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum quandocunque deceſſerit ſine liberis poſt tempora pubertatis eſt fideicommiſſaria.*
2 *Hæres filij grauati ſub conditione ex perſona ipſius filij, duas quartas, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam detrahere poteſt.*
3 *Filius grauatus ſub conditione duas quartas, quamuis inuentarium non confecerit, nihilominus detrahere poteſt.*
4 *Hæres non conficiens inuentarium Trebellianicam amittere debet.*
5 *Heres omittens confectionem inuentarij commodo detractionis Falcidiæ priuatur.*
6 *Opinio magis communis eſt, hæredem non conficientem inuentarium priuari Trebellianica.*
7 *Doctores plerumque in conſilijs eam opinionem probant, quæ cenſetur hæredem non conficientem inuentarium, Trebellianicam derahere non poſſe.*
8 *Aretinus ſummus practicus.*
9 *Hæres grauatus per fideicommiſſum fortius trebellianicam amittere debet, quam heres non grauatus Falcidiam.*
10 *Dictio omnimodo, denotat omni caſu.*
11 *Iunioribus communem opinionem aſſerentibus magis credendum eſt quàm antiquioribus.*
12 *Iuniores ex quo uiderunt ſcripta antiquorum ſunt perſpicaciores.*
13 *Res dubia efficitur, quando inter doctores quæ ſit crebrior opinio, eſt altercatio.*
14 *Lex in dubijs caſibus, & non deciſis, relinquit arbitrio iudicantis.*
15 *Iudex de ſimilibus ad ſimilia, procedere debet.*
16 *Falcidię appellatione, uenit Trebellianica.*
17 *Communis opinio non attenditur ubicumque contra illam allegatur caſus legis, uel ratio concludens.*
18 *Intellectus & ponderatio. §. ſi uero non fecerint. in auth. de hæredi. & falcid.*
19 *Lex ubi non diſtinguit. nec nos diſtinguere debemus.*
20 *Diſtinctio per nos fieri non debet, ubi lex non diſtinguit, etiam ſi una ratio magis militaret in uno caſu, quàm in alio.*
21 *Lex etiam in materia correctoria non diſtinguens, per nos diſtingui non debet.*
22 *Diſtinguere non debemus ubi lex non diſtinguit, etiam in materia penali.*
23 *Diſpoſitio in ſui principio generalis, propter aliqua quę generalitati non conueniunt, in ſequentibus poſita, non reſtringitur.*
24 *Teſtator etiam in filijs primi gradus, Trebellianicam prohibere poteſt.*
25 *Quod procedit, quando duæ quartæ per ipſos detrahuntur, ut quia ſunt grauati ſub conditione.*
16 *Trebellianica per uerba quæ in totum bona reſtituenda ſignant, per teſtatorem prohiberi poteſt.*
27 *Filiæ dotatæ quæ debent ſtare uigore ſtatuti contentæ uidentur. exhęredatę a ſtatuto, & redactę ad inſtar extranei.*
28 *Relictum perſonæ extraneæ, legitimam minuere non habet.*
29 *Legitima dicitur de bonis, quæ reperiuntur tempore mortis.*
30 *Partem in legitima facit, qui admittitur ad partem.*
31 *Filiæ quamuis a ſtatuto excludantur, ſi fuerint inſtitutæ remanent ſuæ.*
32 *Legitima omnium filiorum & filiarum, de iure cõi unica eſſe dẽt.*
33 *Nota per Alex. in l. planc. §. ſi duobus. de legat. 1. procedunt, quãdo filiæ eſſent in totum excluſæ, & non cognitæ a patre pro legitima.*
34 *Fœmina a ſtatuto maſculis extantibus excluſa, & ipſis non extantibus, uel repudiantibus admiſſa reintegratur ad ſuã portionem, quã habuiſſet ſi a ſtatuto non fuiſſet excluſa, & poteſt facere quæ a principio potuiſſet non extantibus maſculis.*
35 *Relictum rei certę factum filiæ, a ſtatuto maſculis duntaxat extantibus excluſæ, in legitima filiorum concurrere debet, perinde ac ſi eſſet ſucceſſura ab inteſtato.*
36 *Verbum dotata, expreſſum a ſtatuto excludente filias maſculis extantibus importat dotem ſuccedere loco legitimę.*
37 *Plus uel minus legitima datum cenſeri non poteſt, ubi nulla debetur legitima.*
38 *Aduerſatiua retentis iiſdem terminis, aduerſari habet.*
39 *Dilatio omnis ex legitima tollitur.*
40 *Statutum legitimam, & in quantitate, & in tempore diminuere poteſt.*
41 *Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis.*
42 *Reductio ad ius commune, etiam ſi uerba impropriarentur, fieri debet.*

43 *Hæres*

43 *Hæres non debet duplici onere grauari.*
44 *Statutum uolens filios excluſos non connumerari in numero liberorum ad conſiderandam quantitatem legitimæ, an ad aliũ caſum debent extendi.*
45 *Dictio uel, eſt alternatiua, & habet in ſe implicationem.*
46 *Statuta in caſu uero, & non ficto debent intelligi.*
47 *Statutum ad deciſionem caſus, cui illius uerba non conueniunt non debet allegari.*
48 *Debita teſtatoris ante omnia de ipſius hæreditate ſunt deducẽda, deinde legitima de reſiduo in quo non adſint onera.*
49 *Hæres & fideicommiſſarius debita hereditaria pro rata ſoluere debent.*
50 *Datum a filio ſororibus in dotem, de bonis peruentis ad ipſum a teſtatore, præter relicta a patre, in eius imputatur legitimam.*
51 *Hæres ex quo non confecit inuentarium, nihilominus non tenetur ad reſtitutionem dotium maternarum.*
52 *Bona uendita a teſtatore cum pacto redimendi, ab hærede recuperata, dicuntur eſſe apud hæredem ex cauſa prima, & ueniunt in reſtitutione.*

RESPONSVM CLX.

¶An filius grauatus per fideicommiſſum, qui non confecit inuentarium poſſit detrahere Trebellianicam:& an teſtator poſſit prohibere detractionem Trebellianicæ in filijs primi gradus:& an filiæ dotatæ, quæ poſtea ſuccedũt fratri grauato, debeant computare in legitimam omniũ filiorum, dotes quas titulo inſtitutionis pro legitima habuerunt, ubi alia multa maxime circa interpretationem ſtatutorum Bonoñ.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Cum nudiuſtertius doctiſsimus iudex excellentiſſimos aduocatos partis aduerſæ, & me in hac cauſa in iure allegantes, & acerrimè ſimul diſputantes in aliquibus in facto, & in omnibus in iure diſſentire cognouerit, pro ueritate habenda ſibi uiſum fuit caſum propónere cum ſuis dubijs, & mihi tradere ut etiam ſententiam meam in ſcriptis ponerem, qui talis eſt, Ioannes Baptiſta de Recordatis Iacobum filiũ hæredem inſtituit, & ei quandocunque ſine liberis decedenti ſubſtituit uulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum Bartholomæum fratrem ſuum pro dimidia hæreditatis, pro alia dimidia Antonium eius nepotem, & duabus filiabus dotes reliquit, quas præfatus Iacobus nuptui tradidit, & ultra dotes relictas a patre ipſis certam quantitatem in dotem dedit, deinde deceſſit ſine filijs: ex hoc themate de pluribus contingit dubitari.

1 ¶Et primo cum euenit † caſus ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, quia Iacobus factus pubes deceſſit ſine filijs: iuxta notata per Bart. & communiter omnes in l.centurio. de uulg. & pupilla. & in l.precibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionib. in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, & in cap.Raynutius.de teſtamen.an ſorores ſuccedentes ab inteſtato.d.Iacobo poſſint detrahere legitimam, & Trebellianicam, an legitimam tantum? & uidebatur eas detrahere poſſe legitimam, & Trebellianicam, quia Iacobus grauatus per fideicommiſſum erat filius teſtatoris, & erat grauatus ſub conditione, quo caſu eius hæ-
2 res poteſt ex perſona ipſius filij † detrahere duas quartas legitimam, & Trebellianicam: ſecundum docto. in l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulga. & pupilla. & dicit Angel. in l. Papinianus. §. meminiſſe. de inofficioſo teſtamen. iſtam opinionem in ſcholis, & in iudicijs communiter approbari: ſequitur Alexand. in l. in ratione. §. quod uulgo. ad legem Falcid. & in l.mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellia. & in conſi.26.incipien.Circa primum.colum. fina. libro.1.& in conſi.111.Viſo proceſſu.libro.3.colum. 2. & Areti.in conſi.8.colum.penulti.& Decius in conſi. 55. colum.6.ita quod aſcendunt ad dimidium hæreditatis: ſecundum Alexand. in conſi. 68. Circa præmiſſum. libr.4.
3 adeo hoc † eſt uerum ut procedat etiã & ſi filius non confecerit inuentarium: ſecundum Bartol. in authen. ſed cũ teſtator. C. ad leg. Falcid. & Alex. in l.Marcellus. col. fi. ad Treb. & in conſil. 21. Proſpectis. colum. 2. lib. 5. ubi dicit iſtam opinionem ueriorem, & magis communẽ: & idem in conſi. 67. Viſis. lib. 4. cum multis concor.

4 ¶Contrarium tamen determino, & dico † hæredem nõ conficientem inuentarium debere amittere Trebellianicam: per tex. in §. ſi uero non fecerint. in authen. de hæredi, & falcid. ubi non conficiens inuentarium tenetur legatarijs, & fideicommiſſarijs integraliter ſatisfacere, ergo ibi eſt caſus, & illum ponderat Roma. in auth. ſimiliter. ad legem falcid. & Soci. in l. Marcellus. ad Trebel.

¶Secundo quia militat eadẽ ratio in Falcidia, & Tre-
5 bellianica: nam certum † eſt hæredem non conficientem inuentarium amittere Falcidiam. ratio eſt, quia præſumitur tantum ſubtraxiſſe ex quo non confecit inuentarium, quæ ratio militat punctaliter in Trebellianica: ergo idem Iaſ. l. a Titio. de uerbo obligationib. & licèt àliqui de ſupra dictis conentur ad iſta reſpondere, tamẽ per Soci. in l. Marcellus. ad Trebellia. & per plures de quibus infra, ad ſuas reſponſiones optime replicatur, &
6 † magis communis opinio eſt, eum amittere Trebellianicam: nam eam tenuit Bar. in conſi. 227. Lena Matarelli. Iacob. de Rauen. Petr. Cyn. Alberic. Salice. Richar. Malũbr. Rapha. Fulgo. Bald. in dicta auth. ſed cum teſtator. C. ad legem Falcid. Ioan. de Imo. Floria. Rapha. Cuma. & Socin. in dicta. l. Marcellus. in princip. Iacob. de Are. Bal. Imol. Rapha. Cuma. in l. cum tale. §. j. de condi. & demõ. Roma. in dicta. authen. ſimiliter. in 40. ſpeciali. & dicit Fulgo. in dicta auth. ſed cum teſtator. hanc opinionem fore communem, & illam ſequuntur docto. plerunque
7 † conſulendo: ut per Paul. de Caſt. in conſil. 26. Super primo dubio. in nouis. Corn. in conſi. 303. Plura quæſita. libr. 1. & in conſi. 23. In hac conſultatione. lib. 2. colum. penulti. & in conſi. 168. In hac conſultatione. in 3. dubio. colum. 4. lib. 4. & Oldrad. in conſil. 134. Satis credo. Cumã. in conſilio. 141. Viſis. Fulgo. in conſil. 41. Caſus talis. ubi inquit doctores plerunque ſequi hanc opinionem. idem. in conſi. 87. Proponitur. colum. 2. & in conſ. 96. Pro deciſione. colum. 1. & ſequitur Andr. Sicul. in conſil. 46. lib. 3. & nouiſsime Philip. Dec. in conſil. 236. Non parua difficultas colum. 4. cum ſequen. & ibi dicit propter iſtas authoritates, licèt omnes ſupradictas non referat, iſtam fore magis communem opinionem, & ueriorem etiam in filijs grauatis, ut ibi per eum: idem tenet Decius in cõſil. 180. In caſu qui contingit. colum. penulti. & fina. & in conſil. 498. Viſo eleganti conſilio. Barba. in conſi. 10. uolumi. 4. & præter allegata per Dec. & alios ſupra addu-
8 ctos, adduco ſummum † practicum Are. in §. extraneis. inſtitu. de hæredum qualita. & differẽ. ubi dicit eo aduocante ita fuiſſe iudicatum Ferrariæ, & in §. ſed quia ſtipulationes. inſtitu. de fideicõmiſ. hæred. dicit ita eſſe tenendũ, & ita uidiſſe eo anno Ferrariæ obſeruari, & ita tenet Math. in notabi. 158. incip. Not. hæres qui omittit. & Pet. Math. in repetitio. l. filium quẽ habentem. in penulti. & ultima colum. C. familiæ erciſcun. ubi dicit in quæſtione de facto uidiſſe uaria conſilia, pro & contra, & quoſdã aſſerentes primam opinionem eſſe communem & ſeruandam, ſed ſibi uideri non eſſe cõem, & eſſe conſulẽdum ꝓ iſta opinione quod amittat Trebellianicam, & ita cõſuluit Franciſcus Tigrini de Piſis in conſi. qđ incipit, Bonauentura. & ita etiam tenuit Alb. Gale. in Margarita ſua in rub. de quarta Trebellianica: idem uoluit Pau. de Monte pico. in l. in quartã. ad legem falcid. ubi per duas colum. examinat, & idẽ uoluit Petr. de Beſut. in d. l. Marcellus. Ioan. de monte Sperello. in auth. ſed cũ teſtator. C. ad legem falcid. & in l. fi. de iure deliberan. & facit rõ, ſi hæres non ſolum priuatur Falcidia, ſed tenetur de ſuo reſarcire, & ſic in damno, quanto fortius fideicommiſſarius de-
9 bet amittere Trebellianicã, cũ † amittat tm̃ lucrum. arg. l. fi. C. de codi. facit tex. in l. fi. §. ſi uero. de iure delib. ibi,
10 omnimó, id eſt omni † caſu. l. ſi cũ exceptione. §. quatenus. dicto qđ met. cau. ergo ſiue ſit fideicõmiſſum vlẽ, ſiue particulare, & licèt Alex. in locis ſupra allegatis, dicat cõem eſſe in contrariũ, tamen cum notorio in libris aper

te conſtet plures doctores famigeratiſsimos tenete contrarium non eſt curandū de dicto ſuo, ſed potius Decio, & quamplurimis aſſerentibus ꝯrium credendum eſt, cū
11 ſint iuniores,& † uiderint ſcripta antiquorum, & fuerūt hoc tempore quo maxima copia librorum habetur, quæ ita non erat tempore Alexan. ideo potius eis credendum eſt.ꝙ Alex.in hoc quæ ſit magis communis opinio.& bene facit gl.ubi per docto.in l.Gallus.in uerbo,filius.de li-
12 beris & poſth. ex † quo iuniores uiderūt ſcripta antiquorum ſunt perſpicaciores.Barb.in conſi.6.col.pen.uol. 1.

¶Præterea dico,& ſi euidenter non conſtaret, magis cōmunem opinionem eſſe cū amittere Trebellianicam, qđ
13 tamen nego, tamen cum unus doctor † dicat unam eſſe cōem opinionem,alius dicat aliam eſſe communem, propter iſtud res efficitur dubia. Soci. in rub. de rebus dub. Alex.in conſi.222.Viſa facti.col.4.uerſic.deniq;. lib.2.&
14 in dubijs,& non deciſis † lex relinquit arbitrio iudicis. l. j.& ibi nota.de iure codicillo. qui iudex habet procedere
15 de ſimilib.† ad ſimilia.l.non poſſunt.de leg.& in d.l.j. ff. de iure codicillo.ſed certū eſt nihil magis Trebellianica
16 Falcidię ſimile fore, cum † appellatione Falcidię ueniat Trebellianica:ſm Imo.& oēs in l.Marcellus. ad Trebel.in §. quod autem ſed certum eſt hæredem non conficientē inuentarium,amittere Falcidiam d. §.ſi uero nō fecerint. in auth.de hære.& Falci.ergo cū ſumus in dubio, an amittat Trebellianicam, & hoc relinquat arbitrio iudicantis, q.habet iſtud determinare ſecundū ſimile, utiq; determinabit ſm Falcidiam,quæ eſt ſimilis,& ſic illū amittere.

¶Præterea dico quāuis communis opinio eſſet eum nō amittere Trebellianicam nullo contradictore exiſtente, qđ tamen non eſſe uerum apertiſsime ex ſupra deductis conſtat,nihilominus cum ſit caſus expreſſus in iure, uel rō concludens contra communem opinionem eſſet iudi-
17 candum, quoniam † ubicunq; contra communem allegatur caſus legis,uel ratio concludens communis non attēditur.c.capellanus.ubi Panormita.de ferijs.Cur.in conſ. 56.Super eo.col.4.& in conſil.75.Super motiuis.ad fi. Deci.in conſi.23.col.5.Corſet. in ſingula. 206.Quod autem ſit caſus expreſſus ut amittat Trebellianicā adduco text.
18 in † d.§.ſi uero nō fecerint. in auth.de hæredi.& Falci.dū dicit ſi non confecerit inuētarium complebit legatarios, & fideicommiſſarios,ſed appellationē fideicōmiſſarij,ita uenit uniuerſalis,ſicuti particularis de proprietate, ergo ibi expreſſe tex. loquitur in fideicommiſſo uniuerſali de quo detrahitur Trebellianica,& ſic cū generaliter loquatur,generaliter debet intelligi.l.de pretio.de publ. nā ubi
19 lex nō † diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus.c.ſi Romanorum.31.diſt. quod procedit etiam quando una ra-
20 tio † magis militat in uno caſu ꝙ in alio.l.j.§.quod autē.
21 de aleatorib.Dec.in conſi.5.& procedit † etiam in materia correctoria.gl.in cap.ꝯ Chriſtianos.de hæreti.in 6.Ioan.de Imo.in l.ſi uero.§.de uiro. ſol. matri. & in materia
22 † pęnali.l.cum lege.de teſtamen.& ibi no.Are.& licèt adſint illa uerba tranſcendit menſuram legatorum,quæ nō conueniunt fideicommiſſo generali,ſm Bartol. tamen reſpondetur conuenire,quando ſunt legata particularia,iūcto fideicommiſſo uniuerſali:nota.in l. Marcellus. ad Trebellia.& ita reſpondet Corn.in dicto conſil.303. col. an-
23 tepenulti.Item reſpondeo † ex quo principium eſt generale de lega. & fideicommiſſ. licèt poſtea ponātur aliqua in ſequenti quæ generalitati non conueniant, ſed tantū legatis,per hoc non reſtringitur diſpoſitio generalis.iſta eſt elegans doctrina Imol. in l. ſi ita quis in §. ea lege. de uerborum obligationib.Dec.in c.cum non ab homine.in 2.notab.de iud. & ſic ibi eſt caſus expreſſus, ergo &c. & hoc in terminis iſtis puto procedere,cū ultra quod nō cōfecerit inuentarium concurrat uoluntas teſtatoris quod non detrahatur Trebellianica : ut apparet ex multis uerbis teſtamenti,quæ cum clara ſint,& magnificus iudex fa
24 teať,non pondero:& † teſtator poteſt prohibere Trebellianicam,etiam in filijs primi gradus:ſecundum Paul. de Caſtr.in conſil.92. Quia dubia.in l. iubemus. C. ad Trebellia.in l.quod de bonis.§.fructus.ad legem.Falcid. Alexand.in l. cum mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellia.& intelligunt in caſu quo duæ quartæ per filios detra-
25 hantur,ut † quando ſunt grauati ſub conditione ut in caſu noſtro:ſm Ang. & oēs in l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg & pup.in l.in ratione.§.quod uulgo. ad leg. Falcid. & in hoc caſu limitatur communis opinio, quæ habet in filijs primi gradus Trebellianicam prohiberi non poſſe, dicta.l.iubemus.ut non habeat locum quando ultra Trebellianicam detrahunt legitimam,& eſt peregrina limitatio,ſecundum Alex.in locis præallegatis: ſequitur Curt. Arc.in conſi.51.Circa teſtamentum.col.penul. & Dec. in conſi.480.& per Alex.in l. Marcellus. ad Trebel. & in cōſ. 29.Perſpectis.lib.2.& etiam per uerba quæ ſignant in totum bona reſtituenda eſſe prohibetur Trebellianica:arg.
26 eorum † quę uolunt Bar.Ang.Alex.& Arc. in l. centurio. de uulga.& pup.ut ibi per Iaſo.colum.25. & licèt iſta omnia de per ſe habeant aliquam difficultatem, & contradictionem,& alibi de ueritate dixi. tamen his concurrentibus, arbitror hæredem non conficientem inuentarium amittere Trebellianicam uti uerbis teſtatoris prohibitā, & ita concurrentibus his duobus quod fuit ꝓhibita Trebellianica per teſtatorem,& hæres non confecit inuentarium,teneo hæredem amittere Trebellianicam, & licèt diſputauerim primū articulum,& multa noua deduxerim, id feci:non ut pronunc determinarem illam quęſtionem, ſed ut illam partem debilē oſtenderem ad effectum,ac faciliter admittatur concurrente prohibitione teſtantis,de qua hic,& in præſenti cauſa non determino illud de prohibitione abſolute, ſed concurrente non confectione inuentarij, & ad hunc caſum rogo doctiſsimum iudicem animaduertere,& reperiet ſatis æquum, & iuri conſonū, nec doctoribus altercantibus contrarium.

¶Secundo contigit dubitari,an in legitima filij dotes ꝑ partem relictę filiabus ſint computandæ:& uidebatur dicendum non debere computari, quia filiæ dotatę quæ de
27 bent ſtare † uigore ſtatuti contentæ, uidentur exheredatæ a ſtatuto,& redactę ad inſtar extranei: ut dicit Bal. in l.maximum uitium.C.de liber. præter.Bar.in l.ij.§. ſciendum.de ſuis & legiti.& ſic licèt ſit aliquid relictum ꝓ do
28 te non uidetur legitimam minuere,ſicut † ſi factū eſſet ꝑ ſonæ extraneæ,quo caſu non diminueret.l.Papinianus.§. quarta.de inoffi.teſta.Comprobatur iſtud per ſtatutum nr̄m ſub rub.de ſucceſ.liber. ab inteſta. in fi. in quo dicit qđ fęminæ quo ad ipſam legitimā in numero liberorum non contineanť:ſeu computenť,ergo nec dotes datę illis.

¶Maturius tamen conſiderando determino contrariū, & dico dotes datas filiabus computari in legitima filij, hoc eſt in triente totius hæreditatis, & conſidero ligiti-
29 mam deduci de bonis quæ † reperiuntur tempore mortis.l.cum quæritur.de inoffi.teſtamen.cum ſimilib. ſed tēpore mortis Ioan. Baptiſtæ dotes relictę erant in bonis ipſius,ergo computantur, & quia fuerunt relictę in teſtamento ipſis filiabus iure inſtitutionis,& ſic fuerunt a patre cognitæ,& non excluſæ, ideo non habentur tanquam extraneæ, ſed tanquam filiæ, & admittuntur ad partem,
30 ſed qui admittitur † ad partem facit partem : ut colligitur ex nota.per Bart.in l.j. in fin.de bonorum poſſeſsione
31 ꝯtabul.& iſtæ filiæ cum ſint inſtitutę remanent † ſuę : ſm Alex.in conſi.131.Traſmiſſum. uol. 1. ſi ſuę. ergo ſunt in tali caſu,ac ſi non eſſent excluſæ a ſtatuto,& ſic de iure cō
32 muni ſuccederent † omnium filiorum, & filiarum debet eſſe una legitima:ut in authen.nouiſsima.C. de inoffi.teſta.Et corroborat : quia pater in teſtamento reliquit has dotes,ac eas in illis inſtituit pro ſua legitima,& ſic de intentione ſua conſtat eum uelle has dotes computari in legitimam,cum ut dixi ſit unica omnium filiorum de iure communi:& no.per Alex.in l. planc.§.ſi duobus. de leg.
33 1.procedunt quando † eſſent in totum excluſæ,& non cognitę a patre pro legitima, ut hic fuit.

¶Item conſidero ſtatutum nr̄m quod uult fœminas non ſuccedere extantibus maſculis, & ipſis non extantibus, uel repudiantibus admitti : quo caſu fœmina reintegrať ad ſuā portionē quā habuiſſet ſi a ſtatuto non fuiſſet ex-
34 cluſa,& iō poteſt facere † quæ potuiſſet ſi a principio nullus fuiſſet maſculus : ut per Alexand. & omnes in l.Gallus.§.

lus.§.& quid ſi tantum.de liber.& poſthu. & ſic perpetuo non eſt excluſa, & propterea ſi ſit inſtituta in re certa il-
35 lud debet concurrere in legitima cũ † filijs, perinde ac ſi eſſet ſucceſſura ab inteſtato.ita dixit Soc.in conſi. 76. Viſo teſtamento.in 2.col.& per totũ.uolu.3. ubi dicit iſtud fundamentũ fore ineuitabile,& ꝑ plura ita determinat:& ad adducta in contrarium reſpondet & conſuluit in hoc caſu,quando fęmina fuit inſtituta,& ſtatutum perpetuo illam non excludit. Item quando ſtatutum excludit dotatam,quæ omnia concurrunt in caſu noſtro,& ultra iſta concurrit quod teſtator expreſſe pro legitima debenda dedit dotem,ac illam in dote inſtituit, & ſic iſte caſus uidetur clarus ex uerbis teſtatoris, & iſtud ſufficeret, cum iſta quæſtio dependet ab hoc, an dos ſit pro legitima, uel tanquam æs alienum:ſm Are.in l.plane.§.ſi duob. de lega.1.& omnes illi doctores qui tenent,& legendo, & con ſulendo, quos non refero, filiam excluſam a ſtatuto non concurrere cum filijs in computatione legitimę mouent, quia dos non ſuccedit loco legitimę, ſed hic ſuccedit loco legitimę ex expreſſa uoluntate teſtantis, ergo oẽs illi qui conſuluerunt, & dixerunt non uenire in computatione legitimę filiorũ non cõtradicunt huic caſui, immo fatentur illud, & pro hoc ꝙ dos ſuccedat loco legitimę in terminis noſtris ultra expreſſam uoluntatẽ teſtõris, ultra ẽt ꝙ ſtatutum nr̃m dicat, filia dotata &c. ut in principio ſtatuti ſub rub.de ſucceſ.liber.patri uel matri &c.qđ uer-
36 bum † dotata iuxta theoricam Pau.de Caſt.in l.Titio cẽtum.§.Titio genero.de conditionib. & demonſtra. communiter approbatam:ut per Alex.in conſi.13.in 3.uol.importat ut ſuccedat loco legitimę. ¶Pondero ſtatutum ſub rub.de ſucceſſ.ex teſtamen.in princip.ubi dicit ſi pater inſtitutis maſculis filiabus minus legitima reliquerit, non poſſint agere ad ſuppletionem, nec aliquid dicere &c.mõ ſic,ſi dos ab inteſtato data,uel ex teſtamento relicta non ſuccederet loco legitimę,& filiæ legitima non deberetur,quomodo diceretur minus legitima,cum non en
37 tium † nullæ ſint qualitates, & ſic non daretur plus legitima,nec minus ſi nulla legitima deberetur:ergo ibi tex. expreſſe ſentit dotem datam ſuccedere loco legitimę.

¶Secundo ad idem pondero cum dicit ad repletionem, ſed quod non eſt,uel debetur repleri non poteſt excludendo,ergo uerbum repletionem, præſupponit legitimã adeſſe,quæ ueniebat ſupplenda.

¶Item pondero illud ſtatutum in §. j. ubi non exiſtentibus maſculis agunt ad ſupplementum legitimæ ipſæ filiæ,& hoc caſu nulli dubium ei s deberi legimam, & erãt ſucceſſurę ab inteſtato,ergo & in ſuperiori caſu, cũ ſuperior caſus differat ſolum quod non petat ſupplementum ab inferiori in quo põt petere, & facit quia loquiẽ aduer-
38 ſatiue ibi, filiab.autẽ.quæ † aduerſatiua habet aduerſari retentis eiſdem terminis,ſm Bar.in l.ſi mariti.§.legis Iuliæ.de adulterijs.no.per doc.in l.filius qui patri. de uulg. & pupil.ergo utroq; caſu debetur legitima, & relictũ uel datum computatur in legitimã, ſed diuerſimode: quia uno caſu non põt petere ſupplementum,alio ſic:& ſic,ibi eſt ſtatutũ expreſſum dotem ſuccedere loco legitimę,& ſi liæ deberi legitimam, & ſi dicatur ſtatutum uult ut tempus,uel conditio non reijciatur de dote, quod tamen nõ
39 eſſet ſi eſſet legitima, cũ ex † legitima omnis dilatio tollatur.l.ſcimus.§.repletionem.de inoffi.teſta. cũ ibi nota.

¶Reſpondetur ſuccedere loco legitimę quæ eſt alterata a ſtatuto,ſicut eſt alterata etiam in repletione: nam per hoc non ſequitur eam non fore legitimam: iuxta nota. per Iacob.de Aret.Bar.& omnes in l.Titio centum.§.Ti-
40 tio genero.de conditioni.& demonſtrationib.nam † ſtatutum diminuere poteſt legitimam:& in quantitate,& in tempore: ſi ergo dos ſuccedit loco legitimę ex expreſſa intentione ſtatuti nulli dubium eam computari in legitimam filiorum: ſecundum Aretin. & omnes in dicta. l. plane.§.ſi duob.de legatis.1.& Socin.in conſil. præallegato, & ſi etiam ex forma ſtatuti non ſuccederet loco legitimę, quod tamen negatur, utiq; ſuccedit ex diſpoſitione teſtatoris,ita quod ſtatutum non erit in conſideratione,
41 cum † diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis.l.fin. C. de pactis conuen. plene per Iaſo.in l.ij.C.de iure emphyteu.& hoc maxime debet eſſe, cum per ipſam diſpoſitionem teſtatoris fit reductio ad ius commune, quo legitima debetur filię, quæ reductio debet fieri ut fa
42 uorabilis, † etiam ſi uerba impropriarentur:ut not. in c. ſtatutum.in gloſ.in uerbo,numerandum.de electioni.in 6.& plene ꝑ omnes,præſertim Iaſo.in l.ſi unus. §. pactus ne peteret.de pact.in princip.& ex his apparet debere eſſe tantum unam legitimam filiorum, ac filiarum, & illa excluſio facta a ſtatuto non eſt facta ad impugnandam ſeu augendam legitimam, ſed uniuerſalem ſucceſſionẽ: ſecundum Soci. in dicto conſilio. quod comprobo, quia ex teſtamento pater in totum inſtituere filiam poteſt, ergo lex concedit arbitrio patris, & ad fauorem illius cui pater uoluerit bona ſua deuenire, & ſic cum pater grauauit filium,& fecit fideicommiſſum uniuerſale,& ſic ſucceſſorem uniuerſalem, ergo ad ſui commodum. Item ſequeretur quod ſi hæres alius fuiſſet inſtitutus ex quo teneretur filijs ad integram legitimam teneretur etiam filiabus ad dotes,quæ ſi non computarentur in legitimam
43 duplici onere † grauaretur: quod non eſt admittendum l.Titia.§. qui inuita.de leg.2. & eſt abſurdum, & per iſtã rationem ita tenet Are.in l.j.in fin.quando non petẽ. par tes accreſ.Et ex his apparet reſponſum ad illud quod dicebatur filiam haberi pro exhæredata,& perinde eſſe ac ſi eſſet extranea,quia non eſt uerum,immo debetur ſibi legitima tam de iure communi q̃ uigore ſtatuti,& pręſertim cum in ea ſit inſtituta a teſtatore.

¶Non obſtat aliud fundamentum de ſtatuto quod uult filios excluſos non cõnumerari in numero liberorum ad conſiderandum quanta intelligitur legitima filiorum:qa
44 illud ſtatutum limitate loquitur, ſi inter † maſculos ad inuicem oriatur quæſtio de quarta debita iure naturæ: ſed iſte non eſt caſus noſter,quia iſta quæſtio nõ eſt inter maſculos adinuicẽ.Item dicit ſtatutum uel cũ alijs orietur:quod uerbum cum alijs,refertur ad illud inter maſculos:cum aliàs oratio eſſet imperfecta,& ſalua ratione recti ſermonis eſſe non poteſt facit.l.cum pater.§.imperfe-
45 ctam.de legat.2.Item eſt dictio uel,quę † eſt alternatiua, & habet in ſe implicationem, & implicat præcedentia in ſequentia.§.per occaſionem.in authen. de nuptijs notat Are.in §.licet autem.inſtitu. quib. ex cauſis manumitte. non licet. ergo implicat uerbum inter maſculos, poſitum in præcedentibus ad ſequentia: ſed hic non eſt quæſtio inter maſculos cum alijs,ſed inter fœminas cum alijs:ergo non loquitur in iſto caſu.

¶Nec obſtat,ſi dicatur iſtę fœminæ ueniunt ex perſona maſculi:quia reſpondetur litem uere non fore cum maſculis, ſed inter fœminas cum alijs, ficte tamen & interpretatiue eſt inter maſculos:in quo caſu ſtatutum non de
46 bet uerificari: cum ſtatuta † in caſu uero & non ficto debent intelligi. l.iij.§. hæc uerba. de negotijs geſt.l. quicquid aſtringendæ.de uerbo.obligationib.

¶Secundo principaliter reſpondeo illud ſtatutum non loqui in iſto caſu,ſcilicet quando filius erat grauatus per fideicommiſſum, & ei ſucceſſerunt ſorores dotatæ. Nam ſtatutum dicit declarantes quod ubicunq; in aliquo caſu prædictorum in hoc uel præcedenti ſtatuto contentorum,mulier a ſucceſsione, uel ex teſtamento uel ab inteſtato repellitur:ſed in illo ſtatuto & in præcedenti nõ eſt iſte caſus de quo ſupra,uideatur,ergo ſtatutum non me-
47 retur allegari: & † cum ei us uerba non conueniant, nec mens conuenit.l.iiij.§.toties.de damno infecto. notatur in l.ſi mãcipia.de ſeruis fugitiuis.& maxime cum ſtatutũ ſe reſtringat in caſibus prædictis.

¶Et quamuis iſtud multipliciter poſſet demonſtrari,ſcilicet ſtatutũ illud nõ loq. in iſto caſu:hoc tñ loco illa breuitatis cã omitto, cũ ſatis ſufficienter rñſum apparet.

¶Et ex his decidiẽ tertium dubium, an debita teſtatoris ſpectent ad hæredes grauati,uel ad fideicõmiſſarios? Nã cum uerior opinio ſit hæredes grauatos nõ poſſe in hoc caſu detrahere Trebellianicam, ſed tãtum legitimam;ut latẽ ſupra demonſtratum eſt. conſtat ante omnia debita
48 teſtatoris fore deducẽda:† deinde legitimã de reſiduo in

quo non adſint onera.l.Papinianus.§. quarta de inoffi.te
ſtamen.& ibi per omnes : & per conſequens debet deduci
illud quod debetur Antonio fideicommiſſario ex admini
ſtratione tutelarum antequam fideicommiſſum fuerit ſi-
bi reſtitutum, tanquam æs alienum:& caſu quo Trebellia
ca poſſet deduci ab hærede, quod nullo pacto puto con-
cedendum,cum ueritas ſit in contrarium, tunc dico fidei
49 commiſſarium & hæredem debere ſoluere † debita ꝑ ra-
ta:ut eſt caſus in l.j.C.ad Trebellia.& ibi Bar.Pau. Sali. &
omnes : & hoc nullam habet difficultatem.

¶Quarto dubitatur an datum a Iacobo in dotem , præ-
ter relicta a patre debeat computari in ſua legitima? qđ
50 breuiter dico ſi dedit de bonis prouentis ad ipſum a † te
ſtatore utique imputandum eſſe in legitima : ut per do-
ctores in l.filiusfa.§.diui.de leg. 1.aliàs ſi dedit de ſuo nõ
debet imputare. ¶Quinto dubitať,an ex quo non confe-
cit inuentariũ teneať reſtituere ẽt dotes maternas? & q̃-
uis aliqui teneant quod ſic , tamen ſequendo ueritatem
51 dico † non fore reſtituendas,& ſic ad fauorẽ hęredis pro
nuncio quantum ad hoc : quia apud me non eſt accepta-
tio perſonarum, ſed ſolam ueritatem conſidero. Nã hoc
uoluit Paul.de Caſtr. in conſi.164. Viſa facti narratione.
Soci.Dec.& alij in l.debitori.C.de pactis.colum.2. & Ale
xan.in conſi.124.Viſo.uolum. 7.in fine. & eſt uerior opi-
nio rationibus de quibus per eos.

¶Sexto fuit datum dubium,an quædam bona recupera
ta per hæredem,quæ fuerunt uendita cum pacto francan
di & redimendi debeant reſtitui fideicommiſſario tan-
quam hæreditaria? paucis concludo in his quæ non ha-
bent difficultatem , & dico debere reſtitui fideicommiſſa
52 rio:quia poſt factam†recuperationem dicũtur eſſe apud
hæredem ex cauſa prima:ut per Bar.in l.in diem.de aqua
plu.arcen.& in terminis ita conſuluit Dec. in conſil. 238.
colum.fin. allegat tex. in l. ſi ex duobus.§. Marcellus. de
in diem addic.& ita ſentio. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus Bonoñ.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio ſimplex iudicatur quando penſio ſoluitur in recompen-ſationem fructuum.*
2 *Remiſsio in ſimplici locatione fit propter ſterilitatem fru-ctuum.*
3 *Remiſsio fit in locatione ad longum tempus propter ſterilitatem fructuum.*
4 *Sterilitas digna remiſsione eſt,quando ultra expenſas nihil per-cipitur ex fructibus,ſecundum unam opinionem.*
5 *Sterilitas pluribus modis conſideratur per authorem , & decla-ratur.*
6 *Damnum intolerabile dicitur,quando excedit dimidium iuſti re-ditus.*
7 *Conductores licèt ſoluant penſionem in recompenſationem fru-ctuum,tamen id debet æſtimari ut aliquid lucrentur.*
8 *Sterilitatem,ſecundum uulgi opinionem , æſtimari communior opinio eſt.*
9 *Sterilitatis onus probandi ſpectat ad conductorem qui eam al-legat.*
10 *Sterilitas non ſimpliciter debet probari ſed qualificata ut obti-neat remiſsionem.*
11 *Teſtis ſi deponat ſe uidiſſe rem de manibus accuſantis auferri nõ probat rapinam.*
12 *Teſtis dicens eſſe publicam famam in loco,quia audiuit a maiori parte populi non probat niſi addat qualitatem dicti loci.*
13 *Villa non tenetur de occiſo ſi reperiatur in ea occiſus,niſi probe-tur quod ibi fuerit occiſus.*
14 *Teſtes ſimpliciter deponentes de conſanguinitate non probant , cum multiplex ſit conſanguinitas.*
15 *Locator ut teneatur ad remiſsionem ante omnia uidenda eſt lex contractus.*
16 *Periculum omne & caſus fortuitos conuentio de in ſe ſuſcipien-do ualet cum diſtinctione.*
17 *Iuramentum ualidat actum aliàs inualidum , quando alias non poſſet ſaluari ſine interitu ſalutis æternæ.*
18 *Periculum neceſſario non ſignat caſum fortuitum, & ideo in re-nunciationibus non refertur ad caſus fortuitos.*
19 *Conductor tenetur de omnibus caſibus fortuitis, quando aliquos caſus excepit in quibus non uult teneri.*
20 *Interpretatio capitur ut nihil ſit ſuperfluum in contracti-bus.*
21 *Remiſſio mercedis non fit pro anno ſterili , quando in præcedenti anno fuit ubertas : quod ſine dubio procedit quando ubertas fuit ad duplum mercedis cuiuſlibet anni.*

R E S P O N S V M CLXI.

¶Quando propter ſterilitatem ſit concedenda remiſsio a
locatore conductori,ubi multa ægregia in materia.

INVOCAVO diuino ſuffragio. ¶In prę
ſenti caſu uidebatur domino Franciſco de
Tauſignanis, remiſsionem mercedis conce-
dendam eſſe per illuſtriſsimum ac reueren-
diſsimum dominum meum : quia eſt ſimplex locatio cũ
1 † penſio ſoluatur in recompenſationem fructuum. l. in
lege.§.colonus.l.ſi quis domum,l.ex conducto.locati.Io
an.de Imola & omnes in cap.propter ſterilitatem.extra ,
locati.Iaſon & communiter omnes poſt Bartol.in l.j. de
2 iure emphyteu.& in ſimplici locatione † propter ſterilitã
tẽ fructuum fit remiſsio.l.ſi merces. §. uis maiór.ubi no-
tant omnes:& in l.ex conducto.locati. & per omnes in di
cto cap.propter ſterilitatem. quod habet locum & ſi lo-
catio ſit ad longum tempus.Cyn.Pet.Bald. & moderni in
dicta.l.j.de iure emphyteu.Angel.in §. quia uero Leonis.
in authen.de non alien.& permutan.reb.eccle.Petr.de An
cha.Ioan.de Imola & alij in cap.potuit.locati in penulti
ma gloſſ.Are.in conſil.55.Alexand. conſil. 28. Pondera-
tis.colum.1.uolumi.4.

¶Nec obſtat ſi obijciatur non adeſſe hic ſterilitatem di-
gnam remiſsione, cum ultra expenſas adhibitas aliquid
4 ex fructibus perceptum eſt,& † ſterilitas digna remiſsio-
ne eſt , quando ultra expenſas nihil percipitur ex fructi-
bus : ut ſentit Bar.in d.l. ſi merces. §. uis maior.loca.ar-
gumen.l.legatum.de annuis legat. & l.ex eo.de uino,tri-
tic.oleoque legato. Areti.conſil. 52.quoniam reſponde-
tur hanc opinionem eſſe ueriſsimam ut propter talem
ſterilitatem concedatur remiſsio : ſed quantum ad hoc
ut ſi non adſit tanta ſterilitas quod non concedatur ,
5 dico † non eſſe uerum , & aliam opinionem eſſe magis
communem quæ habet quod deductis expenſis adhi-
bitis circa ipſos fructus , cum illæ expenſæ fructus di-
minuant non percepit tot fructus qui aſcendunt ad ua-
lorem medietatis mercedis , & pretij quod ſoluit ipſe
conductor pro re conducta.gloſſ.Iacob.de Rauen. Petr.
de Bellaperti.Cyn.Bartol. Bald. in l.licèt.C.loca.& ratio
eſt , quia text. in dicto cap. propter ſterilitatem . requi-
6 rit damnum intolerabile, & † ſatis dicitur intolerabile
cum excedit dimidium iuſti reditus , & pretij dandi
in recompenſationem fructuum : argumen.nota.in l.ij.
de reſcinden. uenditio. cum ſimilib. ergo licèt ſuperſint
fructus deductis expenſis cum non ſunt ultra dimidiam
iuſti pretij quod ſoluitur pro mercede debet fieri re-
miſsio : ſecundum hanc opinionem magis receptam
quàm primam , immo omnino ſecundum aliam opinio-
nem debet fieri remiſsio , quæ fuit gloſſ.in l. ſi uno. loca.
Azo in ſumma locati. §.j. uerſicu. item agitur ex condu-
cto.Raph.Fulgo.in dicto §. uis maior.Anton. de Butr.&
Imol. in dicto cap. propter ſterilitatem . quæ contineat
tunc ſterilitatem dignam remiſsione eſſe , quando con-
ductor non percepit dimidium illius propter aliquem
caſum quod percepi conſueuit ex re locata,& hæc uide-
tur continere aliquid magis quàm prima opinio , cum q
7 conducunt,licèt † ſoluant penſionem in recompenſatio-
nem fructuum,tamen habetur conſideratio ut aliquid lu
crentur facta regulari ꝯſueti reditus æſtimatione , ut nos
docet experientia quę eſt rerum magiſtra.c.quã ſit.de ele
ctionibus. uel ſi uolumus conſiderare aliam opinionem
quæ

quæ cæteris communior eſt, ut in conſideranda ſterilita
8 te obſeruemus † uulgi opinionem: quàm poſuit gloſſ.
in dicta l. licet. & l. ſi uno.loca.quam ſequuntur Goffre.
Hoſt.& communiter docto.ſecundum Ioan. Andr. in di-
cto cap.propter ſterilitatem.& Fulgo.in dicto.§.uis ma-
ior.& Corne.in conſi.128.Videtur.col.5.& 6. uolumi.2.
Alexand.conſilio.107.Perſpectis.colum. fin. in princi.in
3.uolumi.Soci.in conſi.100.In cauſa colum. j. uolumi.j.
negari non poterit ſterilitatem non adeſſe, & ſi deductis
expenſis ſuperſint aliqui fructus, cum ſint, ut præſuppo
nitur, modici & pauci ualoris, & uix aſcendunt ad ter-
tiam partem mercedis quæ ſolui debet per dominum cõ
ductorem, ergo ſecundum magis communes opiniones
uidetur remiſsionem ſibi concedendam eſſe, & hæc ſunt
quæ rem dubiam contra reuerendiſsimum dominũ meũ
facere uidebantur.

¶Maturius tamen ad facti ſpeciem animaduertens de-
termino contrarium. Et primo, quia concludenter non
probauit ſterilitatem, cum qualitatibus requiſitis ad re
miſsionem concedendam, de quibus ſupra feci uerbũ:
immò ſufficienter illam non capitulauit ſi recte acta ſpe
ctentur à dominis arbitris ut diſtincte deducam ſi illis
opus fore uidebitur, quod non ſpero propter eorum ſin
9 gularem peritiam. at cum † onus probandi ſterilitatem
ſpectet ad conductorem, quia eum allegat & cuius in-
tentionis fundamentum eſt, igitur cum eum non pro-
bauerit obtinere non poteſt remiſsionem. l. actor. l. ei
qui.de probationib.l.qui accuſare.de edend.& reueren-
diſsimus locator habet fundatam intentionem ex inſtru
mento, & contractu locationis in quo promiſit ſoluere
quolibet anno mercedem & penſionem, adeo ut ſi con-
trarium dicere uellet probare tenetur: & in terminis ita
reſpondit Philippus Corne.in conſi.prædicto. 128.Vide
tur.ad finem.& prius Bal.conſi.329.Caſus talis.in j.uol.
licet eum non alleget, & probatio debet eſſe cõcludens.
cap.in præſentia.de probationib.l.nõ hoc. unde cogna-
ti. & cum non ſufficit ſola ſterilitas, ſed talis quæ indu-
10 cat † remiſsionem, & ſit qualificata, igitur cum nõ ſunt
probatę qualitates requiſitæ, probatio nihil ualet: ut
probatur in dicto cap.in præſentia. de probationib. ubi
ſi probetur quis minor, non ſufficit niſi probetur ſpe-
11 cie ingreſſus, & ideo inquit Ang. ſi † teſtes deopnant ſe
uidiſſe rem de manibus accuſantis auferri non probant
rapinam, quia non appoſuerunt qualitatem rapinæ, li
cèt uerba illa conueniant rapinæ.

¶Item ſi teſtis dicat eſſe publicam famam in loco, quia
audiuit à maiori parte populi non probat, ſi non pro-
12 bat & dicat † hanc qualitatem dicti loci, uel ciuitatis,
quia hæc eſt qualitas requiſita ad famam probandam.
Bal.in l.de minore.§.tormenta.in 5. quæſtio.de quæſtio-
nibus.& ideo inquit Paul.de Caſt.in l.penulti.§.docere.
ne quis eum. poſt Marti. Silima. quem refert ſi probetur
13 hominem occiſum repertum † eſſe in uilla ex quo non
probatur fuiſſe occiſum in uilla, prout requiritur à ſtatu
to, ad hoc ut uilla teneatur non probatur, quia quali-
tas requiſita à ſtatuto non probatur.ita hic, licet proba
retur ſterilitas. cum autem non probatur qualitas ſterili
tatis requiſita ad remiſsionem mercedis concedendam
probatio non concludit, & facit quod uoluit Alexand.
14 in conſi.82.In cauſa uertente. libro.j.dum inquit † teſtes
deponentes conſanguinitatem, quia pluribus modis cõ
ſanguinitas in iure accipitur, ita dicendũ eſt in hac pro-
batione facta ſimpliciter de ſterilitate ut nõ probet, cũ
ſterilitas in iure uarijs modis capitur: ut conſtat ex his
quæ ſupra diximus, & plene traditur in dicta. l. licet.C.
loc.& §.uis maior.l.ſi merces. ff.loca.& in c. propter ſte-
rilitatem.loca. & omnis ſterilitas non eſt ſufficiens ad re
miſsionem mercedis: ut ibi not.

¶Secundò principaliter etiam conceſſo ſine ueri præiu-
dicio quod concludenter probatio ſit ſterilitas demon-
ſtratur reuerendiſsimum dominum meum non teneri ad
remiſsionem, & hoc ex uerbis ipſius contractus, cum
conductor promittit ſoluere mercedẽ omni exceptione
remota, & ſuſcipit in ſe omne periculum & caſus fortui-
tos exceptis tempeſtate & bello, ſed hæc ſterilitas non
accidit ratione belli, uel tẽpeſtatis, ergo reuerẽdiſsimus
15 locator nõ tenet remittere † mercedẽ, ſm legem ſtãtus
q̃ ſeruari debet.l.j.§.legẽ.depo.l.legẽ. de pactis.nã ſuſce-
16 ptionis † periculi, ac omnium caſuum fortuitórum
ualet. l. quæ fortuitis. ubi Bald. & alij. C. de pignorati-
tia actio.gloſſ.Bartol.Angel.Salice.Rapha.Paul.Roman.
Iaſ.& alij in l.ſed ſi quis. §. quæſitum. ſi quis cautionib.
& cum hic excepit illos duos caſus quo caſu etiam ualet,
ſecundum opinionem illorum qui tenent contrarium, &
diſtinguunt, & uolunt, tunc ualere quando excepit ali-
quos caſus, aliàs ſecus: ut ibi per docto. & per Iacob.
de Rauen.Pet.& Cyn.in l.j.C.commodati.quia hic utrun
que interuenit, ſcilicet renunciatio generalis, & exce-
ptio aliquorum caſuum particularis, adeo quod ſecun-
dum utranque opinionem reuerendiſsimus dominus
locator non tenetur ad remiſsionem mercedis, cum ca-
ſus ſterilitatis præſentis non ſit de exceptuatis. Accedit
17 quoque iuramentum † quod ualidat actum aliàs inua-
lidum, quando aliàs non poteſt ſeruari ſine interitu ſa-
lutis eternæ: ad plenè nota. in l. prima & in authen. ſa-
cramenta puberum. C. ſi aduerſus uendito. & in capitu.
cum contingat. de iureiurand. & ſic cum in conuentio-
ne caſus fortuiti generaliter ſunt expreſsi per iuramen-
tum, talis conuentio debet firmari, cum aliàs iuramen-
tum non ſeruaretur contra interitum ſalutis æternæ: nec
hoc caſu iuramentum ampliat conuentionem, ſed ex-
preſſa in conuentione confirmat: & hoc modo tollun-
tur ea quæ dicunt Bartol. Bald.Salice. Alexand. Iaſ. & alij
in dicto.§.quæſitum.dum uolunt ſuſcipientem in ſe om-
18 ne periculum † non teneri de caſibus fortuitis etiam ſi
iurauerit, quia loquuntur in ſuſcipiente periculum:
quod neceſſario non ſignat caſum fortuitum, & ideo
ibi iuramentum ampliaret hic ſuſcepit caſus fortuitos,
adeo quod iuramentum ſolum confirmat: & ita eſt de
mente Corne.in dicto conſil.128.Videtur.uol.2.

¶Non omitto etiam quod ex quo excepit caſum tempe-
ſtatis, & belli: in quibus non uult teneri ad penſionem
19 uidetur tacite fateri ſe † uelle teneri in omnibus alijs ca
ſibus, & ſterilitatibus, cum exceptio firmat regulam in
caſibus non exceptis.l.nam quod liquidæ.§.finali.de pe-
nu legata.& quia excluſio unius eſt aliorum incluſio, &
econtra. l. cum prætor. de iudicijs. & quoniam aliàs illa
exceptio, & illa uerba &c.eſſent ſuperflua, ſi indiſtincte
conductor non teneretur ad penſionem propter quancũ
20 que ſterilitatem, uel caſum fortuitum: & † ſemper capi
tur interpretatio, ut nihil in cõtractibus ſit ſuperfluum:
Baldus in rubrica de contrahenda emptio.plene notatur
in cap.ſi Papa.de priuilegijs.in 6.& l.ſi quoniam. de leg.
j. ut nec minima ſyllaba debet eſſe ſuperflua.gloſſ. in l. j.
quod metus cauſa. & late in locis prællegatis, & alibi
ſæpe: & in terminis quando aliquis caſus eſt exceptus à
conductore, quod in non exceptis debeat teneri dixit
Calcaneus cõſ.24.col.3.de cuius dicti ueritate alibi prin
cipaliter dixi, quod hic uti non neceſſarium prætermit-
to, cum ſaltem omnibus ſimul cõſideratis ſatis conſtat
ex ipſa conuentione reuerendiſsimum dominum locato
rem non teneri in hoc caſu ad remiſsionem penſionis.

¶Vltimò principaliter conſidero id quod in facto præ-
ſupponitur conductorem ſuperiori anno quo uniuerſalis
annonę penuria fuit, cõdecenter fructus habuiſſe, quos
propter qualitatẽ temporis adeo bono pretio uendidit,
ut ex eis conſecutus fuit ultra duplum pretij mercedis,
quam quolibet anno ſoluere tenetur: quo caſu clariſsi-
mum eſt etiam ſi probaſſet ſterilitatem, & reuerendiſsi-
mus dominus teneretur ad remiſsionem de iure: quæ ta
men negantur per ſupra deducta. Nihilominus non tenę
tur in hoc caſu ad remiſsionem mercedis, cum ubertas
21 præcedentis † anni debet cum ſterilitate præſentis anni
compenſari, ut dicit Papini. in l. ſi uno anno.ff.locati.&
Imperator in l.licet.C.locati.& utrobique notant Barto.
Bal.Sali. & communiter omnes, & per Canoniſtas in di-
cto c.pro.

cio cap.pr opter ſterilitatem. locati. & cum ubertas exceſsit ad duplum: quo caſu ſm omnes res nullã habet difficultatẽ aliter nõ cõprobo, nec aliter adductis in ↄ̃rium reſpondeo, cũ quando non probauit conductor ſufficiẽter ſterilitatem, uel ex conuentione locator non tenetur ad ſterilitatẽ, uel adeſt ubertas alterius anni prout hic hęc omnia adſunt, ceſſant adducta in ↄ̃rium. Laus Deo.

¶Ita de iure reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum non poſſunt ligare eccleſias, uel perſonas eccleſiaſticas.*

2 *Statutum non ualet quod priuat monialem à ſucceſſione.*

3 *Statutum dictans clericum declinantem iuriſdictionem poteſtatis loci eſſe debere extra eius protectionem, & ius ei reddi nõ debere, non ualet.*

4 *Chirographa priuata, & inſtrumenta publica de iure non habent executionem paratam.*

5 *Iura & ſtatuta laicorum quando loquuntur ſimpliciter, & nõ faciunt mentionem de clericis, & ſunt introducta in fauorem commercij humani, ut contractus comprehendunt eccleſiaſticas perſonas.*

6 *Statuta laicorum ligant clericos, quando non ſunt contra libertatem eccleſiaſticam in foro ſeculari, quando clerici in eo agunt.*

7 *Ius illius contra quem agitur, in deciſorijs ſeruari debet.*

8 *Concordia noua inter doctores, quorum aliqui atteſtantur Bar. in l. j. de ſumma trin. & fide catho. communiter approbari, & alij communiter reprobari.*

9 *Statutum laicorum in preiudicio clericorum ualet in quærendis.*

10 *Statutum laicorum poteſt beneficia ſua expreſſe denegare clericis.*

11 *Clerici quando uolunt uti ſtatuto laicorum tenentur uti cum ſuis qualitatibus, & temperamentis.*

12 *Statutum laicorum ligat clericos, quando fuit factum antequã eſſent effecti clerici. quod declara ut per authorem.*

RESPONSVM CLXII.

¶An clericus habens chirographum, uel litteras cambij, petens executionem ſecundum ſtatutum mercatorum teneatur, & ligetur ab ipſo ſtatuto ſicut ligantur mercatores, ubi agitur de ſtatuto Bononienſi, & multa utilia ponuntur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Reuerendus religioſus ſanctæ Mariæ ſeruorum, dominus Apollonius Gogiadinus nomẽ debitoris chirographarium habens ſecundum formam ſtatuti noſtri mercatorũ, quod litteras cambij appellat, & prębet illis executionem paratã tridui poſtquam ſunt in iudicio productæ, cum eas litteras in iudicium produxerat, & triduum lapſum fuit ſecundum ſtatutum earum executionem petit. Ex aduerſo ei obijcitur executionem à ſtatuto conceſſam, ipſo quoque ſtatuto mercatorum fuiſſe temperatam, ut quibuſdã caſibus ceſſet, & præſertim ſi lapſus ſit annus à die ſolutionis deſtinatæ: & eo caſu intelligatur præſcriptũ, adeo ut ipſum chirographum ſit nullum & nullius ualoris uel efficacię ad fauorem & commodum creditoris in eo deſcripti. Itaque cum lapſum ſit in præſenti caſu decennium à die deſtinatæ ſolutionis aſſeritur eodem ſtatuto id chirographum, uti præſcriptum, ac nullum, exequendum non eſſe.

¶Præterea quia alia parte eiuſdem ſtatuti mercatorum cauetur nullum clericum beneficiatum, qui habet aliquem ordinem ſacrum ultra quatuor ordines minorum non debere audiri in curia mercatorum. Quęritur quid iuris in hac facti ſpecie mihi eſſe uideatur. Et punctus iudicio meo difficultatis ↄ̃ſiſtit an hoc ſtatutũ in illis pſertim exceptionib. comprehendat religioſos ſeu clericos.

¶Et prima fronte uidebatur in eis locum ſibi uendicare
1 non poſſe ex defectu poteſtatis, cum † ſtatuta laicorum non ligent eccleſiaſticas perſonas. cap. bene quidem. cap. cum ad uerum. & cap. ſi imperator. 96. diſtinctione. cap. placuit. 11. quæſtio. 3. c. certum. 10. diſtinctione. Abbas, & communiter Canoniſtę in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutioni. Bartolus & communiter Legiſtę in l. omnes populi. de iuſtitia & iure. in j. quæſtione principali. Lapus allegatione. 101. col. 5. Alexander conſil. 209. columna penulti. libr. 2. Andr. Sicu. conſilio. 21. libr. 3. cum uulga.

¶Secundò in hoc caſu id magis eſſe debet, cum ſpecialiter loquatur de clericis: ut per docto. in locis ſupra allegatis, & confirmatur ex his quæ ponunt Angelus, Alex. Iaſon, & communiter doctores in l. fin. C. de pactis. dum
2 uolunt ſtatutum non † ualere quod priuat monialem à ſucceſsione: ex quo expreſſe loquitur de moniali, & licèt Bartolus ibi diſtinguat, tamen communiter indiſtinctè tenetur à doctoribus ibi non ualere, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerborum obligationib. & utrobique examinaui poſt Alexand. columna. 18. & in conſi. 139. Viſo themate. columna. fin. lib. 2. & concordantes ibi adductos per modernos.

¶Suadetur quoque ex his quæ uoluit Bal. in auth. caſſa. columna. j. de ſacroſanctis eccleſijs. & in authentica, ſtatuimus. C. de epiſcopis & cleric. dum inquit † non ualere
3 ſtatutum in præiudicium clericorum, ſi dictauerit clericum declinantem iuriſditionem poteſtatis eſſe debere extra eius protectionem, & ei ius reddi non debere, & ex multis ſimilibus id comprobari poſſet, quæ enumerant Legiſtę maxime repetentes, Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino, Ioannes Crotus in dicta. l. omnes populi. de iuſtitia & iure. & Canoniſtæ in dicto cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib. & alibi ſępe quę non tranſſcribo, cum uideri facillime poſsint.

¶Maturius uero conſiderans determino contrarium, & conſidero id ſtatutum concedere hanc executionem litteris cambij contra ius commune, & eſſe proprium priuilegium à ſtatuto introductum, & ab eo illo modo coarctatum: & hæc omnia fauore mercatorum introducta ſunt, ut facilius expediantur mercatores diligentes, cũ de iure communi regulariter non ſolum chirographa
4 priuata, ſed nec † ipſa quidem inſtrumenta publica habent executionem paratam. l. minor. 25. ann. cui fideicõmiſſum. de minor. ubi not. & allegantur concordantię.

¶Secundò conſidero illud ſtatutum quòd præſtat executionem litteris cambij, & illud quod eam executionem temperat loqui generaliter, & nullum uerbum facere de clericis, & ſe habere ad commodum, & incommodum ſicut ſe habent contractus, & ſtatutum quod loquitur de clericis in ſpecie eſſe ſeparatum.

¶His præſuppoſitis dico hoc ſtatutum comprehendere clericos quemadmodum omnes leges quæ ex defectu poteſtatis non comprehendunt clericos ut iuribus pro con
5 traria parte allegatis: nihilominus † qnando loquuntur ſimpliciter, & non faciunt uerbum de clericis, & ſunt introductæ in fauorem commercij humani, & actuum hominum ut facilius, & commodius effectum ſortiantur, & ſi ad commodum, uel incommodũ ſe habere poſsint, ut uidere licèt in omnibus legibus quæ de contractibus loquuntur, etiam eccleſiaſticas perſonas cõprehendunt: ut uolunt Abbas, Anto. de But. & alij in dicto. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio. Hoſtien. & alij in c. final. de ſolutionib. Alexand. conſi. 122. Viſo themate. colum. fin. lib. 2. & in conſi. 122. Viſo proceſſu. colum. penulti. & in conſi. ſequen. uol. 5. poſt alios quos ipſe allegat: quam concluſionem in hoc caſu pro indubia admitto, quando clerici id ſtatutum amplexi ſunt contrahendo, & eius formam ſeruando, & eius remedium intentando in iudicio ut hic actum fuit, ut latius dixi legendo & conſulendo ubi de ueritate diſſerui, ergo cum hoc ſtatutum ſit huiuſcemodi habebit locum in perſonis eccleſiaſticis.

6 ¶Secundò principaliter conſidero † ſtatuta ligare clericos,

ricos, quando non ſunt contra libertatem eccleſiaſticam uel perſonas eccleſiarum in foro ſeculari, quando clerici in eo agunt, & ita intelligo, & ſaluo dictum Bartol. in l. j. C. de ſumma trini. & fide catho. uerſicu. quinto quæritur. quem ſolum impugnat Bald. ibi, in foro eccleſiaſtico, ita quod impugnando quantum ad eccleſiaſticum uidetur tranſire cum eo, quantum ad iudicium ſeculare, & dictum Bartol. ſimpliciter ſequitur Lapus allegatione. 81. And. Sicu. conſilio 14. in 2. dubio. & in rubric. de rebus eccle. non alienand. in 13. fol. columna 4. cum ſequen. & eandem partem tenuit Ioannes Andr. in additio. Specul. in titu. de conſtitutionib. §. j. uerſicu. & not. idem uoluit Hoſtien. in titu. de teſt. §. qualiter. uerſicu. uerum. & de conſuetud. §. fina. uerſicu. pone. Ant. & Imo. in cap. quod clerici. de foro competen. & Florentinus in capitu. cum ueniſſent. de eo qui mitti. in poſſeſſio. dixit
7 per illum text. in deciſor: js † ſeruari debere ius illius contra, quem agitur. & idem uoluit Rapha. Cuman. in l. omni uacatione. C. de ſacroſanct. eccleſ. & plura alia allegat Corne. in conſilio 114. Quamuis. uolumi. 2. colum. 3. ubi tenent hanc opinionem, & atteſtatur communem, & in iudicio in decidendo ſeruandam eſſe, & licèt Dominic. in cap. j. de iureiurand. & Dec. eum, & plures authoritates allegans atteſtetur communem eſſe contra Barto. nihilominus cum habemus Corn. atteſtantem contrarium & dicentem hanc eſſe communem, & ſi certe conſiderentur allegata contra Barto. non loquuntur indiſtincte cõtra eum, ſed quantum ad forum eccleſiaſticum, & quo ad quædam adeo quod omnibus ſupra deductis in hoc caſu in foro ſeculari quod eligit: cum etiam eſſet alte-
8 rius fori gubernatoris ciuitatis † qui eſt epiſcopus ſit, & potuerit eum conuenire coram eo, & non fecit, credo opinionem Bartol. procedere, & ſaluari authoritatem Cornei atteſtantis illam eſſe communem, quo ad forum eccleſiaſticum, & quo ad opinio. Bartol. receptam indiſtincte aliam opinionem dicentem communiter reprobari Bartol. ſaluari poſſe: & ita quo ad caſum noſtrum uetum eſſe ſtatuta hæc laicorum comprehendere clericos illis ſtatutis utentes, & concordari poſſe.

¶Tertio principaliter hos ſtatuentes non poſſe redargui quod ſint contra libertatem eccleſiæ, & conſequenter ſtatuta ualere demonſtro, quoniam hic agitur de obligatione quærenda quæ habeat executionem paratam,
9 ſed in quærendis ualet † ſtatutum laicorum in præiudicium eccleſiæ, & clericorum. Bald. in rubric. de conſtitutionib. colum. 2. uerſicu. quæro an ualeat ſtatutum. Petr. de Anchar. in conſi. 11. Factum ſuper quo. colum. penult. quod conſilium aſſcribitur Bald. licèt ſit inſertum inter conſilia Petr. de Anchar. Andr. Siculus in conſilio 14. libro 3. Decius & alij moderni in dicto cap. eccleſia ſanctæ Marię. de conſtitutionibus. colum. 20. quod fortius hic eſſe debet, cum non agitur ſimpliciter de præiudicio eccleſiæ, uel eccleſiaſticarum perſonarum in quærendis, ſed ſolum in modo quodam quærendi, non auferendo eis omnes alios iuris communis modos acquirendi, quòd uidetur præter omnem contradictionem.

¶Quartò conſidero ut dixi in præmiſſis, id eſt beneficium ſtatuti contra regulas iuris, modo dico, licèt laici non poſsint ſuis ſtatutis clericos ligare, poſſunt tamen
10 beneficia ſuorum ſtatutorum † illis expreſſe denegare. Bald. in authen. caſſa. uerſicu. ſed quæritur. C. de ſacroſan. eccleſ. in l. ſi quis curialis. per illum text. C. de epiſcop. & cleric. in l. de quibus. uerſicu. 6. quęritur an clerici. C. de legib. cum concordantib. ibi late traditis per poſteriores: & rõ eſt, quia qui denegat beneficium ſuum alicui ei iniuriam non facit, ergo hi ſtatuentes potuerunt expreſſe denegare beneficium, & priuilegium inductum ab eis ipſis clericis, prout expreſsè fecerunt in tertio ſtatuto, de quo ſupra feci uerbum: & ex hoc fundamento conſtat hunc uirum religioſum non poſſe uti beneficio illius ſtatuti, cum expreſsè ab eo arceatur, & conſequenter fruſtra tractari, an ab eo ligetur, dum temperat, & limitat ſuum beneficium.

¶Quintò ut omni ex parte ſatisfactum ſit domino iudicanti, dico eſto ſine ueritatis præiudicio id ſtatutum non potuiſſe ligare clericos, nec ſui beneficium illis denegare, nihilominus hi clerici, cum hoc beneficio ſtatuti utantur eo modo, & cum illis qualitatibus quibus ſtatutum concedit ſuum beneficium uti debent, cum de iure eſt ſi
11 clerici uti uolunt † beneficio ſtatutorum laicorum debent uti eo modo, & cum qualitatibus, & temperamentis, cum quibus conceditur à ſtatuentibus. Bald. in dicta. l. de quibus. uerſicu. 6. quæritur. de legib. in l. j. in ultima quæſtio. de contrahen. emptio. in l. omni nouatione. C. de ſacroſanc. eccle. ibi tn dic: & in l. in legatis. C. ad leg. Falcid. in l. fin. §. ſi uero poſtquam. de iure deliberan. Iaſ. in dicta. l. de quibus. colum. 3. de leg. Felin. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionib. nume. 35. & ibi Dec. nume. 53. & in l. ex qua perſona. de regul. iur. Roch. de Cur. in cap. fina. in 11. quęſtio. princip. uerſicu. 7. limita de conſue. & Abb. conſi. 6. Caſus ſuper quo. lib. j. per Alexan. in pluribus conſilijs allegatis per docto. in locis pręallegatis quę non transſcribo, ſed addo Socin. conſi. 97. Abunde. in 2. colum. uerſicu. 2. difficultas. uolum. j. & alibi ſæpe per docto. quos uti non neceſſarios non prętermitto, & cum res ſatis clara uideatur aliter nunc comprobo, & ex prędictis dico hunc reuerendum religioſum audiendum non eſſe in eo foro mercatorum, dum implorat beneficium ſuorum ſtatutorum, & ſi audiatur debere audiri, & uti beneficio ſtatutorum cum ſuis temperamentis, & qualitatibus: adeo quod cum lapſus ſit annus, immò decennium ex diſpoſitione ſtatuti amplius audiri non poteſt, nec eo beneficio uti poteſt, ſicut nullus alius cui conceſſit tali beneficio in huiuſmodi caſu uti poſſet, & ita anno ſuperiori uidi conſilium do. Hippoly. de Marſil. in terminis iſtius ſtatuti in cauſa ſua propria ſuper quadam littera cambij quam ipſe fecit monialibus ſancti Vitalis: quod erat approbatum à domino Ludouico Gozadino, domino Vincentio ab Ocha, a domino Bernardo à Pinu ſubtiliſsimo pręceptore meo in iure canonico, à domino Auguſtino Beroo, à reuerendo domino Marco Antonio Marſcoto, & domino Ludouico Mazolo pręceptore meo in inſtitutionibus. qui maximè ſpei erat, niſi fato præuentus fuiſſet, & à quampluribus alijs excellentiſsimis uiris huius academiæ, & cum poſt mortem domini Hippolyti dictę moniales cœperunt agere illam cauſam ſuarum hæredum defenſaui non ſuo conſilio tantum, quia eius fundamenta apud me aliquam habebant difficultatem, cum mouebatur illo fundamento quod ſtatutum eſt approbatum à pontifice, quod maximam expoſtulat indagi-
12 nem, ut principaliter aliàs apud magnificẽtiam ueſtram ſcripſi: utebatur etiam hoc fundamento quod ſtatutum laicorum ligat clericos, quando fuit antequam † illi facti ſint clerici contra quos agitur, ſecundum Abb. in dicto ca. eccleſia ſanctæ Mariæ. & in hoc aderat error, quia illud procedit in caſibus qui habent fundamentum, & principium ante clericatum: ſecus in caſibus qui eſſentiam, & principium recipiunt poſt clericatum: in quibus non poteſt dici ante clericatum iniunctum fuiſſe uinculum ut in præſcriptione ſtatuti quæ incœpit poſtquam eſt clericus, uel perfecta eſt: ut dicit Anton. de Butr. in diſputatione ſua, ſtatuto &c. Cuma. Felin. & Dec. in dicto cap. eccleſia. ſed ibi præſcriptio cœpta, & completa erat poſtquam erant moniales, ergo &c. & propterea rationibus ſupra adductis, & nonnullis alijs ſum tutatus cauſam illam, & conſilium domin. Hippoly. iuſsi tradi. M. V. ubi uidebit plures authoritates pro hac parte in terminis huius ſtatuti, & obiectis in contrarium colligitur reſponſio ex prædictis ut non procedat, quando concedit beneficium qualificatum, & eo uult uti clericus, uel quando ſtatutum expreſsè denegat ſuum beneficium contraria quando denegat ius commune, & alijs modis reſponde de quibus ſupra. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus Bonoñ.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non poteſt à ſententia lata ſuper poſſeſſorio de iure ciuili.*

2 *Poſſeſsionis cauſa dicitur minima, & modici præiudicij, licèt res ſit maximi ualoris.*

3 *§.prȩterea. ſtatuti Bononienſis. de appel. nouiter ponderatur, & declaratur.*

4 *Appellari poteſt à ſententia ſuper poſſeſſorio de iure ciuili ſi non opponatur appellationi, uel quando grauamen non eſſet reparabile.*

5 *Statutum ſi non poteſt intelligi, ſecundum ius commune, ſaltem intelligitur ut minus lædat ius commune quàm ſit poſſibile etiam cum proprietate.*

6 *Statutum quod poteſt operari unum, & duo contra ius commune intelligitur ut unum tantum operetur.*

7 *Statutum debet intelligi ut aliquid operetur ultra ius commune.*

8 *Verbum decernimus eſt noui iuris promulgatorium.*

9 *Appellari poteſt à ſententia lata in poſſeſſorio de iure canonico.*

10 *Appellatio eſt fundata in ratione naturali.*

11 *Interpretandum eſt in dubio locum eſſe appellationi.*

12 *Appellationem in dubio non eſſe deſertam interpretandum eſt.*

13 *Statutum loci ante omne ius ſpectandum eſt.*

14 *Appellari poſſe, uel non reſpicit modum procedendi.*

15 *Statutum loci iudex habet ſeruare in his quæ concernunt modũ procedendi.*

16 *Appellationis permiſſio continet de proprietate effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum.*

17 *Reſtrictio uerborum eſt impropriare.*

18 *Appellationis permiſſio ſuper poſſeſſorio generaliter conceſſa debet intelligi ſuper quocunque poſſeſſorio.*

19 *Dictio quacunque, operatur ut in diſpoſitione comprehendatur id quod aliàs non comprehendebatur.*

20 *Dictio alia, ſignat caſum ſimilem, tamen ſi adeſt dictio quȩcunque ſignat caſum maiorem expreſſis.*

21 *Emphyteuſis eccleſiaſtica, uel feudum non tranſit ad extraneos hæredes, tamen ſi adeſt dictio quibuſcunque, tranſit ad extraneos.*

22 *Venditor de euictione non tenetur, quando eſt factum compromiſſum, tamen tenetur ſi fuerit dictum quomodocunque euincatur.*

23 *Geminatio arguit præciſam mentem.*

24 *Geminatio uniuerſalis dictionis operatur ut non fiat reſtrictio de habilitate.*

25 *Determinatio eadem æqualiter debet determinare.*

26 *Statuti fauorabilis uerba ut amplietur fauor intelliguntur, etiã impropríe.*

27 *Ius canonicum in terris eccleſiæ ſeruari debet, quod declara ut per authorem.*

28 *Lex poſterior attenditur.*

29 *Clauſula ſtatuti Bonon. uolentis ſeruari ius ciuile declaratur per authorem.*

30 *Interpretatio ſtatuti capi debet quæ magis inhæret regulæ.*

31 *Ratio Bal. in l. 1. ſi de momen. poſſeſſ. reprobatur per authorem.*

32 *Poſſeſſio debet dari per executorem.*

33 *Statutum reuertens ad ius commune latiſſime debet interpretari.*

34 *Extenſio in correctorijs ex maioritate rationis fit, quando reditur ad ius commune.*

35 *Cauſa ordinaria non poteſt de conſenſu partium fieri, ſummaria econtra fieri poteſt.*

36 *Interpretatio in dubio debet capi ut eligatur media uia.*

37 *Statutum an magis debeat intelligi ſecundum ius canonicum quàm ciuile, uide egregie authorem.*

38 *Statuti pars ſimpliciter loquens intelligitur ſecundum præcedentia, & ſequentia.*

39 *Dictio præterea, continuat ad præcedentia, & ponitur pro itẽ.*

40 *Appellari licèt non poſſit in poſſeſſorio, poteſt tamen dici de nullitate.*

41 *Nullitatis cauſa debet principaliter intentari, quando in appellatione eſt expreſſa: quod intellige per authorem.*

42 *Id quod prius nominatur principaliter poni dicitur.*

43 *Officiales in principio ſui officij iurant obſeruare ſtatuta.*

44 *Appellari poteſt à ſententia in poſſeſſorio propter inordinatum proceſſum.*

45 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando ſententia eſt lata pendente appellatione ſuper incidenti.*

46 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando ſententia fuit lata dolo, uel lata culpa iudicis.*

47 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando habet miſturam proprietatis.*

48 *Copula &, coniungit æqualiter.*

49 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando libellus eſt implicitus ad petitorium, licèt ſententia ſit poſſeſſoria.*

50 *Appellari poteſt ſuper poſſeſſorio, quando actum fuit per uiam contractus.*

51 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, quando ſententia fuit miſſa executioni intra tempus ad appellandum.*

RESPONSVM CLXIII.

¶Quando à ſententia lata in poſſeſſorio licitum ſit appellare, & de intelligentia ſtatuti Bononiæ ſub rubri. de appellationib. in §. præterea. ubi multa in materia egregia, & notatu digna.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Requiſitus ab utraque parte in hac cauſa poſt ſententiam latam ut conſulerẽ uiſis actis, & ſtatuto noſtro ſub rubr. de app. in §. prætereà, utriſque diligenter conſideratis ſuſcepi partes condemnati uti de iure ueriores, & ad ueritatem facilius demonſtrandam ſubijciam principale fundamentum partis aduerſæ quod in hoc conſiſtere uidetur: nam cum lata fuit
1 ſententia † ſuper poſſeſſorio uidetur determinari debere non eſſe locum appellationi. l. j. ſi de mome. poſſeſ. fuerit appel. ubi Bal. Sali. Pau. & communiter docto. ita tenent, & in c. de poſſeſsione. 2. q. 6. ubi Arch. & alij ita communiter tenent. Inn. in c. ſignificantibus. de noui oper. nuncia. Spec. in tit. de appel. §. in quibus. uerſi. 6. & hanc opinionem communem aſſerit eſſe. Ang. de Aret. in l. fi. §. penul. col. fi. de appella. & Dec. in l. j. C. de bono. poſſ. ſecundum tabul. & idem Dec. in conſi. 28. poſt Fulgo. conſi. 145. ubi etiam atteſtatur cõmuniter teneri reiecta opinione Abb. in c. cum ad ſedem. in ulti. char. de reſti. ſpol. & in conſi. 55. In cauſa quȩ ad præſens. uol. 2. & Ang. conſi. 107. Dicta conſtitutio. & aliorum qui diſtinguebant inter poſſeſsionem facti, uel iuris. Item dici debet hoc habere locum ut non poſsit appellari indiſtincte tam quo ad effectum deuolutiuum quàm quo ad effectum ſuſpenſiuum, licèt multi tenebant quòd operatur effectum ſuſpenſiuũ, & non deuolutiuum, & impedit tantum executionem, quia communis opi. eſt in contrarium, ut atteſtatur Pau. de Caſt. de quo prædicti moder. non faciunt uerbum in d. l. j. ſi de mome. poſſ. fue. app. & merito, quia modicum
2 † eſt præuidicium poſſeſsionis, & cauſa dicitur minima ipſius poſſeſsionis, licèt res ſit maximi ualoris. Bar. in l. admouendi. in pen. col. de iureiur. ubi latè per omnes moder. poſt Matheſi. in ſingu. 3. & alios citatos per eos, ideò denegari poteſt appellatio præſertim cum in iudicio proprietatis poteſt reparari: ut latè proſequitur Dec. in dicto conſi. 28. nec ſtatutum noſtrum ſub tit. de appel. in §. præterea. uidetur obſtare dum inquit.

¶Prætereà decernimus quod à qualibet ſententia ſuper poſſeſſorio lata, uel ferenda, licèt unicuique partium ſemel tantum appellare, quoniam cum ſit contra ius ciuile, de quo ſupra, debet intelligi in caſibus permiſsis à
3 iure ciuili, ut puta ſi non opponatur † appellationi. Bal. in l. poſt ſententiam. col. 2. de ſenten. Alex. conſi. 2. Conſideratis his. col. penul. lib. 3.
4 ¶Secundò quando † grauamen nõ eſſet reparabile. Bar. in l. 2. de appel. recip. gloſ. & doc. communiter in d. l. j. ſi de momen. poſſeſ. fuer. app. & in alijs caſibus not. in d. l. j. & alibi,

& alibi, quorum aliquos.j.referam. & hoc ea ratione:
quia ſtatutum debet recipere interpretationem à iure cõ
muni. l. ſi ſerui ueſtri. de noxa. actio. ubi per omnes, &
not.in l.hæredes mei.§. cum ita. ad Trebel. & alibi ſæpe,
ſed non conſtat nos eſſe in illis caſibus, ergo &c. Item ſi
uis illud ſtatutum intelligere generaliter in omni caſu
aduertendum eſt, quia etiam ita generaliter ſumendo
cum poteſt intelligi ut liceat appellare quo ad effectum
deuolutiuum, uel ſuſpenſiuum, uel utrunque debet in-
terpretari ut operetur tantum deuolutiuum non autem
ſuſpenſiuum, cum ſtatutum recipiat interpretationem
5 † ſi non poteſt intelligi ſecundum ius commune, ſaltem
intelligitur ut minus lędat ius commune etiam cum im-
propriatione. Abb.in c.cum dilectus.de conſue. Rom.cõ
ſi.180.Si admittimus. & conſi. 199. Præſens ſtatutum.&
ponunt omnes poſt Bar.in l.omnes populi.de iuſti.& iu-
re.in 6.quæſtio.principa.& facit tex. in c. dilecti. de foro
compe.prout not.hic Anto.de Butr. dum dicit ſtatutum
6 quod † poteſt unum, & duo operari contra ius commu-
ne debet interpretari ut unum tantum operetur, ergo ita
dicere habemus ut tantum operetur effectum deuolu-
tiuum non autem ſuſpenſiuum, quòd magis in hoc caſu
eſſe debet, cum ipſummet ſtatutum uelit obſeruari ius
ciuile, & illud expreſſe mandat obſeruari, & in princi-
pio illius ſtatuti de appellatio.& in generali concluſionę
7 ſtatutorũ. & ex his apparet reſponſum ſi diceretur † ſta-
tutum debet intelligi ut aliquid operetur ultra ius com-
mune: ad not.in l.4.§ prætor ait.de damn.infec.& appa-
ret ex uerbis ultra ius commune de nouo uelle diſponere,
8 cum uerbum † decernimus eſt noui iuris promulgato-
rium.c.decernimus.de iudi.cleme.j. ubi Card. in notab.
de cau.poſſ.& proprie.& in cle.ſi.de ęta.& quali. cum uul
ga. nam ſi operatur effectum tantum deuolutiuum ope-
ratur de nouo ultra ius commune: cum de iure commu-
ni ciuili non poſsit appellari, nec quo ad effectum ſuſpẽ-
ſiuum, nec quo ad effectum deuolutiuum, ſecundum
communem, de qua ſupra. & ita uidetur non debere re-
tardari executionem ſententiæ latè ſuper hoc poſſeſſo-
rio: licèt ab ea fuerit appellatum, cum id ſit de iure com-
muni, & ſtatutum loci, quantum ad ſuſpenſionem, &
executionem non repugnet per prædicta.

¶ Maturius uero conſiderans determino contrarium, &
9 præſuppono de iure canonico † à ſententia lata in poſſeſ-
ſorio appellari poſſe. Spec.in tit.de app.§. in quibus. uer
ſic. ſeptimo caſu. Io.And. Abb.& alij in c.cum ad ſedem.
de reſti.ſpo.Sal.ubi alij qui atteſtantur hanc eſſe commu
nem opi.in l.j.ſi de momen.poſ.fuer.appel. Ang. Aret. in
l.fi.§.iuſſus.de app.Dec.in l.j.C.de ſecun.tab. Fed. conſi.
76.Alex.conſi.99. Viſis.uol.5. Dec. conſi. 28. cum ſimi.&
hæc in iure: in facto autem multa præſupponuntur quæ
hic non præmittam, in fundamentis tantum ſubijciam,
ne bis ea repetam.

¶ Secundò præmitto appellationem eſſe fundatam in ra
10 tione naturali † licèt ſit defenſio iuris ciuilis, adeo quòd
eius ſubſtantia eſt de iure naturali, ſecundum Abb.&
Fel.poſt alios citatos per eos in rub. de app. de cuius di-
cti ueritate alibi diſſerui.

¶ Tertiò præmitto in dubio interpretandum, ac pronun
11 ciandum fore † appellationem admittendam eſſe. Inn.in
c.dilectus.el.2.de reſcri.Bal.in l. properandum. §. ſi au-
tem.de iudi.Ang.in l. quoniam iudices. de appel. in l.qui
reſtituere. de rei uend. & ita eſt fauorabilis. quod locum
habet non ſolum in concedenda, & interprætanda ap-
pellatione, ſed etiam in appellatione conſeruanda, &
12 tuenda: & ideo in † dubio pronunciandum eſt appella-
tionem non eſſe deſertam: ut per Pau.de Caſt.& mod.in
l.j.ſi quis cau.& alibi ſæpe.

¶ Quartò præmitto, & ſi in omni materia prius ſtatutũ
13 loci ſpectandum † ſit non conſiderato iure communi
cum ſit proprium ius ciuium, & iuri communi præfera-
tur: ad not.in l. omnes populi. de iuſti. & iure. ff. & in l.
cunctos populos.C.de ſumma tri.& fide catho.id abſque
difficultate in materia appellationis locũ habere debet:
14 cum appellare poſſe, uel † non reſpiciat modum procedẽ
di Alex.in l.j in fi.de leg.j.& in conſi.166.uol. 2. & in his
15 quæ † concernunt ordinem procedendi iudex habet ſer-
uare ſtatuta loci. Bar. & communiter alij in dicta. l. cun-
ctos populos. & aliàs conſului ſuper hoc.

¶ His præmiſsis dico primo ex uerbis ſtatuti. de app. in
§. præterea. id aperte determinari ibi: præterea decer
nimus quòd à qualibet ſententia ſuper poſſeſſorio lata,
uel ferenda liceat unicuique partium ſemel tantum ap-
16 pellare, ergo † cum dicat quòd liceat appellare ſemel ſu
per poſſeſſorio, ergo hic potuit appellare ex uerbis ſta-
tuti ſecundum eorum proprietatem. nam appellandi per
miſsio ex ſui proprietate, & ſecundum regularem cur-
ſum continet & effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum:
ut in toto tit. de app. uidere licèt, ergo amplius non eſt
diſputandum cum uerba ſunt clara. l. ille aut ille. §. cum
in uerbis. de leg.3.cum ſimi.
17 ¶ Secundò quia intelligere uerbum † appellatur, quo
ad unum effectum eſt reſtringere, & impropriare, cum
id quod eſt quo ad quid tale, eſt improprie tale. l. hoc le
gatum.de leg.3.& ſtatuta proprie debent intelligi. l.3.§.
hæc uerba.de nego.geſt.l.j.§.ſi quis nauem.de exer. ergo
debet intelligi de appellatione uera, & propria quæ ha-
bet omnes effectus.
18 ¶ Tertiò quia loquitur indiſtincte, & † generaliter, er-
go debet habere locum in quocunque poſſeſſorio, & quo
ad omnes effectus appellationis, cum diſpoſitio indiſtin
cte loquens, indiſtincte & generaliter intelligatur. l. de
pretio.de publi.l.j.§.& generaliter. de leg. præſta. etiam
ſi maior ratio ſit in uno caſu quàm in alio. l.j. §.quòd au
tem.de aleæ luſu & alea. & ſi materia ſit correctoria. in c.
contra Chriſtianos. de hære. in 6. & ſi materia ſit odioſa
& pęnalis. l.cum lege. de teſta. ergo fortius hic cum mate
ria appellationis ſit fauorabilis, ut dixi in tertio præſup
poſito quæ latè debet interpretari: ad not. in l.talis ſcri-
ptura.de leg. j. cum ibi plene traditis per doc. poſt Bar.
ſaltem indiſtincte debet intelligi ſecundum proprieta-
tem uerborum.

¶ Quartò conſidero illa uerba à qualibet ſententia lata
ſuper poſſeſſorio cuicunque partium, quæ uerba uniuer-
ſalia omnem ſententiam ſuper poſſeſſorio comprehen-
dunt: arg. l. Iulianus. de leg. 3. ſed in multis caſibus lici-
tum eſt appellare ut quando contineret damnum repata
bile, ut quia nõ poſſet amplius litigari: ut per Bal. Ang.
& alios in d.l.j.ſi de momen. poſſ.fuer.appel. Abb. in di-
cto.c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpolia. & in conſi. 55. & in
alijs caſibus not.per doc. in locis præallega. de quorum
aliquibus, & multis non conſideratis per eos in locis cõ
munibus infra dicam uti ad hunc caſum pertinentibus,
ergo non ſolum continet illos, ſed omnes, & quoſcun-
19 que. cum † qui omne dicit nihil excludit. d.l. Iulianus. &
facit quia illa dictio quęcunque appoſita in diſpoſitione
operatur ut comprehendãtur non ſolum caſus qui ſolent
permitti ex natura diſpoſitionis, ſed etiam illi qui ex na
tura diſpoſitionis non ſolent comprehendi. gl.in c.quis.
in uerſi.quoſlibet.de elec.gl.2.in cle.j.de re iud. ubi Imo.
20 & ideo dicitur † ibi, licèt dictio alia, caſum ſimilem. l.2.
C.de ſeruis fugit. tamen ſi adeſt dictio quacunq; , ſignat
caſum maiorem expreſsis, & qui aliàs non comprehen-
debatur, & licèt emphyteuſis eccleſiaſtica, uel feudum
21 non † tranſeat ad hæredes extraneos, tamen ſi adeſt di-
ctio quibuſcunque hæredibus tranſit ad extraneos: ut
per Alex. late in l.etiam. ſolu. matri. & per omnes in c.in
22 præſentia.de proba. Philip.Dec. & licèt uenditor de † eui
ctione non teneatur quando eſt factum compromiſſum.
l.ſi dictum.§.ex compromiſſo. de euictio. tamen tenetur
ſi dictum fuerit quomodocunque euincatur. Alexand.
conſi.4.uol.3.poſt Bal.& Imo.in l.ſi domus.§. de euictio
ne.de leg.j. cum multis ſimi. quæ uti clara prætermitto,
ergo in hoc caſu debent comprehendi caſus non conceſ-
ſi in appellando à poſſeſſorio.

¶ Quintò animaduertas geminatam dictionem eſſe
uniuerſalem iſtam quacunque ibi, cuicunque &c. ex qua
geminatione

geminatione apertiſsime conſtat mentem ſtatuentium
fuiſſe indiſtinctè ac omni caſu etiam aliàs prohibito ap
23 pellari poſſe ſemel à poſſeſsorio: nā † geminatio arguit
præciſam mentem.gl.in clem.j.in uerſi. diœceſanos. de iu
re patro. & facit comprehendi in diſpoſitione id quòd
non ſolet comprehendi: ad not.in l.Baliſta.ad Trebel. in
l.cum ſcimus.de agri.& cenſu.lib.12. & quando eſt gemi-
natio, ſeu potius huius uniuerſalis dictionis quacunq;,
24 uel cuicunque † reiteratio etiam iuxta diuerſa eiuſdem
diſpoſitionis ut in hoc caſu uidetur ſtatutum adeo gene
raliter intelligi ut non recipiat reſtrinctionem de habili-
tate: ut eſt dictum Sali. in l.ſi ſerui ueſtri. de noxa. actio.
ſequitur Iaſ.in l.j.§.nunciatio.de noui oper. nuncia. ubi
de ueritate dixi, ergo abſque difficultate in hoc ſtatuto
permittitur indiſtinctè appellatio à poſſeſſorio, cum id
ſtatuenti non ſit inhabile, & ita ex uerbis hic caſus uide
tur clarus.

¶Sextò id quoq; ſuadetur ex principio dicti ſtatuti quo
cauetur appellari poſſe à quacunque ſententia à qua ap
pellari ſit licitum ex præſentium ſtatutorum diſpoſitio-
ne dummodo incontinenti interponatur ſi uiua uoce ap-
pelletur, & intelligitur de appellatione quæ operatur
omnem effectum appellationis ut in præcedentibus uer-
bis conſtat, & ut uerba capiantur in proprio & potiori
ſignificatu: ad not.in l.j.§. qui in perpetuum. ſi ager ue-
ctig.uel emph.peta.& in d.§.præterea.eſt permiſſum ap-
pellari à poſſeſſorio, ergo quo ad omnem effectum ut
uidetur de natura ſermonis illius principij, aliàs plures
adeſſent impropriationes quas fugere debemus.

¶Septimò negari non poteſt cum ab omnibus ſenten-
tijs latis ſuper poſſeſſorio permittit appellari, & aliqui
ſint caſus in quibus abſque dubio permittitur appellari
à poſſeſſorio, etiam quo ad effectum ſuſpenſiuum, & de
uolutiuum, ut utrunque ſupra probauimus: quòd in il-
la permiſsione facta à ſtatuto debet intelligi quo ad om
nes alios caſus comprehenſos habita ratione ad omnem
25 effectum ut æqualis ſit † determinatio cum ſub eiſdem
uerbis liceat appellari &c. ut in eis: arg. l. iam hoc iure.
de uul.& pupil.& l.quamuis.C.de impuber.& alijs ſubſti.
ubi per mod.allegantur plura quę per hanc rationem fue
runt declarata, & maxime ſtatuta.

¶Octauò id ſtatutum eſt fauorabile, cum permittat
26 † appellationem per ea quæ diximus in præmiſsis ſi uer-
ba in ſtatuto fauorabili intelliguntur eo modo quo ma-
gis fauor ille ampliatur, adeo quòd etiam intelligun-
tur in caſu improprio: ut probatur ex theorica Pau. de
Caſt. Rom. Alex. Iaſ. & Dec.ac aliorum in l.qui ſe patris.
C.unde liber.in fi.ubi poſt Bal.& alios citatos per ipſos
dicunt ex quo ſtatutum cogens ad compromiſſum eſt fa-
uorabile comprehendit etiā agnatos impropriè ut eman
cipatos ut per eos: ex quo no. Iaſ.quòd ſtatuta fauorabi
lia intelliguntur etiam in caſu improprio ſi extendatur
fauor contra regulam quæ habet quod ſtatuta ſtrictæ de
bent interpretari: ut in l. quidquid aſtringendę.de uerb.
obli.& not.in l.non dubium.de legi.ubi per Bar. poſt gl.
de cuius ueritate ibi dixi, ergo fortius in hoc caſu debet
intelligi de appellatione quæ operatur effectum ſuſpen-
ſiuum, & deuolutiuum cum magis amplietur fauor ap-
pellandi, & cum ſit iſtud ex proprietate uerbi, & ea intel
ligentia recepta ſaluatur proprietas uerborum.

¶Nono comprobari poſſet dato ſine ueri præiudicio
quod manifeſte ex proprietate uerborum id colligi non
poſſet ac ratione: ad quam rogo doctiſsimos iudices ani
maduertere: nam ut diximus in præmiſsis de iure cano-
nico licitum eſſe appellari à poſſeſſorio. Item hic ſumus
in ciuitate Bononiæ q̄ eſt eccleſiæ, ſed in terris eccleſiæ
27 ius canonicum de iure ſeruari † debet, & non eſt in con
ſideratione ius ciuile, quando repugnat canonico: ut
not.per Bar.& alios in l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccleſi.
& per canoniſt.in c.j.de noui oper. nuncia.& in c.eccleſia
ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & in appellatione hoc dixit
Alex.in præalleg.conſ.99. Viſis.col.j.uol. 5. ergo non po
teſt agi ad correctionem iuris ciuilis, quia ei derogatum
28 eſt à iure canonico poſteriore, cum in † legibus poſterio
res ſpectentur.l.ſed & poſteriores.de legib.gl.in c.j. de cō
ſtitu. Item quia in terris eccleſiæ non conſideratur, nec
ſeruatur, ideo non poteſt dici ſi hoc ſtatutum intelliga-
tur de appellatione quæ ſit propria, & operatur omnes
effectus appellationis magis iuri ciuili derogari, & ut
minus lędat ius ciuile quàm ſit poſsibile intelligi debere
de appellatione quæ operatur tantum effectum deuolu-
tiuum, & non ſuſpenſiuum: ut ſupra conſideratum fuit
pro alia parte, quia id conſiderari non poteſt, cum ius
ciuile in ciuitate ſtatuentium non conſiderabatur, nec
obſeruabatur, niſi quatenus per ſtatutum diſponebatur;
& quatenus diſponebatur obſeruari ius ciuile contra ius
29 canonicum eatenus correctorium eſt, quod aliàs † nota
ui ad reſtringendam clauſulam in concluſione generali
ſtatutorum diſponentem, quatenus non eſt derogatum
per ſtatutum iuri ciuili illud ſeruari tanquam correcto-
rium iuris canonici quod in loco debet obſeruari ſtri-
ctiſsime interpretandam, ſed potius uti poſſumus hoc
fundamento, cum ius canonicum obſeruari debet in lo-
co uti ſubiecto eccleſiæ ſi intelligeretur de appellatione
quæ operaretur tantum unum effectum: magis deroga
retur iuri canonico quòd in loco uti commune obſer-
uandum eſt, ſecundum quòd indiſtinctè admittitur ap-
pellatio, ergo ut minus derogetur iuri communi debe-
mus intelligere de appellatione quo ad omnes effectus,
& hæc conceſsio appellandi latè interpretari debet, cum
ſic ſe confirmat cum iure communi, & illa uerba quod
ſeruetur ius ciuile, præter caſus expreſſos ſtrictè debet
interpretari, cum ea mediante magis derogatur iuri com
muni quod ſeruari debet in loco, ſed capitur interpreta
tio ut minus derogetur iuri communi.l. ſi ſerui ueſtri. de
noxa. & latè dixi ſupra in fundamentis alterius partis:
quæ omnia habita prædicta conſideratione faciunt pro
hac parte, & concludenter retorquentur.

¶Decimò etiam de iure ciuili regulariter admittitur ap
pellatio: fallit in cauſa poſſeſſoria.toto tit.de appel.& to
toto tit. ſi de momen. poſſeſ. fuer. appel. & ſic regula eſt
pro appellando fallentia in contrarium ſuperuenit ſtatu
tum, & permittit in caſu illius fallentię appellari contra
illam fallentiam, & dubitatur an id ſtatutū latè debeat
interpretari, & dicendum eſt latè interpretari, cum † ſit
30 lata interpretatio ut magis inhęreamus regulæ quàm ſit
poſsibile: ad plene in l.omnis diffinitio.de reg.iur. & in
l.j.eo.tit.ubi multa per mod.cumulantur quæ ad hoc ac
commodari poſſunt, uideantur.

¶Vndecimò ante.l.j.ſi de momen.poſſ. fue.appel.& con-
cord.erat licita indiſtinctè appellatio.& in maioribus, &
minoribus cauſis.toto ti.de appe.& in l.& in maioribus.
eo.tit.adeo quòd doc. dubitant de ratione huius fallen-
tiæ quæ fuit facta ad regulam generalem.& Bal.in dicta
l.j. reprobat quinque rationes, & poſtremam ipſe pro-
bat, quæ non uidetur mihi uera, cum maius debet eſſe
dubium ubi agitur de re maioris pretij, quàm uilis, &
damno irreparabili quàm reparabili quòd ueniant par-
31 tes ad † arma, ergo ea attēta magis de alijs rebus quàm
de poſſeſsione deberet eſſe prohibita appellatio, quòd
32 eſt falſum.Itē poſſeſsio † datur per executorem. l. is cui.
§.miſſus.ff.ut in poſſeſ.leg.declarant Bar.& alij in l.ſi fini
ta.§.Iulianus.de dam.infec.col. 4. quo caſu non eſt ueri-
ſimile quòd partes ueniant ad arma ut ibi per eos; ergo
nullius momenti, & de horum ueritate aliàs dixi: hic
non inſiſtam, ſat eſt mihi prius non fuiſſe prohibitum,&
fuiſſe prohibitum cum aliqua difficultate: adeo quòd
33 hoc ſtatutum tanquam reuertens ad † ius primęuum, &
commune latiſsime debet interpretari, & ideo licèt in
34 correctorijs non † ſit licita extenſio ex maioritate ratio-
nis.l.præcipimus.in fi.ubi Bar. C. de appel. tamen etiam
in correctorijs ſit extenſio quando reditur ad ius com-
mune.& primum gl.in c.ſtatutum.in uerſi.numerandum.
de præb.in 6.Ant.de Butr.in c.olim tibi.de uerb. ſignifi.
per illum tex.Alex.in l.ſi conſtante.ſolu.matri. colum.6.
Iaſ.in authen.quas actiones.C.de ſacroſan. eccleſi. Item
licèt

35 licet † cauſa ordinaria non poſſit de conſenſu partium fieri ſummaria.gl.in c.de cauſis.de offic.deleg.cum concord. ibi traditis, nihilominus ſummaria de conſenſu partium poteſt fieri ordinaria quia reuertitur ad ius ordinarium, & cōmune: & plura cumulat Iaſ.in l. ſi unus. §.pactus ne peteret.de pac.ubi aliqua addidi, & de hoc eſt gloſſ.fina.in clem. ſæpe. & ibi Ioan. de Imo.41.col.de uerb.ſignifi.

¶Duodecimò comprobatur attenta hac intelligentia magis accedimus ad æquitatem iuris naturalis quæ habet ut qui offenditur ſe defendat: ut in l.ut uim. de iuſti. & iur.cū appellatio ſit fundata in defenſione, & ratione naturali ut dixi in pręmiſsis, ergo debemus recipere
36 hanc interpretationem, cum ea interpretatio † debeat capi quæ magis iuri naturæ, & ęquitati adhęret:ad abundanter tradita in d.l.ut uim.de iuſt.& iur.ubi per mod.& in l.omnes populi.de iuſti.& iur. per repe. in 6. quæſtio. princip.ubi alleg. Bal. in rub. qui accu. non poſſ. in ulti. col.& ibi multa accumulaui & dixi.

¶Decimotertio facit: nam attenta hac interpretatione eligitur quędam media uia inter ius canonicum, & ciuile,cum de iure ciuili nullo modo ſuper poſſeſſorio regulariter eſt permiſſum appellari.d.l.j.ſi de momen. poſ.ſue. app.de iure canonico licitum eſt bis appellari, ut dixi in præmiſsis, ſecundum communem opin. per hoc autem ſtatutum conceditur ſemel tantum appellari,& ita eligitur proprie media uia inter ius canonicum,& ciuile,ſi intelligatur de ualida appellatione. in dubio autem capi
37 debet illa † interpretatio qua mediante eligitur media uia,ut docet Imperator in §. cum ex aliena. uerſi. & poſt multam Sabinianorum.inſti.de rer.diuiſio.& in §.penul. quib.ex cau.manumit. non licet.iuxta illud, medium tenuere beati.cum uulg.

¶Decimoquarto facit:nam quando dubitatur an ſtatutum debeat intelligi ſecūdum ius ciuile, uel canonicum
38 quod aduerſatur † iuri ciuili, & diſputatur de intellectu ſtatuti, tunc debet interpretari ut magis reducatur ad concordiam iuris canonici quàm iuris ciuilis ſi ſumus in terris eccleſiæ.Bal.in l.j.C.qui bon.cede.poſſ. ut ab co interpretationem recipiat à quo deſcendit eius authoritas,ſequitur Pet.de Anch.in c.j.de cōſti.q.14.prin. quod intelligo quando materia poteſt conuenire utrique ut hic,& ita reſpondeo.d.Bal.in l.ſi nondum.C.de furt. qui uidetur ſentire contrarium,quia loquitur quando pœna non conueniebat iuri canonico: & hoc dictum maxime admitto quando eſt ſtatutum ex certa ſcientia approbatum à pontifice ut eſt iſtud,nam his tribus concurrentibus:ut quia ſumus in terris eccleſię materia conuenit eſt probatum à pontifice ut hic adſunt, ergo ſecundum ius canonicum debet intelligi ut operetur appellatio omnes effectus.

¶Decimoquinto id ſtatutum in eo.§. præterea intelligi debere quo ad effectum ſuſpenſiuum, & quo ad effectum
39 deuolutiuum ultra prædicta † ſatis demōſtratur ex præcedentibus & ſequentibus:nam maxime in præcedentib. quādo loquitur de appellatione, intelligitur quo ad omnem effectum: ergo etiam in d. §. præterea.ita intelligi debet,cum præcedentia declarant ſequentia, & ex præcedentibus & ſequentibus declarantur media. l. ſi ſeruus plurium.§.fi.l. qui filiabus. de leg. j. ubi latè per Iaſ.qui multa ad hoc cumulat.

¶Decimoſexto ſuadetur ex natura dictionis præterea,
40 quæ continuat † materiam ad præcedentia, & ponitur pro item,ac repetit omnes qualitates præcedentes in ſequentes.inſti.quib.non eſt permiſ.face.teſta.§.præterea. & inſtit.quib.mod.ius pat.poteſt. ſol. §. præterea.in l.2. de epiſ.& cleri.C. & alibi ſæpe: ergo cū ſuperius loquuti ſunt ſtatuentes de appellationibus,quæ operantur utrunque effectum: dicere debemus etiam in eo. §. præterea. eos loqui de appellatione eiuſdem qualitatis, quæ operatur eos effectus de quibus ſupra:& hæc quātum ad ſtatutum,& conſequenter ad totam cauſam ſufficere deberent, cum in appellationibus procedēdum ſit ſecundum ſtatuta loci,ut dixi in præmiſsis.Nihilominus ut magis conſultum ſit bono animo iudicantium. ex his quæ ex actis collegi nonnulla ſubijciam, quæ etiam abſque ſtatuto falcem ad radicem ponere uidentur.

¶Decimoſeptimo conſiderò hic dictum fuiſſe de nullitate,& ſi qua eſt appellatum, & omni meliori modo, at
41 quando † ſumus in cauſa poſſeſſorij & ſi non poſſet appellari,poteſt tamen de nullitate dici, Bal.& alij in d.l.j. ſi de momen.poſſeſ.fue.appel.Bal.in l.j.col.j.C. ne liceat tert.prouo.Iaſ.& alij in l.2.C.de ſecu.tab.& ſufficit quòd nullitas ſit intentata una cū appellatione:ut uoluit Alex. in additi.in l.2.de appella.recipien.col.5.& per Alex.cō-
42 ſi.2.Conſideratis.col.penul.lib. 3.& † principaliter uidetur intentata cauſa nullitatis, quia de nullitate fuit facta mentio.Bar.in l.ſi expreſsim.col.3.uerſi. uidendum. de appellatio.recipien. quæ opinio magis communis eſt: ut per Alex.in dicto conſi.2.uol.3.& Cuma.conſ.26.quicquid dixerit gl.& poſt eam Bal.Ang.& Sali.in l.j.C.quando prouo.non eſt neceſ.ut atteſtatur Dec.in c.dilecto.de appellationi.in fine. de cuius ueritate aliàs dixi, & nunc non eſt neceſſarium, tum quia prius eſt factum uerbum
43 de † nullitate: ergo principaliter argumen. l. eum qui ſoluendo.de hæred.inſtituen. cum ſimi. tum etiam quia dictum eſt omni meliori modo,propter quæ uerba illud
44 uidetur † intentatum quod ad ualiditatem rei eſt neceſſarium:ut per Bal.& Imol.in l.cum pater.§. filius matrē. de leg.2.& ita ſi neceſſarium eſt ut intelligatur principaliter intentata nullitas, intelligitur intentata, & conſequenter ſatisfactum eſt Bal.& alijs in dicta l. j. ſi de momē.poſſeſ.fuerit appel.quia requirunt ut impediatur executio in poſſeſſorijs intentatam fuiſſe principaliter cauſam nullitatis. Item Bal. & alij in dicta.l.j.quādo prouo. non eſt neceſ.dum dicunt,quādo ſimul appellatio & nullitas proponuntur nullitatem non eſſe principaliter propoſitam,quia etiam quòd communis ſit in contrarium ſecundum Dec. quem ſupra allegaui, de quo alibi dixi, tamen propter illam clauſulam omni meliori modo, eſt ſatisfactum, & ita ſecundum omnes conſtat propter cauſam nullitatis impediendam eſſe executionem.

¶Decimooctauo ex actis apparet de nullitate dici propter proceſſum inordinatum,cum non ſeruauerit tempora ſtatutorum, & ordinem procedendi ſtatutorum, quæ
45 obſeruare iurauit in principio ſui officij: ut in † auth. iuſiur.quod præſta.ab his.& not.in c.j.de iureiu.& ſtatuta habent clauſulam annullatiuam: ergo & c.ad not. in l. non dubium. C. de legi. ergo iam conſtat ex actis de nullitate, adeo quòd ſi nullitas non fuiſſet intentata, & ſola appellatione ſententia deberet ſuſpendi,cum in poſ-
46 ſeſſorio admittatur † appellatio, quando eſt propter inordinatum proceſſum:ut not.Bal.in c. ex conquæſtione. col.2.de reſti.ſpol.Ang.in conſi.46.& Dec.in d.l.j. de bono.poſ.ſecundum tab.col. 2. quod hic locum habere debet, cum ante ſententiam appellauit ab illo inordinato proceſſu, & bonus iudex proceſsit ad ſententiam, ut ex actis apparet non admittendam appellationem tanquā friuolam & contra iuris diſpoſitionem,cum ſumus ſuper poſſeſſorio,ut in actis.

¶Decimonono hanc ſententiam non merere executionem dico cum fuit lata pendente appellatione ab ordine ſtatutorum omiſſo & non ſeruato, cum regula ſit quic-
47 quid actum eſt pendente appellatione eſſe nullum, ut ni hil.pen.appel. innoue. & uti attentatum debet reuocari. c.non ſolum.de appel.in 6. & quod nullum eſt exequi nō debet.l. 4. §. condemnatum. de re iudica. cum ibi plene cumulatis per Alex.poſt alios.

¶Vigeſimo ex prædictis probatur quòd caſu quo etiam ualeret hæc ſententia appellationem tamen admittēdam eſſe, quoniam non poteſt negari quin iudex non fuerit in dolo,uel ſaltem lęuiſsima culpa non obſeruando ordinē
48 ſtatutorum, quo † caſu quando iudex fuerit in dolo uel culpa in poſſeſſorio mero poteſt appellari. Bal. in conſi. 217.Verba libelli.in fine.uol.2.

¶Vigeſimoprimo uidetur poſſe appellari in hoc caſu, quia in

quia in ſententia declarat eum dominum, cui etiam re-
49 ſtituendam poſſeſſionem eſſe dicit, quo caſu habet † miſturam proprietatis, & conſequenter datur appellatio, quia non eſt ſimplex poſſeſſorium ut per Bal. Bar. gl. & omnes in d.l.j.ſi de momen.poſ.fue.appel. & maxime in hoc caſu ubi uidetur æque principaliter ſuper utroque
50 ferri ſententia propter copulã &, quæ † coniungit æqualiter.l.reos.§.cum in tabulis.de duo.reis. plene in l.re cõiunđi.de leg.3.ex quo reſpondetur dicto Dec.in d.conſ. 28.ubi uidetur limitare uelle hanc communem, quando non fieret principaliter mentio de dominio,ſed ad iuſtificandum poſſeſſorium, cuius dicta omiſſa eorum difficultate non refragantur caſui noſtro per ſupradicta.

¶ Vigeſimoſecundo dico in fortioribus terminis & ſi iudex ſuper poſſeſſorio tantũ iudicaſſet,ex quo l.bellus fuit
51 implicitus † ad petitorium permiſſa eſt appellatio. Bal. in conſi.190.Nouum dubium.lib.j.de cuius dicti ueritate alibi dixi,hic autem allego,ut caſum noſtrum facilem oſtendam.

¶ Vigeſimotertio cum hic agitur per uiam contractus puto & ſi ſumus in poſſeſſorio admittendam eſſe appellationem,prout in terminis uoluit Sali.in d. l. j.& Bal.de quo alij non faciunt uerbum in cõſi. 210. Punctus in ſcripti.in fi.uol.5.ubi ponit exemplum de hypothecaria.

¶ Vigeſimoquarto in hoc caſu dico appellationem admittendam eſſe,cum ſententia fuit miſſa executioni intra tempus appellandi,ut in terminis in poſſeſſorio uidetur uoluiſſe Bal.in conſi.356.Quanquam.col.2.quod magis hic admittendum uidetur,cum non ſolum ſit intra tempus ad appellandum miſſa executioni, ſed etiam ſtante appellatione, hoc tamen dictum altam requirit indaginem,ut alibi dicam.

¶ Vigeſimoquinto ſaltem omnibus his ſimul iunctis res præſens uidetur extra omnem difficultatem & contradictionem cum & ſi aliquod ex fundamentis ſingulariter conſideratum uideatur habere aliquam difficultatem,tamen omnia ſimul iuncta nullam uidentur difficultatem habere:& facit illud, quæ non proſunt ſingula unita iuuant,ut notatur in l.ſpadonem.§.qui iura.de excuſatio. tuto.cum uulgari.

¶ Vltimo inficiari non poterit per prędicta rem dubiam redditam non eſſe apud quemcunque duriſsime cerui-cis, ſed in dubijs pro appellatione pronunciandum eſt ut admittatur.Inno.in c.dilectus.el. 2.de reſcrip.& dixi in præmiſsis quod eo magis in hoc caſu eſſe debet, cum eſt reus qui appellat ad regulam l.fauorabiliores.de reg. iuris.cum ſimili.

¶ Et ex his omnia adducta in contrarium apparent reſoluta,quia eſto quòd communis ſit opinio de iure ciuili, & non poſſet appellari in poſſeſſorio, tamen non habet locum in hoc caſu, cum ſumus in terris eccleſiæ & propter ſtatutum loci quod intelligatur ut permiſſa ſit appellatio,minus eſt correctorium iuris canonici quod ſolum conſideratur,niſi quoties eſt ei per ſtatutum derogatum, & ita omnia adducta retorquentur. Præterea non habent locum,cum ſtatutũ ſit ſatis expreſſum, ita quòd non poteſt aufugi. Item eſto quòd ſtatutum non poſſet uendicare locum, nihilominus illa communis opinio quod de iure ciuili non appelletur à poſſeſſorio, non habebit locum in hoc caſu,cum ſecundum communia non habet locum, quando de ſententiæ nullitate fuit dictum principaliter. Item fuit appellatum ab inordinato proceſſu. Item quando fuit lata ſententia ſuper poſſeſſorio pendente aliqua incidente appellatione. Item quando iudex fuit in latiſsima culpa, uel quando ſententia continet miſturam proprietatis, uel libellus eſt implicitus ad petitorium. Item quãdo agitur per uiam contractus. Item quando ſententia fuit miſſa executioni intra tempus appellandi, & pendente appellatione. Item in caſu dubio quæ omnia concurrunt in hoc caſu, ut ex actis apparet, & latè ſupra demonſtraui: ergo illa cõmunis opi. ſecundum eandem communem opinio. in caſu noſtro locum ſibi uendicare non poteſt,& hæc omnia cum iam in iudicio coram nobis expoſuimus, & ab excellentiſsimis aduerſarijs defenſauimus in ſcriptis, non amplius M.V. tradere decreueram,uerum cum efflagitaſtis,ad uos mitto,& me plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita de iure reſpodebam ego Hieronymus Gratus V.I.D.minimus,ſalua meliori ſententia.

Finis libri ſecundi Reſponſorum Hieronymi Grati Bononienſis.

Series Chartarum,

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY.

Omnes ſunt quaternione præter Y, Quinternionem.

AVT 319940